

*Del Colegio M.^o y Real Vnib.^o P.^o de
R-6645*

+ A E G I D I I +

BOSSII PATRICII

MEDIOLANENSIS, IVRE-

**CONSULTI CLARISSIMI, CAE-
SAREIQVE SENATORIS,**

+ TRACTATUS VARIET +

qui omnem ferè criminalem materiam excellenti doctrina
complectuntur, & in quibus plurima ad Fiscum, & ad
Principis auctoritatem, ac potestatem, necnon ad ve-
tigalium conductiones, remissionesque pensio-
num pertinentia, diligentissimè explicantur:
opus vtilissimum, & iudicantibus, ac
causarum patronis maximè
necessarium.

Tractatus omnes pagina sequentes indicabunt.

Vnà cum Indice rerum, verborum & sententiarum memorabilium copiosissimo.



DE LA LIBRERIA
DEL REAL COLEGIO MAYOR
Reunido de Santa Cruz, y
Santa Catalina.
E. 2.º C. 11. N. 1.



L V G D V N I,


Sumptibus Philippi Tinghi Florentini!

M. D. LXXV.

CUM PRIVILEGIO REGIS,

Es del Basiller Jettles Catina

costo doce reales anno. 1593



ANTONIUS PERE
NOTVS EPISCOPVS


ATREBATENSIS FRAN-
CISCO BOSSIO IV-
RECONSULTO

S. P. D.



HUIUS mihi in patrem tuum felicitis memoria, et voluntas, et animi affectio ut res eius omnes, factum, et fortunas, desiderarem quam felicissime succedere, ac optimo loco esse, tum virtutis, ac honoris eius causa tum quia, quae constans memoria superest, quod eum talem arbitrarer, qualis omnium existimatione habebatur, virum eruditissimum, et iurisprudentiae consultissimum. Neque aliter de te existimo, quia fortes nascuntur ex fortibus: heredem te tam virtutum, ac laudis paterna fore, quam eruditionis, ac singularis studij, ut Respublice, ac statui vestro, utilitati ac bono futurus sis: quod in partem eloquentes, et eruditionis indices litera tuae testantur tum expectatio multorum: paria paternis monumentis fore, quae in eo studij genere meditaris. Itaque quod mihi fuit benevolentia erga patrem tuum, et eos qui veris virtutibus sic commendentur, idem cupio a me expectes, quantum ex occasione, et aequa conditione poterit, adiuturum me quaecunque ex tuo commodo esse arbitror. Quae vero habes paterni ingenij monumenta, de quibus multorum relatu mihi constat esse talia, ut praeter publicae utilitatis detrimentum, non debeant celari, et ea, et si quid simile ipse sub manibus habes, me volente et honorante feceris, si in publicum emitti cures: quia et famam et familiae vestrae honesto modo vindicabis, et publica utilitati profueris, et ingenij vires exeres, ut te plures sciant pingnum qui rebus generandis admonearis in quo et aliis rebus tuis, si quid te poterit adiuuare, faciam ne frustra meam operam videaris desiderasse, cui cupio salutem.

* *



ILLVSTRISSIMO, ET
REVERENDISSIMO S. R. E. CAR-
DINALI ATREBATENSI GRANVELLA-
NO, ANTONIO PERENOTO, FRANCI-
SCVS BOSSIVS IVRECONSVLTVS
ÆGIDIJ FILIVS S. D.



L si mea sponte nihil vnquam antiquius habui, post Aegidij parentis mei im-
maturum interitum; quàm vt librum summo continentique multorum anno-
rum labore, pluribusque vigiliis ab eo elucubratum in lucem ederem: tum ad
communem omnium vtilitatem, tum ad eius nominis memoriam sempiternam:
tuæ literæ tamen aliquot abhinc annis scriptæ, quibus me ad hoc ipsum aman-
tissimis, atque honorificentissimis verbis hortatus es, currentem etiam atque e-
tiam incitarunt; nam vel tuam auctoritatem aspernari, cuius neminem vnquam posset poenitere,
vel voluntatem negligere, quam maximi semper faciendam duxi, nefas esse putassem. Itaque to-
tus in eam curam, & cogitationem incumbere, vt quam primum liber exiret. Cuius rei causa
cum is à me diligentius legeretur, quod scirem Aegidium aduersa prius valetudine, ac demum mor-
te præuentum, operi minus adhuc perfectò, vltimam (vt aiunt) manum imponere nõ potuisse, ani-
maduerti pluribus in locis verba deesse, consulto omiffa, & postmodum apponenda, eandemque
sententias iisdem ferme verbis, non vno in loco repetitas, multaque librarij inscitia non corrupta
solum, sed planè etiam deprauata. Postremò etiam vidi Aegidium ipsum, dum aduersus hominum
ingenia, calliditatem, atque solertiam, infinitasque & inextricabiles Iureconsultorum sententias,
veritatem solam nudis, simplicibusque verbis explicat, & defendit, leporem omnem sermonis, om-
niàque dicendi ornamenta penitus contempsisse: ita vt mirum videri debeat, eum, qui iuris civilis
intelligentia ad veteres Iureconsultos quàm proximè videbatur accedere, quique non modò re-
sponfa eorum sæpissimè legerat, sed vel singula etiam verba probè admodum tenebat, tam diuerso
tamen, & illis ipsis minime probato dicendi genere vsum fuisse. Quapropter putavi necessarium
esse, mihi que maxime debitum, studium, & diligentiam adhibere, vt liber opera mea paulò emen-
datior prodiret, cum præsertim certò scirem (si quis mortuis sensus est eorum, quæ hic apud nos
geruntur) parenti meo me gratissimum facturum, quem non semel ingrauescente morbo, dicere
solum meminisset, nulla se grauiore molestia affici, quàm quòd ante diem exactæ ætatis supra-
mo fato properante, lucubrationes suas corrigere, perfectæque absoluere nequiuisset. Sed cum opus
aggressus essem, cœpit me summum desiderium addendi aliqua, quæ iisdem de rebus post parentis
mei obitum copiosè scriptis mandata fuissent, nouasque etiam quæstiones (sicubi locus posceret)
breuiter disputandi, quæ cum Aegidij quæstionibus aptè conuenirent: vt inuenta ab authore, quod
vnũ mihi præ cæteris curæ esse debuit, meo labore clariora illustrioraque redderentur. Itaque omisso
priori instituto, ad hæc me cõsuleram: sed cum cliẽtib; publicis que aduocationibus nõ possem
omnem prorsus operã, salua dignitate, negare, atque adeò maiore indies præbere cogeret: meque
(vt sæpe accidit) quotidie aliud ex alio impediret, fiebat vt incitatus festinansque ad hoc vnum ani-
mus meus vehementer tardaretur: subsecuta sunt deinde tempora, quæ me totum ab hac cura co-
gitationeque distraxerunt. nam Aedilis factus (vicarium prouisionum appellant) illius muneris
assiduo, & quotidiano labore, atque ex susceptis patriæ nomine legationibus, & ex domesticis ne-
gotiis, quibus absente apud Helucios fratre, penè opprimèbar: orta est longa sanè horum studio-
rum intermissio: ita vt quamuis non parum temporis in hoc munere exequendo consumpsissem,
res tamen ad optatum finem nondum perducta, longo etiam labore, multaque diligentia egere
videretur. Quapropter decreui satis esse, opus hoc in aliud tempus differre, nullaque interposita

mora

mora librum edere, ne multorum spem, & quidem doctissimorum virorum, à quibus audissimè ex-
peclatur, diutius frustrarer, & ne vel tuarum literarum oblitus, vel tibi parum obediens viderer:
sed vno atque eodem tempore diuturno aliorum desiderio, debita erga patrem pietati, tuique ius-
tissimis mandatis facisfacerem. Adieci igitur pauca libro, quæ Aegidius addenda reliquerat, cum
opus totum acrius (quod sperabat) examinandũ resumpsisset, mendaque plura sustuli, non authoris
illa magis, quàm librarij, atque omnem orationem minus perfectò barbaram, & quæ etiam purga-
to stomacho minus molesta esset, reddere conatus sum: quæstiones verò, & collecta à probatissimis
ac recentioribus Iureconsultis, opportuna sane testimonia, quæ operi addere statueram, in aliud
tempus reiiciens, munus à me susceptum accuratè pro viribus absolui: (si tamen absoluere est, quod
quis parum politè efficiat.) Sed quis ornate potest aut eleganter his de rebus tractare? in quarum
scriptionibus noua verba, & omnino barbara, ita passim ab omnibus Iureconsultis recepta sunt, vt
qui veteribus, verèque Latinis vocabulis pro illis vti voluerit, longè fiat obscurior, & à nemine fe-
rè intelligatur. Curandum autem videtur, vt non tam propriis nominibus in hac subtili diffusaque
iuris civilis scientia, quàm notioribus interdum vtamur: quod ex antiquis Iureconsultis nonnul-
los aliquando fecisse scriptum legimus. Ego verò hoc ipso etiam veniã magis promereor, quod lō-
gè difficilius fuisset, alienam rem contemptiore stylo scriptam, prorsus politè reddere, quàm si hoc
idem ego nunc primum eleganter scribere aggressus essem: spero tamen quod à me præstitum fuit
in præsentia (quicquid id est) non nihil ornamentis paternis lucubrationibus allaturum: iudicatur
que homines, meam hac in re, si minus egregiam operam, at præclaram voluntatem extitisse. Cum
autem in manus hominum hæc parentis mei monumenta proditura essent, quibus nulla res mihi
charior vnquam fuit, tu potissimum à me delectus es ad quem iure ac meritò mittenda putarem.
Nam ego semper tuam amplitudinem colui plurimum, & obseruavi, cum propter ingenij magni-
tudinem, excellentem doctrinam, admirabilem religionem, rerum vsum incredibilem, cæterasque
innumerabiles, ac præstantissimas virtutes tuas, illamque præsertim humanitatè, in qua mirabiliter
excellit: tum quòd etiam me à te amari, propensamque voluntatem tuam erga me multorum testi-
monio, atque etiam tuis literis ad me non semel humanissime scriptis abunde cognoui. Mirũ est au-
tem quãto pere virtutis splendor ad sese homines alliciat, quantumque etiã sua vi trahat vel rapiat
potius ad amandũ, amoris vel exigua significatio. Præterea sciebam authorem quoad vixit, summa
animi propensione, summòque studio coluisse semper patrem tuum optimum, & charissimum
virum, atque etiam te, qui id ætatis supra ætatem doctrina, atque omni prudentiæ genere præsta-
bas: simul mihi quasi legem quandam in te colendo tradidisse, quæ ego studiosissimè semper obser-
uassim: ita vt dubitari nullo modo possit, quin si Aegidium in præsentia cõsulere liceret, ex illius
etiam voluntate, atque auctoritate liber ad te potissimum mitteretur: qui certe (vt confido) te
legentem etiam delectabit, quod præter criminales controuersias, quarum omnium summam
exactè complectitur, plurima in eo sunt, & ea quidè præclara, quæ ad fscum, & ad principis autho-
ritatè potestatemque pertinet, & si quid memoria dignum in hac Mediolanensi ditione à Ludo-
uici Sfortiæ principis temporibus vsque ad extremum Aegidij exitum per rerum criminalium iu-
dices, quæstiones, & amplissimum Senatui pronũciatum vnquam, decretum aut sancitum fuit: id
omne in hoc libro legi, & cognosci potest. multa etiam ad huius prouinciæ decretorum, & cõsti-
tutionũ interpretationè, declarationemque in eo scripta reperiuntur, quæ omnia ab authore, per-
lectis vtriusque iuris scriptoribus diligentissimè excussa, vtu ipso deinde comprobata fuerunt, cum
viginti annos, atque etiam amplius primũ fisci patronus, ac deinde senator munera publica obiue-
rit. Tu vero admirabili vtriusque iuris scientia præditus es, & adhuc adolescens ob eximiam virtutè,
penèque diuinam prudentiã à Carolo quinto, sapientissimo atque inuidissimo imperatore, confi-
liorum omnium particeps, imò verò princeps effectus, plurimas orbis terræ partes, quas illius ma-
gnitudo cõplexa fuerat, quoad imperauit tuo cõsilio tuãque prudentia gubernasti. Porro Philip-
pus Caroli filius, & rex oninium maximus, te in eodè amplitudinis ac dignitatis munere constitu-
tum mirifice semper dilexit: tibi que omnia summa maxime detulit, & in tot sapientissimorũ viro-
rum consiliis, qui à rege dum in Belgis morarentur delicti fuerant, tua precipue virtus atque ope-
ra plurimum eminebat. nemo enim te vno fuit vnquam vel ad intelligendum acutior vel ad iudi-
candum sapientior: tua singularis est in audiendis hominibus facilitas, in conficiendis negociis
diligentia, & in rebus omnibus integritas, & fides: ita vt iure optimo nihil præclarum aut egre-
gium sine tuo cõsilio aut industria fieri posse videatur. Quibus tuis virtutibus & huic tantæ existi-
mationi, amplissimum sane testimoniũ hoc tempore redditum est, cum prudentissimus & sapientif-
simus princeps Pius quartus Pontifex maximus abductũ te ob omni cura, atque honesto studiorũ
ocio fruẽtem, suo præclaro in hominibus deligendis iudicio, in celeberrimum Cardinalium colle-
giũ cooptrauit: quæ dignitatis accessio non tam quidè tibi futura est ornamento, qui te iã diu omni
honore superiorem ostendisti, quam summæ vtilitati vnuerse Christianæ reipublicæ, in qua longè

lateque propaganda diuinam vim ingenij, & virtutis tuæ aptius atque commodius exercere poteris. Sed quia certum mihi exploratumque est te quamuis grauissimis occupationibus & curis, distinearisi quid tamen interdum occiderit id omnè in humanioribus sacrisque studiis vel legum scriptoribus libentissimè ponere ex quibus summam animi voluptatem maximèque fructuosam percipere soles: non est quod dubitem, quin librum hunc, quem tibi probari tuis literis iam pridem significasti, hilari fronte gratòque animo accipias, & vt Aegidij patris mei optimi & doctissimi viri opus, & vt munusculum à me tibi maximè addicto profectum quod erit meæ peruerteris erga tuam amplitudinem obseruantia certissimum apud omnes testimonium. Dum autem maiora (quod mihi est optatissimum) meo labore, meisque officiis tibi præstare contendo: plurimum te oro, amplissime Perenote, atque obtestor, vt si quando meæ opera, meumque studium tibi vsui esse poterit, minima, maximaque mihi fidenter imperes: efficiam profectò vt nec vllam diligentiam, nec maiorem erga te cultus, atque obseruantia voluntatem in me possis desiderare, susceptamque de meo in te studio nunquam fallam opinionem tuam.

Valc.



TABVLA TRACTATVVM DOMINI

ÆGIDII BOSSII, EO ORDINE

QVO IN HOC VOLV MINE

CONTINENTVR.

De delicto fol.	1	Damno dato	268	Quomodo succurratur fisco, quando	
Delinquente	6	Iniuriis	269	quis contra eum falsis, siue simu-	
Captura	7	Sacrilegiis	275	latis artibus sententiam obtinet	
Carcere	15	Lege Iulia peculatus, & de residuis	376	Sententiis	377
Carcerato fideiussoribus committen-				Si ex falsis instrumentis vel testibus	
do, & quibus modis carceres eui-		Sortilegis, & Mathematicis	275	iudicatum erit	386
tari possint	18	Seditiosis	276	Si aduersus rem iudicatam restitutio	
Inquisitione	25	Vnionibus, & colligationibus	276	postuletur	388
Foro competent	41	Blasphemis	277	Supplicationibus aduersus rem iudi-	
Accusatione	62	Peturiis	277	catam.	390
Denuntiatione	67	Plagiariis	278	Appellationibus	392
Quomodo procedatur per exceptio-		Abigeis	278	Nullitate aduersus sententiam	394
nes	69	Effractoribus carcerum	278	Querela contra sententiam	395
Quomodo procedatur in crimine no-		Præuaricatoribus, calumniatoribus, &		Via facti, & denuntiationis euangeli-	
torio	72	tergiuatoribus	278	contra sententiam	396
Quomodo procedatur per actionem		Furti aduersus nautas, caupones, &		Remediis iustitiæ contra sententiam,	
in delictis	74	stabularios	280	ex confessione Principis	396
Decreto mediolani, vt nõ procedatur		Si familia furtum fecisse dicatur	281	Remediis ex sola clementia Principis	
criminaliter, quando res habet ori-		Arborum furtim cæsarum	281	contra sententiam	398
ginem à contractu	79	Tigno iniuncto	282	Pace	404
Quomodo procedatur per præce-		Termino moto	282	Restitutionibus quæ fiunt à Principi-	
pta	83	Crimine stellionatus	282	bus finito bello, ob pacem inter ip-	
Mulctis	85	Extraordinariis criminibus	283	fos factam	406
Citationibus	86	Ambitiosis	284	Executione sententiæ	408
Examinibus reorum	91	Lege Iulia de annona	285	Principe & priuilegiis eius	409
Responsionibus à reo faciendis	94	Vi publica, & priuata	285	Fisco, & priuilegiis eius	413
Confessis	96	Officialibus corruptis pecunia, inu-		Regaliis	461
Conuictis	104	stæque iudicantibus	287	Aquis & fluminibus	467
Indiciis & considerationibus ante tor-		Publicatione processus, & testiũ,	293	Monetis	472
turam	110	Oppositionibus contra testes	298	Vectigalibus	474
Tortura	133	Fauoribus defensionis	315	Vectigalia qui possint imponere	475
Confessis per torturam, ac effectu tor-		Reis requirendis, & absentibus dam-		Vectigalium conductione	476
turæ	137	nandis	317	Vectigali quod soluitur ex contra-	
Tortura testium	140	Bannitis	318	ctu	478
Tortura accusatoris	146	Bannire qui possint	318	Vectigal quo loco, & tempore sit sol-	
Defensionibus reorum, & defensio-		Banniri qui possint	319	uendum	477
num impugnationibus	148	Banniri quid amittant.	320	Vectigal soluere qui teneantur, &	
Hæreticis	155	Remediis contra bannum	325	qui ab eo excusentur	478
Criminæ læsæ maiestatis	159	Literis Principis bannitum admitten-		Vectigal pro quibus rebus solua-	
Homicidio	177	tibus ad nouas defensiones	326	tur	479
Mandato ad homicidium, consilio &		Banni nullitate	327	Fraudantibus vectigalia	480
instigatione	192	An in criminalibus iudiciis quis pos-		Angariis, & extraordinariis exactio-	
Furtis	201	sit pro absente interuenire	329	nibus	481
Rapinis	207	Pennis	331	His quibus vt indignis bona à fisco	
Pluribus violentiis	211	Bonorum publicatione	341	auferuntur.	481
Raptu mulieris	224	Debitorum an delinquenti soluere pos-		His quibus vt indignis bona auferũ-	
Coitu damnato & punibili	227	sint in præiudicium fisci, maximè si		tur, & ad fiscum non pertinēt	484
Stupro detestabili in masculos	234	vera numeratio non interueniat		Bonis vacantibus	484
Falsis	235	365		Metallis & argentifodinis	486
His, qui sibi ascribunt in testamen-		Proclamate, quod sit bonis publi-		Via publica	488
to	257	catis	369	Remissione mercedis conductorum	
His, qui prohibent aliquè testari	257	Alimentis præstandis vxori atque fi-		489	
Mutatione nominis	259	liis ex bonis publicatis	375	Remissione mercedis publicanorum	
Partu supposito	259	Dationibus in solutum quæ fiunt cre-		508	
Falsa moneta	267	ditoribus fisci ex bonis publica-			
Incendiariis	267	tis	376		

FINIS.

TABVLA TRACTATVVM QVI IN HOC VOLVMI NE

CONTINENTVR ORDINE ALPHABETICO
POSITA, QVO FACILIVS REPERIRI
POSSINT.

A	A	F
Biges, fol. 278	Falsa moneta 267	Falsis 237
Accusatione 62	Fauoribus defensionis 314	
Aliments pstantis uxori, & filiis, ex bonis publicatis 375	Fisco, & privilegii eius 453	
Ambitiosi 884	Foreo competenti 41	
Angaris, & extraordi. exactionib. 481	Fraudantibus veltigalia 480	
An in criminalib. iudiciis quis possit pro absente interuenire 329	Furtis 201	
Appellationibus 392	Furti aduersus nautas, cauponas, stabularios 280	
Aquis & fluminibus 467		
Arborum furtim cesarum 281	H	
B	Hereticis 155	
Banni nullitate 327	His qui prohibent aliquem testari 267	
Bannire qui possint 318	His qui sibi ascribunt in testamento 277	
Banniri qui possint 319	His quibus vt indignis bona a fisco auferuntur 481	
Banniri quid amittant 320	His quibus vt indignis bona auferuntur, & ad fiscum non pertinent 484	
Bannitis 318	I	
Bisphemia 277	Incendiariis 167	
Bonorum publicatione 341	Indiciis, & considerat. ante torturam 110	
Bonis vacantibus 484	Iniuriis 269	
C	Inquisitione 25	
Captura 7	L	
Carcerato fidei iussorib. committendo & quibus modis carceres euitari possint 18	Lege Iulia de amona 285	
Carcere 15	Lege Iulia peculatus & de residuis 275	
Citationibus 86	Literis Principis bannitum admittentibus ad nouas defensiones 326.	
Coitu damnato & punibili 227	M	
Confessis 96	Mandato ad homicidium, consilio, & in stigatione 192	
Confessis per tort. ac effectu torture 137	Metallis & argentifodinis 486	
Coniunctis 104	Monetis 472	
Crimine lese maiestatis 159	Multis 85	
Crimine scellionatus 282	Mutatione nominis 259	
D	N	
Damno dato 268	Nullitate aduersus sententiam 394	
Dationibus in solutum que fiunt creditoribus fisci ex bonis publicatis 376	O	
Debitoribus an delinquenti soluere possint in preiudicium Fisci, maxime si vera numeratio non interueniat 365	Officialibus corruptis pecunia, iniusteque iudicantibus 287	
Decreto Mediolani, vt non procedatur criminaliter, quando res habet originem a contractu 79	Oppositionibus contra testes 298	
Defensionibus reorum, & defensionum impugnationibus 149	P	
Delicto 1	Pace 404	
Delinquente 6	Panis 331	
Denuntiatione 67	Parti supposito 259	
E	Periuris 277	
Effractoribus carcerum 278	Plagiariis 278	
Examiniibus reorum 91	Pluribus violentiis 211	
Executione sententia 408	Prauaricatoribus, calumniatoribus & tergiversatoribus 278	
Extraordinariis criminibus 283	Principe & privilegii eius 409	
	Proclamate quod sit bonis publicatis 369	
	Publicatione processus, & testium 293	
	Q	
	Querela contra sententiam 395	
	Quomodo procedatur in crimine notor. 72	

FINIS.



AE G I D I I B O S S I I PATRICII MEDIOLANEN-

SIS, IVRECONSULTI CLA-
RISSIMI CAESAREIQUE
SENATORIS.

Tractatus varij ad criminales causas, & ad Fiscum, principisque auctoritatem ac potestatem, necnon ad veltigalium conductiones remissionisque pensionum pertinentes.

de la libreria del Maso y N. Collegio Vno. de S. da
TIT. DE DELICTO.

S V M M A E.

- Delictum fuisse commissum in primis constare debet.
- Visitatio fieri solet per Curiam, & mittitur Notarius qui mortuum videat, & vulnera describat.
- Delictum dolo & scelere commissum in primis constare debet antequam procedi possit.
- Qualitas facti constare debet sicut factum.
- Venenum, & per os datum, & in corpore contractum mortem affert.
- Veneri dati signa.
- Medici iudicio standum est, an ex veneno dato, an in corpore contracto quis sit mortuus.
- Notarius post ebrietatem aquam venenatam quando dicatur ex illa decessisse.
- Delictum dupliciter consideratur in datione veneni.
- Mors que delictum sapit tribus ex causis consideratur.
- Constare dicitur etiam per praesumptionem probationem.
- Probatio a committere accidentibus est concludens & legalis.
- Probatio semiplena interdum plena dicitur.
- Delictum constare debet ante inquisitionem nedi ante torturam.
- Confessio delicti sola, non confitio de delicto, non sufficit ad condemnandum.
- Confessio delicti sufficit vt procedi possit, quando de delicto constat saltem per iudicium.
- Gandinus maxima auctoritatis, & Princeps existimatur in criminalibus.
- Delictum constare debet, vel per testes, vel per iudicium, aut rei euidentiam.
- Confessio delicti quod signum non dimittit, sufficit ad poenam ordinariam vbi processit iudicium delicti & delinquentis.
- Furtum per coniecturas probatur vbi agitur civiliter.
- Querela damnatae passis sufficit, vt procedatur in furto.
- Furti criminaliter procedi non potest, vbi non appareat quod furtum saltem in genere sit factum.
- Insuper peccatus absolueno quam condemnando.
- Iudex debet mittere collateralem ad visenda vulnera.
- Inspectio rei omnes alias probationes silere facit.
- Substantia rei debet probari antequam de qualitate cognoscatur.

- Copula carnalis in impubere non probatur praesumptiue de praebulis ad copulam, nec quia ipse visus fuerit supra feminam.
- Impotens praesumitur minor quatuordecim annis.
- Copula carnalis probatur per iuramentum viri, qui alias viripotens sit vna cum cohabitatione.
- Copula vera quomodo ostendatur, & qua sint necessaria ad illam ostendam.
- Potentia in coitu quomodo probetur.
- Exceptio de non substantia rei semper potest opponi.
- Nomen occisi vel occisoris, dummodo constet de delicto, non est necessarium ad firmam inquisitionem, & condemnationem.
- Procedi non potest contra praestantes opem vel auxilium, nisi constet de delicto principalis.
- Mandans non potest molestari nisi constet de delicto mandatarij.
- Falsi puniri non potest procurans quod Notarius falsum committat nisi constet de falsitate Notarij.
- Et vbi etiam idem in producente falsis testes, quia prius debet constare de falsitate testium.
- Falsi puniuntur qui fecerit se alium fraudulenter.
- Mandans, vel opem praestans puniri non potest, nisi constet & expresse de delicto principalis per processum contra mandantem vel auxiliatorem agitarum.
- Testis dictum non valet contra mandantem nisi expresse deponat contra homicidam.
- Inquisitus de auxilio vel mandato potest puniri civiliter dummodo constet de delicto, licet non constet de certa persona delinquentis.
- Inquisitus de auxilio vel mandato vbi distat est poena non potest puniri criminaliter, nisi constet de persona certa delinquentis.
- Inquisitio firmari potest, & nomen occisoris apponi illi, cui iudex voluerit, quando duo interuenerunt homicidio, & vnum vulnus tantum est illatum & par est poena occisoris & auxiliatoris.
- Inquisitio generalis contra plures de auxilio & homicidio formata, licet non appareat homicidam, sustinetur.
- Processus contra principalem factus non nocet accessorio nisi vbi ibi.
- Processus potest fieri, & contra plures principales, & contra principalem.

- principalem & accessorium simul.
- 46 *Contumacia unius ex simul accusatis, non facit quod super-
fedeatur quod ad alios.*
- 47 *Procedi potest contra principalem & accessorium simul li-
cet constare prius debeat. de delicto principalis contra ac-
cessorium.*
- 48 *Mandans homicidium fieri puniuntur ad mortem ex Decretis
Mediolani, etiam non confitendo de principali.*
- 49 *Confessio mandantis sola non sufficit ad condemnationem,
etiam ubi mandatum non sequitur effectu puniatur.*
- 50 *Confessus mandatum ad homicidium non excusat etiam quod
mandatarius compareat, & neget mandatum aliquid man-
dasse: vel dicat se motu proprio fecisse.*
- 51 *Procedi non potest contra auxiliatorem, si constaret de prin-
cipali per contumaciam illum tantum, ut quia propter illam
esset hanniua.*
- 52 *Absoluto principali non propterea mandans est absoluendus.*
- 53 *Delictum commissum esse constare debet ante capturam, an-
te inquisitionem, & ante accusationem.*



LITIVM procedendi in crimi-
nibus puniendis tale est, primum
intelligitur maleficiu aliquod fuis-
se commissum, iudex debet pra-
oculis habere, tex. in l. j. §. item illud.
ff. ad Sylla. qui semper ad hoc al-
legatur, & ut prius constare debeat
de delicto, ex quo text. sumitur observatio, & quod Cu-
ria mittit Notarium ut mortuum videat, & vulnera de-
scribat, & sic curia hoc modo confitit sibi de delicto
potest ad ulteriora procedere, hunc text. sciunt omnes.
& Sed primo adverte quia dicitur tex. quod debet constare
illum interemptum scelere, & sic non sufficeret si con-
staret simpliciter esse interemptum: potuisset enim hoc
fieri sine dolo, & scelere, ut de se patet, & habetur in l.
proinde. la. ij. in princ. & ibi glof. ff. ad l. Aquil. & vidi-
mus hoc manifeste, quo tempore ducetos vitos & ultra
interfecit fulgur in vigilia sancti Petri, anno M. D. xxj.
in castro portae Iouis Mediolani una cum duobus pra-
fectis Arcium. debet igitur constare de qualitate mor-
tis, quia non dicitur & constare de facto, nisi etiam con-
stet de qualitate facti. l. si per alium. §. docere. ff. ne quis
eum qui, propterea dicebam aliquando in causa in qua
maritus dedisse venenum vxori arguebatur, & Medici
fecerant iudicium, iuxta cap. proposuisti, de probat. &
asseruerant eam mortuam esse ex dolore cordis, qui po-
tuerat orti ex diuersis causis & etiam ex veneno, quod
non poterat procedi: quia non constabat de delicto, nec
eam scelerate interemptam ad quod magis adducebar, quia
Medici & etiam non affirmabant, an ex veneno dato, an
in corpore ex humorum malitia contracto decessisset,
prout saepe contingit maxime in mulieribus ex reten-
tione menstruorum, & consequenter probatio delicti
erat plusquam debilis, imò si iudicassent quod ex mate-
ria venenata decessisset non expresse an veneno intro-
ducto, vel intus genito accidisset, adhuc nihil fuisset, quia
in finitis vicibus gignitur venenum in corporibus hu-
manis, ex quo moriuntur homines absque eo quod bi-
batur venenum, & eo in casu etiam apparent signa quae
solet ostendere mortuus, ex veneno dato interroga me-
dicos expertos atque ita comperies, quapropter quan-
do casus occurrit, quia in mortuo apparent talia signa
& Medici non possunt firmare iudicium suum, quod de-
cesserit ex veneno immisso, nisi aliquo alio extrinsecus
apparente pura quando post assumptionem pharmaci,
vel cibi immediatè incidissent in maximam mutatione
status sui denotantem veneficium. Tunc possunt iudi-
care fuisse venenum introductam, non per se horum,
ex quo venenum natum non tam repente operatur, si-

cuti venenum datum, & ex quo illa medicina, siue cibus
ille non potuisset producere tale accidens, & in his stan-
dum est Medicis, ut peritis in arte. d. c. proposuisti. & l.
semel. C. de re milit. lib. xij. & not. Bart. in proposito in
l. fin. ff. de fidei. & in specie Alex. in consil. ex vj. vol. iij. ibi
addit quod etiam si quis fateatur dedisse potionem ve-
nenatam alicui qui deinde decesserit exprimatque na-
turam & portionis, & quantitatem & medici attestentur
non potuisse istum ex huiusmodi veneno decedere: Tunc
ipse vti erroneè, confessus non poterit damnari. & lo-
quitur Alex. in casu in quo conatus non sufficit nisi se-
quatur effectus, quia aliter male loqueretur, si etiam no-
ita medici attestarentur, & confessio inquisiti esset, quod
dedisset venenum ei qui propterea decessisset non posset
fieri fundamentum super confessione quo ad iudicium
quod faciat de morte ob venenum sequuta: quia ad eum
non spectat hoc modo iudicare, sed solum an venenum
dederit. Ita innuit Alex. ibi & expresse Hippol. in l. j. §.
praeterea. col. penult. vert. & in quantum. ff. de fidei. Ca-
sus tamen iste si cõtingeret esset admodum periculosus,
& nollem quod in eum amicus meus incidere, vbi vel
non adesset iudicium Medicorum, vel si adesset diffite-
retur, quin potuisset mori ex veneno bibito, & vbi ille
incontinenti vel paulò postea decessisset iuxta ea quae di-
cam infra de vulnerato, qui infra modicum temporis
spatium moritur, quia regula est in iure, quod praesumi-
tur mortuus ex vulnere ut latè j. in titu. de homicid. ad
fin. vbi vide. nec Alex. vbi supra voluit aliter loqui, si
bene vides. Hippol. verò loquitur nimis lato ore. Et quia
medici qui interuenerunt magna cum difficultate verè
iudicant, Tu queras intelligere factum, prout se habuit,
& non solum signa corporis, sed etiam an post assump-
tionem medicinae vel cibi sequuta sint indicia & vesti-
gia veneni, & quibus ex rebus esset compositum medi-
camentum, qualisque cibus ei datus fuerit: nam circun-
stantie perducunt nos ad cognitionem veritatis. cap. oc-
cidit. xxij. quaest. vlt. & suppresso nomine personae suspe-
ctae & casus, scilicet veritatis ab aliis medicis. Et quia
in hac materia delictum & potest considerari dupliciter:
Vno modo quando requiritur, ut mors sequuta fuerit, a-
lio modo quando sufficit, quem dedisse venenum: ut oc-
cideret iuxta latè tradita per me infra in tit. de homicid.
In primo casu praesumptiva semper est probatio deli-
cti. patet, quia cum pendeat ex iudicio medicorum, qui
concludenter non deponunt, sed de credulitate: ut not.
in d. cap. proposuisti. non potest dici vera probatio.
Secundo casu etiam veritas haec praesumptiva sufficit:
quia etiam statuer Medicis, qui considerant medicinam
datam: & ut supra, potest etiam haberi ipsa veritas à re-
sibus, verum cum sit difficile probatum: quia secreta so-
lent haec fieri, an eo casu sufficiant indicia, & praesum-
ptiones, pendet ex infra dicendis.
Et & ad declarationem praedictorum scias, quod aut
casus mortis, qui delictum sapit, oritur factò hominis,
aut factò naturae, vel fulminis, aut est dubium. primo ca-
su loquitur dicto §. item illud. Secundo casu non, quia
non habetur ratio eius quod vi diuina prouenit, & casu
fortuito. l. fluminum. §. Seruius. ff. de damno inf. cto.
Tertio quando est dubium, non potest procedi, quia
debet constare: ut expresse dicit text. in d. §. item illud. &
facit l. si quando. in verbo patefacta. C. vnde vi. quem ibi
ad hoc ponderat Iaso. & rex. in l. j. C. vbi caus. fidei. & si
dicas hoc modo maleficia sepe numero remanebunt im-
punita, quia noctis tempore poterit quis ponere incen-
dium, vel hominè suffocare, & deinde dicere quod
prouenerunt casu fortuito, vel diuinitus, vel per infirmita-
tem. Ad hoc respondeo quod iudex debet esse cautus, re-
currendo ad coniecturas, si quae reperiri possunt, quia ca-

sus obscuri, sic demonstrantur. l. non omnes. §. à barbaris.
ff. de re militari. si autem non apparent coniecturae,
tunc, licet ea possint prouenire à casu fortuito, tamen
quia frequentius culpa hominis accidunt. l. si vendita. ff.
de pericul. & commodo rei vendita. accipienda est pra-
sumptio vt factò hominis prouenierit, quia sensus & co-
gitationes nostras accommodare debemus ad ea, quae
frequentius cõtingunt sic Bald. in consil. xxxvij. in princ.
ac etiam per eundem in d. §. item illud. Ex his vides, quod
11 & si illud dicatur, constare, & quod verificatur vera pro-
batione, & non praesumptiva. iuxta glossam in clement.
constitutionem. de electio. Alex. in l. Lucius post Bart.
ff. de condit. & demonstratio. Felynum in rubrica extrà,
de probat. col. j. & ij. & las. in l. magistratibus. col. ij. ff. de
iurisdictione omnium iudicum. Tamen secundum subie-
ctam materiam etiam sufficit praesumptiva, quod patet
in casu nostro ex praemissis, quamuis etiam illa probatio
12 quae sit per locum & communiter & accidentibus sit con-
cludeas & legalis. l. neque natales. C. de probat. cū simi-
13 libus: imò semiplena & probatio dicitur plena, secundum
subiectam materiam. l. ij. vbi doct. not. C. ad Carbonianu.
14 Secundo & adverte, quia non solum debet constare
de delicto ante torturam, sicut loquitur text. in d. §. item
illud. ad quod facit quod dicit Brun. in tractatu suo, de
indic. & tortu. charta sexta, columna ij. versic. item nota
quod nunquam. vbi dicit quod testis etiam torqueri non
potest nisi confitendo de delicto, verum etiam debet con-
stare de delicto antequam formeretur inquisitio specialis.
Bart. in l. fin. in j. col. iij. & principio sequen. ff. de quaest.
& in l. j. §. qui questionem. ff. de quaest. Brunus in tracta-
tu suo, de indic. & tortu. charta septima columna vlt. &
Angel. de Arimin. ad Angel. in verbo, fama publicae.
15 Et hoc per rei in spectione vel per testes, sed an rei con-
fessio sola quod deliquit sufficiat ad damnandum? dicit si
quis facatur, in genere fecisse plura furta, vel homici-
dium: super hac confessione non aliter confitendo de delicto
fieri non posse fundamentum, propter incertitudi-
nem omnimodam dictae confessionis ita loquitur Bald.
in auth. sed nouo iure. C. de furtis. & hic casus nullam
habet difficultatem apud doct. & haec opinio etiam est
vera, dato quod dicat confessus se interfectos proiecisse
in mare & iuxta maris litus moraretur. & esset aliàs ma-
le conditionis. ita Angel. in l. certum. ff. de confess. dum
improbat illum Dominum Nicolaum praetorem Perusi-
sij qui ad mortem damnauerat tres qui confessi fuerant
se suffocasse nonnullos incognitos & proiecisse in flumen
iunctis dictis per eundem Angel. in l. j. C. de confess. vbi
sententiam praefati praetoris sequitur, prout refert & se-
quitur alia addendo August. de Arimin. in glossa & ve-
stem caelestem. ad versic. Angel. quid si quis confiteatur
se fecisse plura furta, sequitur etiam Alex. in suo solenni
cõsilio in hac materia decimanona, volumine seprimo.
column. j. in fine. & sequenti, vbi ponderat quod Angel. in
d. l. certum loquitur quando quis fateatur hominem in-
certum proiecisse in flumen: & eo casu cum Angel. nul-
lum faciat fundamentum super ea confessione ponde-
rat etiam ita velle Paul. de Castr. in dicta authent. vt ibi
per eum. Sed quid quando fateatur in specie respectu cer-
ti hominis vel furti, & aliter non constat de delicto, &
videtur eum teneri de homicidio, aut de furto, nisi vel
ipse vel sui probauerint in termino dato ad se defenden-
dum quod non fuit delictum commissum. per gloss. in l.
inde Neratius §. fin. ff. ad legem Aquil. & cum ita decla-
rando, sequitur Ang. in d. l. certum. & latè hanc opinio-
nem tenet Alex. in d. consil. xix. quae opinio mihi mirum
in modum displicet, quia eo casu quo confessio loquitur
de certa re aut persona, iudex tunc à seipso iuxta l. & si
non defendantur, debet mittere ad intelligendum an

delictum commissum fuerit, & eo non comperto illud
debet absolueri, aliàs condènare & ita seruatur, & hanc
opinionem vult Bald. in l. cum probatio. ff. de probationi.
dum tenet sufficere ad hoc vt cõstet de delicto quod ho-
mo non reperitur, & fama sit eum fuisse occisum: vult
igitur solum confessionem non sufficere ad idem Bald.
in additio. Specul. in titulo de senten. in antepen. colum.
versic. Titius fuit confessus. & in cap. at si clerici in octa-
ua columna, de iudiciis. & refert & sequitur Iason. in l.
iururandum, quod ex conuentione §. fin. ff. de iururand.
do & Alexander met in consilio decimonono. columna
penult. dicit quod tutius est tenere hanc opinionem, fa-
cit l. j. §. diuus Seruius. ff. de quaest. imò est ibi lex in ter-
minis non cauillando literam, ad idem etiam vult las.
in l. error. colum. iij. C. de iur. & facti ignoran. & docto-
16 res allegatos per Alex. in d. consil. xix. in j. colum. & Sed
difficultas est quando confessio non est nuda, sed erat
indiciu vel fama quod delictum commissum esset, &
certè videtur quod sufficiat confessio ita vestita per di-
ctum Gandinum in titulo, de praesumptio. columna se-
cunda. versic. aliud etiam nota dignum. vbi vult in hac
materia quod ad hoc vt debeat, & possit praesumi con-
tra aliquem quod commiserit delictum, debet constare
iudici delictum fuisse commissum quemodo cõque, vel
per testes, vel in iudicium, vel euidentiam facti: & hoc exi-
stimat notatu dignum & obliuioni non tradendam, &
17 cum & Gandinus fuerit maximae autoritatis in crimi-
nalibus adeo, vt dixerit Paulus de Castro in consil. cxcvj.
in vltima col. relatus per Cepoliconsilio xxxij. colum. si
quod cum Gandinus toto tempore vitae suae diuersis in
ciuitatibus iudex maleficioium fuerit, temerarium est
recedere ab eius opinione, & dicat Fulgos. consilio cvij.
col. ij. quod ab omnibus iudicibus maleficioium Gandi-
nus habetur Princeps in maleficiis, non videtur ulterius
quaerendum, quinimò concludendum quod de delicto
18 & debet constare plenè, si ita fieri possit, scilicet per te-
stes, vel rei euidentiam: iuxta practicaem ostensam per
Bart. in d. §. item illud. & quod dixi in primis verbis, vel
saltem per iudicium, pro eadem opinione habes Bald. in
d. l. cum probatio. ff. de probationibus, & in addi. Specul.
in dicto titu. de senten. columna xij. versicul. Titius fuit
confessus. & sequitur las. vbi supra & Afflic. in tit. de
pae. iur. firm. §. iniuria. in quarto notab. in litera xxxij.
& litera xxxij. & ita tene, quicquid dicat Augustinus
de Arimin. ad gloss. fama publica vers. xij. tu iudex, quod
maximè procedit quando simpliciter non est fama de
morte, sed quod fuit occisus, sic loquitur Bald. in dicta
l. cum probatio. & videmus etiam hoc seruari tota die
19 & in delictis maxime, in quibus signa non remanent, &
sic cesset rei euidentia iuxta practicaem Barto. in dicto §.
item illud. quia si adest iudicium huiusmodi delicti &
consequenter vt plurimum delinquentis proceditur ad
inquisitionem. & etiam ad torturam, & si sequitur con-
fessio etià damnatur poena ordinaria cõfessus, & exem-
plum potest poni in percussente alium manu vacua, vel
in simplici insultu, vel etiam in adulterio, & in aliis dam-
nabilibus coitibus, & si aliter diceremus delicta saepe
20 remanent impunita & dum dico quod debet plenè
constare vbi constare potest, adverte quia in furto vide-
tur quod sufficiant coniecturae, scilicet fractura hostij,
fuga famuli & similia. & ita Bartol. in l. si quis ex argen-
tariis §. praetor ait. ff. de edendo. & in l. si quando. C. vnde
de vi. & hoc propter difficultatem probationis, vt ibi
per Bartol. & Doctores, & ita pari modo videtur dicen-
dum in aliis delictis difficilis probationis: vt per Iaso-
nem in dicto §. praetor ait. & alibi saepe, sed res ita se non
habet quia in criminalibus plenè debet constare de fur-
to secundum practicaem Doctorum, de qua in dicta au-
thentica

thentica, sed nouo iure. Angelus in dicta glossa & vestem coelestem. in dicto versiculo & ubi supra & Bartolus in dicto §. pratorat. & in dicta l. si quando loquitur in civilibus. vt per Iason. in l. finali. in fine. ff. de in litem iurando. & in dicta l. si quando. in fine. Practica tamen est in furto. vt sufficiat q̄t̄a rela damnū passū, vt etiā attestatur Brunus in tractatu de iudiciis. & tortura charta sexta columna iij. prædicta tamen procedunt ad puniendum ciuilitet. Si verò criminaliter agatur secus est vbi non appareat quòd delictum saltem in genere commissum sit iuxta text. & glo. in l. inde Neratius §. fin. ff. ad legem Aquil. & Iason. in d. l. error. columna tertia & aduertendum est quòd quamuis Alexand. in formula confessione specialis delicti consulerit confessione sufficere, amen id fecit vt defenderet quendam doctorem, qui consiliū dederat quòd talis confessio sufficiebat ad condemnandum confessum ad mortem, contra quòd consiliū plures Doctores consulerant affirmantes, quòd imò ille doctor, incederet in penam quòd quisque iuris in alium statuerit, & c. & forte Alexan. fuit memorius quòd dixit Bald. in consilio quingentesimo de cimo quinto. in fine, volum. quinto. quòd q̄t̄a iustius nequeus in absolendo quam in condemnado, nam ipse me Alexand. hoc ostendit, dum in penultima columna dicit, quòd tutius est tenere aliam opinionem. Item aduertendum est quòd summa cum ratione etiam Gandianus dixit illud notandum, de quo supra in titulo de præsumptione ex hoc expresse volens quòd sufficiat præsumptio delicti siue iudicium.

4 Tertio aduerte ad text. in dicto §. item illud. & practica per eum text. sumptum, quòd iudex debet mittere collatorem ad visitanda & describenda vulnera, quia nō sufficeret vbi homo mortuus esset, quòd vulnus mortale describeretur: sed omnia describi debent; cum in eodem homine occiso, alius de occiso teneatur, alius de vulnere simplici, & alius de vna percussione, & alius de alia, vnde omnes percussiones & omnia vulnera sigillatim cum qualitatibus suis describenda sunt, probatur in l. finali. ff. de scariis. & ita Angel. ibi. ex qua descriptione etiam iudices deueniunt ad cognitionem; an testes verum dixerint: quia aliquando deponunt plura quam

25 postea reperiantur ex rei inspectione, quæ omni q̄t̄a aliud genus probationis flere facit. vt per Iason. in l. fin. ff. de in litem iurando.

26 Quarto aduerte ad dictum §. item illud. quòd non solum in materia delicti debet constare in primis de delicto ante inquisitionem, torturam & damnationem imò in qualibet materia, vbi lex aliquid disponit respectu certæ rei, quia prius debet constare de illa rei. l. diuus ff. de testam. milit. l. si in dicta l. si quando. C. vnde vi. super verbo, p̄fecta. glo. in cap. ad dissoluendum in verbo, accusari extra, de desponsatio. impub. Nam qui vult probare qualitatem, prius debet probare substantiam in qua illa qualitas fundatur. gloss. in l. si arbitet. ff. de probationibus Bald. in cōsilio cccclxv. in quarto volumine. & ex hac ratione infertur, quòd qui vult q̄t̄a probare puerum annorum vndecim, vel duodecim, vel tredecim, minorem quatuordecim annis adulterium commisisse cum muliere, debet prius ostendere quòd esset potens. Vnde Bartol. in l. j. ff. de furtis dum vult præiudicia adulteri inferre ad adulterium, & illud probare, de quo in capit. iij. de præsumptio. & alibi, intelligitur consilio

28 prius quòd esset potens, vbi, vt dixi, loquamur in minore quatuordecim annis: quia in impubere præsumitur impotentia. ca. ij. de frigidis & maleficiat. & Geminian. clarè in consilio vigesimo quarto, columna ij. & de hoc est decisio Hostiensis, in cap. continebatur in verbo, fit. maquerit, de desponsatio. impuber. vbi vide. Nam textus

29 ibi supponit vt credatur viro cum q̄t̄a iuramento quòd cognouerit vxorem vel sponsam. iuncta tamen coh. ibi rationis, id est, quòd simul habitauerint, & ita per illam textum, & dictum capit. tertium. & cap. primum, de frigidis. & maleficiat. decidit Innocentius, in cap. ex parte coluntinij. de restitutione spoli. Sed Hostiensis illud intelligit vbi alius esset potens, & hoc probatur, vt potes videre. sic etiam si bene vides, hoc decidit Antonius de Buttr. in cap. præterea de testib. in fine. & Abbas ibidem. columna secunda. & alijam copulatis quia non potest videri probatur per conueniens testimonium, dicto cap. præterea eius exemplum est si videatur vt supra terminam. dicunt tamen Doctores ibi, quòd alias debet esse potens: quia si apparet esse alius impotentem, illa coniectura sine præsumpta probatione non sufficeret. Sed esset opus vt probaretur q̄t̄a vere, vt quia rupisset claustra pudoris, & semen emisisset, hæc enim esset vera probatio copulata, vt declarat Præpositus, in dicto capitulo continebatur et omnes sciunt, et oportet probare quòd tunc rupisset, ad eò quòd non sufficeret, si postea inuenirentur rupta ita declarat Geminianus in dicto consilio, columna iij. et iij. atque ideò nequam poterit impubes ostendere copulam, nisi prius probauerit, se esse q̄t̄a potentem per eam probationem quam ostendit Abbas in cap. de illis. el. secundo de desponsat. impub. et Calcan. latissime consilio cxx. & dum supra conclusi debere probari potentiam, ita vt eo casu quo non præsumitur vt in impubere non sufficere dictum viri cum iuramento, iuxta dictum cap. continebatur hoc etiam clarè sentit Alexander, concilio cxlix. columna tertia, versiculo, possem et columna sequen. volumine quinto vbi bene vide. et addo quòd si mulier dicat se corruptam à virò cum quo cohabitauerit et ostendat se fuisse corruptam, tamen non crederet à virò corrupta qui esset minor quatuordecim annis, nisi probata illius potentia: secus si maior esset. ita Paulus de Castro in consilio cclxxvij. volumine primo. et Geminianus, in dicto consilio non tamen præsumetur à minore corrupta, nisi appareat de corruptione tempore cohabitationis, secus si postquam diuertisset ab eo, ita Paulus de Castro & Gemin. in dictis consil.

32 Et adde supradictis quòd semper potest apponi de non substantia rei, vt per Felin. in cap. cum Ioannes. de fide instrumentorum. charta tertia, versiculo, declara primo in vltima columna illius chartæ. & ideò iudex ipse absque consilio principis, etiam post sententiam quæ transit in rem iudicatam, ad eam potest apponere manum consilio quòd res ipsa non subsistat, id est, quòd homo qui dicebatur mortuus viuat, vel nunquam fuerit in rerum natura. Felin. in capitulo consanguinei. columna vltima de re iudicata. Quinto aduerte ad dictum §. item illud. quòd Baldus in additio. in l. iij. §. eiusdem. ff. de testibus dicit quòd fallit conclusio illius text. in furto falso, & adulterio. Sed male loquitur vt apparet ex præmissis, & de his fallentis, etiam dubitat Augustinus de Arimino vbi supra, & Brunus in suo tractatu, charta septima, columna vltima. Fateor quòd in adulterio & aliis delictis, quæ non relinquunt signum exterius esset difficile illa punire nisi permitteretur: vt sufficeret indicium delicti, & sicut dixi supra.

33 Sexto aduerte quòd licet ignoretur nomen occisi dummodo cōstet de corpore, potest formari inquisitio, & deinde condemnatio, & similiter si ignoratur nomen homicidæ: vt per Alexan. in d. consil. xix. in septimo: & Iason. in d. l. iulurandum, §. fin. de iureiurando. columna vij. & alibi sepe, & omnes sciunt.

34 Septimo aduerte quòd ex prædictis, vt scilicet primo debeat constare de delicto, infero quòd non potest

potest procedi contra aliquem, eo quod præsterit opē vel auxilium ad aliquod maleficium, nisi in primis constet de maleficio principali: similiter non potest procedi de mandato constet iste est text. vulga quem nescire esset maximum dedecus, in l. si is qui rem. la. secunda. §. si tu Titium. ff. de furtis & ita Bartol. ibi not. & ideò pars quæ fecit vt notarius in bona fide existens confecerit falsum testamentum q̄t̄a non posset puniri de falso, quia de notario qui est principalis, non constat, nec constare potest ex quo falsarius non est, & ita Bartol. in l. si quis obrepserit. columna secunda. versicu. ij. quæro. ff. de fals. & consilio cxix. l. mol. consilio ciiij. & Alexand. consil. lxxiij. ad finem. in primo volumine. & potest exemplū poni in casu qui nunc in facto euenit cum quidam filius legitimus mortuo patre, se supposuit in electo loco patris iam mortui, & vocatis notario & testibus quos decepit, quia credebant eum patrem esse: tanquam pater fecit ab eo notario fieri testamentum, & seipsum hæredem instituit non euadet tamen iste pœna obreptionis falsi si hoc modo aliquid consequutus est, imò nec pœnam q̄t̄a falsi quia fraudulenter fecit se alium. l. falsi nominis. in princip. vbi gloss. & Bartol. ff. de fals. & per Socin consilio lxxij. columna tertia. & in l. eos §. qui se pro limite. ff. de falsis. Et adde prædictæ conclusioni, quòd prius debet constare de principali, quòd nec sufficit vt constet de principali per processum solum factum contra ipsum principalem, sed oportet vt constet per processum agitatum contra ipsum accessorium. ita Bartol. ibi, ad eò vt nec sufficeret sententia contra ipsum principalem, vt ibi per Alexand. & per Barto. in l. j. §. si ff. de quæst. & Felin. in c. sicut dignum. colum. j. versiculo, secundò limita de homicid. & in cap. quamuis columna ante penultima de re iudica. & in l. sepe. ff. de re iudicata & Angel. in gloss. Sempronium mandatorum, columna octaua, & cum Bartol. in dicta §. transit etiam Felinus in cap. sicut tuis in septimo notab. de simo. & Angel. in gloss. dicto maleficio semper asstitit, columna quarta, versicu. quæro ad hoc. sed aduerte quia debet constare expresse de principali, aliàs non posset puniri auxiliator nec mandans, ad eò quòd nec depositio testis valet

39 qui deponit q̄t̄a. contra mandatem nisi expresse deponat contra homicidam. Bald. consilio cclix. volumine primò ad finem columnæ ij. & sequen. & consilio liij. volumine primo. & in l. j. ff. de seruo corrupto. quæ conclusio est plena succo. ita etiam consuluit Alexand. consilio xiiij. columna tertia. in tertio volum. & in cōs. xv. primo vol.

40 Si igitur formaretur inquisitio de auxilio contra aliquem, vel demandato, non posset sequi condemnatio nisi etiam constaret de persona certa delinquentis. Quod tamen intellige quoad criminaliter puniendum, non autem ciuilitet: quia satis est quòd factum sit delictum, vt supra dixi. Item satis est vt constet de delicto, licet nō constet de persona certa, vbi clarum est quòd alius illud commisit, text. est in dicto §. si tu Titium. ibi cum furtum factum non sit, & ita Bart. ibi & Bald. supra maximè in eo consilio liij. vbi ita vult licet prima facie aliter videatur dicere, sed vbi non est clarum, quod ab alio commissum sit, vt in casu quæstionis gloss. in l. finali. ff. de scariis, quando nescitur quis dederit vulnus mortale quod tamen datum est, hoc casu debet constare de persona principali, vt cognoscatur an puniri debeat de accessorio an verò de principali ita loquitur Alexand. vbi supra & Anch. consil. cxxvj. nos Bartolomæus in fi. super quo se fundat Felin. in c. significati. el. secundo.

41 iij. de homicid. q̄t̄a hoc nisi sit par pœna, quia potest inquiri vnus de homicidio, alius de auxilio. ita notabiliter Angel. in dicta l. finali. ff. de scariis. in fin. vbi refert

de hoc fuisse magnam altercationem, sed si sit dispar pœna non potest inquisitio formari, loquitur tamen Ang. quòd ad inquirendum tantumq̄t̄a tamen comparerent, & negarent, omnes essent absolendi, vt per Alexand. Ancharanum & Felin. vbi supra & ideò male dicunt illi qui ex dictis Doctorum conuidentium, quando est vulnus vnicum, & duo vel plures quibus interuenerunt, quòd omnes absoluantur assentes. ipsi quòd inquisitio non potest formari, ex quo laoramus super incerto, & ignoratur etiam quis intulet vulnus, vel vulnera quia saltem potest formari inquisitio, & est in arbitrio iudicis apponere nomen homicidæ, cui vult cū

42 auxilio aliorum, quando q̄t̄a est par pœna. ita Angelus in dicta l. finali præcisè: & loquitur quando vnus ictus percussio interuenit. & ita seruatur, sic declaro Doctores qui prima fronte videbantur contrarij, fac, quando par est pœna. l. q̄t̄a si dubiteret. ff. de acquirenda heredit.

43 Adde q̄t̄a quòd etiam sustineretur illa inquisitio, quæ vt plurimum fit in tali casu, quando pauciora vulnera interuenerunt quam essent insultantes, dñ dicitur quòd dicti quatuor inquisiti insultarunt talem, ex quo vulnere remansit vulneratus duobus vulneribus ex quibus mortuus est, dantes sibi inuicem consilium, auxilium, & fauorem, non obstante quòd non appareat quis fuerit homicida, & quis fuerit auxiliator, & non obstante consil. Alexand. xv. in primo volumine, quod omnes sunt absolendi à pœna corporali: vt apparet ex consilio Anchar. cxxvj. qui tenet has difficultates militare quoad sententiam non autem quoad processum, & ita loquitur iura Alexand. in dicto consil. maximè quia incertus libellus qui potest declarari ex confessione & testibus sustinetur, vide infra in materia homicidij quæ pono circa. finalem. ff. de scariis & ibi omnino vide.

44 Et q̄t̄a dixi quòd processus factus contra principalem non nocet accessorio, aduerte quia aut loquimur in sententia aut in confessione vel testibus, vel aliis actis de quibus vide Bart. in l. denuntiaffe. §. si ff. de adult. in l. Lucius. ff. de infra. & in l. ad monendi. col. vij. vers. quæro quid si dicta testium. ff. de iureiuran. & alibi sepe maximè per Alexand. in l. sepe. ff. de re iudica. quæ tamē difficultas oritur in processu facto quo ad vnum duntaxat, secus si quo ad vtrumque, videlicet principalem & auxiliatorem mandantem & mandatarium ita Doctores vbi supra maximè per Bald. in l. §. finali. vers. iij. nota. ff. de eden. Nec videatur mirum quòd processus

45 possit fieri quod ad mandatem & mandatarium simul quia de hoc habemus text. in l. minoribus. cum concord. de quibus ibi per Iac. C. de his quibus vt indig. & per Angel. in gloss. Andream auxiliatorem, in princ. vbi dicit quòd non solum contra principalem & auxiliatorem, potest simul procedi, sed etiam contra mille principales

46 nec quia q̄t̄a vnus sit contumax debet supercederi quoad alios, ad quod vltimum allegat text. & ibi Barto. expresse in l. non idcirco. ff. de iudicis vbi vide Angel. & in l. prima. col. ij. C. si aduersus rem iudicatam. male tamen seruatur quia larrunculatoris nolunt dare copiam indiciò existens in carcere donec absentes venerint ad iudicium, vel damnati fuerint, ne ex processu, qui fit contra presentem alij absque constitutione liberentur quia tunc crumenam non implent: procurare tamen debet bonus iudex, vt alij etiam veniant, antequam detenti dimittantur, ne alter alterum postea instruat videntur tamen hæc vt simul contra vtrumque possit procedi contra auxiliatorem, vel mandatarium, nisi prius constet de principali. sed dic conuenire simul vt. non possit procedi contra auxiliatorem vel accessorium, nisi constet de principali. & quòd tamen, simul,

possit procedi, nam simul omnes accusantur, & accusari possunt, vt per Fel. in capi. ij. columna ij. de accusatio. & habitis indiciis de vtroque formatur contra ambos inquisitio, & sic etiam contra auxiliatorem, sed tamen verum est quod prius constat de principali: sed in processu facto contra auxiliatorem, vnde non dico quod prius debeat constare de principali antequam possit procedi contra auxiliatorem. Sed dico quo ad hoc vt procedatur contra auxiliatorem, requiritur vt constet de principali, facit regula, accessorium de regulis iur. in vj. Ex his infero quod vbi solum mandatum esset punibile, ita vt nequaquam penderet à suo principali, tunc aliud videretur, dicendum quod imò posset puniri mandans non in tellecto aliter de principali, vnde cum secundum delectum editum tempore Gallorum mandans homicidium fieri puniatur ad mortem etiam non sequuto effectu videtur quod cesset prædicta omnis materia. & etiam Bal. in dicto. on filio li. j. volumine primo. & præallegatum Decretum obseruatur, etiam hoc tempore, quia summatione videtur factum. iuxta nota in l. decernimus. C. de sacrosanctis ecclesiis. & per Felin. in cap. translatio. in princip. de constitut. & memor sum quod Curia pratoris Mediolani condemnauit quandam mulierem de mādato, ex sola confessione eius nō aliter confititio de principali, quando enim mandatum habetur pro perfecto actu, illud puniatur ordinariē, cap. pro humani. de homicidio, in vj. & per Augustinum de Arimin. Ad Angel. in gloss. Sempronium mandatore columnā tertia super

49 secunda quaestione, aduerte tamen quia confessio sola mandati non sufficeret sed de eo aliquatenus etiam constare debet saltem per famam & indicia iuxta ea, que dixi supra: aduerte etiam quia quando de mandatario non constat, sed sumus in dubio, tunc loquuntur prædicta. & ita fuit in casu dictæ mulieris, sed si veniat ille cui mandatum dedisse mulier asserbat vel detineatur, & neget verum esse quod mulier sibi aliquid mandauerit an hoc casu elidatur confessio mandatis, tanquam erronea appareat dico nō elidi iudicio meo: quia mandatum consistens non allegat hoc iuxta l. si adulterium cum incestu. §. idem Polioni. ff. de adulter. item non dicitur ex hoc constare contrarium nec plenē nec semiplenē: quia à socio criminis elisio hæc habetur, vt dicitur in l. quoniam liberi maximē per Salicet. & Bald. C. de testi. eodem modo mandataris non excusaret mandantem, si fateretur homicidium fecisse, & diceret motu proprio ab eo factum Hippoly. in l. §. diuus, Antonius. colum. ij. ff. de quaestio. Sed quid si de principali constaret: quia tanquam contra max. esset bannitus iuxta dispositionem statutorū an sufficeret ad hoc vt posset procedi contra auxiliatorem credo satis non esse, per reg. l. eius qui delatorem. in princip. & per id quod notat ibi Bartol. ff. de iur. sic. & per ea que ponit Bald. in l. ij. colum. finali. C. de eden. & Bartol. in l. cum filius ff. de verbor. obligat. & Felin. in cap. cum Bertholdus. de re iud. & ad hoc vide Bald. in


52 consil. cclxxix. colum. fin. volum. j. Pone etiam quod de principali non solum non constet imò sit absolutus an propter hoc mandans sit absolendus, & similiter si testis falsus esset absolutus an pari modo instruens sit absolendus: & dic nō esse absolendum quicquid innuere videantur prædicta, ita Bald. in l. transigere. colum. fi. in fin. C. de tranfact. quod est contra vulgares. Superest vt queramus an constare debeat de delicto ante capturam & dicendum est, debere omnino per ea que dicta sunt, & ad hoc optimē Gandi. in d. cit. de præsumpt. colum. iij. vol. dicit quod non confititio de delicto quicquid superadditur nullum est, quod etiam expressē vult Brun. in tract. suo colum. antepen. in versic. sed idem Salicet. iuncto versic. quod ego intelligo. pro qua opinione

videtur text. secundum expositionem Io. And. in c. si de ricos. de senten. ex com. in vj. & quia dixi quod ante inquisitionem debet constare de delicto, dic. idem ante accusationem: vt dicam infra in materia tortura in xj. & vltima parte.

Tit. de Delinquente.

S V M M A E.

- 1 Delinquens queritur vbi constiterit de delicto.
- 2 Signa ad cognoscendum homicidam, suum violentiam committentem.
- 3 Inquisitio generalis quo ad delicta & specialis quo ad personas, & e contra.
- 4 Copia indiciorum super generali inquisitione assumptorum non est danda parti.
- 5 Testes super generali inquisitione recepti, sunt repetendi.
- 6 Testes super generali inquisitione recepti, possunt torqueri, si vacillant.



VIA confititio de delicto perquiritur delinquens, quero quomodo hoc fiat? dic. quod vbi intelligitur delictum commissum esse, iudex inuestigare debet quis fuerit delinquens, & pura si loquamur in homicidio, debet querere an haberet inimicum l. j. §. cum aliquis. ff. de quaestio. an litigat. & vel aliter esset in contentione cum aliquo potente & an eo die quo commissum fuit homicidium fuerit visus aliquis in ea via contra consuetum, maximē si fuisset visus cum gladio euaginato vel sanguinolento, & cum facie pallida, vel visus esset fugere post delictum, vel recipere homicidam & in aliquis aliquando fuerit minatus occiso, & vt latius per te ipsum potes mente seu cogitatione comprehendere si loquimur in furto, an famulus fugerit à domo, an in domo sit aliquis malæ conditionis & an aliquis pauper in ea domo domesticus visus fuerit postea expendere pecuniam, maximē se vestiendo, vel aliquid de rebus subtrahis, sit visus apud aliquem, vt dicam in tit. de furt. in questio. penult. vt si loquimur de violentia mulieris, an auditus sit clamor mulieris, iuxta not. per Bald. in l. j. §. potuisse. ff. ad Syll. & in l. metum. C. quod mer. cau. & Ange. in l. j. §. si ff. ad Syll. & an ex ea domo aliquis visus sit exire vel in domo sit inuentus, & si loquimur in falso, an talis falsitas cedat commodo alicuius & similiter dicendum est de omnibus aliis maleficiis, iste est modus inuestigandi maleficos, qui tamen relinquunt arbitrio iudicis. l. iij. §. eiusdem. ff. de test. ita per Bar. vbi omnino vide col. ij. & iij. in l. si ff. de quaest. & Put. in tract. suo, char. xc. col. iij. & seq. & vide omnino Afflicet. in tit. de pace iur. firm. in §. iniuria. in quarto not. vbi ponit infinita signa ad cognoscendum quis fuerit homicida, & inter cetera dicit quod sanguis fluens è vulnere hominis occisi in presentia apicentis corpus, & non fluens post eius recessum, magnum & sufficiens est indicium: ibi etiam de signis quibus cognoscitur fur & violator puelle, vide etiam Brun. in tract. suo, de ind. & tortu. & inuestigando delictum & delinquentes appellatur & inquisitio generalis quo ad delicta & personas, inuenito autem delicto, appellatur inquisitio specialis quo ad delictum, & generalis quo ad personas. verū habitis indiciis contra certam personam in dōdo quo dixi supra super illis assumptis in ea inquisitione generali formatur inquisitio specialis contra delinquentes, sed de talibus indiciis non est danda copia parti, iuxta. c. qualiter. §. debet de accusa. & ibi attestatur. Arct. & dicam j. in materia inquisitionis in versic. tertio. requiritur

6 tur. vbi omnino vide. sunt tamen repetendi tales testes, vt fit & docet Bart. in d. l. fin. in vlt. quaestio. & pollunt tales testes torqueri, si vacillant, secundum Bartol. in dicta l. fin. colum. iij.

Tit. de Captura.

S V M M A E.

- 1 Capi quis potest etiam precedente leui indicio.
- 2 Indicium etiam leue sufficit ad inquirendum.
- 3 Capi quis potest precedente qualiqua informatione contra eum.
- 4 Captus non precedente informatione relaxari debet sine impensa.
- 5 Captus non precedente informatione potest à quolibet priuato impune è carcere eximi.
- 6 Captus indebitè, vt supra se fugit non habetur pro confesso, imò relaxatus sub fide non tenetur reuerti ad carceres.
- 7 Eximens è carcere captum indebitè non potest à iudice multari ob contemptum iudicis.
- 8 Captus iniuste licet postea constiteatur delictum spontè non tamen poterit ex illa confessione condemnari.
- 9 Captus indebitè non potest aliud delictum retineri.
- 10 Capi potest reus transmissa inquisitione, & pendente termino dierum in ea statutorum ad respondendum, etiam non superueniente noua suspitione fuge.
- 11 Capere reum an possit quilibet iudex, & an priuatus, & an sine cause cognitione remissuè.
- 12 Familia non puniatur si occidat eum, qui licitè poterat capi, & non permittit se capi.
- 13 Homodens, dum viueret, in magistratibus exercendis omnes alios superauit.
- 14 Captus an possit per familiam occidi remissuè.
- 15 Eximens è manibus familia captum ob debitum tenetur ac si fideiussisset pro eo in omnibus, & etiā pena tit. ne quis eū qui.
- 16 Eximens è manibus familia condemnatum ex delicto vel confesso puniatur leg. Jul. maiest.
- 17 Eximens è manibus familia captum ob delictum quomodo excusatur.
- 18 Impediens vel turbans iurisdictionem puniatur vario modo ex dispositione iuris communis, & quomodo ex dispositione ordinum Mediolani.
- 19 Eximens è manibus familia dum ducitur ad carceres, incidit in penam ordinis Mediolani, de prohibita executione.
- 20 Fugiens è carceribus in quibus iuste detinetur peccat.
- 21 Capi non potest delinquens, sine raptor, sine homicida in ecclesia, etiam si familia eum insequeretur antequam ecclesiam ingrederetur.
- 22 Captus extra ecclesiam si antequam ducatur fugiat in ecclesiam non potest in ea capi.
- 23 Captus extra ecclesiam licet per ecclesiam ducatur non propterea est relaxandus.
- 24 Episcopus debet tradere curia seculari delinquentem qui ad ecclesiam confugit, & potest ab illa extrahi, & recipere cautionem quod morte non punietur, sed pecuniaria pena tantum.
- 25 Iudex non debet extrahere de ecclesia eū qui ad illam confugit, licet velit punire pena pecuniaria, sed ab episcopo accipere.
- 26 Debitor qui potest capi ex forma statutorum, securus est in ecclesia.
- 27 Clericus fugitiuus capi potest.
- 28 Fugiens ad ecclesiam citari potest verborum.
- 29 Fugiens ad corpus Christi an possit abstrahi.
- 30 Fugiens in domū presbyteri, que sit intra triginta passus prope ecclesiam, quando securus sit, & non possit à iudice extrahi.
- 31 Immunitas ecclesiarum non obseruatur in Italia.
- 32 Fugiens in ecclesiam non potest ab ea extrahi, etiam ob crimen lese maiestatis.
- 33 Saluum conduct. seculum facit delinquentem vt non possit cap.

34 Captus in alieno territorio statim debet relaxari etiam si familia inceperit eum insequi in suo territorio.

35 Capi non potest clericus à laico.

36 Clericus qui potest verberari à laico potest etiam capi.

37 Capi potest clericus à laico de commissione superioris.

38 Capi potest clericus à laico quando timetur de fuga.

39 Capi potest clericus à laico, & ligari vt prohibeatur delictu.

40 Cognitio an quis sit laicus vel clericus, spectat ad iudicem ecclesiasticum vocato iudice laico.

41 Producent instrumentum clericatus presumitur ille esse, qui nominatur in instrumento.

42 Villa tenetur capere maleficum, alioquin tenetur pro damno dato in eius territorio.

43 Villa non tenetur ob furtum in eius territorio commissum, si cui nec ob rapinam.

44 Rapina & furtum differunt.

45 Presentans unum ex pluribus maleficiis an sit liberatus à pena statuti.

46 Qualitas in statuto apposta debet ab eo probari qui status remedium intentat.

47 Iurans ex forma statuti super damno dato debet esse omni exceptione maior.

48 Eligens agere contra delinquentes, ob delictum in territorio commissum, potest postea agere contra communitatem, que ex statuto tenetur ob reliquum non exadum.

49 Qui consequutus est satisfactionem à non delinquente, an possit agere contra delinquentem.

50 Syndicus condemnari non potest absoluto delinquire.

51 Custodes an possint torqueri stante statuto quod villa teneatur pro delicto in territorio commisso.

52 Statuti beneficium quod villa teneatur pro damno dato in territorio non competit forensi.

53 Damnum passus in territorio suo stante statuto quod villa teneatur pro damno dato & c. tenetur contribuere cum aliis eiusdem ville.

54 Statutum quod villa teneatur pro damno dato, & qualiter procedat, quando locus, in quo damnum datum est, aequaliter distat à duabus communitatibus.

55 Inquisitio qualiter firmanda sit contra villam stante statuto quod pro delicto commisso in territorio, & c.

56 Clausula quod proceditur extra ordinē quomodo intelligatur.

57 Capti in bello inter Christianos non efficiuntur serui captiui, sed soluunt taleas.

58 Talea de iure extorqueri non potest à captiuo, quando bellum est iniustum.

59 Bellum in dubio presumitur iniustum.

60 Bellum quando dicatur iniustum & quando iniustum.

61 Milites ex consuetudine non exigunt taleas à militibus captis, nisi sint duces militum.

62 Talea non possunt exigi à rusticis captis in villis propriis subiectis hostibus, sed tantum à captis in uincibus per loca hostium.

63 Milites cruciantes captiuos vt taleas exigant, tenentur de homicidio & de cruciatu etiam non secuta morte.

64 Captura & rapine non possunt fieri à militibus in locis domino suo subditis.

65 Talea debet esse moderata, & sine crudelitate.

66 Miles crucians captiuum vt taleam exigat, vbi licita est captura tenetur de excessu.

67 Occisus a patrono vel corrigente presumitur in dubio gratta correctionis occisus.

68 Griata generali facta à duce Mediolani militibus, non comprehendit raptus nec violentias.

69 Capti Civitas non sit serua, & ciues retinent bona sua.

70 Captus, & sub fide reuertendi relaxatus an teneatur reuerti.

71 Princeps bellum illicitè inferens tenetur de omni damno à militibus suis dato.

72 Milites in territorio Principis sui furantes & delinquentes puniuntur vt latrones, & l. Julia de vi publ. & prin. & per statuta

ut in Mediolani.

- 73 *Rebellis captus à militibus principis in bello contra principem per eum suscepto sit seruus capientis, & ei talea debet solui.*
- 74 *Talea hodie successit loco seruicij.*
- 75 *Militis qui uicem fugiant distributionem rerum capturam, & an communicent cum Duce belli.*
- 76 *Talea pro captura non debetur Duci, qui conuenisset cum Principe purgare prouinciam malis hominibus.*
- 77 *Princeps potest soluere taleam militi capienti rebellem, & eum recipere & punire.*
- 78 *Hostis captus non potest ex intervallo interfici.*
- 79 *Captus hostis vel rebellis non potest uendi ut seruus alterius fiat, vel ut maior talea ab eo exigatur.*
- 80 *Rebellis potest quandoque interfici.*
- 81 *Talea non habet locum in rebelle captio quando proceditur contra eum secundum formam iustitiae, & non efficitur seruus capientis.*
- 82 *Capti potest delinquens etiam ante formatam inquisitionem, habita qualiqua informatione.*
- 83 *Captura an sit ex processu.*
- 84 *Capti an qui possit in ciuilibus incipiendo à captura sicut in criminalibus.*
- 85 *Capti non potest pro debito priuato, nisi prius facta excussio- ne an sit soluendo.*
- 86 *Captura suspecti de fuga antequam concedatur, multa neces- sario requiruntur.*
- 87 *Captura an concedatur pro debito publico, vel fiscali.*
- 88 *Capti an possit debitor ad damna vel rei restitutionem pro crimine.*
- 89 *Captus & punitus an sit relaxandus ante rei restitutionem.*
- 90 *Cedere bonis potest fisci debitor.*
- 91 *Captus pro causa criminali, potest pro causa ciuili retineri.*
- 92 *Captus indebitè non potest in carcere ab alio retineri.*
- 93 *Capiens aliquem debet habere specialem mandatum.*
- 94 *Capiens bannitum interdum per statuta nonnunquam per consuetudines dantur praemia.*




Via confitio de delicto quaeritur delinquens, ut dixi, & inuentus saepe numero capitur, aliqua dicam de ipsa captura, & ideo quaero quale indicium requiratur ad capturam, & dic quod ex leui causa iudex potest detinere, patet, quia leue est indicium sufficit ad inquirendum, secundum Bald. in l. seruos. C. de test. Alexan. in l. repeti. §. j. ff. de quaest. in secunda apostilla, quae incipit, is qui ibi tamen eius dictum gl. & Bart. in l. si. C. de his quib. ut indig. Corn. consil. lviij. in princ. Fel. in c. ij. rertia limit. de testi. quicquid dixerit Decius in consil. clxxx. & dicam latius in materia inquisitionis, si igitur leue indicium sufficit, ad inquirendum ergo magis leue sufficit ad capturam, quae consequentia omnibus patet. Vnde comperies quidem cautum, ut ante inquisitionem requiratur inditium, non autem ante capturam, & ideo Bald. in l. & si certus. ff. ad Sill. dicit quod ad capturam non requiratur indicium; & in l. ij. C. de his qui latro, Requiritur tamen qualisqualis informatio, & quale quale indicium secundum Salicet. in l. nullus. C. de exhib. reo. & ita communiter decidit Doctor in cap. si clericos. de senten. ex com. in vj. prout etiam refert Bald. in l. quod deuitandi, ad fin. C. de condict. ob turp. caus. & Alex. in l. neminem. C. de custo. & exhib. reo. in apostilla, quae incipit, permiserint, & Fel. in c. c. nō ab homine. col. ij. de iudi. & in cap. accedens ij. §. quoniam frequenter. verfic. tu nota. col. pen. in princ. ut lite non constet. & per Maria. Soci. in tracta. suo citato, in ij. arti. principali in xxiiij. quaestione, & ibi dicit quod etiam debet ante capturam plenè constare de delicto, sicut dixi supra in fine tituli de delicto. Conclusio igitur est hæc,

quod ex nihilo nō fit, & sine indicio magno vel paruo nō prest ad capturam deueniri, nisi præcedat aliqua informatio circa delinquentem, & ita intellige Angel. Aret. in verbo, fama publica. col. ij. vbi subdit infra scripta verba, aduertendum est quod oportet ut diffamatio siue indicia præcedant, sine indicio verò siue sine suspitionibus præcedentibus, & diffamatione in criminali nō potest ad aliquem actum iudex procedere, vel capturæ vel arrestationis personæ, vel tormentorum, vel inquisitionis, ut per eum, & ita iudices boni obseruant, vidi tamē interdum capturam concedi etiam sine aliqua informatione ad solm voluntatē quarelantis contra hominem non multæ conditionis, & dignitatis, delicto magno, & habita fide, à quæ elante de soluēdis impensis, nisi in continenti dedisset debitas informationes, & hoc propter suspensionem fugæ: quod non damno, de iure vero aliter est, ut supra dixi,

Hinc est quod si quis capiatur, non præcedente dicta informatione, debet dimitti etiam sine impensa. Bald. in l. si pacto quo pœnam, & ibi Iaf. C. de pact. bonus text. in l. fin. §. nullo tempore. ff. de lib. homi. exhib. Aret. in d. verbo, fama publica. chart. 2. col. ij. vers. vj. quaeritur. Et adeo verum est esse dimittendum, & priusque libertati restituendum: ut etiam quilibet per priuatus possit illum eximere. j. §. Offilius. cum duabus ll. sequen. ff. ne quis eum qui. Hinc dicimus quod licet fugiēs è carcere, habeatur pro confesso & conuicto. iux. l. ad commentariensem. C. de custo. reo. & per Iaf. in materia fugæ, in l. admonendi. ff. de iureiur. ramen secus est quado indebitè detentus erat. Bart. in l. vis eius. C. de probat. & Fel. in c. j. col. xiiij. prope fin. de constit. imò si is fuisset dimissus & promissus reuertit, non teneretur seruare fidē, nisi iurasset reuerti: ut per Abb. in c. inter alia. in si. de immur. eccles. nisi tamen immineret periculum mortis, ut ibi, & per Bauariam de virt. iur. c. vj. & ibi habes, quando esset iuste positus in carceribus, & aufugeret, quod esset contra conscientiam etiam si de pœna mortis ageretur, & latissimè quando iudex facit de facto. vide per Claud. in l. vt sim. ff. de iust. & iur. iuxta glo. j. ibi in tertia parte, & Dec. ibidem, Et aduertas, an licet eximēs indebitè captum, non teneatur erga patrem, possit tamen mulctari à iudice, cuius iurisdictione videtur contempta, in quo vide Iaf. in l. ij. §. quod pregor. col. iij. in princ. ff. ne quis eum qui. qui in effectu concludit & cōmunem esse ostendit, quod quia non delinquit qui sic facit: vt est text. clarus in d. l. j. in si. criminaliter etiam non tenetur, & quando quis nō indebitè captus est, quæ pœna sit eximētis Iaf. ibi distinguit & vult inter cetera, qd si non sit quis captus pro debito, nec sit reus criminis, tamen potest mulctari propter contemptum, verum loquitur vbi saltem ritè erat detentus, & vide quæ dicam infra in quaestione quando captus non aufugit, sed eximitur à familia. Et si videbis Marian. & alios, quos ibi allego, comperies eandem conclusionem fieri in illa quaestione in specie, sicut hinc in genere, quando quis est captus: quod si non ritè captus est non punitur, comperies etiam alios tredecim modos per quos eximens excusatur, & vbi non excusatur quomodo puniatur, & ex allegatis ibi, & ex dictis Iaf. vbi supra, habetis veritatem, & adeo habetur consideratio capture iniustæ, vt licet postea reus fateatur spontè delictū, tamen talis confessio non videatur sufficiens ad condēnandum, ita mirabiliter videtur dicere Petr. de Anch. consil. xxiiij. in Christi nomine, visa inquisitione, quæ refert & sequitur Alexan. ad Bart. in l. qui in alieua. §. Celsus ff. de acquit. hæredit. quæ decisio videtur contra terminos iuris, per cap. j. & ij. de accusat. in vj. & not. per Bartol. in l. si confessus. ff. de custod. & exhibend. reor. nisi dicas quod vitium capturæ est vitium citationis, quod magis inficere

inficere debet quam vitium libelli, vel inquisitionis. Sed verius dic, vt dicam infra in materia confessionis, vbi tractabo de reudicatione confessionis, & ibi habebis verum sensum Anchar. & Alexā. Sequitur quoque alius effectus ex captura indebita: quia non poterit pro alio delicto retineri Bart. in quaest. Lappus. Alexan. in l. Turpia. col. ij. ff. de leg. j. Bart. & doct. in l. sed eximendi. §. ff. ne quis eum, qui. Sequuntur etiam alij effectus, vt per Bald. in l. plerique. ff. de in ius vocand. & in materia vide Hippol. in l. j. col. vj. & seq. ff. de quaest. Quæro, quando formata est inquisitio & transmissa, vt veniat infra tres dies an pendente illo termino possit capi? Dubium facit regula l. siue pars. C. de dilatio. quod pendente dilatione officium iudicis conuiescit: & idē Alexā. consil. j. col. in si. volu. iij. dicit quod pendente termino dato ad accipiendam copiam indiciorum, & faciendas defensiones, non potest torqueri per dictam regulam, & per id quod dicit Salic. in l. j. C. de exhib. re. & in l. absentem. C. de accusa. dicens quod cauti iudices prouident ne rei fugiant: quia non citant eos sed capiunt ne pendente citatione verbali rei fugiant, ad quod videndum est consil. Signorel. cxv. super statuto vnus diei utilis ad respondendum inquisitioni, vbi consuluit quod omnis processus interim factus est nullus, & etiam confessio. Sed dic quod noua suspitio fugæ superueniente, quæ à principio non fuisset, cessare regula d. l. siue pars. vt in ea habetur, & latissimè per Natam. in reperit. clem. sape de verb. sig. col. xlix. & sequen. & idem etiam ea non superueniente, quia dilatio, quæ datur ad respondendum inquisitioni, non idē datur, vt veniat infra tres dies, sed vt respondeat. Si igitur capitur interim non fractus contrarius, quia in carcere habebit illam dilationem, & facit dictum Bart. in l. consentaneū. C. quomodo & quando iud. quod in executiis electio vnus remedij non tollit aliud. Nec Signorel. repugnat hoc casu d. consilio & ita seruator. Quæro, an si quilibet iudex possit capere? dic vt per Marian. in suo tract. citatio. in iij. artic. princ. quaest. ij. col. ij. Sed an priuatus capere possit etiam Marian. vbi supra, ponit quaest. ij. col. j. & ij. vbi etiam habes quod quando ex pacto licitum est capere, & an eo casu iudex sine causæ cognitione possit licentiā concedere, vt per Felin. in cap. quo ad consultationem col. viij. de re iudic. Et quando ad occidit à familia, qui non permittit se capi, an teneatur homicidæ vbi de text. in l. iij. C. de his, qui ad eccles. confug. per quem Bar. ibi dicit non teneri, quæ opinio non caret contrariis. Tamen veritas est quod non punitur, non considerando materiam l. vt vim. ff. de iust. & iure. vt per Homod. in tract. syndic. chart. 7. col. iij. in princip. vbi dicit, quod non requiritur, quod ad sit in hoc moderamen inculpatæ tutelæ & quod fuit ita consultum & iudicatum per cui Homod. odo multum credo: quia dum viueret, in magistratibus optimè exercendis omnes alios longè superauit, secundū Brun. in suo tract. de indi. & tortu. Quam opinionē tenet etiā Florian. in l. quædam modū. §. magistratus. & in l. si seruus. ff. ad legē Aquil. & Imol. in l. ex consensu. §. fin. circa pen. col. ff. de appel. & postquam est captus an possit occidi, vide Felin. in cap. iuramentum. de homicid. & in cap. quæ in ecclesiis: de constit. col. ij. vltra alia loca vulgaria. Quæro etiam, quando captus non occiditur, sed eximitur à manibus familiæ ab amicis vel conuictis, quæ pœna puniatur eximens? Bald. in l. addictos. C. de episc. audien. circa fin. dicit quod tenetur, ac si fidei iussisset pro eo in omnibus, & ita latè Capol. consil. xiiij. col. ij. vbi vult quod etiam puniatur pœna tituli, ne quis eum, qui, & hoc in erepto pro debito. Sed pro mai. l. i. de Bart. in l. ij. ad legem Iul. maiest. vbi dicit, quod si erat condemnatus, vel confessus, tenetur

lege Iulia maiesta. & vt à fundamentis intelligas, scito quod ille, qui turbat, vel impedit iurisdictionem iudicis punitur secundum Bart. in l. vnica. §. j. in fin. ff. si quis ius dic. non obtemp. & ibi de pœna huius, vbi Iaf. & in §. pœnales. Inst. de act. col. iij. & in l. iij. §. quod prætor, col. iij. ff. ne quis eum, qui & vide etiam omnino Alex. consil. xxxvj. col. j. & ij. vol. ij. & Felin. in cap. j. de offic. 17 deleg. in penultima & vltima columna, & aliquando tenetur ad mortem aliquando mulctatur, & aliquando aliter. Et si vis scire quomodo excusetur talis eximens, vide Marian. in tract. cit. in xxxiiij. articu. principali. vbi ponit quatuordecim excusationes. Et habemus ordinem punientem eum, qui impedit iurisdictionem pœna aureorum ducentum: & vbi non possit soluere trium ictuum funis, in quo ordine cauetur, quod ctedatur vni resti fide digno cum iuramento, iuxta quem ordinem, 19 dit quaestio: Aliquis captus & ducitur ad catceres, cum sic conducitur, se eximit à manibus familiæ, an incidat in pœnam dicti ordinis? Nam quando tertius eximit, res est plana illū incidere, & ita loquuntur leges & doctor. vbi supra: & ita prima facie loquitur præfatus ordo in proœmio sui, atque ita non videtur eum comprehendere, qui seipsum eximat. In contrarium fatetur quia quis fugiendo à familia non solum impedit, sed resistit, secundum Bald. in l. fin. in si. C. de exhib. re. & per doct. allegatos supra in versic. & quado occidit à familia. Item, si quando est concessa executio realis in bonis contra me, qui eam impedio, punior secundum dictum ordinem, & ita obseruatur. Quare itē non debemus dicere, quando est concessa executio personalis contra me, qui resisto ne capiar: vel captus eximo me etiam solum fugiendo. Additur aliud quia his ordo punit præstantes auxilium capto ad euadendum: ergo punit ipsum captū tanquam principalem. l. i. is, qui rem. §. si tu Titium, & ibi Bart. ff. de fur. & Bar. in l. si quis obrepserit. ff. de fal. quod fundamentum tamen non affirmo. Nec mirum sit, quod ordo iste contineat hunc casum: quia in multis mundi regionibus, aded timetur iustitia, vt solus licetor conducat homines cuiusvis ordinis & qualitatē ad catceres solo signo baculi. Contra tamen facit, quod omnibus licitum est redimere sanguinem suum. l. j. ff. de his, qui sibi mor. conf. & ibi Alex. infert ad inquisitionem, qui cum iuramento interrogatus, respondens mendacium, non punitur de periurio. Nec Bar. in l. relegati. ff. de pœna dicit iuste positum in carceribus fugiendo puniti in hoc seculo sed peccare. Item tit. de effractoribus carcerū, ponderat fracturam non simplicem fugam. Concludendo tamen fugientem incidere in pœnam præfati ordinis, tum ex prædictis, tum etiam quia verba hūc sensum recipiunt, si illum vides. Non obstant proximè præcedentia, quia verum non est, quod fugiens simpliciter non punitur, imò punitur, sed mitius, ita glo. in l. succurritur. ff. ex quib. cau. ma. & doct. maximè Ang. in l. j. ff. de effr. car. & ita fuit determinatū in Senatu, dum sederet Cremonæ, Est verum, quod in casu qui tunc occurrerat, fugiens etiam euaginauerat ensē, atque ita non solum in omittendo & non parendo consistebat retinentia: sed etiam in faciendo, iuxta glo. in l. si mora. ff. sol. mar. vn. de cum subtilitate iuris concurrat hoc aliud, quod peccatum aggrauabat, & secundum hanc vltimam considerationem putarem non ex verbis, sed ex mente & equitate hunc ordinem esse interpretandum. Quæro etiam an in ecclesia sit licitum capere delinquentem? dic non esse. vt in tit. C. de his, qui ad eccle. confug. & extra de immu. eccle. & in c. inter alia. Bar. & Doctor. in l. plerique. ff. de in ius voc. & latè per Mar. Soc. in tract. cit. in xvj. artic. princ. vbi omnino videtur quia ponit infinitas quaestiones in materia: & licet, secundum ius ciuile, nō habeat



habeat locum hanc conclusio in raptibus virginum, homicidiis, & aliis casibus, de quib. in §. neque. in auth. de mand. princ. & in l. ij. vbi gl. & Doct. C. de his, qui ad eccl. confug. Attamen aliter est de iure canonico, per d. c. inter alia. & c. si. eo. tit. vt per Doct. vbi §. & in d. c. inter alia. & ita seruatur ad iudicibus, Deum timentibus, quicquid dixerit practicus Papiensis in forma inquisitionis, in prima glos. in versic. ex his potest non improbabiliter quæri. & sic, si vis videre in quibus casibus non procedat regula, recurras ad dicta capitula in iure canonico. Aliqui etiam dicunt non procedere regulam, quando, ex proposito fit delictum, vt in homicidio, procedente deliberatione, per ca. j. de homic. in vj. Sed hoc communiter reprobat, vt per Doct. supra, & Mar. Soc. in dicto xvij. artic. princ. in vj. q. col. j. Et vide omnino Alex. in vij. vol. consil. clxv. per totum vbi ostendit prædicta omnia esse vera. Aliqui tamen dicunt, quod t vbi familia insequitur eum, qui fugit in ecclesiam. quod tunc potest. n. ea capi, vt videtur velle Alexand. consil. xiiij. col. x. vol. j. Sed veritas est, tunc etiam non posse, per Ias. & D. Alexand. in d. l. plerique. Et facit, quod attendi debet finis, & non principium, quando attendendo finem, magis auetur defensionem secundum Bart. in l. quod ait lex §. quod ait lex. ff. de adulter. aliter tamen, vt dixi, tenet Alex. & ultra eum Hippol. post practicum Ferrarien. in quadam practica in vers. vltimus. & alibi sæpe. Vera opinio est illa, quam dixi, si vides Doctor. maximè Cin. qui allegatur in contrarium, & qui illud non dicit, & ita vidi obseruari. Si tamen duceretur à familia reus per ecclesiam cum alibi captus fuisset, aliud esset. Old. concil. 1. iij. an fugiens. Sed t si antequam ducatur, captus fugiat in ecclesiam, videtur idem quod in capto, & in ecclesiam ducto: quia adhuc non dicebatur liber, familia insequente. l. naturalem in princ. ff. de acquir. rer. dom. Sed credo idem esse, ac si nunquam fuisset captus. Nec obstat. l. naturalem in princ. quia loquitur, quando animal captum erat, & ita captum, quod in dominium capientis transierat. Sed in casu nostro, antequam duceretur ad carceres, non intelligebatur ita perfecte captus, vt esset in tuto sub dominio & potestate iustitiae Non mirum, si fugiendo factus erat liber. donec tamen durat captura pro eo tempore non dicitur liber, etiam si nondum esset in carcere. & ita probat Oldrad. in d. consil. Et

24 scias, t quod in casibus, in quibus potest extrahi ab ecclesia requiritur vt Episcopus illum extrahat. & curia seculari tradat, vt per Aretin. in glos. in scalis sancti Petronij. Alexand. in l. si cui. §. fin. ff. de accusat. & Marian. Socin. in cap. postulasti de foro comper. in vers. circa xvj. quæst. vbi vide. Et nota, quod immunitas ecclesiar, quam quis consequitur, eo quo d in eam se confert, consistit in dispositione c. inter alia. dum dicit, quod nõ potest ab ecclesia extrahi, vt inde morte, vel alia poena corporali afficiatur: verum, secundum glos. & Doct. ibi, & Doct. vbi supra, potest puniri poena pecuniaria. Et ideo ecclesia debet de hoc recipere cautionem à iudice seculari, & ita ei tradere per text. ibi, & alibi, vt ibi in gl. & per Doctores. Si tamen delictum esset graue, magis conueniret eum dimittere, & contra eum procedere ad suam poenam quam hoc modo punire. & ita hoc manifestum

25 est in Senatu. Non tamen iudex, ex autoritate sua, debet talem extrahere ab ecclesia: licet vel tatum poena pecuniaria punire: sed autoritate ecclesiar, vt vides.

26 Hinc est t quod etiam confugiens ad ecclesiam est securus. etiam si eius debitum publicum esset: ita communiter Doctores in d. l. plerique. & Marian. latissimè in loco vbi supra, & ita tene, & loquor etiam in casu, in quo secundum statuta vel aliter posset capi, & ita late Marian. in loco, vbi supra, reprobat, Oldr. in d. consil. liij.

qui aliter tenet, subdens quod opinio Oldr. est in practica multum rigida, & in ea non seruatur, nisi tamen esset suspectus de fuga, vt per Doctorem, maxime Alex. in d. l. plerique. Et ideo etiam clericus, qui ordinarie capi non potest, secundum glo. & Doct. in l. miles. ff. de re iud. Si t sit fugitiuus potest capi vt per Abbatem in c. cum non ab homine. pe iud. & ibi per alios maximos Doct. & per Caccialup. in tract. de debit, suspic. de fuga. in vers. 28 quindò principaliter. col. xliij. Potest tamen confugiens ad ecclesiam citari verbotenus, vt per Bart. in d. l. plerique & Alex. ibidem, col. ij. & Marian. vbi supra, quem omnino vide, & de materia rei fugientis ad ecclesiam, vltra prædicta. vide Fel. in cap. ex rescrip. circa fi. de iure iur. & ibi habes quod talis debet pasci ab ecclesia. & per Bal. j. volu. consil. cccc. col. j. & Paul. de Cast. consil. cccc. lxxj. vol. ij. & Arer. in verbo, fama publica.

29 in versic. quartò quæro. Et quid iuris sit, quo t ad eum, qui confugiat ad corpus Christi: vide Mar. vbi supra, & 30 Abb. in c. sanè. extra. de celebr. miss. Et quid t si confugiat in domum presbyterij: Iacob. de Beluis. in suo tract. malefic. tenet nõ gaudere hac immunitate. Sed vide de hoc text. in c. sic antiquitus. & in ca. quisquis. xvij. quæst. j. & gl. in d. c. sic antiquitus. & Archid. in dictis locis. Et conclusio est, quod si sit intra triginta passus ab ecclesia, quod gaudet, nisi in castello, dicto c. quisquis. & sic in terra cincta muro. & vallo, iuxta notata per Bart. in extrauag. qui sint rebelles. in verbo, Lombardia: imò Hostien. in summa sua in tit. de immunit. eccle. in verbo, in quantum. col. j. & seq. Idem dicit in ciuitate & illa quod in castello. & idem Arch. vbi supra, licet aliter sentire videatur in generalitate suorum verborum Alber. in tit. de his, qui ad eccl. confu. quia dicit quod tantum procedit in castello. & in castello nulla est difficultas, per text. in d. c. quisquis. vt etiam per Oldrad. consil. lv. & ita hodie in Senatu iudicatum fuit contra D. Franciscum Nigrum qui propterea capite punietur, & vide etiam Hostiensem vbi supra, col. ij. qui dicit loquendo de hac immunitate triginta passuum quod hodie in multis locis hæc immunitas usurpata est, & loquendo generaliter de immunitate ecclesiar Practicus Papien.

31 vbi supra, dicit t quod in Italia non obseruatur. Ad obseruationem cuius consuetudinis adducit illud Evangelicum. Domus mea, domus orationis vocabitur, & c. & fortè D. Roch. in tract. suo de consuet. ponit de hac consuetudine.

32 Quæritur etiam nunc in Senatu. t an pro crimine læsæ maiestatis sit licitum quem extrahere ab ecclesia & videtur licere: argu. l. ad bestias. ff. de poenis. & l. si hominem. ff. mande. Tamen credo contrarium per textum in capit. inter alia. de immunit. eccle. vbi clarè apparet, quod quantumcunque graua quis commiserit, tamen est securus, nisi in casibus de quibus ibi. & ita Doctores nolunt extendere illos duos casus ad similes, nec maiores, vt ibi, & per Socin. & Hostien. vbi supra. & glos. in dicto cap. inter alia. & ineptè Hippoll. qui potest videri & allegari loco repertorij in l. j. C. de rap. vir. qui late ponit hanc materiam: dicit enim quod hæc immunitas non procedit, nisi in leuioribus. Et si casus aliquis excipiendus esset, omnino exciperetur casus cap. j. de homicid. in vj. & magis casus in cap. felicis. de poen. in vj. & tamen non excipiuntur: & ita hodie per Senatam conclusum fuit iuris esse. Dictum tamen fuit, quod fortè arduum nimis videretur hoc ius in practica. Quæritur, an t quis possit capi, non obstante securitate iudicis, & consequenter an talis habens securitatem à iudice factam sit tutus: Cremones fiunt sæpenumero à prætoribus edoctis de maleficio, vt possint illi tute venire ad veritatem propalandã. In ciuitate Mediolani, recurritur ad

ad Senatam pro ea obtinenda, vide Bart. in l. is, qui reus col. penult. ff. de public. iudic. & l. relegati. ff. de poen. vbi vult vt valeat ex prædicta causa, ita limitando d. l. relegati. quæ probat regulam esse in contrarium, vt sit ex rescriptis Principibus, vide Ias. in l. conventionum. col. ij. ff. de poen. Felin. in c. accedens. ij. col. ij. vt lite non contestata. Marian. Soci. in tracta. citat. in xvij. artic. princip. in v. q. col. iij. & v. Put. in tract. suo charta 73. vers. saluus conductus. Ias. in l. j. col. iij. prope fin. ff. qui satisfacere cogant. Ant. Sicul. in verbo, saluus conductus. Nell. in iij. parte ij. tempor. q. xv. cum multis sequent. & ibi in quæst. xix. Si non potest fieri gratia, an possit fieri securitas vsque ad centum annos dicam infra de hac materia, in titu. de citat. circa fin. vers. sed an iudex. & in tit. de remedijs ex sola clementia Principis contra sententiam. Et t an quis possit capi extra territorium? dic non posse. l. fin. ff. de iurisdictione omnium iudic. cap. ex parte. de verb. signific. l. quid si fugitiuus. §. idem Celsus vbi Bartol. ff. de edilitio edicto. Ias. in dicta l. fin. & Felin. in ca. fin. col. ij. de foro comper. Et ideo captus in alio territorio, debet statim dimitti. secundum Bar. in d. §. idem Celsus. & Bald. not. in l. requirendi. col. ij. vers. sed nunquid. C. de seruis fugit. & alibi sæpe. Quæ conclusio non habet dubium in citatione reali, sed in verbali, dicam infra in materia citationis: & adeo veru est, vt extra territorium captus debeat dimitti: vt etiam hoc procedat, quando à principio inciperet eum insequi in territorio suo. Felin. in dicto capit. finali. col. ij. de foro comperenti. & B. urbat. consilio xxvj. volum. j. dicens hanc esse communem. & Arer. in dicto cap. fin. col. ij. vltimus tamen vide de hoc Ang. in verbo, fama publica. versic. lo, sextò quæro in materia captura. & per Alexand. vol. ij. consil. xxiiij. col. j. & x. & seq. & iij. vol. consilio lxxv. columna fin. & Bald. j. volum. consilio cliij. Quæro

33 etiam, t an laicus possit capere clericum? Dic non posse alias est excommunicatus. cap. iij. in fin. in verbo, receperit. de sententia excommunic. & sentit gl. in c. cum non ab homine. de iudic. vbi Ioan. And. Ioan. de Lig. Bald. Abb. & Moderni, quicquid ibi dicat Arer. & ideo Bald. ibi dicit, quod statuta disponentia, vt villa teneatur capere maleficium, non censentur arctare laicos, vt capiat clericos. Limita primò, quando t esset licitum verberare, quod quando sit, vide in ca. iij. Abb. & Ioan. Andr. in d. cap. cum non ab homine. & per Ang. in verbo, fama publica. quæst. ix. vbi ponit aliàs fallentias. Secundo limita, t vbi haberetur mandatum à superiore cap. vt fama. de sent. excom. & in cap. si clericos, eo. tit. in vj. & Ang. vbi supra. & sufficit mandatum generale, si tamen sit capient d maleficos clericos deprehensos in delicto, aliàs si diceret, vt posset capere clericos diffamatos, non sufficeret: quia antequam capiatur clericus qui non est deprehensus in crimine requiritur aliqua causæ cognitio, secundum gloss. in cle. pastoralis. in verbo, de morte. de re iud. quæ commissio cognitionis debet fieri laico. cap. ij. cum ibi no. de iud. ita Arer. in d. ca. cum non ab homine. intellige tamen hanc limitationem respectu captura, non respectu verberum: quia etiam cum licentia superioris non posset laicus verberare clericum. cap. vniuersitas de senten. excomm. nisi clericus prohiberet se capi, vel etiam quando non permitteret se duci. glossa est notabilis in dicto capitulo. si quis clericos. in verbo, excedatur. quæ glos. ampliat gloss. in l. nullus. C. de iudicis. quæ dicit vt satellites possint scelestum pertinacem erant occidere.

38 Tertio limita, t quando timetur de fuga, etiam si laici capientis non intersit. ita Abb. in d. cap. cum non ab homine. & est communis secundum Arer. ibi, licet ipse teneat contrarium.

39 Quarto limita, t quo ad prohibendum ne delictum committatur tam contra personam, quam contra res etiam respectu alterius: quia posset hoc in casu prohibere delictum laicus etiam ligando clericum, & capiendo, si aliter à malificio submouere non posset. Ita Abbas post Inno. in dicto cap. iij. vbi dicit quod hæc est communis sententia. Idem Lopus allegatione sua cxxvj. factum super quo. Et faciunt, quæ ponit Barbar. pulchrè & late in dicto cap. quod ad hoc ne delictum sequatur, plura permittuntur, quæ aliàs non permetterentur. Fundamentum Abb. est, quod qui iniicit manum in clericum sine dolo, non est excommunicatus. quæ opinio est vera, vt not. per Fratrem Ang. de Cla. in summa sua. In contrarium videtur gl. in dicto cap. vniuersitatis. iuncto eo, quod ille nõ est in dolo, qui facit autoritate iudicis. l. non videtur. §. qui iussu. ff. de reg. iur. Item obstat text. in cap. conringit. de senten. excomm. cogita. & de hac materia vide Alexand. in l. si quis in seruitute. ff. de furt. & Ias. in l. ij. col. ij. in princ. ff. de iurisdic. omni. iudic. & in l. vi. 40 num. col. iij. ff. si cert. per. Et t ad quem spectet cognitio, an quis sit clericus, vel laicus, vide text. in cap. si iudex laicus. de senten. excom. in vj. qui dicit, quod spectat ad ecclesiasticum: vocato tamè iudice seculari. Vnde vidi literas Senatus, quod vicarius iustitiæ simul cognoscat cū vicario Episcopi. Et licet cognitio sit vtriusque: tamen potest instrumentum clericatus ostendi solo iudici laico, nõ ad hoc vt probet sed vt remittat causam.

41 Et t si instrumentu loquitur de Titio, ille præsumitur, qui producit instrumentum, vt per Capol. consil. xj. col. ij. versic. dic tamen. & versic. de secundo. de quo text. in d. cap. si iudex laicus. dicam infra in tit. de foro comperenti.

42 Sequendo materiam captura, Quæro, t statuto cauerur, vt illa teneatur pro damno dato in eius territorio, si malefactorem non ceperit, an hoc statutum indifferenter procedat: est materia quotidiana, quia hoc statutum habemus Mediolani, & ferè vbique viget, vide Bartol. in l. j. §. occisorem. ff. ad Syllania. qui limitat dictum statutum: quando propter maiorem vim non posset ascribi villæ negligentia, vel quando fieret maleficium clam & furtiuè: vel quando esset factum iuxta confinia. Est enim fundatum statutum super negligentia. Si igitur cessat villa non debet teneri, vt per Aretin. consil. lvij. col. ij. & per Hippol. in l. j. §. præterea charta 21. versic. & ideo dicunt Doctores. ff. de quæstionibus. Vnde dubitatur an statutum aliter dicens valeat vt per Bald. ij. volum. consilio clxxij. Et superioribus diebus factum est Decretum in hac in clytra vrbe mediolani, vt tale statutum non procedat tempore belli, nec alio, vbi non potuit resisti de facto: & quia dixi, quod quando delictum fit furtiuè

43 non procedit dictum statutum, Quæro t an procedat in furto? & videtur non procedere: quia statutum est exorbitans à iure communi & furtum est damnum improprie, vt est glossa Institut. ad legem Aquil. in princ. iuncto dicto Bart. in l. j. ff. de font. & ita tenet Alexander in l. iij. ff. de damno infec. & in effectu Ias. in l. si quando. columna penult. C. vnde vi. & late & aperte in l. si familia. col. ij. versic. secundo pondera. ff. de iurisdic. omni. iudic. & Hippolyt. in l. de minore. §. tormenta. col. ij. ff. de quæstionib. Alexand. consilio clxvij. in ij. quod est repperitum consilio xx. in v. Dec. consilio. lxxxiij. col. iij. & ita tene, quicquid dicat Capola in consilio xvij. vbi arguit ad partes, & tandem aliam opinionem tenet: allegat Bart. in l. quod Nerua. col. iij. ff. de pos. Verum Bartol. non loquitur in statuto. Item in casu Bar. adest dictio vniuersalis quæ non est in casu statuti. Sed pro Capola facit, quia damnus est, tanquam genus comprehendens sub se omnes species, furtum, rapinam, atque alia. d. l. iij. ff. de damno infec. Ideo licet sit odiosum statutum, ta-

tamen debet comprehendere omnia quae verborum generalitas comprehendit. l. cum lege, & ibi Aretin. solus not. ff. de testament. & ad dictam glo. Instit. ad legem Aquil. responderi posset, quod non semper verbum videtur, improprietatis verbum est, vt per Iason. post Bartol. in l. is, qui pro emptore ff. de v. cap. non tamen placet haec solutio, propter naturam. regularem verbi videtur. Neque obstat etiam quod dixi de genere: quia licet vnū sit genus, & aliud species: tamen lex habet ea, tanquam diuersa, propter diuersitatem nominum & tractatum, iuxta l. si idem. C. de codic. quia ponitur titulus de furtis separatus a titulo ad leg. Aquil. & vi bonorum raptorum. Et licet allegentur iura, in quibus dispositum in damno, etiam habet locum in furto, vt per Capolam in dicto consilio xvij. tamen nihil est: quia ex hoc datur intelligi totum contrarium, quod imò ea lex, vt separata habet quia alioquin non esset necesse facere dictam extensionem. §. quibus. in prima constitutione Codicis. Et quid in rapina: an statutum praedictum in ea locum habeat? Dic vt proximè dixi in furto: & fundamenta in furto allegata multò magis procedunt in hoc casu: verum Mediolani habemus statutum clarum de rapina, quam Robariam vocat: quod an habeat locum in furto dubito: & videtur dicendum non habere: quia rapina differt à furto, vt per Bald. post glo. in l. si te. C. de infam. & vide Bal. in authen. sed nouo iure. col. vlt. C. de fer. fugit, & in l. si quis in tantum. col. vlt. vers. ista lex non est alibi. C. vnde vi. & Bal. in l. transigere. col. iij. vers. ponā quod statuto caueatur, C. de transactionib. vide etiam text. in l. si quando. C. vnde vi. maxime iuncto eo, quod ibi dicitur Doct. praesertim Moder. an illa lex loquens in rapina habeat locum in furto? & pro opinione vt non habeat locum pondero, quod statuta sunt fundata super negligentia, & in rapina videtur maior negligentia: quia sit palam, & furtum clam. Attamen ad hoc patet solutio, quia negligentia vtroque casu militat, licet non tantar ergo dispositio l. j. ff. de aleat. Dec. consil. v. col. ij. & consilio xlvij. col. j. & alibi sepe. Veritas tamen videtur esse, quod si statutum loquitur in furto, non habet locum in rapina, nec e contra: quia vnum differt ab alio, & ita Bald. in locis supra allegatis, maxime quia est odiosum, & contra ius commune: quo casu non habet locum in alijs etiam habentibus maiorem rationem, secundum Bald. in d. l. transigere. colum. iij. Adde tamen quod licet dictum statutum non procedat, vbi non possit ascribi negligentia, vt per Doct. vbi supra. Capolam in d. consil. col. v. & seq. & Barb. ij. vol. consilio xvij. col. iij. & seq. tamen debuit villa denunciare iudici, vt per Alex. in l. j. §. occisorem. ff. ad Syllanian. Et quid si statutum dicat praesentando maleficos liberetur, an liberetur praesentando vnum? vide Bald. j. vol. consilio cccv. & consil. cccvij. vbi etiam quid si post capiatur maleficus: de quo ultimo vide etiam Baldum consilio cccj. in princip. Et aduerte tu, qui vis vti beneficio dicti statuti, in quo dicitur, si sit damnatum datum in territorio aliquo: quia prius debes facere, quod constat damnatum esse datum in illo territorio. Bald. in §. item illud in l. prima. ff. ad Syllanian. Paul. de Castr. in l. penultima. §. docere. ff. ne quis eum. qui. Sunt tamen probandae qualitates statuti ab eo, qui eius beneficium intendat: vt per Soci. consilio lv. colum. a prima, secunda, & tertia. & Corn. j. vol. consil. cccxiiij. Et si statutum dicat, Credatur quo ad damnatum iuramentum damnatum passu, debet ille esse omni exceptione maior. l. si in Ladmonendi. charta vigeesima. colum. ij. ff. de iureiurando. Item nota, quod si prius agatur contra delinquentes, non propterea est praclusa via agendi vigore dicti statuti contra communitatem, iuxta l. quod in haeredem. §. eligere. ff. de tribut. quae vi-

detur in contrarium facere, vt per Bart. in l. prima. §. vnde queritur. ff. de publican. & in l. semper. §. hoc interdicitur. ff. quod vi aut clam. & in l. prima. C. de condic. furti. in quibus locis etiam ponitur, quando non sum consequutus totum ab vno, an residuum possum consequi ab altero, vel ab eodē alia actione, quae plus contineat iuxta 49 l. j. ff. vi bonorum raptorum. Et quod quando consequutus sum à non delinquente, an nihilominus possum agere contra delinquentem? vide Ang. in l. quoties. §. j. ff. soluto matrimonio. & Bald. in l. licet gratis. §. possumus ff. nautae. §. caupo. stabu. vbi an t. absoluto delinquente, possit agi contra syndicum, qui non denuntiat, & e contra: & an vno solente, alij liberentur, l. si in §. penales. columna §. iij. Institur. de action. & t. an custode possint torqueri in casu dicti statuti? Capola tenet posse in d. consil. xvij. col. j. & l. si in l. si quando col. antepen. C. vnde vi. Et nota semper, quod tali statuto non possunt vti forenses, & non suppositi. ita Paul. de Castro in l. omnes populi. ad fin. ff. de inst. & iure. Soci. consilio cxxxj. colum. vj. & sequen. & consilio cclij. ad fi. & consilio cxx. col. v. quod multò magis procedit in hac ciuitate Mediolani, propter statutum, vt qui non est subditus Potestati Mediolani, non gaudeat privilegio statutorum. Et idè Heluetij, qui quotidie instant contra aliqua communia in dominio Mediolani, vigore dicti statuti, male agunt. Attamen tempore Gallorum, patiebatur Senatus tunc, vt Gil li & Heluetij vterentur dicto statuto, quod erat iniquū, vt vides. Et vbi t. damnum passus incola esset illius, an ipse teneatur contribuere? vide Bartol. in l. ab omnibus. §. à Titio. ff. de leg. j. Et quid quando delictum est commissum in loco, ita vicino vni communitati, sicut alteri? vide Nellum in ij. parte ij. tempot. quaest. lxx. & ibi habes §. quando dicitur quis vicinus, & quando communitas dicitur magis propinqua. Et quid sit concludendum in inquisitione, quae formatur contra villam, vide Bald. in l. j. C. qui accusare non possunt. versic. super secundum puncto. & per Aretin. in glo. ad quarelam. colum. fi. Et si disponit statutum, quod procedatur extra ordinem, vt dicit hic Mediolani, vide ad intelligentiam dictae clausulae Bald. in l. fin. C. de iure delibet. & clarius in c. in inuestituram. de noua forma fidel. & Barr. in extraoag. ad reprimendum, in verbo, sine figura. ad fin. & Nata. in clement. saepe. §. non sit tamen. de verb. significat. Et vide etiam circa dictum statutum Bald. in l. si plures. in iij. colum. in versic. fuit qualis inter duas communitates. C. de condition. inser vbi habes quid si in via communi duabus villis est maleficio commissum? & Dec. consil. lxxij. in iij. col. & seq. Vide etiam ad dictum statutum Ang. in versic. fama publica versic. quare xij. Queritur etiam quid fieri debeat de captis in bello: in quo dicitur quod efficiuntur serui captiuium, liberos, & ibi Bart. ff. de capt. quod non obseruatur inter Christianos, vt dicitur Bartol. vbi supra, & alij in locis supra allegatis. §. Verum talibus pecunia extorquetur, quam Doctor. Taleam vocat l. nam & seruis. ff. de negot. gest. vbi Doctores maxime Bald. & per Iason. in l. conuentionum. ff. de pactis. per Anan. & Felin. in ca. excommunicamus. §. catholici. de heret. & quia quod de talea dicitur, pedit, an bellū licite fiat vel nō, vt per Bald. in d. l. Salicet. in l. ab hostib. C. de c. maxime in vlt. q. Bar. in d. l. hostes licet tamen in dubio praesumatur ini. illū, vt per Aretin. consil. xliij. Et videndum, an t. & quando dicitur iustum: in quo per Doctores in l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iure. per Innoc. & Doctores in c. sicut de iureiurando. per Aret. in l. j. in princ. col. j. & ff. de acquir. posses. & in l. qui à latronibus. ff. de testament. per Bald. consilio cccxxxix. Volum. v. & Barb. consilio cxxxviij. in princ. mal tamen seruatur hoc, quia imponitur talea, siue bellum sit iustum,

instum, siue iniustum iuxta illud, Nulla fides pietatisque viris, qui castra sequuntur, Quod vltimum etiam dicit Anan. consil. xj. circa princ. 61 t. inter milites tamen video seruari, quo ad ipsos milites captiuos, quod tantum spoliatum armis, equis, & pecuniis, dimissis vestibus sine extortione talea, nisi sint duces militum, aut eorum vices gerentes, vel signiferi: Quo verò ad eos, qui milites non sunt, vt in iusticiis, & alijs, qui capiuntur quotidie per milites in terris hostiū, vel in itineribus: in locis tamē hostibus subiectis, indist. 62 ferentur se talea redimunt: licet tamen de iure loquendo, hoc non possit fieri. vbi in villis proprijs capiuntur: sicut: si in itineribus: quibus omnibus tamen armigeri 63 solent taleas extorquere. t. & quas soluere solent, & etiam supra modum inhumaniter & crudeliter tractando eos, adeò, vt aliquando ex nimio cruciatu vitam finire cogantur. Sed tales essent puniendi de homicidio, & de tali cruciatu etiam homicidio non sequitur. Hæc habes solenniter per Salicet. in dicta l. si ab hostibus. versic. quarto. in materia. vsque ad versic. sed quid dicemus 64 vbi clare dicit, quod in domibus proprijs & terris proprijs non sunt hec captae nec honorum rapinae: sicut in itineribus per loca hostium. Ad hoc etiam vide notabiliter Anton. de Butrio in cap. olim. de restitut. spoliar. colum. vi. versic. sed est dubium vbi amplius videtur 65 velle, quod teneatur, qui hos domi & in terris proprijs capiunt etiam quod prius iussent in castra hostium talea tamen esse moderata, & exigua abque aliqua crudelitate. Et crederem, quod si ex cruciatibus illatis sequeretur homicidium, vbi captura esset facta in villis, quod talis miles esset puniendus pœna ordinaria homicidij & ita sentit Salicet. Verum vbi captura fuisset licita, tunc arbitraretur, quod duntaxat de excessu plectendus esset, per ea, quae ponit Decius in cap. naturam. el primo. de appel. in j. col. & per Alexand. consil. lxxv. vol. v. incip. 66 Vltio themate vbi loquitur in famulo, qui t. fuerat occisus à domino suo, dū velle eum corrigere. & vult, quod si si gratia correctionis illum percutiendo occiderit quod 67 solum teneatur de excessu. Et dicit notabiliter, quod si in dubio praesumatur gratia correctionis illum percussisse de quo etiam vide Bald. in l. sed & si §. magister. ff. ad leg. Aquil. vnde similes, vel ludimagister, vel dominus alicuius famuli nō gratia talea, nec correctionis, ita percutiat, vt occidat, tenetur pœna ordinaria: verum hoc à sico, vel à parte querelante esset probandum. Vnde se- 68 quitur, quod t. in dubio reus mulierum, qui quotidie sūt ab his armigeris, siue in domibus, vel terris, siue extra, puniuntur pœna ordinaria. & ita seruatur. & idè in gratia generali facta per principem nostrum Ducem franciscum Secundum militibus excipiuntur violentie, 69 & raptus mulierum. Ad quod etiam facit quod t. ciuitas capta non efficitur seruus, & ciues retinent bona sua, secundum Bar. in l. diuis. ff. de iur. sif. Bal. in rub. de treu. & pa. & Laud. in titac. de princ. & in tit. de bel. versic. xxj. 70 & vide etiam quando captus t. est dimissus sub fide redeundi, an teneatur reuerti? Bar. in d. l. conuentionem. & Parid. de Put. in tract. de re milita. charta 24. col. vlt. cum seq. l. Adde etiam quod ille princeps t. vel alius, qui bellum illicitè infert, tenetur de omni damno, quod datur per milites suos, & de omni homicidio & violentia, quae sequatur l. quoniam multa faciōsa. C. ad leg. Iul. de vi publi. Bar. in d. l. hostes. colum. j. Bald. in rub. quod metus causa. columna. v. Doct. in c. sicut dignum. maxime Innoc. de homie. per Felin. in c. j. de constit. col. xij. & per Bart. in l. si quis ad se fundū. col. j. circa fi. ad leg. Iul. de vi publi. & per Innoc. in c. fi. quod met. cau. Ex quo vides quod raro animæ principum beatas sedes possunt ascendere. Et praedicta de puniendis militibus procedunt

72 vbi t. in terra hostiū delinquant: sed si delinquant in territorio principis, cui subiacent, vt faciunt quotidie cohortes cataphractarū militum sine aliqua distinctione, latrones sunt, & vt latrones de omnibus per eos commissis sunt puniendi. d. l. hostes. ff. de capt. & Salicet. in terminis in dicta l. si ab hostibus. versic. f. & praedicta violentiae etiam puniuntur l. Iulia. de vi publi. & priua. & 73 per statuta nostra. Iuxta praedicta quare, t. Si duci Mediolani moueatur bellum à suis subditis, factò exercitu contra eum & eius Dominium, duce cum auctoritate Imperatoris, & eius exercitu se defendente, & capiat Praefectus dictorum rebellium in conflictu à militibus, qui praefectus sit subditus & rebellis, & reponatur in arce Ducis Mediolani custodiendum, an milites possint dicere Duci, ad nos pertinet talea, erat notum caprius, & tibi datus vt conseruares. An verò Dux ipse possit dicere, quia rebellis meus erat, nihil debetur vobis, sed ad me spectat eum punire propter rebellionem? Casus iste contigit anno superiore apud Florentiam in Philippo Strozzi, & nonnullis alijs repositis sub potestate Ducis Florentiae à militibus, qui eos captiuos fecerant, & eorum aliqui fuerunt capite obruncati, milites autem petunt à Duce taleam, respondente ipso, vt supra queritur quid iuris? Dico quod cum bellum fuerit iustum ad defensionem patriae, & cum auctoritate Caesaris ex latere Ducis captiuus, tamen esset rebellis factus fuit, seruus militis. ita in effectu Ant. de Butr. in c. olim. el secundo. versic. ad quartum extra. de restit. spoli. vbi bene videtur: quia sic loquitur in primo capite, quod declarat per secundum, vnde in specie etiam Bart. in extrauag. ad reprimen. in verbo rebellando dū querit de pœna rebellis, dicit quod Rebelles efficiuntur serui captiuorum, al- 74 legat casum legis. & idè t. cum talea hodie successerit loco seruaturis, vt per Salicet. in l. si ab hostibus, in fi. C. de cap. & vbi supra. sequitur quod talea pertinet militibus. Ad quod vide Angel. Aret. in §. serui. Infi. de iure person. vltra dicta D. Ant. de Butr. vide Aret. in l. qui à latronibus. de testam. vbi latissime & doctè, & more suo. Et Laud. & alibi vidi seruari in captis rebellibus Ducis Mediolani quod milites volebant illos tradere Duci, sed habita talea dimittebant, & ita eos factos seruos per soluta talea restituebant pristinae libertati. & cum has rationes adduxissem in Senatu in casu supra dicto, Senatus hanc opin. sequutus fuit. Verum si vis scire quomodo 75 modo postea fiat distributio inter milites, & t. an cum Duce belli, res sit communicanda, vide Socin. in l. prima. in princip. ff. de acquir. posses. & alibi sepe. Ad conclusionem supra factam, quam Senatus admisit, adde quod non procedit, vbi aliter actum esset inter principē & ducem belli iuxta l. conuentionum. ff. de pact. vel esset facta ordinario in contrarium & publica, iuxta l. legem conductionis. C. locati. vel quod Imperator exercitus fuisset ille idem ad quem spectasset onus purgandi prouintiam malis hominibus, iuxta l. congrui. ff. de offic. praesid. & quæst. Bartol. in l. iij. §. vtrum. ff. ad Syllan. in 76 qua dicit t. quod praetor capiens bannitum non habet praemium statuti, quod habuisset priuatus. & hoc vltimum vidi seruari sub Rege Christianissimo Gallorum quando Manfredus Pallauicinus subditus Regis & rebellis dum veniret contra ciuitatem Nouocomenſem, fuit captus à Barra qui praerat dictae ciuitati Nouocomenſi, quia iustitiae fuit traditus, & laeuissima, morte damnatus. Et ad id quando esset facta ordinatio de capiendis & consignandis, vide Anton. de Butrio, in dicto capitulo olim. el secundo. in dicto versiculo in secundo membro: Non est tamen omittendum quod in his esset statum consuetudinis, iuxta dicto consilio. Anan. xj. & Dec. consil. ccccccj. quia cessante essent habendz

habenda praedictae considerationes & loquitur, vt dixi. Anan. etiam quod bellum esset iniustum. Et an Princeps possit solvere taleam pro rebelle, & deinde eum punire iuxta, dicta Bart. in dicto verbo rebellando. Circa poenas rebellium, est quaestio in qua dubito: tamen puto ita dici posse, quod si licet militi, vel capienti occidere rebellem etiam ex intervallo, vt dicam paulo infra. Sic licet eum tradere necandū iustitiae, & multo magis per regulam non est singulis, ff. de regul. iur. ita tamen quod Princeps soluar taleam, vbi ita ipsi militi videatur per supra dicta: secus autem erit in hoste non rebelle, quem non licet occidere ex intervallo. §. serui. Instit. de iur. perso. iuncta l. tetria. §. transfugas. ff. de sciscitis. & declarat Angel. Aret. in dicto. §. serui. an & quando liceat hostem occidere. Non tamen licet hostem, aut rebellem alteri concedere, vt eius seruus sit, & maior talea imponi possit: sed solum vt liberetur, tamen si possit repetere suum pretium ab eo redempto. l. Senatus §. fin. ff. de legat. l. ij. §. liber. captus. & l. fin. C. de capt. Deci. in dicto consilio cccccxj. & Bart. in l. hostes. in fin. ff. de capt. ibi dum dicit quod nec vendi possunt. & Angel. Aret. in vbi supra, qui idem dicit. Et de hoste simpliciter non indagando, de re belle forte est maius dubium. Ex quo licet quod maius est, vt vides, & quod quandoquē liceat occidere rebellem, vide Bart. in dicto verbo, rebellando, nec in hoc reperitur distinctio, quae reperitur in hoste iuxta dicta per Angel. Aret. vbi supra. Et tamen dixi quod rebellem licet occidere ex intervallo, dubito: quia in hoc equiparatur hosti, dicta l. ij. §. si. ff. de scisc. & ibi etiam Bart. & Doct. praesertim. Moder. voluit quod postquam est captus non potest occidi, loquendo in transfuga, & rebelle. Sed dic quod loquuntur quando est in manibus familiaris: & sic iustitiae non quando est in manibus priuati, & ita Alexand. in d. §. fin. post Bald. in l. libertas. ff. de statu homi. Aduertendum tamen est diligenter ad principalem quaestionem, an dicatur bellum, an vero secundum formam iustitiae procedatur aduersus tales rebelles: quia hoc casu cessaret ius captiuitatis, & non efficeretur seruus capientis, nec haberet locum talea, sed seruaretur ordinatio Principis, & sine ea esset tradendus iustitiae per not. à D. Ant. de Butr. in d. c. olim in d. versic. ad quartum. Queritur etiam quia dictum fuit quod iudex habita qualiqua informatione, potest deuenire ad capturam, iuxta nota, maxime per Salicet. in l. nullus. C. de exhiben. reis. an statim possit, an vero prius formanda sit inquisitio? Et certe Doct. quos supra ad hoc allegari voluit vt statim, alioquin non fuisset qualisquis informatio, & sic minus indicium, quam in inquisitione. At tamen Salicet. in l. fin. colum. vlt. C. de quaestio, dicit contrarium, quod imo est formanda inquisitio, cui cogitur postea respondere, vel per capturam, vel per citationem verbalem, secundum naturam delicti. Et illa decisionem sequitur & refert Dec. consilio clxxxix. col. vlt. in fi. Sed Dec. certe non intelligit Salicet. quia loquitur de inquisitione generali, quo ad personas, & speciali quo ad delicta, & reperio quod ita declarat Bru. in tract. suo, de indic. & tort. in pen. chart. col. iij. vbi vide. Et ita practica obseruat. An tamen captura appellatione processus comprehendatur, vide Anchar. & Cardin. in clemen. j. de excel. praes. & Felin. in c. quoniam contra. in iij. col. vers. ex quibus de probat. Quare etiam tunc in criminalibus incipi potest à captura, an hoc etiam in civilibus fieri possit? Regula est, vt pro debito priuato nemo capi possit, nisi prius facta excussione, an sit soluendo: & si reperitur non soluendo, tunc possit ad capturam deueniri. glof. est trita in l. j. §. tutores. ff. de sus. pect. tur. Felin. late in c. quod ad consultatione. col. viij. vers. ino deuenitur, de re iudic. & latius & diligentius per

Maria. Socin. in tract. citatio. in xx. artic. principali, in xxiiij. quaest. & ibi dicit in debito priuato, siue ciuili, que est omnium opinio communis. Felin. etiam, vbi supra, post Alexan. dicit quod durum esset recedere ab opin. d. glof. Requiritur tamen aliqua ad hoc, vt procedant dicta, quae ponit Marian. ibi & inter alia sententia, vt etiam per Felin. vbi supra, & Bart. in l. cum eo ff. ad legem Iul. pecul. Et tamen tot requirantur contra suspectum de fuga vide eundem Marian. plenē. Pro debito vero publico, siue fiscali, incipitur à captura d. l. cum eo vbi Bart. plenē. & l. nemo carcerem. C. de exact. trib. lib. x. & ibi loā. de Plat. addit hoc etiam procedere ante condemnationem quando certus & clarus est debitor, alias non. Vide ibi omnino, & quae dicam infra. Quid in debitore pro crimine non ad poenam fisca applicandam, sed ad ad num, vel ad rei restitutionem siue poenam parti applicandam & profecto videtur vt sumus in regula, de qua supra, fundata super gl. in d. §. tutores. quia sumus in priuato debito, cum debeatur priuato, etiam quod pro crimine debeatur: & licet in criminali causa incipere possimus à captura, vt per omnes vbi supra, & sicut dixi supra tamen hoc fit ad veritatem criminis indagandam, & ad illud puniendum. Verum reo damnato, extra carceres etiam ad damna & interese, & rei restitutionem, vel poenam versus partem videtur eum ad partis instantiam non posse capimisi seruatis d. glof. & requisitis ad eam. Et ita intelligi possunt dicta Bart. in d. l. cum eo. & licet Paul. de Caltr. consil. xxxix. incip. in causa capture dicat pro debito ciuili habente annexum crimen, quem posse capi iuxta c. j. de deposit. Ex quo videtur multo magis hoc dicendum esse pro debito oriente ex puro crimine. Tamen intelligi potest sicut proxima dixi, quo ad declarandum debitum: quia etiam potest torqueri, vt in illo rex. Verum illo declarato, quid aliud querendum est quo ad satisfactionem, nisi an habeat modum satisfaciendi, & iuxta dicta supra simpliciter in debito priuato, & ad confirmationem addo, quod etiam in debito poenali erga fiscum iure non incipitur à captura, sed ab excussione bonorum, quicquid seruet consuetudo: vt per Plat. in d. l. nemo carcerem. colum. vij. Fateor, si pro crimine caperetur, & damnetur ad poenam, & etiam ad rei restitutionem, quod non deberet dimitti, etiam punitus, ante restitutionem. §. oportet etiam. in auth. vt iud. sine quoquo suffr. Bald. consil. cccccxvij. volum. ii. & in l. quod euitandi. C. de condit. ob turp. caus. Verum si constitutione damnaretur, vt supra, hoc opus hic labor est. Re vera credo si caperetur, & non dimitteretur ante punitionem, quia ita mereretur qualitas criminis: iuxta dicenda infra de carcer. sub fideiussor. committ. quod regula sit sine dubio, vt non deberet dimitti, nisi satisfacta parte. per text. & decisi. de quibus supra. Et idem credo, quando fur in contumaciam damnaretur imo multo magis. & hoc quod ad capiendum eum & cogendum etiam ad rei restitutionem. Qui tamen casus fructu caret: quia quod ad puniendum, potest ad capturam deueniri. Sed quando inquisitus pro crimine venit ad iudicium, & praestat fideiussionem, & admittitur quia sic criminis qualitas requirit, tunc videtur quod damnatus poena pecuniaria, etiam aduersus fiscum, capi non possit, vt supra dixi, & multo magis pro interese aduersus partem. Sed omnibus diligenter, consideratis veritas haec est, quod debitor ex causa criminali, etiam ad poenam absolute potest capi. Ita voluit Bartolus in dicta lege. cum eo. maxime dum dat cautionem, per quam quis pro debito priuato potest capi, faciendo eum multari ex duplici ratione tum quia tenetur fisco, per dicta lege cum eo. & l. nemo carcerem. Tum quia debitor est ex causa criminali, vide Bartolus

quia sic praeside inuenies. Et ita tenent omnes sequentes hanc cautionem, relati per Ias. in l. plerique. ff. de in ius vocand. & quod debitor ex causa criminali possit capi absolute volunt Doct. maxime Abb. & clarus Imol. in cap. ij. de pignor. ibi vide Imol. colum. fin. & vbi scriptum citat, non obstat quod dicit Plat. in dicta l. nemo carcerem, quia iura per eum allegata loquuntur quando agitur de imponenda poena corporali loco pecuniariae: quod fieri non potest, nisi propter inopiam, & ideo sequeretur damnum irreparabile: si non facta bonorum excussione, quis corporali poena afficeretur. Quae ratio cessat vbi solum tractatur de capiendo & non puniendo. Et hanc rationem assignat ad illa iura in proposito Alexand. in l. a diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudic. & Aret. in §. cum quoque. Instit. de act. quae commutatio quando possit fieri, & an fiat inuito actore, quando solum tractatur de interese, vel de poena acquirenda partem, vel fisco, vide plenē Imol. in cap. O Joardus. columna penultima & vltima. post Innoc. ibi de solut. Quid iuris autem quoad debitorem pro crimine, non ex causa criminali, quia causa sit intentata ciuilitate: vel quia sit solum actum ad interese, vel etiam ad poenam parti acquirendam, vt in furto: iuxta ea, quae dicam infra, quomodo procedatur per actio. in delict. Et videtur non posse detineri, quia Bar. & Doct. in d. l. cum eo. & vbi supra, semper habent rationem ad causam criminalem. Sed causa in proposito dicitur ciuilis, licet propter crimen: ergo, & c. Angel. etiam Aret. in dicto §. cum quoque columna prima. format quaestionem, an debitor pro causa ciuili. possit capi, sentiens quod & si causa descendat à crimine, si tamen sit ciuilis, prout est quando agitur solum ad interese, vel ad poenam parti acquirendam, quod non possit capi nisi secundum terminos gloss. in d. l. iij. §. tutores. & ea, quae concluduntur communiter circa eam de quibus in locis vbi supra, & per Alexand. in §. in venditione. in dicta l. a diuo Pio. Abb. tamen in dicto consil. ij. non ita loquitur: sed concludit, quod si agitur pro crimine, sic siue criminaliter, siue etiam ciuilitate, reus non euitat carcerem nisi cedat bonis ante sententiam, & prius nisi facta excussione, an sit soluendo. Sed aduerte, quia & si agitur ciuilitate quando causa ciuilis habet annexum crimen, reus capitur. cap. j. de deposit. & multo magis quando descendit à crimine, & maxime etiam ita dicendum est quando agitur ad poenam acquirendam parti, quae in casu inopia potest conuerri in corporalem, iuxta pulchre dicta per Imol. in dicto cap. ij. columna fin. ne dum sit discussio aufugiat, & poenam corporalem euitet. Scias tamen circa praedicta quod debitor fisca habet remedium euitandi carcerem per cessionem Bart. in d. l. cum eo. & Doct. in d. c. ij. & in §. cum quoque Instit. de act. loquitur de iure communi: quia, vt plurimum, seruatur contrarium, & plerunque etiam obstant ordines. Scias etiam tamen captum pro causa criminali posse ad alterius implorationem ex causa ciuili retineri. Bart. in d. l. cum eo. & Ias. in d. l. plerique. Et tamen iniusta fuit captura an possit ex alia causa retineri, vide Bart. in quaest. vj. quae incipit, Lapsus. qui in effectu concludit non posse declarando, vt per eum, & dixi supra not. ix. Quare etiam an tamen quo ad aliquem capiendum requiritur speciale mandatum? Dic requiri l. neminem. C. de exhib. reis Fal. lit. vt in glof. ibi, & per Socin. consil. cccx. col. iij. & consil. cccxxxj. col. ij. Aret. & Dec. in c. j. de iudic. & Ias. in rubr. C. de eden. col. j. vt per Ias. in l. cum proponas. la prima col. ij. C. de pact. & Marian. Socin. in tract. citatio. in vj. artic. principali, & in iij. artic. princ. vers. col. ij. & dicta tamen materia citationis, vbi cadit materia nuntij. Et tamen potest circa istam capturam possent poni multae quaestiones in materia bannitorum circa praemium, quod datur

secundum statuta, vel consuetudinem, capienti banniti: de quibus vide per Aret. in d. gl. fama publica. & per Nel. in tract. bannitorum in ij. parte ij. temporis, quest. xvij. & aliis. t. q. & per Alex. consil. in ij. vol. col. antepen. & pen. & Bald. in ij. vol. consil. lxxij. & in j. consil. cccxcij. & Cap. pol. consil. vij. col. ij. Dec. consil. lxx. & in c. at si clerici. in prin. col. vj. in vj. notab. de iudi. & per Socin. consil. clvij. & infinita in materia capturae. ponit Put. in tract. syndic. charta 20. col. ij. versic. captura. cum multis seq.

Tit. de Carcere.

S V M M A E.

- 1 Carcer mala est mansio, & morti aequiparatur.
- 2 Carcer inuentus est ad custodiam, non ad poenam.
- 3 Cauearum consuetudo reprobat.
- 4 Carceratus iuste fugiens, & carceribus peccat mortaliter.
- 5 Carceratus iuste, qui fracto publico carcere aufugit, punitur poena capitis de iure communi.
- 6 Carceratus iuste conspiras aufugere, licet habeatur pro confesso & conuicto, non tamen puniri potest ad mortem de iure communi.
- 7 Commentariensis tenetur, si reperitur carceratus mortuus perinde ac si culpa eius mortuus esset.
- 8 Casus vbi solet contingere propter culpam sufficit casum probare.
- 9 Commentariensis negligentia quomodo probatur.
- 10 Commentariensis eadem poena punitur, qua puniri debuisset carceratus.
- 11 Commentariensis, an teneatur de leui & leuissima culpa.
- 12 Commentariensis punitur eadem poena, qua puniretur carceratus, qui aufugit, si re vera fugiens delictum commisit.
- 13 Commentariensis multari & puniri potest arbitrio iudicis, vbi carceratus, qui fugit rite captus fuit, sed non fuit culpa reus.
- 14 Commentariensis non tenetur vbi carceratus non fuit rite captus.
- 15 Commentariensis est loco depositarij.
- 16 Depositum praeconi non est reddendum, consistit de iure veri domini.
- 17 Eximēs aliquē à carcere tenetur & criminaliter, & ciuilitate.
- 18 Carceratio quando dicatur iniuste facta.
- 19 Ordo ducis Mediolani circa turbationem iurisdictionis.
- 20 Ordo ducis Mediolani, an alteret poenam iuris communitis.
- 21 Commentariensium materia per quos tractetur.
- 22 Sequestratus per praetorem in domo amici, in quam vulneratus fecerat se deferri, an possit amicum heredem instituere.
- 23 Carceratus non potest custodem, aut officialem heredem instituere.
- 24 Carcerati iniuste obligatio versus tertium nihil valet.
- 25 Metus, quando est proxima causa obligationis, reddit contractum nullum.
- 26 Carcer priuatus quomodo exerceatur.
- 27 Carceris species quatuor.
- 28 Carceratus sub fideiussione non dicitur carceratus.
- 29 Bannitus sub fideiussione relaxatus occidi non potest.
- 30 Carceratus dicitur, qui dimisit filium pro obside.



VI A Capti in carcerem conuicti, tur, aliqua dicenda sunt de carcere & primo à leuioribus inchoando, dico vnum quod est sine dubio, quod tamen Carcer est mala mansio, adeo quod morti aequiparatur, secundum Bald. in cap. j. §. denique in tit. quae fuit prima cau. ben. amit. & tamen inuentus est ad custodiam, & non ad poenam. l. incredibile. C. de poenis quod etiam ostendit ordo tituli: quia primo de custodia & exhibi. reorum. postea de poenis licet secus de iure canonic.

nonico. Barr. in l. aut damnatum. §. solent. ff. de pœn. & la-
 te Felin. in c. qualiter. el. ij. §. fin. extrâ. de accusat. ratione
 diuersitatis ponit Gemin. c. quamuis. de pœn. in vj. & Ful-
 go. in consil. xliij. Quod vltimum non procedit respo-
 sibilis. cui ecclesiasticus non potest hanc pœnam in-
 iungere, secundum Ol. in consilio lxxxvi. j. & Roman.
 in sing. tu scis quod de iure civili carcer. Item procedit
 3 in carcere tali quod t eo non obstante viuat, vnde con-
 suetudo ferrearum cauearum etiam reprobat, vt per
 Felin. in d. c. ad corrigendum. post alio. Hæc tamen vo-
 luit dicere ad confusionem aliquorum malorum iudicium
 qui nihil minus curant, quam vt in carceribus existentes
 dimittantur, vt vel fortidi intra carceres vitam finiant.
 dum iudices aliorum voluntati obsequuntur, vel fessis
 componant dum illi ad propriam utilitatem respiciunt.
 4 Quæro quæ pœna t imponatur detruso in carceres au-
 fugienti propter fugam. Barr. dicit in l. relegati. ff. de pen.
 eum peccare mortaliter, vt etiam per Felin. in c. dil. c. li.
 in vj. colum. de except. & in c. j. colum. xv. de constit. &
 per Ias. in repetit. l. admonendi. ff. de iureiuran. colum.
 xxxvij. punitur mitius tamen, quam si carcerem effre-
 gisset. l. j. ff. de effracto. & ibi Angel. Sed t an habeatur
 pro confesso & conuictio dicitur haberi l. in eos. ff. de custo-
 reor. vbi Bart. & Ias. in d. repetit. chart. 17. col. vlti. vers.
 quidde in carceratis. & col. seq. quo d procedit vt per cū
 vbi effracto carcere aufugisset. item vbi ex publico car-
 cere, secus si ex domo vel ciuitate datis pro carcere, vel
 ex aliquo cubili non destinato pro carcere. In contrariū
 facit quod imò capite punitur. l. j. ff. de effracto. l. si quis
 aliquam. §. miles. ff. de pœn. & l. milites. §. eius qui. ff. de
 remilita. aliud est enim quod quis habeatur pro confesso
 & conuictio pro delicto cuius arguitur. & aliud quod
 passim, & indifferenter punitur pœna capitis, maxime
 quia leges loquuntur de capite naturali. Inuenio Alber-
 ric. in dicta l. in eos eleuantem difficultatem, & multas
 solutiones: accommodantem: tandem post longum stu-
 dium, vt ipse dicit est in opinione, vt dicta l. in eos, quæ
 vult quod talis habeatur pro confesso, loquatur in carce-
 raris conspirantibus de frangendo. & aufugiendo, re a-
 dhuc non deducta ad effectum, sed paterfacta: quia tunc
 habentur pro confessis & conuictis, vel in archiores car-
 ceres detruduntur. Sed l. prima. cum aliis loquitur, re ad
 effectum deducta & credo quod verum dicat. Est tamen
 semper intelligendum, vbi iustè in carceres detrusus esset
 secundum Barr. in l. vis eius. C. de prob. & Doct. in d. l.
 admonendi. & dicam infra in titu. de effracto. carcer.
 vbi vide. Non tamen esset attentis statutis, quæ comuni-
 ter vigent vbique locorum, vt nullus punitur corporali
 pœna, nisi lege municipali caueatur: quia tunc posset
 capite naturali plecti talis effractor. Eodem modo vide-
 tur, vt talis conspirator qui habeatur pro confesso, non
 possit puniti ex tali pœsumptione ad mortem per dictū
 Innoc. in c. quia non est verisimile. extrâ, de pœsumpt.
 de quo dicam in titu. de conuictis. Et ad excludendum
 hanc pœnam & pœsumptionem feci interdum capitulari
 quod iudex talem male tractabat, aded vt nisi aufu-
 gisset, fame & frigore perisset. Quæritur, t Aliquis
 mortuus est in carcere, vel vulneratus, an pœsumptio
 sit contra custodem: ita vt si non probet culpam abesse,
 sit pœsumptio quod culpa sua sit mortuus vel vulnera-
 tus: vide gloss. in l. cum ita. §. species. ff. de leg. ij. quæ di-
 cit quod custos debet probare dolum abesse. Alius facit
 contra eum pœsumitur, & Bald. ibi dicit idem in cam-
 pario. Sequitur Alexan. in consilio clvj. volumine. ij.
 Corn. j. vol. consil. cvij. columna. j. & ij. & consil.
 cxxxvj. Vbi enim t casus non solet contingere, nisi
 propter culpam, vt incendium, furtum, fuga carce-
 ratū, vel carceratū occiso, non sufficit probare amifi-

sionem: nisi etiam probetur quod sine dolo & culpa se-
 cuta fuerit istam conclusionem tradunt Bart. & Doct.
 in l. si quis ex argentariis. §. ff. de eden. & Doct. in c. ij.
 de deposi. Alexan. in consilio xlv. colum. j. & plenius con-
 silio §. o. volum. j. Corn. in d. consil. cxxxvj. col. ij. & con-
 si. cxlij. eod. volum. & nō sunt tuulti dies quod casus iste
 euenit in facto, dum quidam, qui falsè monete argueba-
 tur, repertus est in carcere mortuus, suspensus laqueo.
 Nam, vt dixi, pœsumptio est cōtra custodem, & est text.
 expressus in l. si ff. de custod. & exhib. reor. qui loquitur de
 carcerato seipsum occidēte. vel se precipitate, sed tamē
 aliter fuit seruatum: quia fuit missus notarius ad locum
 carceris ad examinandos eos omnes, a quibus veritas
 percipi posset, vt cognosceretur an dolus, vel culpa esset
 in custode quod cum non inuenisset notarius, custos vl-
 terius non fuit molestatus, quæ pœsumptio contra ius.
 Et vide etiam Alexan. in l. in eos ff. de custod. & exhib.
 reor. & omnino Aretin. in consil. xxxvij. colum. j. vbi
 t ponit mirabilem modum probandi negligentiam
 commentariensium. vbi ipse vellet probare diligentiam
 & punitur custos eadem pœna qua puniti debuisset car-
 ceratus. l. ad commentariensem. C. de custod. & exhib.
 10 reor. Quod t procedit vbi interuenit nimia negligentia,
 tunc enim punitur eadem pœna, etiam vltimi supplicij,
 vbi illa debuit imponi: aliā pro modo culpa. Ita est cō-
 munit opinio gloss. & Doct. in d. l. ad commentariensem
 & quod etiam ista nimia negligentia punitur vltimo
 supplicio. est text. in l. milites. ff. de custo. reor. & ibi Bart.
 nō quod idem est in custode artis secundum Bald. in d.
 l. ad commentariensem. & Oldrad. in consil. xcj. & ponit
 Iason. in l. in actionibus. col. vj. in prin. ff. de in litem
 iuran. & vide Alcia. in tract. pœsumpt. regu. iij. pœsum-
 11 ptio. xv. nu. 3. & 4. Et t an etiam teneantur tales de leui
 & leuissima culpa declaratur in l. si vt certo. §. nunc vi-
 dendum. ff. commodati. per Bart. in l. quod Nerva. ff. de
 deposi. & per Oldra in d. consil. xcj. & in dubio pœsumi-
 tur lata culpa l. in eos. & l. in ff. de custo. & exhib. reor.
 12 Est tamen aduertendum, an re vera fugiens commissit
 ser delictum, quod ei imputabatur quia aliter non puni-
 retur eadem pœna. d. l. ad commentariensem. vbi Bal.
 Nec sufficeret quod fugiens haberetur pro confesso &
 conuictio, per regul. l. eius, qui delatorem. in principio,
 de iure fisci vbi Bartolus & Baldus & per textum in di-
 cta l. ad commentariensem. & Alexan. in l. non est facie-
 le. ff. de custod. reorum.
 13 Et t quando esset ritè captus, attamen non esset cul-
 pæ reus, an custos esset puniendus? Doct. supra volunt pu-
 niri debere, & potest mulctari, vel puniti extra ordinē
 arbitrio iudicis. per l. j. §. effractores. ff. de effrac. Sed si
 nō esset ritè captus, nō teneretur custos. Ita Aret. in gloss.
 qui iudex dictū Caium detineri, & carcerari iussit. vbi
 14 tamen allegat Barr. in l. vis eius. C. de prob. qui t nihil fa-
 cit, quia loquitur quo ad ipsum fugientē, est verum quod
 allegat Angel. in l. quæ sub conditione. §. fin. ff. de con-
 dit. instur. qui hoc dicit loquendo tamen quando cap-
 tura erat penitus nulla allegatur etiam pro hac opin.
 consil. Alex. ibi. Sed loquitur vt facit Barr. in d. l. vis eius
 15 C. de probat. vnde dubito, Et t ratio dubitationis,
 est hæc, quia custos videtur quidam depositarius, qui
 teneretur rem depositam restituere siue iustè, siue iniu-
 iustè fuerit deposita. Et ita tenet Anchar. in consilio
 cccxlj. sed allegat textus qui nihil facit. Melius facit
 textus vulg. in l. bona fides. ff. de deposi. & quod custos car-
 ceris sit loco depositarij, dicitur & alibi Doctores, vt per
 Paul. de Castro in consilio quadragesimo quarto, & Fir-
 mian. in verbo. custos. Teneo tamen quod non punitur,
 quando iniustè captus erat: & moueor, quia communis
 est opin. in eximente, vt non possit puniti, vt per Ias. in
 l. j.

l. j. §. quod prætor. col. penult. ff. ne quis eum, qui in ius
 vocand. est vi eximat. ergo multo magis procedere de-
 bet in omittent: argu. gloss. in l. si mora. ff. sol. matr. & d.
 16 l. bona fides. Facit t pro hac opinio. quia consilio de iure
 veri domini, depositum non debet restitui prædoni, sed
 in dubio secus. Cū igitur postea custos dilucidauerit ve-
 ritatem, quare debet teneri? & Anchar. etiam loquitur
 quando captura poterat saltem iustificari per fugæ suspi-
 cionem, & ita Bald. consil. clvj. & sequen. vol. ij. & idem
 quod dixi in criminali dico in civili in debitore. Nam
 17 t eximè teneretur criminaliter, & ciuilitur, vt declarat Al-
 beric. in rubr. ff. ne quis eum, qui. nec potest eximens al-
 legare quod ereptus non erat debitor, & hoc in odium
 sui, vbi saltem ritè esset captus, vel capiendus. ita Angel.
 in l. sed eximendi. §. j. in fi. ff. ne quis eum, qui. & Capol.
 consil. xliij. vol. iij. Sed si captura non erat ritè facta, non
 teneretur ad aliquam pœnam. Vide per Ias. vbi supra, &
 18 t quando captus quis iniustè dicitur, ponit Bald. in di-
 ctiis consil. & Paul. de Cast. consil. xxxix. & Rom. in consil.
 cccxx. & consil. cxx. In prædicta tamen materia quando
 19 turbatur per aliquem iurisdicctio, & impeditur, t habe-
 mus ordinem Ducis nostri disponentem, vt is punitur
 vno modo, si simus in civili: & alio in criminali, de quo
 ordine supra late dixi in materia capture: & ided si cu-
 stos esset in dolo, & fugiens non esset culpæ reus, tamen
 ritè captus, staretur illi, vbi de custode etiam loquitur.
 Sed si tantum esset in culpa, tunc dicendum esset, vt su-
 20 pra dictum est. Et an t iste ordo immutet pœnam iuris
 communis vide in termi. Cæpol. in d. consil. xliij. & de
 eximente à carcere, vide Maria. Socin. in tracta. citatio.
 in xxxiij. artic. principali. in vij. col. & sim. iter ibidem
 ponit quatuordecim excusationes, quibus excusatur ta-
 lis eximens à carcere, vel familia, ad quem omnino re-
 curras, vt scias defendere amicū accusatum de turba-
 21 ta iurisdicctione. Reliqua t in materia custodum car-
 cerū, vide per Doct. supra allegatos, maxime per Aret.
 in d. gloss. fama publica. & vbi supra, & per Pur. in tract.
 syndic. char. 20. vbi facit quasi tractatum in hac materia,
 & per Fitimia. in verbo. custos. & extant tractatus de car-
 22 cere. Sed tamen non omitto quæstionem, quàm t nunc
 habeo in facto, Quidam vulneratus fecit se deferri in
 domum amici: & quia ipse pariter ad mortem vulnera-
 uerat alium ad instigiam prætoris fuit sequetur amicum
 illum amicū in cuius domo erat, ita vt non exiret do-
 mo, & cum promissione consignandi eum toties, & c.
 mox ad preces dicti amici fecit testamentum in quo he-
 redem eum instituit: Quæritur an valeat testamentum?
 Et quæstio de pane quærendo, & videtur valere, quia car-
 ceratio erat iusta, & ideo valere debet etiam ad commo-
 dum detinentis. Ita Bart. in l. qui à latronibus. ff. de testa-
 & est communis opin. doctorum ibi, & in l. qui in carce-
 rem. ff. quod met. causa. & vide omnino Bald. & Imol. in
 d. l. qui à latronibus. In contrarium facit, quia testamen-
 tum compulsū non valet. l. j. & ij. C. si quis aliq. testari
 prohib. Sed paria sunt quod fuerit compulsus, vel pote-
 rit compelli. l. nouissimè. ff. quod cum fals. tutor. & non
 solum in priuata persona, prout nos loquimur, compul-
 sio pœsumitur, sed etiam in officiali. Bald. in d. l. nouis-
 simè. Et ided, si detentus reperitur confessus sine indi-
 ctiis, & allegetur metus, confesso dicitur metu facta. Alex.
 consil. l. j. volum. iij. colum. ij. in fi. & ad fundamentum
 infringedi testamenti eius, qui potuit compelli, iuxta d.
 l. nouissimè. facit Bald. consilio vigesimo sexto, in tertio
 volumine. In alio tamen casu hanc opinionem omnino
 voluit Bartol. in dicta l. qui à latronibus, quia dum fa-
 cit differentiam in detentio esset iusta, loquitur de eo,
 qui fecit detineri, vt in creditore, & tenet quod valeat
 promissio rei facta postea in testamento: sine distinc-
 tio.

ne vult quod nil valeat loquendo de eo, qui detinet. Sic
 etiam intelligitur Bartolus in dicta l. qui in carcerem.
 qui videbatur aliter velle, & ita sentit clarè Alexand. in
 consilio cxxvij. in quinto volumine, qui loquitur quan-
 do detentio erat iusta, & facta fuit promissio iudici de-
 tinenti. & dicit quod nihil valet, quinimò etiam quod
 officialis non detineat: contractus tamen nihil valet ab
 eo factus cum subdito suo. l. principalibus. & ibi Ias. ff.
 si certum petatur. quia pœsumitur impressio factus. l.
 si per impositionem. C. quod metus causa. vt ibi per Ias.
 Fateor quod valet testamentum in quo institutus sit. l.
 23 non dubium. C. de testament. Attamen t quo ad deten-
 tum res redditur omnino clara, vt non valeat respectu
 officialis, & minus respectu custodis. Et ita est intelli-
 genda communis opinio, quæ nunquam voluit loqui in
 hoc casu, & clarior res redderetur, si probaretur mala
 vita custodis, & quod non patiebatur amicis & confan-
 guineos testatoris eum visere, & alloqui & in eo testa-
 mento suos propinquiores exclusisset sine causa, præfe-
 rendo penitus extraneum, cum quo etiam fuisset leuis
 amicitia. Ex coniecturis enim probatur metus, vt per
 Iason. in l. interpositas. C. de transact. & non est dubium,
 Quod testator erat in carcere. l. verum. ff. de verborum
 24 significat. Sed quid de alia quæstione, Aliquis t detine-
 tur iniustè sub custodia, puta latronis, & se obligauit ver-
 sus tertium per vim: quia ibi in actu obligationis appa-
 ret de violentia, an teneat? Et videtur eam tenere: quia
 cum tertio valet obligatio, maxime pro se liberando,
 per l. metum. §. sed licet. ff. quod metus causa. Comen-
 clarè consilio lxxvij. volumine tertio. Sed dic cōtrarium,
 25 quia t quando metus est causa proxima obligationis,
 nihil valet. Bartol. & Doct. in l. si cum exceptione. §.
 aliquando. ff. quod metus causa. & Doct. in dicto §.
 sed licet. & ibi gloss. expressa. Aretinus in §. quadrupli-
 columna quinta. Institut. de action. & ita Paulus de Cas-
 tro in l. interest. C. quod metus causa. & textus in dicta
 l. si cum exceptione §. in hac. & in l. apud Celsum. §. me-
 tus. ff. de doli except. & ita Senatus iudicauit. Sicut igitur
 causa proxima metus hoc operatur, ita etiam parti-
 cipatio metus circa carcerem: non autem sola scientia
 sine causa proxima & participatione, vt in dictis iuri-
 26 bus. Quæro, quando t quis dicatur committere carce-
 rem priuatum? in quo dic, vt per Bartol. in l. capite quin-
 to. ff. de adul. vbi sentit, quod aut captura furtiuita, &
 tunc retentio debuit esse, saltim per viginti horas: aut
 illicita, & tunc statim quod captus, committitur pri-
 uatus carcer, & refert & sequitur Decius in consilio cen-
 tesimo, columna tertia, vbi addit, quod licet non in inclu-
 datur sed tantum capiatur: tamen committitur priua-
 tus carcer. quod est notabile, & est de mente Bartolus
 in dicta l. capite quinto, in qua tamen materia sunt statu-
 ta vbique ferè, prout Mediolani, quæ attendenda sunt.
 27 Quæro etiam t quotuplex sit species carceris: in quo
 dic, vt per Bald. in l. imperium. in prima lectura. ff. de iur-
 isdict. omnium iudicum, vbi distinguit quatuor species
 carceris. & per Iacobi. in sua inuestitura super verbis,
 cum mero & mixto imperio. columna prima & sequen-
 28 Et scias t quod qui dimissus est sub fideiussione non di-
 citur esse in carceribus. ita Angelus in l. qui in carcere.
 29 ff. quod metus causa. & ided licet bannitus captus t non
 possit occidi, vt per Bartol. in l. tertia. §. transfugas. ff. de
 scar. tamen poterit occidi, si iam erat dimissus fideiuf-
 30 sori, quod not. diceretur tamen captus si dimississet
 filium pro obside in carcere: argumen. l. isti quidem. ff.
 quod metus causa. sic, scribit Cardin. de Rcge Cypr.
 consilio cxxxvij. Redemptoris omnium qui est Rex &
 Dec. consilio cxix. columna quarta. & pulchrum exem-
 plum amoris paterni ponit Hyppol. in l. prima in princ.
 b. 3 columna

columna xvj. in fin. ff. de quaestione. & nostra tempestate contigit quod Franciscus, Rex Francorum, captus ab inuictissimo Carolo quinto imperatore fuit relaxatus dimissis finis pro obsequiis.

Tit. de Carcerato fideiussoribus committendo, & quibus modis carceres euitari possint.

S V M M A E.

- 1 Carceratus dimitti potest sub fideiussione, ubi non potest imponi poena corporalis.
- 2 Cupilicite potest quis, etiam quod puniri non debeat corporaliter.
- 3 Paria sunt vel quod quis in carcerem coniciatur, vel det fideiussores de stando in certo loco.
- 4 Carcerato nobilis potest assignari palatium, vel ciuitas pro carcere.
- 5 Carceratus quando, dato fideiussore, sit dimittendus remissio.
- 6 Carceratus, cui imponenda esset poena exilij, vel deportationis, an dato fideiussore sit dimittendus?
- 7 Poena exilij est capitalis & corporalis.
- 8 Infamia poena est corporalis.
- 9 Carceratus Mediolani, relaxatur, prestata fideiussione, nisi ingeratur poena sanguinis.
- 10 Clericus carceratus, quando prestata fideiussione, sit relaxandus.
- 11 Deposito quid sit, & pro quibus criminibus fiat.
- 12 Crimen quod dicatur enorme de iure Canonico.
- 13 Poena, qua imponatur de iure ciuili, & qua de iure canonico.
- 14 Ius canonicum in multis mitius punit, quam ius ciuile.
- 15 Carceratus, qui non debet dimitti, datus fideiussoribus, tamen potest dimitti, quando iudex uider eum esse in casu absolutionis.
- 16 Procurator non admittitur ante capturam, ubi ingeritur poena sanguinis.
- 17 Notoria exceptio quando dicatur.
- 18 Statutum Mediolani, ut calumniatus de aliquo maleficio, pro quo ingeratur poena sanguinis, teneatur comparere personaliter, quomodo intelligatur?
- 19 Carcer euitatur quando suspectus delicti aliquis fuisse dimissus, ob idem delictum de quo arguitur.
- 20 Carcer euitatur, quando per statuta, vel decreta Mediolani non imponitur poena corporalis.
- 21 Carcer euitatur quando reus est in casu absolutionis.
- 22 Carcer euitatur, quando quis fuit semel absolutus, vel condemnatus de eodem delicto, de quo iterum molestatur.
- 23 Punitus in vno dominio, ob aliquod delictum minus quam in alio puniretur, an possit in alio puniri.
- 24 Cessio bonorum in criminalibus nihil releuat.
- 25 Pactum iuratum de non cedendo bonis, non ualet, nec unquam approbatur per Senatum.
- 26 Cessio beneficium non amittitur per negationem debiti a debitore.
- 27 Carcerati quomodo relaxentur vel expediantur in festis Natalitius, & paschalis Mediolani.
- 28 Obligatus soluere, vel satisfacere non liberatur per praestationem fideiussionis.
- 29 Carcer euitatur honeste viuendo.
- 30 Senator debet esse secretus, & si reuelauerit ea que in Senatu agitata fuerint ante editionem, punitur poena capitis.
- 31 Consiliarij silentiarij dicuntur.
- 32 Francisci Belloni Senatoris Casalensis mors, ob euulgatam sententiam capitalem.

- 33 Angelus Aretinus quam male habitus fuerit in syndicato.
- 34 Praeses camera Parisiensis, qua sententia condemnatus fuerit, ob demerita sua.
- 35 Fideiussor, qui promisit praesentare reum, liberatur, si legitime semel praesentauerit, licet postea fugiat: nisi dixerit quod praesentabit toties quoties, &c. quia tunc per binam praesentationem liberatur.
- 36 Fideiussor quando dicatur legitime reum praesentasse, ut sit liberatus, & quando illegitime.
- 37 Index non liberatur praesentando collateralem, quando reus praesentatus aufugit.
- 38 Praesentare promittens indeterminat aliquem, tenetur usque ad quatuor menses.
- 39 Praesentare promittens ad uoluntatem iudicis, si reus capiatur, & postea fugiat, liberatur, si ob idem delictum fuerit captus, secus si ob aliud.
- 40 Catalanus exercuit ultra septuaginta officia, & ualde commendatur a Socino & Signorel. de Homod.
- 41 Fideiussor, qui promisit sistere aliquem certa die, si reus ille sit ea die fideiussor est liberatus.
- 42 Fideiussor iudicio sisti liberatur, facta status mutatione in persona principalis, non ex eodem delicto.
- 43 Fideiussor liberatur secus banno, & confiscatione etiam ex eadem causa in persona principalis.
- 44 Fideiussor condemnati non liberatur per casum in persona ipsius condemnati superuenientem.
- 45 Fideiussor desistendo in aliquo loco, & principalis, si contranueniant quomodo excusentur.
- 46 Reus propter imminens periculum eundo ad dominum non dicitur fugisse.
- 47 Impediens parere ex aliqua causa, qua praeter spem repente euenierit, nocet dicitur contranuenire.
- 48 Promissio etiam iurata de non contranueniendo intelligitur, nisi superueniat iusta causa contranueniendi.
- 49 Carceratus irrisus potest impune fugere.
- 50 Fugisse dicitur & qui semel fugit.
- 51 Fideiussor de soluenda condemnatione, non liberatur bannito principali, & postea mortuo.
- 52 Fideiussor desistendo in criminalibus non potest suscipere defensionem rei, sed petere inducias ad eum sistendum.
- 53 Fideiussor de soluenda condemnatione, non tenetur ad poenam, si non soluatur certa die, nec ad poenam negationis.
- 54 Fideiussor intelligitur acceptus ad omnem causam, qua uenit ex natura rei.
- 55 Fideiussor pro uulnere non tenetur pro morte.
- 56 Fideiussor pro tempore non tenetur pro prorogatione.
- 57 Fideiussor potest repetere a reo expensas litis.
- 58 Fideiussor pro famulo, quod non fugiet, non tenetur domino pro pecunia, quam asserit subtraham, famulo in contumaciam condemnato ex forma statutorum Mediolani.
- 59 Fideiussio iudicio sisti, & de praesentando differunt.
- 60 Fideiussor de praesentando, de iudicio sisti, & de iudicato soluendo conueniunt sine processu.
- 61 Fideiussor promittens aliquem certa die praesentare, non tenetur ad poenam, nisi prius fuerit monitus.
- 62 Fideiussor monitus, ut praesentet reum, non liberatur si reus admonitus a Commentariensi aufugiat.
- 63 Nouatio si fiat inter debitorem, & creditorem, fideiussor liberatur.
- 64 Fideiussio extinguitur morte fideiussoris.
- 65 Fideiussor de praesentando, interdum tenetur ad poenam, interdum punitur officio iudicis, interdum extraordinarie.
- 66 Fideiussor de praesentando potest moram purgare.
- 67 Fideiussor potest promittere se praesentaturum, sub quacunque poena.
- 68 Fideiussio non ualet nisi praestetur officiali, vel notario.
- 69 Fideiussio ualet siue in ea sit expressa certa quantitas, siue non quando principali ueniebat imponenda poena corporalis.

70 Index

- 70 Index tenetur, si fideiussor non reperitur idoneus & soluedo.
- 71 Fideiussore semel approbato, non est amplius cauendum.
- 72 Fideiussio necessaria est, etiam ubi imponitur poena pecuniaria.
- 73 Cautio iuratoria interponitur ubi quis non potest praestare fideiussionem, & quid debeat iudex facere.



VI A detrusi in carceres petunt se committi fideiussoribus, vel aliter student euitare carceres, Quare quando concedendum sit a iudice, ut committantur data fideiussione? In qua quaestio, uide Bart. ff. de custod. & exhib. reor. in l. j. ubi distinguit, an ueniat poena corporalis seu venire possit, vel non. Et primo casu uult, ut non sit concedendum: secundo casu admittit. Quae conclusio etiam procedit in causa appellationis, ut per Anan. consil. j. circa prin. Bald. ij. vol. consil. cccxxvij. in fi. & Calderi. in tit. de appell. consil. iij. Quinimo uult Bart. in d. l. j. ut sit confessus & conuictus ille, cui est imponenda poena corporalis, conuictus in vincula, & compedibus vel manibus ferreis cōstringatur; & idem procedat, si sit graue scelus. Ex his tamen hoc sequitur quod & si non ueniat imponenda poena corporalis, tamen licet quis possit capi, quamuis postea fideiussoribus sit committendus de quo est text. in c. si clericos. de senten. excom. in vi. & l. j. & ibi Bart. C. de custod. & exhib. reor. & uult Bart. in d. l. j. ff. de custod. reor. hoc alud, ut paria sint, vel quod in carcerem coniciatur aliquis, vel det fideiussores, qui promittant eum mansurum in certa domo, vel loco, & non facturum fugam: Idem Bald. in l. nec non in §. j. ff. ex quibus caus. maior. & Alber. in l. eadem. ad fi. C. cod. tit. Quod seruatur tota die quando reus petit se reponi in aliquo loco laxiore, & si adhuc daretur ciuitas pro carcere esset satisfactum legi, vel statuto de carcere. Et ita sentit Bart. imò amplius dicit Ang. in l. qui in carcer. ff. quod met. caus. & alibi saepe, quod vni nobili potest assignari ciuitas, vel domus ampla vel carcere, sic per August. de Arim. in verbo. fama public. char. 2. r. colum. vltima C. pol. consil. xl. colum. x. & l. c. omnino in l. si pecunias. §. fin. colum. fin. ff. de condit. ob. caus. & in repetit. admonendi. char. xvij. col. j. ff. de iure iuran. & Felin. in ca. cum contingat, colum. iij. de descript. Et de materia tunc & quando reus sit committendus fideiussoribus, uide ultra praedicta per Felin. in c. fin. de accusat. colum. penult. & in c. ex parte. el. primo. colum. xj. in princip. de descript. & per Bald. consil. cccij. duo famuli. volum. j. & quid si extaret consuetudo quod imò admittitur fideiussor in casu alias non permisso, uide C. pol. consil. xl. col. antepen. Et quod quando imponitur poena exilij, banni vel deportationis, an tunc sit fideiussoribus committendus uide Bart. in l. j. ff. de public. iudic. ubi tunc poena exilij, sit poena capitalis & corporalis: & per Alexand. consil. cxvij. vol. ij. & Felin. in c. meminimus, de accusat. & in cap. qualiter el. secundo. §. ad corrigendos, de accusat. colum. iij. Sed licet poena exilij sit capitalis, non tamen uidetur corporalis quia non admittitur caput naturale, nisi dicas quod imò haec poena affligit mitum in modum corpus, & hoc expertus sum ego multoties. Ex exilio enim sequitur paupertas & miseria, ex quibus homines adeo se excruciant, ut etiam facile incendant in mortem quod licet allegatione non egeat, tamen habes. Bart. in l. si constante. in princip. col. iij. verfic. quinto quare. ff. sol. matrim. qui dicit, Bannito & exili necessesse esse peregrinari, & quod talis peregrinatio inducit hominem ad paupertatem. & demum ad mortem, & eadem ratione etiam poena tunc non potest esse poena corporalis, ut etiam uides in apostillis imprefis ad Abb. in cap. afferre. de praesumpt. & circa hac quaestione sunt uidentia notata in l. penult. §. ad crimen. ff.

de public. iudic. de quibus latissime per Maria. Socin. ad hoc in c. ueniens de accusat. ubi omnino uide. est uerum quod ista quaestio cessat in ciuitate Mediolani, ubi est statutum quod incipit. Si quis calumniatus, per quod nemo detinetur, nisi ingeratur poena sanguinis. Unde in materia turbatae possessionis, in qua secundum statutum nostrum imponitur poena exilij, suspectus committitur fideiussoribus, & admittitur procurator. Et haec in laico. In clerico autem an sit fideiussoribus committendus. uide text. in d. cap. si clericos ubi distinguit inter crimen enorme, & aliud non enorme, & ibi uide Gemina. ponentem exempla, ex quibus poteris te instruere quid in reliquis. Et dicit Calder. consil. xxj. in tit. de regu. quod ubi habet locum depositio, quod non relaxatur fideiussoribus, quod quando sit ponit Abb. in ca. si clericus. in prin. col. xii. extr. de iudi. Est tunc enim depositio quaedam degradatio verbalis, c. qualiter. el. secundo. & ibi Abb. col. ij. de accusat. & ponit etiam Alex. pro quibus criminibus fiat depositio, consilio clxxxij. in ij. volum. & uide etiam Decium quando clericus sit committendus fideiussoribus, consilio cxlij. colum. j. & ij. ubi quid quando uenit poena detrusio in monasterium, vel perpetui carceris. Et uide etiam pro declaratione dicti cap. si clericos. de crimine enormi. Abb. in ca. tu. de poenis. ubi dicit, quod dicitur delictum enorme de iure canonico, iuxta dictum ca. si clericos. ubi pro eo delicto de iure ciuili imponitur poena mortis, & quod ubi uenit mors de iure ciuili, de iure canonico uenit poena detrusio in perpetuos carceres. Et quae poena imponatur de iure ciuili, & quae de iure canonico, uide Doctores, maxime Felin. in cap. qualiter. el. secundo. §. ad corrigendos, de accusat. colum. xxxij. & sequen. & sic in iure canonico circa clericos in hac materia duo sunt consideranda. Primum, an ingeratur poena corporalis, non dico sanguinis, quia illo iure approbata non est. cap. sententiam sanguinis. ne clerici vel monachi. & ita tenet Deci. in dicto consilio centesimo quadragesimo tertio. colum. j. Secundum, an sit graue crimen vel non. & sic in hoc uidetur seuerius ius canonicum, quam ciuile; quia ius ciuile tantum considerat, an sit tale crimen, pro quo ingeratur poena corporalis. vel non tamen uidemus multis in ius canonicum esse mitius, tum circa poenas, ut dixi, tum etiam quia contra clericum non potest deueniri ad torturam, etiam praecedentibus iudiciis, nisi infamia quoque praecedat, ut dicam infra in materia torture. Aduerte tamen quod etiam eo casu, quo quis non debet committi fideiussoribus, artamen quando iudex uider eum esse in casu absolutionis, potest eum committere fideiussoribus. textus est, & ibi Bald. & Doctores in l. j. C. de exhibend. reis. Alexand. consilio clxxx. volum. ij. Roman. singul. ccccij. accusatus. Ang. in tractatu suo maleficiorum, charta 16. colum. iij. ad fin. & facit quod qui est in casu absolutionis, habetur pro absoluto, ut per Caccialup. in l. admonendi charta lxxxvij. colum. iij. ff. de iure iuran. & Alexand. in l. j. ff. de custod. & exhib. reor. ubi tamen semel aufugisset, priuatur hoc commodo, etiam si non ingereretur poena sanguinis, ut per Aretin. in glos. fama publica. per regul. qui semel malus, de qua per Eelin. inc. cum in iure. verfic. quarto fallit. de offic. delega. & alibi saepe. Sed licet non admittatur fideiussor, an saltem admittatur procurator ante capturam? Dic non admitti: quia ingeritur poena sanguinis. l. penult. §. ad crimen. ff. de public. iudic. & in dicto cap. ueniens de accusatio. & per glos. in l. reos. C. de accusatio. fallit in exceptione dilatoria, quae nullo modo tangit crimen putatum non potest esse accusator. ita Bar. in eod. §. ad crimen. colum. antepen. verfic. quarto procurator. & imò ibi dicit. colum. xvij. omnes cum Bart. tenere idem Abbas in dicto capitulo

b 4 pitulo

pitulo veniens. columna iij. vbi Marian. Socin. latissimè, & per Salicet in d. l. reos. Secundo fallit etiam in exceptione peremptoria, quæ tangit crimen & quæ etiam potest opponi ad processum, vt in exceptione rei iudicata: & quia delictum erat impunitum ex forma statuti, si opponatur talis exceptio ad processum, & etiam sit notoria. ita Bart. ibidem, quia etiam hoc casu iudex à seipso debet absoluerè reum. Et ita Imol. ibi, colum. xvij. circa fin. & colum. sequent. & Salicet in d. l. reos colum. xv. versiculo quarto an pro eurator. & Nellus in tractatu bannitorum in secunda parte secundi temporis, quæst. xiiij. vbi dicit ita communiter teneri, & ita esse communem dicit Aretin. in dicto capit. veniens. colum. v. vbi idem Abb. colum. iij. & Alexand. in l. ij. C. vt nemo priuat. tit. 17 colum. ij. Sed intellige talem exceptionem esse notoriam: quando nec in facto, nec in iure dubitatur. puta si apparet in facto de banno, & quod est illud idem quod continet interemptum: & quando etiam non refricatur in dubium an valeat illud bannum. Cæterum vbi refricaretur in dubium in iure solum non effemur in regula. Itē Salicet in d. l. reos, & Imol. in d. §. ad crimen. versiculo tertio casu quando est exceptio mixta. Tamen Nellus vbi supra, etiam vult esse notorium, quando aliqua demonstrationes conueniunt cum mortuo: licet non omnes. Corn. etiam in consil. cxxij, vol. iij. col. ij. versiculo. vi. get. vult quod satis dicatur notoriū quando apparet scriptura autentica, iuxta l. fin. C. de edicto diui Adriani tol. len. quod tamen intelligo secundum Salicetum & Imol. vbi supra. Item intelligo Nellum vbi saltem duas demonstrationes sunt pro reo, iuxta notata in l. demonstratio falsa. ff. de conditio. & demonstrat. & fiscus vel pars non opponunt, iuxta ea, quæ dicunt præfati Doctores. Præter dicta tamen non videntur procedere stante statuto, nostro, vt calumniatus de crimine, debeat se constituerè. ita vt non audiatur etiam allegando occisum fuisse bannitū. Nam hoc casu videtur quod non audiatur reus, etiam habens exceptionem notoriam, vt aliquid operetur. c. si Papa. de priuileg. in vj. & in l. si quando. ff. de legat. j. Sed tamen dic, quod est audiendus procurator, vel instructor implorando officium iudicis pro innocentia rei notoria & liquida. Ita Angel. in d. l. reos. C. de accusatio. & in l. quos prohibet. ff. de postul. & Bald. in d. §. ad erimen. & per Iaso. in l. vbi peccatum. C. de transactio. & hoc etiam si statum tolleretur defensionem, nedum exceptionem: vt per Aretin. in d. c. veniens. colum. viij. versico. consequenter vbi respondet ad obiectum: dicens: quod hæc opinio est multum communis. Sic etiam intelligit hoc statum Imol. ibi, in versico. quid autem super formam statuti, & Anan. ibidem col. ij. & vide glos. & Abb. in c. cum olim. de re iudic. Non enim debet pati iudex: vt notoria exceptio deuoluatur in iudiciū. c. quoniam. de filiis presbyt. Io. Andr. in cap. j. de lit. contesta. in vj. & Abb. in cap. j. colum. ij. de ord. cogni. & vide Maria. Socin. in dicto cap. veniens. col. xlvij. Sunt tamen iudices multum difficiles in administrandis istis comparationibus, & Senatus etiam solet tepulsum dare supplicantibus in tali casu, nisi personaliter se constituant: quia possit esse quod bannitus occisus esset tolleratus. vel haberet gratiam, vel saluum conductum. & hoc profecto videtur esse intentionis præallegati statuti. & possit intelligi statum. vbi iudex ipse citat reum. quod tunc teneatur comparere personaliter. Verum si reus ipse preueniret ostendendo bannum, iudex forte non deberet eum detinere. Ita probat text. in l. Seuerus. C. de excusat. tutor. & ibi Bald. & Bald. in l. obseruare. §. proficisci. in versico. iudex inquisiuit de offic. proconsul. & legat. Quia est magna præsumptio pro eo qui sponte compareret: vbi tamē esset alia exceptio quam supra dicta, scilicet quod

occisus bannitus esset, quæ est notoria & liquida, non video quare non deberemus stare communi. conclusio- ni, de qua supra dixi. Et sic habes declarationem ad dictum statum. Aliam habes per Bald. in l. omnes populi in penult. colum. ff. de iusti. & iur. quod dum dicit calumniatus de crimine intelligatur de ritè calumniato. alia est etiam declaratio, nisi opponatur exceptio in competentia iudicis. Ita Aret. in dicto c. veniens. col. x. versico. tertio adde. Aduerte tamen quia prædicta procedunt. quo ad se constituendum, sed quo ad ulterius procedendum locum non habent: quia cum hæc exceptio banni processum impediatur secundum Bart. in l. si seruus. C. de his, qui ad eccles. confugiunt. & Ias. in l. vbi pactum. C. de transact. & Doct. vbi. §. Vltimus nū debet examinari, nec contra eum procedi verum remanet in carceribus, donec sit discussa omnis exceptio circa bannū, videlicet an adit bannū, & an iure teneat, vel posito quod adit, vtrum occisus haberet gratiā vel securitatem, & an esset tolleratus. & ita Bar. in d. §. ad crimē col. pen. versico. quarto quid si est dubium. vbi ita clarè sentit. & Doct. §. At circa delictum non esset ulterius procedendum vnde posset reus examinari. vbi esset expediens circa dictas exceptiones ad bannum, non circa crimen, cognita postea veritate, quod bannum non obstat, esset examinandus circa delictum. Sic igitur non solum per fideiussorē euitantur carceres, sed etiam per procuratores et instructores modo, quo supra. Euitatur tamen carcer, quando vocatus dicit, Fui pro delicto, cuius nunc arguor alia dimissus: quia videtur tacitè pronunciatum in sui fauorem, aliis non superuenientibus. Anan. consil. xvij. col. iij. & Alexand. consil. clxxxix. volum. ij. Est tamen etiam alia via euadendi carceres in hac ciuitate: quia considerari potest, an per statum, vel decretum imponatur pœna corporalis: quia si non imponitur, nulla venit pœna corporalis, stante statuto vt nullus puniatur pœna corporali, nisi lege municipali caueatur. De quo statuto vide Alex. consil. lxxv. col. j. in iij. volum. & Alexan. consil. cxxxv. colum. vlti. & Bald. in v. volum. consil. cccclxxxiiij. Alia tamen est etiam via, quam supra dixi, videlicet, quando quis est in casu absolutiois, vbi etiam alias ingeratur pœna sanguinis, allegando l. ij. C. de exhi. reis. & Alex. vt supra dixi in reliquis circa materiam. §. ad crimen vide Barb. consil. lxxij. vol. j. & ibi quando apparet de notoria iniquitate sententia. & vide Marian. in dicto cap. veniens & dicam infra, in vit. an in criminali. iud. quis possit pro absen. inter. vbi latissimè. Alius tamen est modus euitandi carceres, quando semel fuit absolutus, vel punitus: quia de eodem delicto sapius quæri nō debet. licet. §. si ff. nau. caupon. stab. l. si cui. §. eisdem & ibi Bart. ff. de accus. & in l. Senatus. columna penult. versico. extra gloss. de accusat. Felin. latè vbi facit regulam & fallentias in c. de his de accusatione. Gandin. in tract. suo, in tit. vtrum ille, contra quem fuit per inquisitionem processum, possit de nouo accusari. Aretin. in c. cum clamor. col. ij. ad fi. de testib. & in consil. lvij. colum. vlti. versico. venio nunc ad se cundum & versico. seq. Roman. consilio cccclxiiij. Angel. consil. cxc. & consilio cxvij. col. vij. & sequent. Paul. de Castro consilio cxix. col. ij. & seq. & Bal. vbi vide, in iij. volum. consilio cxcij, & consilio lxxxix. versico. finem. in quinto volumine: Et tamen quid, quando sumus in diuersis dominiis, maxime quando in vno loco minus punitus est. quam possit in alio loco puniri, dicam infra in titu. de foro competen. & est materia Bart. in l. sepulchri. ff. de sepulch. viol. Alius est tamen modus, quando quis vult cedere bonis, l. j. C. qui bon. ced. poss. quod adeo verum est vt si creditor nolit eum in carcerem poni, cesset remedium illud cessionis: vt per Bal. ibi quod tamen non procedit in delictis, vel quasi, vt volunt Doctores in materia

materia, maxime in §. si. Instituti. de action. vbi post Angel. Aret. quem vide, Ias. facit regulam. & Fallentias. Nec tamen valet pactum in contrarium etiam cum iuramento, quando vo'ens cedere, redigitur ad extremam miseriam, absque fraude sua: vt per Felin. in cap. ex rescripto col. iij. de iureiur. & per Alexand. in l. alia. §. eleganter. ff. sol. mat. Et hanc opinionem licet habeat contradicentes, vt in præfatis locis, tamen Senatus noster semper sequitur, nec vnquam approbat talia pacta. Et vide in hac materia Socin. in fallentias suis, si tamen eius sunt, in fallentia xlv. Nec tamen hoc beneficium cedendi tollitur negando primò debitum. l. penult. ff. de cessione bonor. Salice. in l. j. C. qui bon. ced. poss. & Decius, reprobato Aretin. in d. §. fin. de actio. in l. nemo ex his qui negat. ff. de regul. iuris. per illam l. & per Ias. in l. quod te. ff. si certum petatur. quæ opinio non solum verior est, sed etiam maioris æquæ, & ideo tenenda. Alium tamen habent modum qui sunt in carceribus ad carceres euitandos, si sunt in festis Palchalibus detenti: quia ob reuerentiam dierum admittuntur, nisi sint detenti pro grauioribus delictis. l. iij. C. de episcop. audien. An tamen omnino dimittantur, vel cum moderamine, vt reuertantur, vel ponantur in laxioribus carceribus, Doctores variant. vt per Bart. & Albe. maxime ibi. Sed de consuetudine loquendo in omni casu & delicto, si sunt confessi, vel conuicti de delicto, puniuntur, prout iuris est: si processus est imperfectus, & vt gentia non sunt indicia, nec magnitudo delicti repugnet datur ciuitas pro carcere, vel dimittuntur sub fideiussore de reuertendo post festa: & si sunt in carceribus pro debito, mittuntur ad carceres laxiores, quos in hac ciuitate Mediolani vulgò appellamus Mallæstallæ, vbi publica impensa aluntur, vel dimittuntur, data fideiussione, si illam habent, de soluendo, vel de reuertendo ad carceres. Quod vltimum fit tam ex dispositione statuti Mediolani, quam ex consuetudine obseruata per Senatū.

De iure tamen, tamen qui tenetur soluere, non liberatur præfata satisfactio, imò nec qui tenetur satisfactio. l. j. & ibi Doctores. qui satisf. cog. & non solum in festis Palchalibus hæc Mediolani seruantur, sed etiam in Natalitiis. Alium modum habes aptiorem cæteris ad euitandū carceres, tamen si honestè volueris viuere, ita vt nec verbo, nec facto nec consilio nec scriptura deuias à recto itinere, iuxta l. aut facta. cum similibus. ff. de pœnis & l. i. re tradita per Bald. in l. data opera. C. qui accusare non possunt. Et si tu tenator fueris maxime tibi animaduertendū erit, vt memor potissimum iuramenti præstiti in admisione dignitatis, sis secretus, quia alias incidet in maximum periculum. Nā glossa in cap. de forma xxij. quæst. ij. dicit, quod capite punitur reuelator secretorum. & ita dicit text. in l. si quis aliquot §. j. ff. de pœnis, Et licet tam glo. quam textus loquantur de secreto, quod reuelatur hostibus, vt per Alber. in dicto §. j. & ita etiam sit intelligendus Martin. Lauden. in tractatu de principibus. in titulo, de consiliariis. in cap. ij. Attamen magna pœna afficiendi videntur tales, etiam si ea tantum renuncient quæ pertinent ad iustitiam. Hoc ostendo, quia si quis aperiendo vel recitando vel resignando testamentum viui incidit in pœnam legis Cornelia. ff. de falsis. l. j. §. is qui cum similibus ff. de falsis. & idem si à causidico, vel aduocato ostendatur instrumentum litis aduersario, dicta l. j. §. is qui deponit. & de vtroque in dicta l. si quis aliquot. §. qui viui. & §. sequent. quantum magis hoc militare debet in gestis per Senatū, antequam sint autoritate, Senatus edita. Ante enim editionem Senatus potest addere vel diminuere. Et ideo non conuenit publicare, nisi te perfectè terminata. Et si publicarentur vota singulorū maximè prolatorum in grauissimis causis, tunc maiori pœna dignus esset propter maximum periculū, in quod

eum iniiceret, qui sententiam duram dixisset. Et quia in futurum qui liberè loquebantur quod est in iis viris principum cap. fundamentum. de electione. in vj. retraheret non sua culpa, sed eorum qui reuelassent. Et ideo tamen consiliarij appellantur etiam silentiarij. secundum glossam in rubr. de silentiarij. libro xij. Ad quæ plurimum facit, quod de Papyrio Prætexto apud Gellium lib. j. cap. 23. scriptum reperitur. Nam is adhuc pene puer preces, & imperium matris scedulò interrogantis, Quid in Senatu actum esset, callido figmento elusit, ne vel ipsi matris Senatus arcana panderet. Ex quo ei postea cognomētum, honoris gratia, Prætextato fuit inditum, ob loquēdi tacendique in ætate prætextata prudentiam: quæ si in illo fuit, & in aliis innumeris, quorum exempla apud varios auctores passim scripta reperuntur, quam indignū profecto esset, si in Senatore desideraretur: vnde nō mirum, si Capola in consil. xl. in v. volum. consuluit quod tales incidunt in fallum. dicens quod ita fuit consultum in ciuitate Patauina, & tamen nostra tempestate D. Franciscus Bellonus Senator in ciuitate Casalis, qui reuelerat quandam sententiam capitalem adhuc nō publicatam fuit capite ob hoc solum, obtruncatus, quam sententiā aduersus semetipsum prius ipse tulerat: cum enim fuisset interrogatus à Marchione, Quæ pœna dignus esset, qui sententiam capitalem reuelasset, Respondit eadem capitali pœna, ipso Marchione subdente, Tu igitur hæc pœnam patieris. Et si alium magistratum geres, ita te habeas, vt tempore syndicatus non verifices id quod dicit Bald. in rubr. de procurat. in xj. col. quod tempus syndicatus est tempus digestionis, quia tunc digerit iudex id quod in officio deglutit, ac etiam ne incidat in periculum, in quod non solum omnino mali iudices vt plurimum tandem incidunt, verum etiam si qui sunt non omnino mali vt refert Paris de Put. Angelo Aret. euenisse, tamen qui post gestum collateralis officium tempore syndicatus detentus fuit per annum: & nisi omnia collegia Italiae consuluisent in eius fauorem, capite truncabatur. Sic Put. in tract. suo syndicat. charta. 6. versico. per syndicatorum ad fin. illius capituli. Nec è memoria tua vnquam excidat, quod superioribus annis totus Senatus residens in ciuitate Aquarum Sextiarum ultra montes, fuit ob eius fictiones, diuisiones, & tyrannicas artes syndicatus vnā cum aduocato fiscali, & pluribus aliis officialibus, & Senator vnus fuit multatus maxima summa pecuniarum, atque etiam bannitus, & priuatus vnā cum posteris suis omni officio & dignitate. quod idem etiam aduocato fiscali accidit. Alij verò Senatores omnes suspensi ad tempus, & multi fuerunt pœna pecuniaria officia aliqua fuerunt etiam abolita, nedum officiales ipsi amoti, & denique nihil in eis Senatoribus & officialibus syndicatus remansit præter infamiam. Non ita pridem etiam certissimo nuntio allatum est tamen quod quidam Præses vnus ex cameris Parisiensibus super criminalibus, & qui etiam antea sub Rege Christianissimo Mediolani Senator fuerat. iam diu in ciuitate Parisiorum detentus ob crimina ei obiecta extorsionum, illicitarum pactionum, linguæ subdola: & virulētæ ac etiam tyrannidis, quæ potissimum consistit in bonorum oppressione malorumque & viri ardentium exaltatione, pœna hac damnatus fuit, vt scilicet, indutus veste purpurea ad imaginem Virginis sacratissimæ duceretur loco publico, vt erratorum publicè Deo, Regi que ac iustitiæ veniā peteret. deinde perforata lingua, & abscissa manu dextera, laqueo suspendere. & hæc atrocis sententia post mentes quindecim, quibus in teterissimo carcere permanerat, quoad furcarum pœnam executioni missa fuit. Et de excessibus consiliarium vide Put. in tract. synd. chart. §. col. iij. versico. cedunt Nō possum etiam

etiam tacitus silentio præterire alium modum, per quæ omnia mundi vincula dissoluntur, nedum ostia carcerum aperiantur, quo mali iudices & scelerati viri sapienter vti consueverunt, dum pecuniis & largitionibus veritati nebulas offendunt, & ius dicentium oculi obtenebrantur, & ferrei etiam carcerum potest rescinduntur. Nanque munera excæcant oculos sapientum, & mutant verba iustorum, ut habetur Deute. xvj. c. & refert Ange. & Ias. in l. non dubium. C. de testa. & de vi pecuniarum ponitur per Hippo. in l. j. præterea. col. vj. ff. de quæst. per Felin. in c. super eo. col. iij. de testibus. & Io. de Sylua in tracta. suo solenni de beneficio. in iij. par. quæst. vij. Supradicta tamen locum non habent in bonis iudicibus, qui iusto & honesto omnia metiuntur. Et quia præcipuus modus, & magis substantialis euandendi carceres ille est, quando quis petit dimitti, præstata fideiussione: id est opere pretium est aliqua dicere, quæ cit capispos si ieiunios, præsertim in materia criminali tota die occurrunt. Et quæro primò, si fideiussor præsentat eum, pro quo fideiussor. qui postea aufugit, an amplius teneatur eum præsentare: in qua quæst. vide Bald. in l. qui crimen. C. qui accusare non pot. in x. q. qui dicit, quod liberatur, quia fecit quod debuit. arg. l. j. C. loc. & in l. dominus horreorum. ff. eo. Culpa enim custodis non debet nocere fideiussori, ad commetariensem. de custo & exhib. reor. Quod procedit si simpliciter fideiussor præsentare, secus si dixit. Toties quoties. per not. per Bart. in l. sigemma. ff. arb. furt. cal. & in l. j. hoc rescripto. ff. ad gylla. in qua materia vide Alex. in consil. cccx. incip. breviter in casu. in j. vol. Pau. de Cast. & Ias. in l. duobus. §. j. per gloss. ibi in verbo, exhiberit eum. ff. de iureiur. & ibi quando promisit præsentare toties quoties. quod adhuc bina præsentatione liberatur. & ita Alex. consil. cxlv. quoniam abunde in ij. vol. est materia l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb. sig. de qua per Felin. in c. innouamus. de treuga & pace. & in c. licet. col. ij. & seq. de testib. Ias. in dicta l. duobus. §. j. & alibi. & vide etiam Nellum ac prædicta in prima parte secundæ temporis quæst. xv. qui vult, quod non liberetur per binam præsentationem: Sed Ias. vbi supra, ad quem me reicio, ponit, quæ opinio præualeat. Verum si præsentat fideiussor minus caute debitorem, qui exinde fugam arripiat, etiam in casu, quo vnica præsentatione erat liberatus, non sequitur liberatio: quia cum loquimur de actu, de legitimo intelligimus l. iij. §. co. ad ematum. cum si ff. de re iudi. exemplum. Quando præsentandus est intra carceres, & consignatur collateralis soli etiam absque famulis à quo aufugit, dum ducitur ad carceres, vel prætori etiam non habenti nisi collateralis, sine familia, qui eum consignat ipsi collateralis soli, accepta à prætore tali præsentatione pro idonea & sufficienti. & forte etiã eo pronunciant, liberatum esse fideiussorem, ut nuper contigit in prætore Vigleuani. Tamen in hoc secundo casu dicit fideiussor, si prætor non acceptasset, & me non liberasset eum consignasset in tra carceres. Vnde bene considerando rein ipsam, solus iudex videtur posse conueniri ad dā na tanquam per imprudentiam id egerit, iuxta quæst. Barr. si iudex per imprudentiam. & consil. Corn. cccxv. col. fi. vol. iij. vbi succinctè, quando iudex imprudenter iudicat, ad quid teneatur. Non autem teneri debet fideiussor, tanquam ipse omne id fecerit, quod à se faciendū erat. Est verum, quod vbi fideiussor fuisset in tanta mora, ut nec per præsentationem liberaretur, puta quando post terminum, ac post aliam, vel alias interpellationes iuxta dicta Ias. in l. & si post tres col. iij. ver. Ang. tenes, ff. qui sat. cog. & quæ dicam j. & sic post plures moras præsentasset etiam in carcere eo casu adhuc posset fideiussor conueniri non obstante ordinatione prætoris mi-

nus legitime facta cognitio de nullitate vel iniquitate dictæ ordinationis condemnato, tamen prætore in expensis omnibus, quas fecisset in tali cognitione credito iuxta no. per Corn. & Bart. vbi §. & dicam j. in materia synd. official. Nam prætor debuit non admittere talem præsentationem, postquam effectus erat debitor, incidendo in pœnam post tot moras, nisi creditor consensisset: & ideo si admisit, & minus iuridicè, condemnatur prætor in expensis factis per creditorem, quas fecit in reuocatione illius liberationis Et t adacere, quia prætor hoc casu non liberatur per exhibitionem collateralis, iuxta consil. Rom. xj. & consil. xiiij. quæ allegatur ad Bar. per Alexand. in l. j. §. familia. ff. de pub. quia prætor in hoc teneretur culpa sua Roma. verò loquitur quando solùm interuenit culpa collateralis. Et quid quando quis promisit simpliciter præsentare aliquem sine termino, an semper teneatur? Dic, non semper, sed duntaxat infra quatuor menses teneri. l. si fideiussor. C. de fideiuss. vbi 37 reuocatione illius liberationis Et t adacere, quia prætor hoc casu non liberatur per exhibitionem collateralis, iuxta consil. Rom. xj. & consil. xiiij. quæ allegatur ad Bar. per Alexand. in l. j. §. familia. ff. de pub. quia prætor in hoc teneretur culpa sua Roma. verò loquitur quando solùm interuenit culpa collateralis. Et quid quando quis promisit simpliciter præsentare aliquem sine termino, an semper teneatur? Dic, non semper, sed duntaxat infra quatuor menses teneri. l. si fideiussor. C. de fideiuss. vbi 38 lūm interuenit culpa collateralis. Et quid quando quis promisit simpliciter præsentare aliquem sine termino, an semper teneatur? Dic, non semper, sed duntaxat infra quatuor menses teneri. l. si fideiussor. C. de fideiuss. vbi 39 vide omnino Bart. Et quid quando ad voluntatem iudicis promisit fideiussor sistere reum: qui captus fuit, postea aufugit. an teneatur adhuc fideiussor etiam sistere? Distinguitur, quod aut fuit captus pro ea causa, & amplius non teneretur: aut pro alio delicto, & teneretur ita Io. And. in addit. ad Spec. in titu. de accus. §. sequitur. versic. ite quæro ecce Subdit tamen, quod si fideiussor vadit ad iudicem quando est captus, & protestatur, quod illum habet pro præsentato, & quod non vult teneri amplius ex sua promissione, quod tutus est. Quæ opinio Io. And. licet habeat cōtradictentem, est vera: ut per Barb. in rub. extrā. de fideiuss. col. j. & ij. & Catald. in tract. syndic. 40 in vers. cccxxvij. Qui Cataldus ille est, quæ ultra septuaginta officia exercuisse scribit Socin. consil. xxiiij. col. iij. in fi. vbi eum valde commendat, & Signor. consil. lxxxv. col. pen. circa princ. Quam opinionem etiam sequitur Ang. in l. j. §. ff. de custo. & exhib. reor. limitando tamen, ut ibi per eum, quando promissio esset toties quoties. Sed pone, si fideiussor promisit inquisitum sistere certa die, vel soluere condemnationem: contingit, quod ante illum diem qui accusabatur bannitus fuit propter illud maleficium, quia se non præsentauit: die verò elapsa, fideiussor conuenitur, quia eum non præsentauit, Quæritur, an si ieiussor habeat exceptionem, quod non potuit, nec potest præsentare, quia bannitus postea fuit: Spec. in tit. de accus. §. sequitur. ver. item quæritur concludit, quod non: quia non stat per iudicem, sed per inquisitum, & hoc, quando propter idem delictum, secus si propter aliud, quia tunc fideiussor non teneretur. l. sed & si quis in princ. ff. si quis caut. & in l. si decesserit & in l. si verò. in prin. ff. qui sat. cog. & probant allegata iura, quod siue impedimentum sit culpa rei, siue non, semper fideiussor est excusatus, nisi in casu de quo supra quando propter idē delictum est bannitus. & vltra Doctores in d. l. sed & si quis. in principio, & vbi supra, qui ita communiter tenent. Idem Gandin. in rub. de aliquibus quæstionibus variis. col. vij. versic. item pone quæstionē, & in rub. de multis quæstionib. dependen. à statuto. col. ix. versic. item pone quæstionem: & in rub. quid sit agendum reo absente. col. fin. Facit l. sancimus. & ibi Angl. & Doctor. C. de pœn. intelliguntur tamen Doctores res supra, nisi fideiussor dedisset caulam tali banno etiã 42 ex alia causa. Mutatio t igitur status in persona principalis, non ex eodem delicto. liberat fideiussorem: vnde etiam, si principalis fiat clericus, liberatur fideiussor. Catald. in clement. j. in ix. q. de cens. & Bald. in l. si situs. ff. de tutel. & rat. distrah. & Doctores in dicta l. sed & 43 si quis. in princip. Si tamen banniretur principalis, & confiscarentur eius bona, liberaretur si fideiussor, etiam banno secuto ex eadem causa. l. in fraudem. §. si principalis.

palis. ff. de iure fisci. Bartol. in l. capitis. ff. de fideiussorib. & in dicta l. si verò in princip. col. fin. vbi per Alexan. ff. qui satisfare cogan. Corn. consil. xxxij. vol. j. latè. & notat Bald. consilio cccxxxv. vol. v. Aduerte tamen, quia si aliquis simpliciter fideiuberet post condemnationem, cum non videatur fideiubere de præsentando, sed de soluendo, tunc per casum sopetuenientem in personam condemnati, fideiussor non eximitur, dicta l. si verò. in princip. & Nellus in tracta. banni in prima parte secundi temporis, quæst. xiiij. ad fin. Et si vis scire, 44 t quando tam principalis, qui promisit se præsentare, vel non aufugere, quæ fideiussor excusetur contrahendo, vide d. l. sed & si quis. in prin. & per totum, maxime vsque ad §. quæsitum. & l. ij. & per totum titulum. ff. si quis caution. vbi iura sunt clara de eo, qui promisit stare in iudicio, vel certo loco, & inde non discedere, ut contingit tota die in eo, cui datur ciuitas vel domus suam: t pro carcere. Et t si eo casu propter aliquod imminens periculum in personam, discederet eundo tamē ad dominum siue principem suum pro auxilio impetrando, an caderet in pœnam? Dico quod vbi verba essent clara statetur eis, aliter non videretur contra fecisse. Et hoc ex declaratione termini quis sit fugitiuus, ut in l. quis sit fugitiuus. in principio. maxime in versiculo, idē probat Iulianus. ibi, & ad dominum venisset. ff. de ædil. edicto. in d. non solum qui fugit ad dominum, nō dicitur fugere, sed nec etiam qui fugit ad amicum domini, pro auxilio impetrando. l. bouem. §. j. ff. eodem tit. & Alber. in Diction. in verbo, fugitiuus. vide etiam Bald. l. j. col. iij. versic. & ideo si statutum punit illos. C. de seruis fugit. & in l. j. col. iij. circa principium versic. sed quid si custos carceris. C. de ædil. edicto. & facit gloss. 47 t quod ille qui ex aliqua causa, quæ præter spem repente euenit, non patet, contrahere non dicitur, & non incurrit pœnam in cap. nostrum ararium. §. alias ea demum. in versic. plus accipit. xxv. distinet & sequitur Felin. in cap. ij. columna penult. circa fin. de maiori & obedient. Facit etiam quod quælibet causa etiam iniusta excusat à contemp. gloss. in l. j. §. si ff. si quis ius dic. nō obtemper. vbi Ias. & idem Iason. in l. si quis id. quod col. l. septima. in septimo & octauo notabili. ff. de iurisdic. omnium iudic. & in l. qui iurasse in princip. col. iij. nu. 3. ff. de iureiur. & in l. videamus. in prin. ff. de in lit. 48 iur. Facit, t quod quælibet promissio, etiam iurata, intelligitur nisi superueniente iusta causa cōtraueniendi. l. si & ibi Ias. ff. qui satisf. cogam. & Ias. in l. quod seruis ff. de condi. ob. caus. Et vbi ille esset detentus potuisset impune fugere, ut per Alexand. in l. sed eximendi §. item si quis. ff. ne quis eum qui. Nam etiam iniuste cōfinati possunt rumpere confinia secundum Bald. in l. j. C. de monopo. item potest licitè resisti iudici de facto procedenti. l. prohibitum. & ibi Bar. C. de iure ff. lib. x. Sed tamen ut dixi est aduertendum ad formam verborū 49 nisi essemus in casu iniuste detentionis, quia t tunc absolute esset accusatus, & semper est habendum præ oculis, quod prædicta videntur procedere non loquor quando venit ad dominum: sed quando superuenit impedimentum, iuxta generalia proximè allegata. Si tractatur de non veniendo, quia tunc admittuntur excusationes, si allegentur, infirmitas carceratio, & similia. Et ita loquuntur leges, si quis cauti. Sed si agatur de faciendū. id est recedendo. & tunc absolute recedens puniendus videtur, pro quo facit glo. in l. diuus. ff. ad Syllan. quod plus peccat, qui peccat faciendū, quam omittendo. Habere tamen talem excusationem, vbi reuertetur cessante impedimento, iuxta regulam, quod non dicitur recessisse, qui non stetit §. pannonum. Instit. de rer. diuis. alias secus. Nec tamen admittitrem quemlibet timorem, vbi alle-

garetur timor, sed recurreret ad l. metum. ff. quod met. cau. Et considerandum est, quod vnicus t actus fugæ sufficit ad hoc ut dicatur aufugisse. Dec. in l. si fugitiui. col. j. C. de ser. fu. Ex predictis scies, decidere multos casus, qui facile contingere possunt. Quæro etiam, si inquisitus dedit fideiussorem, de soluenda omni condemnatione, & postea bannitur, condemnatus in mille: deinde ita bannitus moritur, an fideiussor liberetur & videtur eum liberari, quia liberato principali, liberatur fideiussor. l. fideiussor. in princ. ff. de fideiuss. & l. Modestinus. cū ibi. no. ff. eod. Contrar. t tenet Nell. vbi supra in vlti par. q. vj. quia iste fideiussor tenetur ex sua obligatione. Et pcedit etiam, quod bannitus moriatur sine herede, dicit tamen Alb. in tract. itaru. q. lxxij. quod cauti iudices. an tequam procedant ad dationem banni, faciunt requiri fideiussorem, ut sistat principalem, quod si non fecit, cōdemnat eum, iuxta l. si quis reum criminis. ff. de custod. reo. Sed t si fideiussor non potest inquisitum in iudicio exhibere: vult tamen eum defendere, an possit: vel vult ad illum sistendum inducias habere: Quæ omnia videntur concedi fideiussori in causa ciuili, ut in l. sancimus. C. de fideiuss. Vide Spec. in tit. de accus. §. j. vers. portò, sed contumax. ibi, sed quid si fideiussor. cui dicit, quod quamuis primo casu non sit audiendus, secundo casu auditur, est materia regulæ, defensionis. C. de exceptio. quod exceptio competens principali, etiam competat fideiussori. Quæ regula etiam habetur in l. omnes. ff. de excep. & in §. exceptiones autem. Instit. de replic. vbi omnino vide, & in l. si fideiussor creditori. ff. de fideiuss. de qua regul. per Alex. consil. l. vij. col. pen. vol. j. non enim potest obligari fideiussor duriore conditione. l. Græcè §. illud. ff. de fideiuss. & man. Fori tamen declinatoria, quæ non competit reo seculari, competit clerico fideiussori. Mar. Socin. in c. j. de fo. comp. in xix. decl. vbi dicit hanc esse cōmunem opi. & Aret. consil. iij. col. j. & per Ro. singul. nunquid fideiussor clerici. Tamen in quæstione proposta veritas est secundum opinionem Specu. qui in criminalibus loquitur. in quibus est necessaria præsentia personæ. Ita Alex. & clarius Ias. in l. si eum in princ. ff. si quis cau. Nam illa lex ponit regulam supra traditam. Postea per Doct. ibi datur hæc limitatio. Et si fideiussor 53 t promittat soluere condemnationem, an teneatur ad pœnam, in quam incidit, si non soluit in certo termino? Dic non teneri: quia promisit pro pœna delicti, non pro pœna moræ postea commissa. Et idem si propter negationem veniret maiori summa condemnandus, dummodo fideiussor ante condemnationem: quia fideiussor nō intercessit pro pœna negationis, probatur in l. si ff. de fideiussor. & in l. j. vbi Bartol. & Doctores ff. de il lit. iuran. per Felin. in c. cum ordinem. col. iij. de rescript. Et ideo scias concipere fideiussionem secundum 54 Bart. & Doctores ibi. Fideiussor t enim sui natura dicitur acceptus ad omnem casum qui venit ex natura rei. l. si quis pro eo. §. si numpos. ff. de fideiuss. Alexand. consilio xxxiiij. in ij. vol. nisi verba aliter velint, secundum Doctores in dicta l. j. & vbi supra & per Capol. in caut. cxxvij. quidam fideiussor. & Oldra. consil. c. ij. & vide l. quæro in princip. & addition. ibi ad Bart. ff. locati. Et v 55 bene scias concipere verba fideiussionis, nota quod t fideiussor pro vulnere non tenetur pro morte, ut per Ias. in d. l. col. vlti. Item fideiussor liberatus lata absolutoria non reincident, retractata sententia. Bart. & Doctores in 56 l. si ff. de pact. Item t fideiussor prætoris non tenetur pro tempore quo magistratus prorogatur. Bartol. in l. Lucius §. Paulus. ff. de administ. tut. Et ita in similibus casibus, fideiussor pro tempore prorogato non tenetur. l. si cum Hermes. C. loca. Deci. consil. xciiij. & per Fel. in c. de cauis. col. ij. de offic. de leg. igitur apponenda sunt talia verba:

verba per quae tam praedicta, quam alia intelligantur sublati, vide tamen lamiffi. §. fideiussor. s. secundum le-
 turam glof. ij. ff. de fideiussorib. & quod dicit Roman-
 per illam legem in l. fideiussor. §. si quis qui satisfare cog. &
 in singularibus suis charta 16. in singulari, an fideiussor,
 quem §. fideiussor. in d. lamiffi. amplia per text. in l.
 57 ij. ff. ex quibus causis pig. tac. cōtrah. Scias tamē, quod
 licet fideiussor simpliciter conceptus, non teneatur ultra
 rem principalem tamen ipse agit ad damna & interest-
 se, c. peruenit. & c. cōstitutus. de fideiussor. B. id. in l. cō-
 stitutionibus. C. de vsuris. Abb. consilio lx. quoniam sa-
 tis. colum. j. & in dictis capitulis & in consil. lxxxij. con-
 ditor omnium. in fi. & Bart. in l. exceptione. in fi. ff. de fi-
 deius. & sicut ipse repetit impensas ita creditor suas, quas
 in litigio fecit. l. Lucius. §. Paulus. respondit. ff. de admi-
 58 tut. & ibi Barto. Quæro etiam, quid si quis fideiubeat
 pro famulo, quod non delinquet, & famulus aufugiat, &
 dominus dicat, sibi subtractam fuisse pecuniam, & ideo
 propter fugam faciat contra famulum formari inquisi-
 tionem; & quia non compareret, faciat eum condemnari
 in contumaciam, iuxta formam statuti, an fideiussor te-
 neatur? Hac quaestio deciditur per nota a Bart. in l. cū
 filius in princip. ff. de verbor. obligat. Et conclusio est,
 eum non teneri, nisi fideiussisset de soluenda omni con-
 demnatione, vt ibi per Barto. & Angel. Aretin. in gloss.
 dictum Sempronium in trecentis libris condemnatum.
 colum. pen. & Barbat. in c. ij. col. iij. de cōstitut. & Felin.
 ibi col. j. & in c. ius generale. col. iij. j. distinct. & in cap.
 quamuis. col. vj. de re iudic. & omnino per Felin. in c. eū
 Bertholdus. col. x. versic. limita secundum de re iudic. vbi
 pulchre disputat hanc materiam. & dicit distinctionem
 Bart. esse communem, de quo etiam vide Socin. consil.
 79 cclxxxij. colum. penultima & finali. Et quia feci men-
 tionē saepe de fideiussione sistendi in iudicio. scias quod
 differt a fideiussione de se presentando. De prima loqui-
 tur titulus qui sat. cog. de secunda tit. in ius voc. vt eant. vt
 per la. in l. ij. §. si quis his personis. colum. ij. ad fi. ff. qui
 satisfare cogan. post Bart. in l. j. in prin. ff. si quis in ius voc.
 non ter. Et de fideiussione presentandi. vide omnino
 Bald. in dicta l. qui crimen. C. qui accusare nō poss. Scias
 60 etiam quod contra talem fideiussorem de presentan-
 do, vel desistendo in iudicio proceditur sine libello exe-
 cutiue. Barto. in dicta l. si quis reum. in fi. ff. de custod.
 reor. & in l. j. ff. iudic. sol. versic. quæro, an in fideiussore
 & la. in dicta l. ij. §. si in j. col. ff. qui satisfare cogan. & sicut
 fideiussor de presentando, vt dixi, cōuenitur, sic fideiuf-
 sor de iudicato soluendo conuenitur, sine alio processu.
 Bart. in dicta l. j. & Socin. in consil. cclxxxij. col. penult. &
 sequen. Aretin. in l. duobus. §. exceptio. ff. de iur. iuran. &
 Alexandr. consil. clv. colum. ij. vol. ij. Vnde fideiussor non
 possit appellare a sententia, quæ transiisset in rem iu-
 dicatam: in fideiussore vero contractus, aliud est, l. a sen-
 tentia. ff. de appellat. vbi Barto. in ij. not. & Bartol. in di-
 61 cta l. si quis reum. in fi. Et si quis promittat certo tem-
 pore aliquem presentare, an, si non presentet, incurrat
 pœnam? Dic non incurtere, nisi praecessisset monitio. l. si
 penum. ff. quando dies leg. ced. Bart. in l. ita stipularus.
 la. granda. in vj. oppositione. ff. de verbor. obligat. & late
 per Deci. consil. ij. col. ij. & Paul. de Caltan. consil. clxviij.
 videtur quod dictus lo. Petrus. Sed tan si reus monitus per
 iudicē autugiat, vt saepenumero fit a malis iudicibus, &
 crebrius a satellitū ductoribus, an fideiussor, cui super-
 uenit hoc ius, facto iudicis, possit se ex eo tueri? Et supe-
 rioribus diebus hac quaestio contigit hoc modo. Quidā
 promiserat, quod alter nō aufugisset extra curiam, & domū
 commentariensis quid deinde a cōmentariense certior
 factus quod prator volebat eum in arctiores carceres
 62 conuicere aufugit: postea molestabatur promissor, an iu-

re medio, videtur quod nō. l. ij. §. si. ff. si quis caut. vbi est
 text. quod si facto iudicis impediatur, non tenetur: secus
 si facto priuati. Sed dicit contrarium, quod imō talis pro-
 missor tenetur ad pœnam, per illum textum: quia vt pri-
 uatus iudex eum monuit in primo exemplo: secus si via
 iudiciaria impedimentum praestitisset etiā in secundo
 exemplo: quia commentariensis eum monuit, non vt
 commentariensis, sed vt scelestus vir. Nec obstat quod l.
 ipse prator volebat eum conuicere in arctiores carceres
 & sic iure medio, quia nihil est, nec propterea erat impe-
 ditus facto iudicis: sicut dicit dictus §. si. qui loquitur,
 quando esset vocatus ab alio iudice ad maius tribunal.
 imō ad hoc solum tendebat fideiussio, vt quādo cunq-
 eum veller, possit habere & ita consuluit Cæpol. consil.
 lio xxvj. vbi videtur tenetur tamen ille qui monuit facien-
 do eum fugere, vt per Anch. consil. cccxij. viso themate. in
 63 fin. Et quia supra dixi, quod fideiussor non tenetur pro
 tempore prorogato, imō liberatur. Scias quod quando
 mutatur ad obligatio inter creditorem & debitorem
 sine scientia fideiussoris vt inter eos fiat nouatio iuxta
 l. nouatione. C. de fideiuf. & l. pacta conuenta §. Paulus.
 ff. de contrahen. empr. & l. aliam. ff. de nouat. tunc libe-
 ratur fideiussor, vt in dictis legib. & per Bart. in l. Vale-
 rianus. ff. de prator. stipul. & late per Alex. in l. vbi cum-
 que. ff. de fideiuf. & in l. dies cautionis in fin. princ. ff. de
 dam. in fact. & in consil. lxxxij. habita. in vj. vol. columna
 j. Imola consilio xij. viso quodam. in fin. & Bald. consil.
 cccx. Gabriel. in primo volum. Nō omittit etiam in hac
 64 materia, quod quemadmodum maleficium morte ex-
 tinguitur, ita fideiussio fideiussore mortuo gl. est sing. in
 §. fideiussor. Instit. de fideiuf. & ibi Aretin. & in glo. pro
 65 quibus Antonius fideiussit. vbi vide. Nec omittit, quod
 fideiussor de presentando tenetur ad pœnam, si ille in
 promissit, vbi non presentauerit, aliās vbi non promise-
 rit pœnam, puniri potest officio iudicis. l. si quis reum. ff.
 de exhiben. reis. & in l. ij. ff. si quis cautio. Quæ punitio
 consistit in pœna pecuniaria, quia pro sola contumacia
 nunquam imponitur pœna corporalis, vt notatur iij.
 quaestio. j. in summa. & xxxij. quaest. j. in cap. cum homo.
 & in l. ij. §. fin. ff. qui satisfare cogan. Hoc tenet in simili
 Bald. in dicta l. qui crimen. C. qui accus. non possunt. in
 quinta quaestione. Quæ opinio placet si ante cōdemna-
 tionem nō presentetur: sed si iam sit facta, videtur quod
 interuenierit pro soluenda condemnatione secundum
 subiectam materiam, & hoc nisi consuetudo habeat a-
 liam formam quia secundum eam tunc videbitur inter-
 uenisse, dicta l. si quis reum & sentit Ioan. And. in addi-
 tion. ad Speculā. de accusatio. in §. sequitur versic. porro
 si sit contumax. Et faciunt late dicta per la. in l. certi
 condictio. §. si numeros. ff. si certum peratur. Et praedicta,
 si nullus dolus interuenit in exhibendo, quia dolo inter-
 ueniēte poterit puniri extraordinarie, videlicet per re-
 legationem ad tempus, vel fustigationē, vel forte acrius,
 dicta l. si quis reum Facit l. ij. C. ad Turpil. tenet. Specul.
 in tit. de accusat. & in dicto. §. sequitur. versic. porro. &
 Gandin. in ritu. quid sit agendum reo presente. circa fi-
 nē & vide omnino B. id. in dicta l. qui crimen. in octaua
 66 quaestione. Nellus in tractatu bannit. in prima. parte se-
 cundi temporis, quaestione xiiij. Scias tamen quod licet
 quis fuerit in mora presentandi, potest tamē moram
 purgare l. lancimus. C. de fideiussoribus, & in l. & si post-
 tres. ff. si quis caut. Etiam si cum iuramento fideiussisset,
 argum. xxij. quaest. ij. cap. beatus. & in cap. ex literis de
 constitutione. Et ita tenet Bald. in dicta l. qui crimen. in
 xi. quaest. Vnde si quis sit cautus faciēdo vt renuncietur
 d. lancimus. & alijs beneficiis, quæ fideiussoribus con-
 perunt. Ita Bart. in dicta l. si quis reum. in penult. quaest.
 Non tamen admittetur, vbi ultra interpellationem
 dici

dici interuenisset alia mora per aliam interpellatio-
 nem, vt per la. in dicta l. & si post tres. col. iij. versicu.
 Angel. tenēs. & ibi apparet quod hæc est communis
 opinio Doctorum. Et aduerte, quod Bartol. in dicta
 l. si quis reum. circa renuntiationem d. l. videtur requi-
 rere expressam renuntiationem, & procedit etiam di-
 cta lex in criminalibus, secundum Bart. in l. j. ff. iudica-
 tum solui. versic. quæro an in fideiussore. & Imol. in l.
 penult. §. ad crimen. in septima charta. ff. de public. iu-
 dic. & dicit Cin. in dicta l. lancimus. quod ea lex con-
 tinet vnum de mirabilibus mundi, quod possit quis
 purgare moram infra sex menses: & continet vnum a-
 liud notandum, quod si casus superueniat in persona
 sistendi ante moram liberatur, vt etiam supra dixi la-
 tē post Doct. in d. l. sed & si quis: in principio. ff. si
 quis caut. Si verō superueniat post tempus, quo pur-
 67 gari poterat, non liberatur. Et an possit fideiussor
 promittere de presentando sub quacunque pœna &
 quantitate, puta sub pœna mille marcarum auri, vide
 Bald. in dicta l. qui crimen. in nona quaestio. & arguit
 nihil valere, quia est contra taxationem l. eos. C. de mo-
 do multan. tenet tamen valere, & respondet ad di-
 ctam l. eos. vt loquatur in pœna, quæ imponitur à iu-
 dice: Quæstio verō nostra in pœna, quæ imponitur à
 68 parte. Et bene aduerte ad dicta l. si quis reū. quod nō valet
 fideiussio, nisi fiat officiali vel notario. l. eū, pro quo §. ff.
 ff. de in ius vocado. per regulā l. stipulatio ista. §. alteri.
 ff. de ver. oblig. quæ regula etiā procedit in fisco, vt ibi
 per la. Hoc dico, quia quilibet pro libito superioribus
 diebus capiebat maleficos: vnde euenit, quod quidā fuit
 captus à priuatis personis pro exploratore, & quem ta-
 men dimiserunt, data fideiussione. Et hoc allegabatur
 per doctissimum virum D. Simonem Bossium, tunc
 69 Mediolanensi domino. Aduerte etiam, quia quādo
 venit pœna corporalis, in fideiussione est exprime-
 da certa quantitas, ne postea dicatur quod non tener
 fideiussio: quia in ea quantitate valebit. Ita videtur vel
 le Bart. in dicta l. si quis reum. in versicu. quæro vtrum
 fideiussor. & in l. si. columna secunda. ff. de pratoria sti-
 pulat. Sed dic, quod quando exprimitur quantitas, va-
 let in ea, vt per Cæpol. consilio xxvj. & quando nihil di-
 citur, adhuc valet: vt ipsemet Bartol. vult in dicta l. si
 quis reum. versic. contra hoc oppono. & ita glo. xxxij.
 quaest. v. in cap. cum homo. & Bald. in l. si Abaracorā
 latronem. C. de fideiuf. dum allegat dictam l. si quis
 reū. & Angel. in princip. ibi, reum criminis. Et licet di-
 cta l. si quis reum, videatur velle, quod debet consta-
 re notatum crimine reum esse, quia sit confessus, vel
 cōuictus, vel condēnatus: tamen sufficit diffamatio.
 Ita Bald. & Doctores in dicta l. si Abaracoram. Et ad
 praedicta vide omnino Abbat. in rubr. extrā, de fideiuf.
 Non est tamen praeterendum ad instructionem iudi-
 70 cum, qui tales fideiussores accipiunt, quod cauere de-
 bent, ne minus idonei sint fideiussores: quia ipsi postea
 tenerentur in syndicato: imō nō sunt multi dies, quod
 non expectato syndicato, vidi quendam magnum vi-
 rum cogi ad soluendam pœnam, quā promiserat fi-
 deiussor, tanquam ipse fideiussor non esset soluendo.
 Et ad hoc sunt iura vulgaria in l. j. §. si magistratus. ff.
 de magistratib. conueniend. in §. sciendum. Instit. de sa-
 tisdat. tutor. iuncta l. Imperatores. ff. de re iudic. Et i-
 ded cautela est quam consuetudo seruat, vt etiam col-
 laudatur fideiussoris accipiatur, vt per Aretin. in gl. pro-
 quibus Antonius fideiussit. ver. nota etiam, quod con-
 suetudo est per Italiam, & per Catal. in tractatu syndi-
 dicatus, quaest. cclxj. & alibi saepe, maximē per Put. in
 tractatu syndic. charta 33. de quo collaudatore est text.

in l. si ab arbitro. in prin. & in l. praecedenti. & in l. si ve-
 rō. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisfare cogan. & tex-
 tus in l. cum ostendimus §. fin. ff. de fideiuss. tut. Et fide-
 71 iussore semel approbato, non est amplius cauendum.
 l. si is a quo. §. finali. ff. vt in posses. leg. & per Hippol.
 in l. si quis, ne quaestio. col. viij. ff. de quaestio. & per
 Barto. in l. qui satisfare. ff. de fideiuss. Aliud etiam est ad-
 uertendum per iudices, vt scilicet faciant quod fideiuf-
 sionis forma bene concipiatur, quod quemadmodum
 procedat, satis patet ex praedictis: quia cognitio, prout
 cognosci potest ex praedictis, an & quando fideiussio
 non arctet, facile potest cognosci modus illam ita con-
 72 cipiendi, vt arctet & liget. & tan sit necessaria fideiuf-
 sio, quando imponitur pœna pecuniaria Die esse, per
 l. j. ff. de custodia reorum. Et omni in casu statuta pro-
 uident: & vbi non possit reus illam praestare, statetur
 iuratorie cautioni. §. nec enim. & §. necessariū, in auth.
 73 vt nulli iud. Verum tan facias ad cuius iudicis beneficiū exa-
 minari testes super conditione viri, qui non reperit fi-
 deiussores, vt per Aretin. in glo. qui iudex dictum Caiū
 detineri & carcerari iussit. col. ij. vbi vide. & per Aretin.
 in glossa praedicta, pro quibus Antonius fideiussit. co-
 lumna vltima.

Tit. de Inquisitione.

S V M M A E

- 1 Inquisitio quando omittitur a captura formatur.
- 2 Inquisitionis multae sunt species: sed praecipue duae: genera-
 ralis & specialis.
- 3 Testis quilibet est idoneus ad inquirendum.
- 4 Indictum duplex: aliud quod ad inquirendum, aliud quod
 ad condemnandum.
- 5 Testes qualescunque inueniuntur, sufficientes ad inquisitio-
 nem generalem.
- 6 Inquisitio super fama, potest formari etiam ex relatione
 testium fide dignorum.
- 7 Homines magis proni sunt ad vituperandum, quam ad
 laudandum.
- 8 Inquisitio potest formari quolibet casu, tam de iure civili,
 quam canonico: & de consuetudine, sibi procedit infamia,
 vel alia praesumptio.
- 9 Inquisitio formari non potest Mediolani ex mero officio, &
 sine partis instantia in furto.
- 10 Capitaneus iustitiae Mediolani habet arbitrium proceden-
 di etiam non seruata dispositione statuti.
- 11 Inquisitio formari potest ex mero officio in furto per reum
 confessum.
- 12 Similiter agi non potest ex mero officio, seu tantum ad par-
 tis petitionem.
- 13 Inquisitio proprie est illa, quae ex mero officio iudicis
 formatur.
- 14 Nemo sine accusatore damnatur.
- 15 Inquisitio etiam ad querelam partis non potest omni ca-
 su formari.
- 16 Differentia an inquisitio sit remedium ordinarium, vel ex-
 traordinarium.
- 17 Inquisitio est remedium extraordinarium.
- 18 Inquisitionis remedium cessat superueniente accusatore.
- 19 Iudex potest super accusatione tantum procedere, vbi ple-
 nior est, quam inquisitio, & inquisitionem omitti ere.
- 20 Indictum per quod plenius consulitur fisco & rei publicae,
 facit cessare aliud, per quod minus consulitur.
- 21 Inquisitio, quae fit ex mero officio, quomodo differat ab in-
 quisitione, quae fit ad instantiam partis.
- 22 Defensiones non potest denegare iudex, quamuis amplum

- habeat arbitrium.
- 23 Princeps quamvis simpliciter mandet inquiri, tamen intelligitur iudicis precedentibus.
- 24 Inquisitio an ex mero officio, an ad instantiam partis formetur non est differentia, ut cognoscat iudex, an sua sit iurisdicatio.
- 25 Instigator legitimus, & promotor, quis dicatur.
- 26 Instigator, qui querelavit, debet citari.
- 27 Indicium aliud, quam fama sufficit ad inquirendum.
- 28 Fama quid sit, & quotuplex.
- 29 Fama mala, & quid quis sit mala conditionis sufficit ad torturam.
- 30 Fama sola non sufficit ad condemnationem, nisi confet de criminibus.
- 31 Statutu Mediolani de fure famoso, quomodo intelligatur.
- 32 Latio famosus, quis dicatur.
- 33 Famosorum bona, que confiscarentur, si tales condemnantur, non applicentur fisco ante executionem condemnationem: etiam quod tales repenti ultimo supplicio afficiantur: nec ordo in contrarium factus esset rationabilis.
- 34 Fama bona operatur diminutionem indiciorum, & sic ut quis non torqueatur.
- 35 Fama bona in genere non tollit malam in specie, sed elidit.
- 36 Fama bona tollit presumptionem delicti.
- 37 Fama bona parit mirabiles effectus.
- 38 Fama sufficit ad inquirendum generaliter, licet non constet, quod ab honestis hominibus prouenerit: non autem ad capturam.
- 39 Fama, quam constat habuisse ortum a maleuolis hominibus, non sufficit ad inquirendum.
- 40 Testis infamis, infamia iuris, sufficit ad inquirendum.
- 41 Quilibet testis est sufficiens ad inquirendum.
- 42 Testis corruptus & periurus non sufficit ad inquirendum, sed ad inducendum in viam inquisitionis formanda.
- 43 Socius criminis facit saltem aliquam presumptionem.
- 44 Socius criminis sufficit ad inquirendum, etiam in casibus non exceptis.
- 45 Periurus omni iure repellitur.
- 46 Periuro cum tortura, an credatur.
- 47 Vulneratus, & in mortis articulo constitutus, licet in facto proprio, facit indicium ad inquirendum.
- 48 Dicitur vulnerati in articulo mortis constituti, an sufficiat ad torturam.
- 49 Dicitur vulnerati in articulo mortis, an habeat aliquod robur probationis.
- 50 Duo corrupti & periuri, an faciant indicium ad inquirendum.
- 51 Socii criminis, vel alii inhabiles, quando faciunt indicium ad torturam.
- 52 Inimici capitalis dicitur non facit indicium ad torturam.
- 53 Inimico in articulo mortis existenti non creditur.
- 54 Bannitus an sit idoneus testis ad inquirendum generaliter.
- 55 Statutum Mediolani, quod reuocat bannitos de maleficio a testimonio, an habeat locum quo ad inquirendum.
- 56 Banniti potest quis, etiam in carcere.
- 57 Testis, cui lex restituit, tamen satis est ad inquirendum generaliter.
- 58 Banniti dicitur sufficit ad inquirendum, ubi veritas aliter haberi non potest.
- 59 Testis prohibitus a limine depositionis, non facit qualequale indicium.
- 60 Carcerati dicto minus creditur.
- 61 Indicia leuia, sufficiunt ad inquirendum.
- 62 Testis propter etatem non debet examinari, examinatus facit qualequale indicium.
- 63 Duorum impuberum dicitur an sufficiat ad inquirendum.
- 64 Inquisitio formatur contra omnes de vulnere, & auxilio, quando unum tantum vulnus reperitur, & plures in-

- rixa interuen erint.
- 65 Testis omni exceptione maior requiritur ad torturam, scilicet ad inquirendum, ad quod etiam fama sufficit.
- 66 Testis omni exceptione maior facit minus indicium, quam fama.
- 67 Inquisitio formari debet per iudicem competentem.
- 68 Inquisitio formatur non citato offenso, ut compareat, & accusetur: licet de iure aliter fieri deberet.
- 69 Offensus citatus ut accusetur, an possit punitere.
- 70 Capitula debent produci, & tam dicta testium, quam nomina publicari, antequam inquisitio formetur, vel antequam cogatur inquisitus respondere inquisitioni: si per eum opponatur. Et hoc quando ad instantiam partis proceditur, & etiam quando ex officio, dummodo parte citata procedatur.
- 71 Indiciorum assumptorum ad instructionem Curie, & copia parti dari non debet.
- 72 Differentia non est, an ex officio, an parte instante procedatur, & quomodo intelligatur.
- 73 Inquirendus moneri non debet.
- 74 Inquisitionis forma qualis esse debeat.
- 75 Inquisitio debet continere qualitates delicti, & generalis est inepta.
- 76 Inquisitio debet habere qualitates, que inferant ad crimen.
- 77 Inquisitio inepta quid operetur, & quibus ex causis dicatur inepta.
- 78 Inquisitio continere debet personam certam delinquentis.
- 79 Inquisitio narrationem non autem conclusionem continens non est inepta.
- 80 Inquisitio concludens quod procedatur contra talem culpabilem, secundum formam iuris & statutorum, procedat.
- 81 Inquisitio est inepta, in qua unum delictum pro alio deducitur.
- 82 Inquiritur inepte, quando unum delictum proponitur, & aliud probatur.
- 83 Inquiritur inepte, quando allegatur delictum cum una qualitate, & probatur sine ea.
- 84 Inquiritur inepte ratione finis, quando agitur remedio recuperanda, contra non possidentem.
- 85 Inquiritur inepte ratione rei illicitae.
- 86 Item iuris notorii.
- 87 Ineptitudo inquisitionis non iustificatur ex probationibus superuenientibus.
- 88 Accusator an possit nouum indicium in criminalibus intentare, quando sententia absolutoria ab obseruatione iudicis secuta est.
- 89 Iudex potest proseguere in eadem instantia accusationem, quando accusator impeditus est proseguere.
- 90 Inquisitio locum, mensuram, & annum continere debet.
- 91 Inquisitio in crimine falsi continere debet locum & tempus.
- 92 Dies in inquisitione necessario inseri non debet, nisi reus id petat, & tunc relinquatur arbitrio iudicis, an edi debeat.
- 93 Dies in inquisitione appositus necessario est probandus.
- 94 Locus & tempus mandati, & delicti, in inquisitione contra mandantem committi delictum formanda, aponendus est.
- 95 Loci & temporis appositio coram Papa non requiritur.
- 96 Locus & tempus delicti probari debet licet statutum id non requirat.
- 97 Locus & tempus non ponitur, quando intentatur interdictum turbata possessionis.



QUONIAM, Tomissa via capture, vel quia non expedit, ut quando delictum non est graue, vel quia non carit verumiliter suspicio fugae, vel etiam quia recapi non potest, iudices inquirunt, ideo ponam materia inquisitionis: non attingedo tamen omnia, quia ad id annus vix sufficeret: sed duntaxat vilia, & scitu digna: Materiam vero si quis perfecte vult intelligere, recurrat ad solennissimam repetitionem Mariani in ea. qualiter. el secundo. de accusi. propter causam amplitudinem Felin. in d. c. in princi. dicit se non velle tractare materiam inquisitionis, quia esset magis inuolueret, quam declarare. Est tigitur sciendum, quod multae sunt species inquisitionis. Vna est generalis, quae in plures alias diuiditur: Alia est omnino specialis. Prima fit ad inueniendum. Secunda ad condemnandum & puniendum, quando habitis indicis delicti contra aliquem, de eo inquiritur, ut declarat Bart. in l. ij. §. si publico. ff. de a. dult. & per praefatum Marian. in ea. repe. in primo art. in prima quaest. ubi ponit nouem diuisiones inquisitionis. & per eundem in eadem. repet. in ij. art. princip. ubi ponit definitionem dictarum omnium specierum. per Are. in gl. haec est quaedam inquisitio. Gand. in tit. quo modo. de maleficiis cognoscatur per inquisitionem. & Homod. in tracta. syndic. in 2. charta, & alibi saepe. Et quae fit ad inueniendum, sic duntaxat ad curiam instructionem, ut postea deueniatur ad aliam specialem, prout declarant praefati Doctores, & ideo ultra eos declaratur Bald. in l. seruos. C. de testib. dum dicit, quod d. qui libet testis est idoneus ad inquirendum, & t. q. duplex est indicium. Aliud, quo se iudex dirigit in viam facti inquirendo: Aliud, quo iudex se dirigit in viam iuris, torquendo, vel condemnando, ut ibi notabiliter per eum: quia ad id, quod est de facto, videtur sufficiens etiam testis de facto, & qui aliam nihil valet. Ita solenniter Bald. ibi, quem sic intellige. secundum praedicta quo ad se instruendum, & inquirendum de facto, non autem quo ad inquirendum, ut suspectus puniatur, quam declarationem ostendo per rationem. Nam etiam inimicus dirigit iudicem in viam intelligendi in specie, propter circumstantias per eum datas: non tamen immediato dirigeret iudicem ad inquirendum, ut puniret, dicto e. qualiter. ubi fama debet esse orta a beneuolis, & non maleuolis. De quo tamen, ac scilicet inimico capitali: detur fides, quo ad inquirendum, dicam infra. Quae opinio etiam confirmatur ex dictis per eundem Marian. in d. j. art. col. iij. vers. aduerte. ubi dicit, quod sunt multae differentiae inter generalem inquisitionem, & specialem. Et in secunda differentia dicit, quod in prima generali recipiuntur testes qui inueniuntur: in secunda solummodo idonei. Vnde superioribus diebus cum esset formata inquisitio de falsitate, super dicto cuiusdam banniti pro maleficio, dicebatur, quod nihil valebat, stante statuto Mediolani disponente, ut banniti non admittantur ad aliquod testimonium. Sed respondebatur per dictum Bal. in d. l. seruos. quae responsio nihil obstabat, ut patet ex praedictis. Nam testis iste profusus appellari potest testis de facto, qui non debet admitti ad inquisitionem, quo ad puniendum, per dictum Bal. in d. l. seruos, si eum bene vides. Et pro confirmatione scias, quod ubi iudex voluerit formare inquisitionem super fama, quo ad inueniendum ad inquisitionem specialem, & sic quae in genere, an talis esset diffamatus: hoc potest facere ex relatione non fide dignorum, ut no. Doctores in e. cum iudicute. xv. q. iij. Arch. ij. q. v. cap. omnibus. & Imol. in e. cum in tua, de sponsi. Et ratio est, quia ista inquisitio

ficio infamie est modici preiudicij, ad hoc vt postea fu per ipsa infamia possit inquiri specialiter, vt per Ma ria. in cap. licet. de accusat. Et ita intelligit idē Mar. in d. repe. in ix. art. prin. in xv. q. dicitur Bar. in l. j. C. de sum. Trin. & in repet. Ad monet tamen iudicē, vt nō ita incaute procedat etiam ad hanc inquisitionem ex dicto inimicorum: quia tertia talis inquisitio generalis super fama nō procedit absque læsione honoris, cum homi nes sint promptiores ad vituperandū & detrahendū, quā ad laudandū. Et hoc idem in eod. art. in l. j. q. in xvij. fallentia. Secundo non est omnino prætereun dum, q̄ verus est quæstio, tan omni casu possit formari inquisitio, de qua per Bart. in dicta l. j. §. si publico. ff. de adul. & in extrauag. in ad reprimendū, in ver bo, per inquisitionem. & in lathletas. §. calumniator. ff. de infra. In quibus locis Bar. redigit rem ad certas re gulas, quæ & si quasi faciunt regulam affirmatiuam de iure ciuili: quia de iure canonico non est dubiū: tamē sentiunt regulā esse in contrariū de iure ciuili. Sal. verō in l. ea quidem. de accus. generaliter tenet, q̄ in qui sitio sit permissa quolibet casu de iure ciuili, sicut de iu re canonico, vbi præcedit infamia, vel alia præsumptio, quam sequitur Ang. in gl. vbi supra post recitatas alias opinionones. sic etiā Aret. tenet post longā disputationē in d. c. qualiter. col. xij. confirmando pluribus iuribus, eandem tenet ibi Mar. qui tandem dicit, q̄ opt. Sal. est satis æqua, & idē tenendū, & maximē quia cum ipsa conuenit communis practica. Et communiter in Italia vigeat statuta, q̄ omni casu officiales possint inquirere. dicens etiam, q̄ si rectē consideretur opinio hæc, non multū discrepat ab opi. Ang. in l. si vacante. C. de ho. vac. l. x. & licet articulus sit dubius, & in eo sint in finitæ opinionones, ad eō vt Cuman. in cons. cxxv. dicat communem opin. esse de iure ciuili in contrarium. at tamen sequor opin. Sal. quia Aret. vbi illam optimē defendit, & vt cunq̄ sit, Doctores, vbi s. communiter dicunt ex consuetudine seruari, vt omni casu sit permissa. & Mediolani seruari, vt omni casu formetur inquisitio. Est verum, q̄ ius officio puro absque partis instantia non omni casu potest formari. Et quia inter eos casus, quibus permittitur, non connumeratur fur tum, dum quidam esset confessus furtum, & inquisi tus ad nullius instantiam, dicebam ex ea confessione non posse puniri. allegabam text. in l. si filius. ff. de in terloc. actio. iuncto dicto statuto, & quem text. allegat Firm. in ver. inquisitus. columna secunda. Verū, quia 10 inquisitio formata erat à capitaneo iustitiæ, respon debat fiscus, quōd ipse habebat arbitrium procedendi, etiam non seruata dispositione dicti statuti. vnde cir ca dictum arbitrium allegabatur Alexand. in l. quid ergo. §. pœna. ff. de infra. & in l. fin. ad finem principij. ff. de appel. & l. fin. l. si sic. ff. de lega. j. Ad quam diffi cultatem tollēdam, impetratum fuit rescriptum, q̄ ex quo nō agebatur de grauionibus delictis procederet ca pitaneus seruatis statutis. Et ita nesciebat fiscus quōd se vteret: imperitē tamen, quia super dicta confessione poterat fieri fundamentum, non obstante vitio in qui sitionis. c. j. & ij. de accus. in vj. & Bar. in l. si confessus. ff. de custod. reor. vbi expressē Alex. extendit q̄ dicta iura in confesso inquisito, vbi non poterat inquiri, allegat cap. euidentia. de accusat. Vbi satis bene probatur. Nec obstat dicta l. Quia aliud est, q̄ quis esset vtus excep tione prescriptionis, vel simili, prout loquitur dicta lex. Aliud quod solū adesset statutū ad refrenandū iu dicē, q̄ omni casu nō possit inquiri. Et prædicta pro cedunt circa vindictā publicā & in criminalibus: in ciui libus verō, vbi tractatur de interesse priuato, non cadūt itē difficultates, quia prodita sunt remedia actio-

num, quibus ad postulationē partis agitur, non autē ex officio. l. iij. §. hoc autē iudiciū. ff. de dam. infec. vt latē per Mar. in vij. art. prin. in j. col. & multis seq. Et aduer te. q̄ licet sit disputatio magna in dicto articulo, tamē disputatio vertitur, quando ex mero officio, sine que rela alicui? formatur inquisitio: ita videtur loqui text. in d. c. qualiter. el secūdo. Et etiā Abb. ibi dicens, q̄ illa est propriē inquisitio, quando ad merū iudicis officiū formatur. Sic etiā videtur gl. & Bar. in d. §. si publico, & vbi supra, ac alij Doctores. Nā tota difficultas est lu 13 per regulā, q̄ nemo sine accusatore dānatur. Verū si demus accusatōrē, siue querelantē adesse, qui hodie succēdit loco accusationis, res non habet difficultatē, q̄ inquisitio est omni casu permissa. Vnde etiā in casu prædicti statuti in quo non enumeratur furtū, procedi tur p̄ inquisitionē: nūmodo ad sit querelapartis. Quæ consideratio, itāto magis redditur vera, quia hodie nō seruatur, vt accusator sit inscribat ad pœnā rationis iux ta l. si cui. in prin. ff. de accu. Quia in reliquis inquisi tio facti ad instantiā alicuius, non differt ab accusatio ne, vt videbitur infra. Sed licet prædicta opinio sit co 15 lorata, tamē nō est vera. Et conclusio est, q̄ tamen ad querelam sit formata inquisitio: tamē sumus in illa du bitatione, an inquisitio omni casu sit permissa: patet, quia Doctores loquuntur iuxta dictum cap. qualiter, quod est sine dubio, & tamen loquitur potius quando ad querelam alicuius proceditur, quā si ex officio. patet etiam in d. §. licet qui intelligitur secundum cō muniter Doctores, aliquo existēte promotore, nō quā do ex officio, vt per Aret. in c. cum oporteat. de accus. col. vii. vers. circa secundū. & dicā infra circa ordinem seruā. iū in inquisitione, vbi vide. Patet etiā, quia Doc. qui tantū laborāt, an inquisitio sit permissa de iure ci uili, nihil dicit de hoc, imō expressē sentiūt contrariū. 16 Quæro succēsiuē tan remedium inquisitionis sit ordi nariū remediū, vel extraordinariū, effectus est, quia si statutum loqueretur de remedio ordinario non cō prehenderet remediū inquisitionis si esset extraordi narium. Est alius effectus, quia p̄ superuenientē accu satorē cessaret iudiciū inquisitionis, si esset extraordi nariū: quia ordinariū facit cessare extraordinariū. l. in causā. la secunda. in princ. ff. de mino. & in l. in provin ciali. in prin. ff. de no. oper. nunt. in hoc artic. vide Bart. in l. ij. §. si extraneus. ff. de adul. vbi vult q̄ sit extraor dinariū, nisi extaret statutū q̄ omni casu esset permis sa inquisitio: & idē in hac ciuitate propter præallega tū statutū esset extraordinariū, quia vult q̄ solū in certis casibus possit procedi ex officio. Articulus est dif ficilis, & multi multa tenent. Cōmunitis est opin. q̄ est remediū extraordinariū: etiā q̄ loqueremur de iure ca nonico, quo est simpliciter permissa, vel de iure ciuili existente statuto, q̄ omni casu possit formari. Ita atē statur Dec. vbi vide, vt paucis agā in rubr. extrā. de iud. qui cā cōmunem sequitur per rationes vtgentes. Nec Maria. Soc. qui aliter videtur tenere in d. repetit. in iij. artic. princ. dicte pat ab hac opi. quia si non est simpli citer iudicium ordinariū, prout non est, secundū eū: ergo nō est propriē tale. l. hoc legatū. ff. de leg. j. Ex hac 18 conclusione cōmuni infertur q̄ cessare debet reme diū inquisitionis, superueniente accusatore. Et ita, se cundū prædicta, omnino videtur tenendū. Verū scias q̄ articulus est difficilis, & in eo Doc. late extendūt, maximē Aret. & Maria. in d. c. cōmunitis est opinio illa, quā distinguēdo tenet Salic. in l. ea quidē. C. de accus. ita attestatur Fel. in d. c. licet. in fi. & ibi cā tenet. cā etiā tenet Maria. ibi, & Ang. in gl. prædicta, echart. 4. Nec cō siderauit Salic. an remediū esset extraordinariū, vel or dinariū, quia vnico verbo se expediuit: sed confide

rauit, an magis sit consultum fisco, & punitio deli cti, perfeuerare in inquisitione, vel illa omiſsa sequi ac cufationis viam iuxta l. ij. §. fin. cum seq. ff. de adult. in qua consideratione Salicet. facit plures casus, quia aut superuenit accusator ante receptionē testiū, aut post: si ante, aut potest imputari negligentia ei, & non cessat: quia se superēt fecit, d. l. ij. in fi. Aut non potest impu tari negligentia, & tunc si prosequitur suam vel suorū iniuriā, auditur: quia magis cōsultur fisco, & Reipu blicæ: nisi tamen videretur iudici, q̄ adesset aliqua ter giueratio. Si verō non prosequitur suam, vel suorum iniuriam, tunc vult Salic. q̄ non cessat in inquisitione: quia lex magis confidit de iudice. Secūdo casu quādo post receptos testes superuenit, tunc vult Salic. q̄ cesset, si delictū est probatū: quia non sit præiudiciū fisco. si nō est probatum, auditur accusator, ne delictū remaneat impunitū: tamen, secundū eum, possit adhuc iudex te stes accusatoris examinare ex officio, iuxta e. cum cla mor. de testi. cog. Et, vt dixi, ista est cōmunitis. Aret. tamē in d. c. ante receptos testes quando quis nō prosequi tur iniuriā, nec suorum, dixit in plerisque locis, in d. c. q̄ communis est cum Bar. quōd cesset inquisitio, & eam sequitur nō ex fundamento Bar. q̄ remediū extraordinarium cesset propter ordinariū, quia illud confundit, & bene, vt per eum. Sed quia si superueniat secundus accusator post primū ante litem contestatā, præfertur primo, si sit magis idoneus. l. si plures. & ibi Bar. ff. de accusat. ergo eodē modo cessare debet in qui sitio, si post iudicem inquirentē superuenit accusator, qui cōsuetur magis idoneus, ex quo à principio fecit cessare inquisitionē: sed dic quōd à principio idē prægualer accusator, quia absurdū videretur nimis, vt par te existente iudex & ipse vtatur eius officio: quia hoc modo, vt iudicis, & partis vices sustinere videretur, ve runtamen postquā non apparente aliquo accusatore ipse iudex, lege permitte, suscepit hoc officium, adhuc absurdum videtur quōd propter superuenien tiam accusationis instituitur ab extraneo, qui non fuit ita promptus, sicut iudex, cessare debeat inquisitionis iudiciū iam in esse redactum. Facit regu. l. patre furio so. ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur. Videretur enim iu dex ipse tū considerata diligentia eius, tum etiam super sona extranei, qui nullum interese prætere debet potest in iudicio, sicut potest iudex, iuxta l. congruum. ff. de offi. proconf. & leg. magis idoneus & aptus. & conse quenter est præferendus, sicut dixit Salic. Nolo tamen dicere, quōd iudex inquirendo sustineat partes accu satoris, quia dicit cōtra doctri. Bar. in d. l. ij. §. si publi co. ff. de publi. iudic. Nec aliud fundamentū Aret. ex l. p. maiorē. ff. de iud. quod iudiciū maius facit cessare mi nus, vt ipse etiam dicit, alicuius est momenti, loquēdo de iure ciuili: quo remedio inquisitionis eadē pœna imponitur, quæ per accusationem. Et ita p̄salm & in differenter tene cum Salicet. si tamē casus mihi eueni 19 ret, vt dum p̄ procederem super inquisitione formata ex officio superueniret accusator, facerem examinari testes, quos ille subministraret testes: vt dicit Salicet. in sua distinct. in alio casu, & ita & plenius fisco, & parti comparanti esset succursum, & ad prædicta vide Bal. in addit. Specul. in titu. de sentent. in xvij. colum. qui dicit quōd si iudex habet suspectam personam accu satoris, non debet superfedere in inquisitione, & si ex hoc fisco patitur præiudiciū et practicam esse q̄ si ple nior est accusator super ea tantū proceditur, et pronū tiabitur nō esse procedendū super inquisitione. Et ita remanet expediūt istud corollariū. Ex præcedenti cō clusione facta super articulo an remediū inquisitionis sit ordinariū vel extraordinariū. Ex quibus dictis no-

tes hęc cōclusionē generalē quōd illud iudiciū in cri minalibus facit cessare aliud, quādo per ipsum plenius succurritur fisco & Republicæ. Ad quam cōclusionē omnino vide Salicet. in d. l. ea quidē distinguēt, sicut dixi, plures casus, & in omnibus semper habet præ ocu lis hoc fundamentū per text. in d. l. ij. §. fin. eū. leg. ff. de adul. ad cōprobationem, vt dixi, optimē facit text. in d. l. si plures. in verbo, vel alia iusta causa. & ibi Bart. in fi. ff. de accu. q̄ secūdo accusator, si sit magis idoneus præ fertur ante litē cōtest. imō post etiā præfertur, quando in secunda accusatione deducit qualitatē, propter quā reus maiori pœna veniat condēnandus. Ita Bar. in l. Se natus. in pen. col. ff. de accusa. allegat, d. l. per minorē. & l. j. C. qui accus. non poss. sequitur Aret. in d. c. qualiter. in prin. col. vj. vers. & quia. & Ang. de Aret. in tracta. suo, in gl. inchoata & facta in prin. Ad quæ etiam vide Salicet. in l. si vxor. C. qui accus. non poss. & Arch. in c. accusatoris. ij. q. j. Abb. in c. j. de collat. Inn. in c. olim. de accu. & Arch. in c. epiphaniam. v. quæst. j. Et idē si duo iudices vt Capitaneus iustitiæ & prætor in ciuitate Mediolani, de eodē homicidio procedant simul, ille præfertur qui inquisiuit de maiori delicto, etiā q̄ esset posterior, & sic præuentus, vt puta, quia inquisiuit de homicidio animo deliberato factio, & prim⁹ de ho micidio simpliciter, & ita practicitur. Quæro tan te 21 pla differat inquisitio, quæ sit ex puro & mero officio, ab inquisitione, quæ sit aliquo querelante, vel instiga te? Doct. ponūt multas differentias, vt per Marian. in d. repet. in j. artic. principali, in 2. chart. est materia glo. in eod. cap. vbi Abb. & alij. & ponit etiam Ang. in d. glo. hæc est quædā inquisitio. col. vj. & quatenus dicit Aret. in d. glo. q̄ quando ex puro officio sit, nō requiritur q̄ præcedat iudiciū, vel diffamatio. que opinio fuit Ang. in l. si vacatā. C. de ho. vac. lib. x. & q̄ nō tenetur iudex eo casu dare copiā iudiciorū: Dic q̄ p̄salm loquitur: quia hoc modo esset in facultate mali iudicis homi nes viuos suffocare, vt cōsultuit Barba. cons. xlvij. vol. j. & Cepol. cons. lxxj. & Aret. ita tenet in d. c. qualiter. echart. 4. col. fi. in vers. & idē malē dixit Ang. in c. cum oporteat. col. vij. de accus. vbi etiā an credatur iudici q̄ præcesserit fama, quando procedit ex mero et puro of ficio, et vtrobique responder ad c. j. de offi. ordi. super quo sit fundamentū pro parte cōstaria, et ita est tenen dum, quia etiam q̄ iudex haberet arbitriū amplū, nō tamen posset denegare defensionē, vt per Barba. vbi supra, et Alex. cons. lxx. col. ij. vol. j. Fulg. cons. lxx. in per quæstione formata, et Bal. in d. c. j. de offi. ordi. per illū text. in verbo, liberam eū gl. Intellige tamē hæc, vt 22 dicā infra in vers. et quia vidisti vbi late declaro. Et idē si Princeps mandet inquiri, quia adhuc intelligitur in dicitis præcedentibus: secundū Bal. in c. licet vndique. per gl. ibi, de offic. deleg. Si tamen inquisitio esset for mata super cōscientia principis, sustineretur absque fa ma præcedēte. Dec. cons. cxcix. col. xij. vers. non obstat, vbi vide, et consil. lxxv. col. j. et ij. et consil. clxx. col. ij. et et consil. cclvj. in fi. In quibus locis habes declarationē, quomodo hoc intelligatur: et etiā q̄ aliter debet cōsta re de fama, quā per attestatōnē iudicis, vt etiam per 24 Aret. in d. c. cum oporteat. Et vtrū sit differentia, an p̄ cedatur ex officio puro, an ad instantiā alicuius, quoad hoc vt iudex cognoscat an sua sit iurisdicō, Vide l. i. in l. ij. col. v. in fi. vers. quartō limita. ff. si quis in ius vo ca. non ter vbi tenet, Nō esse differentia. Sed opere pre tiū est videre, q̄ quis dicatur legitimus instigator, siue promotor, et an inimicitia repellat istos, et qualis ini micitia. Et an ille, qui nō potest accusare, possit iustitiam promouere, et instigare: et an admittatur vniuersitas, et possit ad libitū iudicis remoueri. Et an per procura

torē, quis possit promouere? Et an talis instigator sit
 citatus, & habeat ius in processu de quibus omnibus,
 & aliis in materia ista ponit Maria, ubi supra, in vj. prin-
 cipali artic. ubi circa hanc materiā facit xxij. quæstio-
 nes, vbi circa illud quod est magis substantiale, an ha-
 beat ius, & debeat citari, vltra eū vide Ang. Aret. in gl.
 nō enon ad querelā. chart. r. & Cataldum in trac. synd.
 chart. 29. col. vlti. Fel. & Aret. post alios in ca. cum cla-
 mor. de testi. cog. Cōcludunt Doct. quod tener locum
 26 parris, si prius querelauit, & ad eius querelā iudex in-
 quiritur, & idē citari debet, & ita seruat: secus si ef-
 fer electus per iudicē, vt de inquisitione instaret. Vnde
 voluit, qd hoc secundo casu possit instigator examina-
 ri facere testes, post didicita testificata: quia in effectu
 iudex hoc facere dicitur. Sed primo casu nō: quia hęc
 pars faceret. c. fraternitatis. de testi. Arbitraret tamē qd
 omni casu prudenter faceret iudex, si instigatorē mo-
 neret. Quod etiā dicit Aret. in c. olim. de accu. & quia
 27 tex. in d. c. qualiter. requirit qd fama p̄ce dat ante in-
 quisiōnē, Quæro an sufficiat aliud indicium: Et in hoc
 dicit, obseruari qd sufficit aliud indicium. Quod etiā tenet
 Ang. in gl. fama publica. col. j. & ibi ad eū additur ra-
 tio, quia fortiora sunt indicia super veritate, quā ipsa
 diffamatio: quia per ea deuenit ad torturam. Igitur
 multo fortius formari poterint inquisitio. Itē nō pos-
 sunt esse indicia super veritate, quin contineatur diffa-
 matio. Quā rationē, vltra ibi dicta, ponit Imol. in c. si-
 cut. de simon. Bald. in l. cūctos populos. col. v. C. de
 sum. Prinit. & fide catho. Alex. in l. de minore. §. pluri-
 mum. in pen. apostil. in ff. de quæst. In contrariū fa-
 cit tex. in c. inquisitionis. §. tertie. de accuspōnerādo
 raxatūā solummodo. Sed Aret. ibi responder ad illū
 tex. tenendo qd sufficit aliud indicium. Et eandē opi-
 latē defendit Aret. post alios in c. cū oporteat. de accus.
 ver. super tertio articulo, tamen semper dicitur in in-
 quisiōnibus, fama publica præcedere, vt euitetur hęc
 difficultas, quæ tamē nō euitatur: quia non ereditur
 iudicē. c. quoniam contra. de probat. Aret. & Doct. in d. c.
 cū oporteat. Et ser autē oportetū aliquid hoc loco
 pōnere circa indicium famæ: quia siue sit necessarium, siue
 nō, veri est, qd sufficit ad inquirendum. Et in primis
 28 quærendum est, si quid sit fama hominis, Quid infā-
 rija hominis, Et quid sit fama publica inter homines,
 & quomodo singulari ista famæ probentur, & cuius ef-
 fectus sint singulari ista famæ: Quæ materia est vulgaris
 fama, & traditur per Maria. in d. c. qualiter. in ix. artic.
 prin. Fel. & Aret. in c. cum oporteat. de accus. Fel. in c.
 venies, el primo. de testib. Dec. in c. de app. & Bart. &
 Hippoly. ibi, in l. de minore. §. plurimū. ff. de quæst. &
 idē super ea nihil morabor, quia plenē his in locis vi-
 dere poteris. Non omitto tamē qd vbi quis est malæ
 29 conditionis, qd operatur hęc mala opinio de ipso: & si
 aliud indicium nō sit sufficiens ad torturā, vt torqueatur.
 Hoc patet in l. domini horreorum. cum ibi nō. p. Bar.
 & Alex. ff. locati. Hoc quoque patet ex dictis p. Doct.
 & communiter in l. ff. de hær. insti. quādo res furtiua pe-
 nes aliquē reperitur. Et per Sali. in l. ff. C. de quæst. col.
 iij. & ex no. per Dec. in l. fauorabiliores. ff. de regu. iur.
 quādo est necesse dicere, qd tres vel quatuor fecerint
 maleficiū, qd torqueatur, qui sunt malæ conditionis, & p
 multa alia exēpla, de quibus infra in materia torturæ.
 Imō sola fama est sufficiens ad torturā. l. de minore. §.
 plurimū. ff. de quæst. vbi Bar. no. reuocādo tamē te quo
 ad hoc ad locū suum torturæ: imō, qd malus est, mala fa-
 ma operatur sæpe condemnationē, vel ad triremes, vel
 in exiliū, vel ad furcas. Ita video in Senatu nostro ser-
 uari: hō tamē quādo est sola, quia esset cōtra determi-
 nationē Andr. de Iser. & aliorū in tit. de pace tenen. in

§. publici latrones. qui decidunt qd licet p testes sit p-
 30 batū quē esse famosum latronē, si tamē in specie nō cō-
 stet de criminibus, nō dānatur, per l. absentē. ff. de p̄e.
 Et hoc idē re ipsa voluit Bar. in l. capitaliū. §. famosus.
 ff. de p̄n. si bene eū vides, & Alex. in cōsi. ex. volu. iij.
 Sed hoc facit Senar. si reperiat hominē cōfessum, vel
 cōuictum de aliquo crimine, p quo per summū ius ve-
 niat imponēda talis p̄na: licet aliās ex eo delicto eā
 non imponisset, vt in simili dixi s. quo ad torquēdū.
 Vel etiā quando in specie grauisimorū delictorū ar-
 guebatur, quæ in tortura, propter magna indicia sibi
 illata, negauerat: eū tamē indicia ista vigerēt, vt omni-
 no dicendū esset eū deliquisse: In hoc tamen casu non
 recorder qd aliquis fuerit morte damnatus: sed vā dā-
 natū in exiliū, vel ad triremes missus, ad tēpus iuxta
 l. cōgruit. ff. de of. p̄rxi. Nō caret tamen hęc sententia
 auctoritate, quia habes Parid. Put. in tracta. syndic. in
 pen. chart. in iij. col. vers. quidā latro famosus. ita deter-
 minantē, vult enim qd ista famositas, vt ita dicā, simul
 cum aliquibus aliis circumstantiis sufficiat, vt iudex talē
 condēnet, vel ad exiliū, vel ad opus publicū, per d. l. cō-
 31 gruit. & ponit exēplum illarū circumstantiarū, vt quia
 homines in syluis, in quibus laborabar fama, qd aliquis
 cōmittebat latrocinia fuisse spoliati multi, & vulne-
 rari. Et ex prædictis habes quomodo intelligatur ista
 tutū nostrum, disponēs qd famosus latrones furcis sus-
 dantur. Quia non sufficit probare famā, sed etiā debet
 crimina probari in specie. Et si vis scire quid tibi pro-
 bādum sit, necessariū est intelligere quid dicatur famo-
 32 sus latro, in quo breuiter recurat ad Bart. in d. §. famo-
 sus. & Alex. vbi supra, & cōclusio est qd oportet pro-
 bare plura latrocinia, & famā etiā, vt etiā per Ias. in §.
 ex maleficiis. col. j. & ij. Insti. de actio. Aluar. & alios in
 d. §. publici latrones. in tit. de pace tenen. & alibi sæpe,
 & facit ad prædicta tex. in l. capitaliū. §. si ff. de p̄n. dū
 vult qd magis puniatur serui quā liberi, & magis infā-
 mati, quā homines bonæ existimationis. Et ex prædi-
 33 ctis etiā habes qd si fieret ordo, put forte fiet, qd vbi qs
 ante cōdēnationē vltimo supplicio rep̄te afficitur, et
 bona sint cōfiscata. vbi tamē esset in casu, in quo bona
 fisco applicari deberēt, si cōdēnatio præcessisset, cum
 huiusmodi homines sint facinorosi, & multis suppli-
 ciis digni, qd talis ordo nō videret magna cū ratione fa-
 34 ct. Ex quo sem p, vel vt plurimū, tales ex sola diffama-
 tiōe puniuntur, vel re or̄ten⁹ exposita, vel etiā habita
 ex multis criminibus ei obiectis, quæ fama etiā bene p-
 batur, & citata parte nō sufficeret: satis igit, imō nimīū
 est, eos morti tradere absque eo, qd etiā bona eorū con-
 demnatorū confiscentur. Et quia dixi de mala fama,
 35 Nunc ecōtrā etiā dicendū est de bona fama, quæ ope-
 ratur diminutionē indiciorū ad torturā, vt qui aliās ce-
 rat torquendus, nō torqueatur: secundū Bar. in l. j. §.
 pen. ff. de re mil. Bal. in l. ff. col. ff. C. de proba. Alex. cōsi.
 xiiij. col. iij. vol. iij. vers. ad defensionē rei, & Hippoly.
 in d. §. plurimū. col. pen. Oritur enim talis ordo, vt tol-
 latur, vel elidatur indicium, & nō solum per bonā famā,
 sed etiā per aliud indicium ad fauorē rei, vt per Ias. in l.
 j. ad fin. C. com. de leg. Et aduerte quia probare debet
 36 quia p̄presumptiones in genere bonæ famæ, non tol-
 lunt malam famā in specie, vt dixit Alex. consil. lxxvij.
 in j. vol. & consil. lxxij. col. iij. in ff. & seq. vol. iij. Curt. cōsi.
 lv. col. vlti. Rom. consil. clxvij. Antonius accusatus. in ff.
 & consil. cccclj. Est verūm qd licet nō tollant elidunt. Et
 hoc nō potest negari, & ita omnia cōcordantur. opera-
 tur etiā aliud bona fama, quia tollit p̄presumptionem
 37 delicti, vt dicim⁹ de notario, in quo p̄sumitur error:
 nisi aliās sit malæ opinionis, vt not. Bal. in l. ij. C. de fals.
 & in l.

& in l. quoties. §. sed si non in corpore. ff. de hær. insti.
 37 Vnde videt qd est mirabilis hęc fama: qd id, quod est,
 facit non esse: & id, quod non est, in esse producit. &
 cōsequenter facit de albo nigrū, & e contrā. Et facit ad
 omnia prædicta, qd fama cōadiuat alias probationes,
 l. iij. §. eiusdem. ff. de testi. & d. c. veniens. cū gl. de testi.
 Adde etiā verba Bal. in l. vnica. C. de confes. col. vj. qui
 dicit, Cauet vnusquisq; ab infamia, & c. refert Cæpol.
 consil. xl. col. viij. & vide omnino Barb. consil. xlvij. col.
 xv. vol. j. vbi declarat quid sit, qd vnus delictū aggra-
 uat aliud, vnde non sine ratione dicitur, Habeas bonū
 nomen: quia magis valebit tibi, quā mille thesauri.
 Eccles. xlv. cap. & alibi, qd pro habenda bona fama de-
 bent homines totis viribus laborare. l. facta. §. si sub cō-
 ditione. ff. ad Treb. & Apostolus ad Corinth. cap. j. Ex-
 pedit mihi magis mori, quā vt gloriam meā quis eua-
 ciet. Et tantæ efficacis est mala fama, vt nobilē degene-
 ret, plebeiu denigret, fratē beneficio priuet, fidem mi-
 nuat, honores tollat. Sequitur etiā infamia hominē,
 sicut lepra leprosum. Quæ omnia patent, & probatur.
 ff. & C. de infam. Vnde Ange. in consil. cclxij. in quæ-
 38 stione prædicta dicit, qd ille qui perdit famā, habetur p
 mortuū. Non omitto etiā, & aliud magis speciale ad
 rē nostrā, qd tam hoc vt possit formari inquisitio super
 fama, talis fama debet habere ortū à personis hone-
 stis, & vt in d. cap. qualiter. & ita Gandin. in tracta suo,
 quomodo de maleficiis cognoscatur per inquisitionē,
 col. ij. Aret. in tract. suo in gl. hęc est quædam inquisi-
 tio, ver si quarto principaliter. Et Deci. consil. clxx. col.
 ij. consil. clxxv. col. ij. et consil. clxxxix. col. xij. Dubito ta-
 men, quia quando fama sic orta est, facit etiā indicium
 ad torturam, secundū Bal. in c. item si va fallus. in vlti.
 col. de controuer. inuest. et Hippol. in d. l. de minore.
 §. plurimū. col. vj. quod fieret vt non minus indicium re-
 quireretur ad formandā inquisitionem, quā ad tor-
 turam contra omnes et in specie Brun. in tract. suo in
 vlti. parte col. ij. nisi dicas qd eo casu, quo fama facit in-
 diciū ad torturā, debet esse capitulātū, et probatū, vel
 per notoriū, vel per pbationes super probatiōe, qd testes
 sint fide digni. Sed quo ad inquisitionē sufficere vide-
 tur simplex probatio super fama absque probatiōe, qd
 testes sint honesti, et fide digni, iuxta l. merito autem
 adiectū est. ff. pro socio. Et hanc differentiam etiā in
 alio casu facimus. Nā si statutū disponeret, vt delictum
 probaretur fama, non sufficeret qd testes dicerēt, Audi-
 ui à maiori parte populi, vel ab his et ab his: nisi etiā
 capitularetur, et probaretur qualitas hominū, vt per
 Dec. in d. c. de appel. sed certē absque eo quod sit fa-
 ma munita, iuxta d. c. qualiter. et absque capitulatione
 qualitatis testū, et aliis, de quibus per Bar. in d. §. pluri-
 mū. et Alex. consil. lxx. in j. col. vol. iij. et Aret. in c. cum
 oporteat. col. antepen. et qd Fel. in d. c. venies. el primo.
 col. antep. vers. sic. et aduerte. videtur quod sufficit ad
 inquirendū, vt est decisio Io. Andr. in addit. ad Spec. in
 tit. de notorio crimine. in §. fama. in addit. quæ incipit,
 hęc vocamus infamā. Quam decisio nē refert et sequit-
 40 tur Aret. consil. lxxij. in ff. et probatur in l. iij. §. eiusdem
 quoque. ff. de testi. iunctis no. per Caccialup. in d. l. ad-
 monēdi. in j. cōclusiōne famæ. et satis videtur ex mē-
 te Bar. in d. §. plurimū. in vers. vlt. principaliter. dū alle-
 gat l. decurionū. et Alex. ibi in apostil. quæ incipit, nota
 quod d. Dy. in princ. et Caccial. in ead. l. ad mōgendi. in x.
 cōclusiōne famæ, dicit quod est differentia inter ius ca-
 nonicum et quile. et ita videtur velle Gandin. in titul.
 quomodo de maleficiis cognoscatur per inquisitionē.
 col. ij. vers. et hęc sic de iure canonico. et in terminis
 est consilii Soci. l. iij. col. pen. et vlti. in iij. volu. et ibi cō-
 39 tiam loquitur Socin. quo ad torturā. Si tamē consta-

ret, quod à maleuolis fama orta esset non produceret
 hunc effectū inquirendi. Gandin. in tit. à quo, vel à qui-
 bus possit formari inquisitio. col. j. & ij. gl. & Doct. in
 c. cum in iuuentute. de p̄sump. & in c. licet ex qua-
 dam. de testib. posset tamē fortē producere effectum,
 quod indiceretur purgatio. Abb. in cap. at si clericus. in
 prin. circa gl. j. de iudic. & Rom. consil. cccj. Et si dicas qd
 imō ius civile & canonicū non differunt in hoc per c.
 j. & ij. de oper. no. nunt. Respondet qd imō hoc, qd nu-
 40 dā fama sufficiat, determinatur in l. iustissimos. C. de
 of. rect. prouine. per quam l. ita determinat Io. And.
 & Aret. vbi supra. Pro quib⁹ facit qd testis infamis,
 infamia iuris, sufficit ad inquirendum. Bal. in l. j. col. v.
 C. de sum. Trinit. & fide cathol. Brun. in trac. suo char-
 2. col. j. Alex. in l. si marius. in apostil. magna. circa fin.
 ff. de quæst. & Felin. in ca. sicut, in vlt. no. tab. de testi. &
 Aret. ibidem col. iij. qui loquuntur in casu solenni, quā
 do testis dicit se corruptū fuisse à tali, qui testis est per-
 iurus & infamis: & tamē facit indicium ad inquirendū,
 & respectu corruptionis facit etiā Doctrina Bal. supra
 excussa in l. seruos. C. de testib. vbi dicit egregiē, Quod
 41 qd quilibet testis est sufficiens ad inquirendū, & dicta ibi
 per eum prosequitur Brun. in tractatu suo, char. 2. col.
 j. & seq. & Felin. vbi omnino vide in c. cum dilecti. col.
 antepen. pen. & ff. de accusa. Sed dic quod infamis be-
 ne sufficit ad inquirendum, prout dicunt præfati Do-
 ctiores: nisi tamen statutum resisteret, prout resistit in
 ciuitate hac disponendo, qd banniti non admittantur.
 42 ad aliquod testimonium: verum tamen corruptus &
 per iurus non sufficit ad inquisitionem, d. c. sicut, ibi,
 aliquatenus non est admittendus. Et ad Felin. & Aret.
 respondeo, quod non dicit, quod sufficit ad formā-
 dum inquisitionem: sed quod sufficit in viam inquisi-
 tionis formandæ, & sic quo ad inquisitionem genera-
 lem, prout supra aliquando declarauit dicta Bald. in d.
 l. seruos. & quod in casu d. c. sicut, talis non sufficit ad
 inquirendum, dicit Fulgo. consil. clxxij. col. j. quem re-
 fert August. de Arim. ad Angel. in verbo fama publi-
 ca. col. iij. in apostil. quæ incipit, particeps criminis, Et
 ita latē consuluit Dec. in consil. clxxxix. col. v. & vij. &
 est famosum consilium in materia, an credatur corru-
 43 pto contra corruptentem & ibi dicit quod ista opin-
 est vera, & cōmuniter approbata. Fundamentum est
 duplex, primum quod est socius criminis, quod nō vi-
 detur bonum: quia saltem facit qualemquam p̄-
 sumptionē, per glo. in c. cum i. et A. canonici, extra, de
 senten. et re iudic. et ibi Felin. col. iij. vers. demum in-
 quantum. et Felin. in c. cum dilecti. extra de accus. Quæ
 tamen p̄sumptio tolleretur, si fieret oppositio con-
 tra personas talium testium ante examen, vt per Aret.
 in c. ex parte. in iij. col. de testi. vnde Alex. in l. repeti. §.
 j. in gl. is qui, dicit quod si socius criminis sufficit ad in-
 44 quirendum etiā in casibus nō exceptis. Et idē Brun.
 in tract. suo, in char. 3. col. ij. et Ang. de Aret. in tracta.
 suo, in i. charta. col. ij. et ita tene, quicquid sentiat Ful-
 go. consil. clxxij. col. j. qui etiā loquitur in pluribus,
 et ita seruat. quod maximē etiā locum haberet, si
 procederet sola facti veritate attenda: quia tunc qui-
 libet posset interrogari, vt per Corn. consil. cclxj. col.
 iij. vol. j. et idē quod Ale. et Bru. vbi s. tenet Ale. in cōs.
 45 exx. col. j. vol. vij. Secundū fundamentū piurij videtur
 bonū p d. c. sicut nobis. ad qd facit decisio Bal. in d. l. ser-
 uos. Repellitur enim piurus omni iure, gl. in l. Lucii.
 ff. de his, qui notā. inf. Salic. in auth. si dicat. col. pen. in
 fi. C. de test. Bal. in l. si veris instrumento. C. de fide instr.
 circa fi. Vide tñ Aret. c. i. nostra. de testi. col. ij. circa ff. et
 Fel. i. c. testim. de testi. Et de piuro, qd ei nō credat, ponit
 Ale. cōs. xx. col. ij. vol. iij. Felin. in d. c. ex parte. col. ij. v.

- 164 *Papa in terris imperij habet iurisdictionem habitum, & potest subditum Imperatoris in terris Imperij absque literis subdualibus citare.*
- 165 *Imperator in terris feudatarij sui potest citare subditum feudatario.*
- 166 *Papa habet iurisdictionem actu, in non recognoscentem superiorem.*
- 167 *Papa, & eius iudices ecclesiastici habent iurisdictionem ratione iuramenti contra laicos etiam in causis feudatilibus.*
- 168 *Papa iurisdictione qua sit.*
- 169 *Papa extra imperium suum habet potestatem in omnibus spiritualibus, quam exercet.*
- 170 *Imperator iudex est in causa inter ipsum & vassallum suum, non pares curie, aut Papa.*
- 171 *Princeps non recognoscens superiorem, est iudex in causa inter eum & vassallum, si vassallus est subditus: secus si non sit subditus, quia tunc iudex est Papa.*
- 172 *Princeps non recognoscens superiorem non est iudex in feudo in causa inter ipsum, & vassallum non subditum, sed pares curie, si non sint suspecti.*
- 173 *Imperator & quilibet feudatarius iudex est inter semetipsum, & vassallum subditum, ubi non principaliter agitur de feudo, sed in consequentiam, ut quia de rebellionem tractetur.*
- 174 *Princeps recognoscens superiorem est iudex in causa etiam feudali inter ipsum, & subditum suum, iuste consuetudine vel decreto Mediolani.*
- 175 *Principes contendentes de iurisdictione alicuius civitatis vel castri, ambo simul cognoscunt, hoc est, constituunt suos iudices cognitores nisi ratione delicti in dicto loco commissi procederent, quia tunc separatim cognoscerent.*
- 176 *Sententia lata ab uno Principe super iurisdictione unius loci, an prauidet alteri scienti, & non appellanti.*
- 177 *Pares curie sunt iudices in materia feudi, & quando ordinarius cognoscit de qualitate feudi.*
- 178 *Sententia non competenti iudice lata est nulla, & nunquam transit in iudicatum, etiam si essent tres conformes, nisi prorogata esset iurisdictione.*
- 179 *Iurisdictione prorogata non dicitur, etiam quod formata inquisitione reus confessus sit delictum absque alia contradictione.*
- 180 *Iurisdictione non prorogatur, etiam quod detur bannum alicui in contumaciam.*
- 181 *Iudex competens potest procedere in criminalibus, etiam quod prorogata sit iurisdictione iudicis competentis.*
- 182 *Inquisitio an formari possit per iudicem originis vel domicilij pro delicto extra territorium suum commissio.*

In primis est sciendum, in genere, & ad cognoscendum an iudex sit competens vel incompetens, quiaque sunt consideranda: primo persona, ut in iudice ordinario, an sit iudex rei vel causae, & in delegato, an delegatus habuerit facultatem delegandi. l. ij. C. si a non copet. iud. fue. iud. & in l. j. C. qui p sua iur. Secundo causa, ut si ad vna causam est delegatus, non cognoscit de alia. l. si de possessione. C. si a non comp. iud. fue. iudi. nisi incidet. l. quoties. C. de iud. Tertio considerari debet res: quia in vna re delegatus, ut in fundo, non potest in fructibus iudicare; de quo tamen in l. ij. §. si. vbi Bar. Bal. & Ang. ff. de iud. Quarto considerari debet tempus: quia elapso suo tempore non potest ultra iudicare. l. eu. §. iudicare. ff. de iur. om. iu. vbi vide Doct. Quinto & vltimo debet considerari locus, iuxta l. si. ff. de iur. om. iud. quando extra territorium iudicatur, & iuxta l. pe. ff. de iust. & iure. quando extra locum maiorem possit tamen ex causa in qualibet par-

te sui territorij iudicare. l. si locus. & ibi gl. & Doct. ff. de iudic. & haec per Ang. Aret. in §. si quis in aliquo iustit. de excep. p. in v. Sed magis descendendo ad speciem, praesertim in materia nostra criminali, & fiscali, dico quod iudex habens meritum & mixtum imperium in aliquo loco potest cognoscere de omni delicto inter subditos suos, nisi in genere illo causarum, in quo aliquis specialiter est electus iudex, ut in ciuitate haec Mediolani, in materia monetarum, in crimine laesae maiestatis, in causis p. in v. ad restituendum exules occasione forederis in v. inter ducem nostrum, & Cesarum, & alios: & hoc, quando ex forma concessiois iudex ordinarius est priuatus iurisdictione in illo genere. Ceterum si non est priuatus, talis iurisdictione dicitur alteri data, addedo ea superioris, & sic uterque erit iudex, text. est in l. si. in v. ita tamen. C. de iur. om. iud. l. j. C. de of. praef. vrb. & ibi Bar. ad litteram & alibi saepe, est communis, op. secundum Aret. in l. quod in reu. §. si quis post. col. ij. de leg. j. Dec. in c. cum M. de constit. in vl. col. & per eundem in c. o. l. ij. col. j. & seq. & ibi vide. Videndae igitur sunt concessiones: quia si priuant ordinarios, non possunt per eos tractari, aliter possunt, & ideo locus erit praetentio: nec est in facultate rei dicere. Volo, ut me conuenias magis sub illo. l. ij. §. j. ff. de eo, quod cer. loco. nisi tamen plures iudices essent dati fauore eius, auri habitata. C. ne fil. pro pa. & per Doct. vbi §. & la. in d. §. Sed tan miles habeat priuilegium, ut pro delicto suo possit dicere, Nolo conueniri nisi sub magistro militum: Et dic habere in criminibus militibus, ut quando vedit arma: non in communibus, ut furto, homicidio, & similibus ita gl. sic declaras text. illum in l. magister. C. de iur. om. iud. in qua materia vide omnino Sali. ibi latius distinguente, & in effectu concludentem, quod in delicto militari, & alio non magno, sed mediocri, ut quando infert vim sine armis. cognitio & coactio est magistri militum: in alio vero communi & non magno facit regulam, quod cognitio & coactio spectat iudici ordinario. Et hoc sine dubio, quando extra locum militiae committitur. Ceterum si in eo loco, & locus ille non sit subiectus ordinario, cognoscit ipse: cuius exemplum potest poni in castro portae louis. Et ita seruetur, quod ratione delictorum commissorum ibi a militibus, cognoscit praefectus arcis, & alius non se intromittit: sed in aliis extra castrum commissis cognoscit praetor, vel capitaneus iustitiae, nisi esset crimine militare. Et ideo ego vidi litteras Regis Ludouici impreflas, in quibus expresse prohibebantur cognitiones causarum praefectis arcium: & vide ad praedicta totum tit. C. de offi. praef. mil. Et quid in familia praetoris, an ipse praetor cognoscat, quando ex ea delinquant: alii qui vel contra eos delinquitur: Dic eum cognoscere, quando in officio sit delictus: secus si extra officium: nisi crimine esset notorium: ut per Bar. in l. si quis §. si quos. ff. de p. en. & in l. Senatus. col. ij. ff. de offi. praef. & per Aret. in gl. haec est quaedam inquisitio. col. vlt. & ibi ad eum, & per la. in l. q. iurisdictioni. maxime in vij. §. l. ff. de iur. om. iudic. Et vbi cognoscit, & punit, non potest appellari, quia contra suum non praesumitur quod ferat iniquam sententiam. l. nulli. C. quor. appell. non recip. Aret. vbi §. & p. Homod. in trac. syad. charta. col. vlt. vbi vide. Et licet, ut dixi quando quis est praetor in aliquo loco, habeat fundatam in iurisdictione quo ad omnes causas: quod argumentum ita facit Anch. in c. o. l. xliij. inc. de vrb. & efficaciam, & facit rex. in l. j. §. cum vrb. ff. de of. praef. vrb. c. cum episcopus, de offi. ordi. in vj. & quod notat Bar. in l. si quando. C. de bon. vacant. lib. x. Tamen nos Mediolani habemus decretum, quod appellamus decretum de maiore magistratu, quo cauerur, ut feudatarij, & eorum officiales, et alij Praetores terrarum separatum per

per ipsas terras nullam habeant iurisdictionem in ciues & incolas territorium, & aliarum terrarum huius dominij, nec in eorum massarios, sicutabiles, & colonos, etiam quod in terris feudatariorum commouentur, nisi ratione contractus ibi fortitantur forum: & hoc, tametsi ex officio procedere vellent: Et imponi decretum poenam contra facienti ducatorum mille, & priuationis priuilegiatorum suorum: & ideo si massarius cuius, vel ipse ciuitis, qui habitarent in terra infeudata, committerent delictum, non posset ipse feudatarius, nec eius officialis cognoscere de tali delicto: & loquitur decretum tam in causa ciuili, quam criminali: & vult, ut iudex talium sit ille, qui est iudex in ea ciuitate, a qua locus infeudatus separatus est. Et quod si infeudaretur aliqua ciuitas huius dominij, quae semper fuit caput, & nunquam habuit separationem, ut aliquando conuincit in ciuitate Terdonnae, quae fuit infeudata ab illustrissimo duce Maximiliano tempore quo erat Dux prouinciae Mediolanensis, illustrissimo Duci Francisco fratri suo postea Duci nostro, non effemus in casu decreti: quia esset causa omniuis, qui relinqueretur in verminis iuris, vulgata. l. commodissimè. ff. de lib. & posth. Et hoc fundamentum superioribus diebus fiebat pro terra Biandrate contra ciuitatem Nouariae, quae dicebat, quod ea terra Biandrate erat sub decreto maioris magistratus & cum bene non ostenderetur separatio de ea terra Biandrate a ciuitate Nouariae, imo allegaretur, quod terra Biandrate erat ciuitas, & quod nunquam dependit ab illa terrarum videtur iudicandum ut non esset in casu decreti: attamen aliter fuit conclusum magis ex mente decreti, & quia eadem ratio subesser, quam aliter, iuxta illam gl. vulgata in l. vnica. C. de rapt. virgini. & in l. tale pactum. §. si. ff. de pactis. Ista tamen quaestio fuit sublata per nouas constitutiones contra feudatarios quo ad terram Biandrate, & alia oppida existentia in comitatu, vel agro ciuitatis, non quo ad ciuitates, quae essent infeudatae, vel infeudarentur, quia in istis hoc decretum non militat, quo ad ciues, & incolas ciuitatum, alioquin concessio esset inutilis. Et dixi supra, non sine ratione, quod iudex est ille, qui habitat in ciuitate, a qua est facta separatio: quia, si cuius & patronus massarij habitaret in alia ciuitate, non esset iudex Praetor eius ciuitatis, sed illius, ut dixi, a qua est facta separatio. De quo aliquando vidi in Senatu dubitari. Sed conclusum est, ut supra dixi, & ita obseruatur, & vult ipsum decretum. Nec ob hoc quod Decretum excipiat quando ratione contractus ciuis, vel massarius fortitur forum, infertur ut idem sit quando ratione delicti, iuxta cap. licet. de foro competenti. & cap. Romana. §. contrahentes. de foro competenti. in vj. Quia imò infertur contrarium per regulam. l. nam quod liquidè. ff. de penu lega. & ita sine aliqua dubitatione seruatur. Quod etiam fuit clarius expressum in nouis Constitutionibus, obseruatur etiam, quicquid velit decretum in genere loquendo, quod in causis onerum usque ad certam summam cognoscit Praetor feudatarij, quia videtur nimis durum, ut in talibus casibus, qui indices occurrunt, & pro re minima eatur ad ciuitatem. Et hoc etiam fuit expressum in nouis ordinibus. Sic etiam iudex secularis cognoscit contra ecclesiasticam personam occasione tributorum, secundum gl. in c. princeps. xxij. q. v. in ca. conuenior. eadem causa & distinctione. Sed quid si nobilis vel rusticus non ciuis, nec incola ciuitatis, sed alterius oppidi, agat contra feudatarium, vel eius subditum, an debebit agere coram officiali feudatarij: Dic non debere, ita per dictum decretum in vers. volentes quod vbi cum. Dispone enim, quod iudex competens sit Praetor ciuitatis, vel loci principalis, a quibus locus infeudatus separatus est. Quod genera-

liter intelligendo esset absurdum nimis: quia hoc modo. Si ego Mediolanensis essem feudatarius in agro Nouariensi, posset quilibet Nouariensis me Mediolanensem conuenire inciuitate Nouariae, contra regulam. Quod actor sequitur forum rei iuribus vulgaribus: unde est intelligendum decretum quando ageretur ex causis prouenientibus ex ipso feudo, puta, quia ex causa onerum, quae soluerentur feudatario uti domino terrae infeudatae, vel si confiscatis bonis per feudatarium, creditor damnati ageret contra feudatarium ad liquidationem crediti sui. Et id e contra, quando ipse feudatarius ageret, ut feudatarius, quia non esset in dextera ille, qui alias competens iudex esset, sed Praetor Nouariae: loquitur enim decretum generaliter de causis inter eos. Et haec interpretatio etiam conuincit potest, ex praecedentibus verbis decreti, continuando eandem materiam. Et ita superioribus diebus duo magni doctores intelligebant, quorum alter est Senator sedens, alter errans per praeturas. Et haec declaratio conuenit quo ad feudatarium: sed quo ad subditum generaliter est dicendum, quod maior magistratus est iudex, ubi inter eum, & alium non fuit iurisdictionis est quaestio, etiam forte quod esset non subditus dominio Ducis: loquitur enim decretum generaliter, & ideo videtur generaliter debere intelligi, iuribus vulgaribus. Conclusio est igitur, quod ciuis & massarius, & quilibet subditus iurisdictioni Principis non debet trahi coram officiali feudatarij, nisi ratione contractus. Idem est conclusio quod hoc idem est in foris extra dominium: quia, & si in vers. sancimus. dum dicit, quod tales non possunt trahi, loquatur de subditis illustrissimi Principis, tamen in vers. volentes, videtur, ut dixi, loqui generaliter: Sic etiam proemium decreti, quod est fundatum super iniustitia, quam patiebantur vicini feudatariorum, & alij: & verum est, quod ita seruabatur: Attamen a certis diebus citra, Senatus non vult hunc casum forensis extra dominium comprehendere in casu decreti: quia decretum non videtur editum ad fauores non subditorum dominio: Nam de his, quae foris sunt, nihil ad nos, cap. gaudemus. extra. de diuor. Item lecto Decreto in Senatu ad hunc finem, fuit vox omnium, quod loqueretur de subditis Principis: unde super supplicatione hominum Bulgari subditorum nostrae familiae Bosiorum, qui petebant non debere trahi ad Versellenibus sub Praetore Nouariae: Vigore huius decreti fuit rescriptum secundum eorum petitionem, addito tamen per modum promissionis: & ita, si omnino non subditus Domino, vel sit conuenire subditum feudatarij, debet eum conuenire coram Praetore feudatarij. Et haec opinio ostenditur esse vera ex declaratione Blancae Mariae facta ad decretum hoc, ex qua patet, quod voluit fauere subditis suis, & non alienis. Et ita teneo, quia Princeps minus praesumitur derogare voluisse iuri feudatariorum quam fieri possit. l. ij. §. merito. ff. ne quid in loco publico. & notatur in l. j. ff. de mad. princ. & hoc quoque dilucidatum est in ordinibus nouis ad fauore feudatariorum, & in ciuilibus, & in criminalibus. Sed quid si subditus vnus feudatarij dominij nostri velit subditum alterius feudatarij conuenire, an debeat coram eius Praetore conuenire: Videtur debere ex eadem determinatione, quia dicitur, Talis actor non subditus dominio, haec quaestio indigeret alia declaratione Senatus, & esset determinandum, quod maior magistratus esset iudex: quia non dicitur, Talis omnino non subditus primo domino & ideo potest committere crimen rebellionis contra eum, iuxta clementi. pastoralis. de re iudi. & quae dicit infra sub rubr. de crimine laesae maiestatis. Et quod etiam dicatur subditus quo ad multa, apparet in cons. ij. Curt. Jun. & hodie dum cogit

tigisset eas inter incolam loci solerij, & alium Cornienti locorum in feudatorem, Senatus sensu maiore magistratum esse iudicem: tamen voluit, q̄ cum remitteret Prætori Cornienti, attento q̄ agebatur de damno dato per quosdam bestias, vt quidem minimo: sicut etiam obseruatur in causis onerum, vt supra dixi. In alio casu postea, qui euenit inter subditum D. Hieronymi Ritij & Todefchinus Papienses, Senatus idem voluit, idem sentiendo. Postea verò insurgentibus omnibus feudatariis & conuerentibus de hoc, & aliis, Senatus stabiluit in causis in futurum occurrentibus, quales causas remitterentur ad Prætores feudatariorū: & ita seruatur. Adde, q̄ ex post, dum circa cōpilationē Decretorū de hoc iterum esset dubitatum in Senatu, & dicerent multi Senatores hanc obseruantiam esse in causis ciuilibus, quando subditus feudatarij conuenit subditū alterius feudatarij, sed non recordari de hac obseruantia in criminalibus, quando subditus vnius delinquit in terra alterius, est q̄ videretur, q̄ magistratus index esset, tum ex dispositione Decreti, de maiore magistratu, tū ex vi alteri Decreti Ducis Io. Galeaz. disponentis, vt confiscatio sit Ducis, quando delictum committitur extra iurisdictionem feudatarij facta illatione, q̄ eodē modo dicendū esset circa cognitionem causæ: tandem Senatus ordinauit, q̄ ex quo in his casibus cognitio fieri nō potest, si iure loqui volumus, nisi per iudices feudatariorū, & maxime si delictum committeretur extra dominiū, pariter etiā confiscatio sit ipsorū feudatariorū, & consequenter q̄ neque sumus in casu decreti de maiore magistratu, nec procedat Decretū Io. Galeaz. Inueni postea, q̄ quo ad cognitionem, Decretū met Ducis Io. Galeaz. hoc clarē præsupponit, scilicet, quod possit cognoscere iudex feudatarij: & ita in ordinibus nouis fuit stabilitum. Est verū sine dubio, q̄ vbi quæstio esset inter duos forenses alterius dominiū, q̄ vbi putā, quia alter offenderet alterū in terra feudatarij, q̄ tunc omnino cessaret Decretū, tam in vers. sancimus, quā in vers. volentes. Sed quādo saltem vnus esset ex dōminio, militaret Decretum etiam ratione delicti, sicut in cite: quia etiam illa verba, Nisi ratione contractus posita quo ad ciuem, quæ habent interpretationem exclusiuam, quo ad alios forenses, secundum prædicam, etiam sunt repetita in d. vers. scilicet volentes. & nunc habeo hunc casum in facto. Et prædicta vult decretū, etiā si ageretur pro bonis sitis in iurisdictione feudatariorū, vt ibi latius in eo. Et pondera, q̄ decretum vult, vt non possint trahi ciues, incolæ & eorum massarij, vt supra: ergo si vellent, clarē præsupponit, q̄ iudex esset officialis feudatarij, iuxta ea, quæ ponit Bart. in l. j. C. de agri. & cens. lib. xj. & nō solum innuitur hoc, imò clarē deciditur circa si, q̄ ita obseruatur. In criminali tamen, si fillum adirent, & iurisdictione eius prorogarent, nō desineret maior magistratus procedere via inquisitionis, Are. in c. si diligenti, col. ij. de foro. compet. & in c. quod clericis, col. ij. eo. tit. nisi dicas hoc non esse verum: quia ille iudex feudatarij, eius iudex est, ex permissione decreti. Et decisio procedit quando prorogatur iurisdictione iudicis non sui, & quia dixi, q̄ etiā ex officio iudex feudatarij non potest punire ciuem, incolam, massarium, & vt supra, 18 Quæro, an saltem suum subditū possit punire, quando deliquit contra ciuem, vel nobilē, vel alium alterius iurisdictionis: Dic nō posse, parte instante: quia, vt dixi, nō potest esse iudex inter eū, & alii ciuem: & vt s. vel alterius iurisdictionis, sed ex officio, & bene non instante potest, quia decretū hoc nō negat: vnde standū est concessioni sibi factæ. c. porro. de priuileg. Sed si pars instaret corā maiore magistratu, tū cessaret iudicium

feudatarij: quia verū est dicere, q̄ sumus in casu decreti, & p̄ qua opinione facit. tex. in l. si plures. & ibi Bart. in si. ff. de accus. Nā cum decretū, vt dixi, nō loquatur, succedit, q̄ feudatarij iure cōmuni habet intentionē fundatā, videlicet, q̄ nullus ordinarius, nec etiā supremus princeps potest eū impedire in exercitio iurisdictionis sibi cōmissæ. And. l. ser. in procem. cōsti. Regni. Bald. in l. j. q. xliij. ff. de rer. diuis. & D. Iacob. de sancto Georgio in tract. fund. in verbo, vicarius. & consequenter nec magistratus ciuitatis, de qua facta fuit separatio, quia valuit separatio: Bal. in c. j. de nat. feud. & idē amittit in dicto loco omne ius superioris. Alex. cons. j. vol. v. Et si ille, ad quē spectat, sit subiectus, & nō instet, sed instet inferior in gradu, qui sit subiectus maiori magistratu, Dicitur: quia eo ad quē spectat nō instat ius prosequendi spectat alteri inferiori gl. & Sal. in l. vxor. C. qui accus. nō poss. Est tamen difficile sustinere hanc opi. in practica ex mala interpretatione habentū in hoc auctoritatē. Pone, q̄ occidatur sacerdos à subdito feudatarij, si habitabat sacerdos in terra feudatarij, res est clara q̄ cognitio eius est, & si feudatarius est ordinarius in spiritualibus, vt est episcopus Papię, qui habet dominiū tēporale iure feud. in plerisque locis, nō solum ratione personæ delinquentis sibi subiectæ, habet cognitionem, sed etiā ratione sacrilegij. iuxta not. in c. eum sit generale. de foro. cōpe. Sed si habitabat in ciuitate, si volumus dicere secundū vulgares, q̄ sumus in casu decreti quando offenditur eius in incola, nemini dubiū est, q̄ sumus etiā hoc casu, quia esto, q̄ nō esset ciuis, est tamen incola, sed si etiā dicamus, q̄ hoc nihil ad rem faciat, sed tātū sit cōsiderādū, an ex officio, vel parte instante procedatur, vt dictū est. Et tūc si parte instante, quæ inhabitat ciuitatē, procedit decretum, nisi præuentioni locus esset, vbi feudatarius, vt dixi esset ordinarius in spiritualibus. iuxta l. si quis postea. ff. de iud. & c. proposuisti. de foro. cōpe. Aduerte tō tamē an in vtroque loco esset cōtūmax inquisitus, iuxta ea, 20 que dicā in materia preuentiois n. hoc eo. tit. Pone tētam q̄ plures ex subditis feudatarij delinquant, inter quos etiā sit vnus cōprehensus in d. decreto. An ratione cōprehēsi feudatarij prohibeatur cognoscere seruatur eū prohiberi per ea quæ dicit Fel. in c. j. de presc. & l. in l. imperiū. ff. de iurid. om. iud. quando multi inter quos est clericus cōmittit delictum quod iudex est ecclesiasticus ratione maioris dignitatis. Cōclusum tamē est in Senatu in compilatione Decretorū firmatū esse, quod licet ita seruari debeat, nihilominus cōfiscatio honorū subiectorū feudatario, sit ipsius feudatarij. Nā seruabatur q̄ cōfiscatio erat eius cuius erat cognitio cōtra tamē decretū ducis Io. Galeaz. vt s. proxime dixi, quod deinde fuit stabilitū. Adde tamē quod obseruantia procedit in casu sicut dixi, quādo ille qui habet priuilegiū trahendi alios esset subiectus maiori magistratu. Caterū si esset aliquis inter subiectos feudatarij, qui esset subiectus decreto, puta sacerdos, de quo maior magistratus cognoscere non potest. c. si diligenti, de foro. compe. cū vulg. eo. casu non deleteretur iurisdictione feudatarij sic stabiluit Senatus anno 1541. xxij. Februarij, super supplicatōe, lecta p. d. Grassum 21 Et si emergeret difficultas, an talis esset ciuis, vel incola, vel massarius, & vt supra ad finē prædictū, quia feudatarius negaret has qualitates, affir. mante illas prætorē ciuitatis, cognitor huius articuli esset maior magistratus, sic est interpretandū dictū decretū, sic etiam tēpore regis Frāncisci sancitū est in Senatu, & bene, non ex regula q̄ iudex debeat cognoscere, an sua sit iurisdictione, iuxta lex quacūque. ff. si quis in ius voca. nō ier. quia hoc modo etiā iudex feudatarij posset cognoscere:

re: sed quia vbi duo sub eodem Principe iudices concurrūt, & continentur circa iurisdictionē, maior eorū iudex est. ita Inn. & D. Ant. in d. c. æterū. col. ij. de iudic. Fel. in c. pastoralis. col. ij. vers. limitatur. de resc. & in c. super literis. de resc. char. 3. vers. terriū facit. & ita absolute seruatur. Et dum dixi, quod massarij ciuium nō possunt trahi &c. intellige de his massariis, q̄ qui maiorem partem terrarum cōduxerunt à ciuibus, vt voluit Alex. consil. c. vij. in iij. parte. & de hoc extat Decretū, & in nouis ordinibus stabilitū fuit, an decretum dum loquitur de colonis, etiam comprehendat inquilinū, qui solum domum habet ciuis cōductā in ea villa. Credo non cōprehendere, quia iste non est propriē colonus, secundū Ale. & alios in l. iure pignoris. ff. de acquir. ren. posses. & maximē h. c. verum est, quia decretum se declarat. dicendū super possessionibus ciuium cōmorantibus: & idē si quis haberet domum ciuis solum cōductā in villa non diceretur eius colonus, quamuis illam haberet ratione possessionis quæ esset ipsius coloni, & licet hoc casu diceretur colonus, vt per Alex. vbi supra, tamē non diceretur colonus ciuis, & sic non esset in casu decreti, atque ita fuit ordinatum. vt supra. Aduerte etiam, quod decretum dum loquitur de sctilibus & colonis ciuium, intelligit de his cōmorantibus in domibus ipsorum ciuium, & idē secus esset, si in propriis domibus habitarent, & eorū subcōductores prædia colerent, atq; ita sancitum fuit in Senatu ad fauorem filij D. Vicecomitis, intellige etiam decretū, vt procedat non solum in colonis, & sctilibus, sed etiam in famulis, & in his quos vulgō factores appellamus ciuū, & incolentium, vt supra, si tamen cum eis habitent, & eodem pane, vniūque vescantur: secus est autē in negotiorum gestoribus subditis feudatario, et negotia gerentibus in eo loco in quo antea etiam habitabant, aliās facilē esset eludere iurisdictionē feudatarij. Postremō scias, quod decretū loquitur de colonis, et sctilibus aliorum ciuium non autē ipsorum feudatariorū, et ita Senatus ordinauit in quadā causa Cremonensi, referente summi iudicij, maximæque integritati viro D. Petro Paulo Arrigono senatore 24 meritisimo. Et dum loquitur de ciue, an etiam comprehendatur ciuis sctē, videretur non comprehendī, quia verba propriē intelligi debent. l. mercis appellatione. cum similib. ff. de verb. sign. vnde aliud est esse ciuem et c. vt per Bar. in l. si maritus. §. j. ff. de adulter. est materia tradita in l. si quis, qui pro emptore. ff. de vsucap. per Bar. et Doct. in l. si ad opium. §. patronum. ff. de in ius vocan. per Alex. et alios in l. Rufinus. C. de testamen. mili. Concludendo videretur quod res pendeat à forma ciuitatis, quia vbi sit simpliciter factus ciuis, imò etiā quādo in omnibus, et quo ad omnia esset factus ciuis, vel etiam quo ad quosdam, in quibus comprehendetur, quod esset ciuis quo ad forū, eo casu esset cōprehensus, aliter non. ita elieio ex doct. oribus relatis vbi supra, et ita vidi obseruari tēpore Gallorū in Senatu, et vidi priuilegia, in quibus quis efficitur de foro et iurisdictione ciuitatis expressē, de quibus etiam facit mentionem Dec. cōsi. c. lxxxij. col. vj. vers. l. ij. et ibi quod ciuis simpliciter dicitur de foro illius ciuitatis, allegat Maria. qui nō ita indistinctē dicit, sed quādo est receptus in ciuitate ad trunera subiecta ad quæ Alex. cōsi. cl. vij. col. iij. vol. ij. et eod. vol. cōsi. cl. iij. col. cōsi. l. v. col. v. Pau. de Cast. cōsi. cccvij. vol. ij. Bar. in l. ij. ff. ad municip. et Alex. in rub. ff. sol. mat. col. iij. in his locis dicitur ciuē, eo ipso q̄ est receptus, tenent ad onera, etiā si ignoreret illa, et se esse subditū, et q̄ propriē dicitur ciuis et municeps, et vide etiā Fel. in c. quoniā. de of. ord. vbi etiā q̄ in dubio q̄s præsumitur ciuis. Videretur tūc cōsiderādū q̄ si dicta ciuitas fuit cōcessa post ius feuda-

tario acquisitū, nō debeat derogare iuribus ipsius feudatarij, per regulā. l. nec ams. C. de eman. libe. præferrim cum habeamus decretum disponēs. q̄ Princeps nō intelligatur derogare iuri tertij, nisi expresse addit clausula, nō obstante iure tertij acquisito, de quo decreto facit mentionē Alex. cōsi. xxxvij. vol. j. col. j. vers. & ita etiā, vbi sentit q̄ nō sufficeret clausula æquipollens, & hanc considerationē, an ciuitas sit impetrata ante vel post, habuit Paul. de Cast. in d. §. patronū. Solutio tamē patet, quia postquam effectus est ciuis, natura ciuitatis est, vt nō conueniatur nisi à prætore suæ ciuitatis, sicut dicimus in laico facto clerico, quæ ex natura rei præiudicatur iurisdictioni ordinariæ, iuxta notata in l. j. ff. de pœnis. & per l. post Alex. in d. l. si Rufinus. in prima limitatione. Remouet enim Princeps obstaculum, iuxta ea, quæ ponit Curtius Iunior in cōsi. j. post tracta. fund. col. x. vers. iij. sic etiam licet talis ciuitas non diminueat, nec præiudicet, sed tantum augetur per regulam. l. q̄ fauore. C. de legibus. tamen diminuit in his quæ de sui natura veniunt, vt quod postea factus ciuis ad vestigialia teneatur, & collectas, nō autē diminuit, vt tollatur priuilegium, q̄ sibi vti forensi competeat, vt si erat ordo, q̄ tantum forensis possit eligi ad Præturam, & ista est distinctio per quā tolluntur difficultates, vt per Ale. in d. l. si Rufinus. & sic etiam patet respectio ad dictam regulā. nec ams. Nō quiescit tamē animus propter inconueniēs quod sequeretur, quia hoc modo omnes, vt se subtraherent à iurisdictione feudatarij facerent se creati ciues, vel à ciuitate sua, quæ nemini hoc negaret, vt maximē tales ad onera secum tenerentur, vel à Principe, qui etiā in hoc, vt eos traheret sub ditione sua esset facillimus, Senatus noster in hac difficultate adhibet temperamentum, vt si talis vadit habitatum in ciuitate vult, vt sit comprehensus, aliter non tanquam in fraudem factum, & ita fecit ad supplicationem Tollentiorum dominorū Querquenti agri Alexandrini, aliquibus illius loci ciuibus creatis à ciuitate Alexandria, & qui tamen non iuerant habitati Alexandriam. Adde q̄ si quis esset factus ciuis post statutum cessaret difficultas per not. à Bal. in l. si ff. de senator. & alibi sæpe, & ad 26 declarationem decreti quis dicatur ciuis, & quis incola. vide tex. in l. ciues. C. de incol. lib. x. vbi textus dicit, quod origo facit ciuem, & domicilium facit incolam, vnde si vis videre, quis dicatur habere domiciliū, vide Alex. in l. lex Cornelia. §. si tamen in fundū. ff. de iniur. Abb. in c. si de paroch. Fel. in c. dilectus. ij. col. iij. & seq. de resc. nec ex sola habitatione, vt aliqui vulgares dicunt, quis præsumitur habere domiciliū, nisi cum diuturnitate decem annorū, vt per Doctores vbi supra, & quis dicatur ciuis vide vltra Doctores vbi supra Fel. in c. quoniā. col. j. de of. ord. & Soci. cōsi. cxxxix. col. ij. & seq. & p. Alex. in ij. vol. cōsi. cl. v. col. iij. & eodē vol. cōsi. cl. xvj. col. ij. & v. vol. consil. xvj. col. iij. & Are. cōsi. lxxvij. col. j. & quia text. in d. l. ciues, vult vt origo 27 faciat que ciuē, intellige de origine ppria, vel paterna. l. assumptio. §. filius. & ibi no. ff. ad mun. alioquin si attendere deberem⁹ originē antiquorū, oportet nos que rere agrū Damascenū, vbi nat⁹ fuit Adā, vt ibi in gl. & p. Ale. cōsi. xvj. col. iij. vol. v. Et hoc qd origo patris trāsit 28 eat in filij, ita vt sit ciuis ciuitatis patris pcedit in ciuitate, quæ origine acquiritur, non in ciuitate domicilij: quia illa patris nō transit in filium. d. l. assumptio. §. j. & l. libertus. §. patres. ff. ad municipi. & Alex. in d. cōsi. l. col. iij. vers. talis propriē. Ciuitas tūc autē ppriē est illa 29 quæ acquiritur origine secundū gl. in l. j. in ff. de tutor. & curat. datis ab his Bal. in athen. & omnino. C. ne vxor. p. marito. vers. sed hic dubitatur. & Are. consil. 30 lxxvij. col. j. licet etiam tūc domiciliū inducat ciuitatem quo

quo ad hoc vt talis possit sibi conueniri, sic intelligitur
 gl. in c. statutu §. cum verò in ver eiusdem civitatis, de
 refer. in vi. & per Alex. in d. consil. col. iij. loquor in eo
 qui simpliciter dicitur habere domicilium, in eo verò
 31 qui habitavit longam habitatione, & sic decenio, an di-
 catur civis verò vide Soci. in consil. cxxix. col. ij. & iij.
 & Caccia lup. in l. cūctis populos. char. 20. col. ij. C. de
 sum. Trinit. & fide cathol. vbi dicitur. Et Soc. consil.
 cclxxxvij. col. v. ver. nam cum sumus. Et ne erres scias,
 32 qd nō solum origo in civitate facit quem civē, t̄ sed et-
 iam in comitatu, quia adhuc dicitur civis. Barr. in l. j.
 col. ij. ff. ad munic. & idē secundū hoc feudatarius nul-
 lam haberet iurisdictionē in villa sua, sed dic qd decre-
 tum clarē loquitur de civibus civitatum, non autē de
 civibus comitatensibus, alioquin infeudatio nihil dar-
 ret, & tamen dat iurisdictionem in homines terrā in-
 feudatā, verūm decretū subtrahit à feudatario iurisdic-
 tionē in civēs, & incolās civitatū, etiam qd dicti civēs
 habitarent in ipsīs villis, & comitatui civēs dicuntur
 civēs, sed comitatui non civitatis. Barr. in d. l. j. & Ma-
 33 ria. Soci. consil. cclxxxvij. col. v. Aduertendū tamē est,
 vt tantum sint civēs civitatis qui habeant æstimum in
 civitate, vt declarat aliud decretū, licet habitent foris,
 34 vt in eo decreto. Et idē dicitur forenses qui æstimū ha-
 bent, vbi habitant, quos vulgo appellamus civēs foren-
 ses, nō essent comprehēsi in decreto de maiore Ma-
 gistratu, quod in practica non possent sustineri & repu-
 gnant nouis ordinibus, nec non & iuri, quia civis pro-
 priē est ille, qui etiam non sustinet onera ad differen-
 tiam municipis, vt declarat Alex. in rubr. ff. sol. matri.
 col. iij. licet tamen onera sint ex natura ciuitatis, & ci-
 uilitati annexa. Bal. in l. q. fauore. C. de legib. in ij. op-
 positio. in fi. Maria. Soci. in consil. cclxxxvij. col. v. verfi.
 confirmatur, quia comitatiui. Et idē civis factus in
 consequentiam teneretur ad onera etiam incognita. A-
 lexand. consil. ciiij. in ij. volu. & consil. clv. col. v.
 & ij. volu. consil. clvij. col. iij. vide tamen quā dicam in-
 frā tit. de Principe, ad fi. Et quia dixi supra qd ciuitatis
 origine trāsit in filium. Adde quōd idem est in ciuita-
 tate quā sit electio, id est, per civitatem, vel Princi-
 pem, si tamen filius consentiat ciuitati, vel ratificet.
 Dec. consil. ccccclxj. col. ij. Fit tamen ratificatio per nō
 contradictionem, Paul. de Castr. in l. j. C. de patri. qui
 fil. distrahe. & ciuitas origine quæritā, nō potest mu-
 rari pacto, vel renuntiatione. l. assumptio. in prin. ff. ad
 municip. tamen privilegio potest mutari. Barr. ibi, &
 alibi, vt per Maria. Socim. consil. cclxxxvij. col. iij. & v.
 mutant etiam quando mulier nubt viro alterius ori-
 ginis & propriē, vt per Plat. in l. origine. C. de mu. &
 in coll. lib. x. & in l. cum quædam puella. ff. de iurisdic-
 35 omni. iud. Et qui dicantur nobiles forenses, vide in al-
 legato decreto, vbi dicit, quōd h. sunt qui habent æsti-
 36 mum in comitatu. Et quia decretum loquitur de ci-
 uē, quæro quid de nobili non ciuē, sed incola villæ feu-
 datarij, & dic quōd de iure non est comprehensus: ta-
 men ex stylo nobiles sunt in possessione decreti, & nō
 solum p̄prie nobiles, sed etiam illi qui in ea villa appel-
 lantur nobiles, & faciūt corpus separātū à comuni, sol-
 uēdo onera inter ipsos nobiles, dato qd faciāt opera ru-
 sticana, loquor qd sunt in possessione decreti, nō autē
 qd sunt in casu decreti, & ita superioribus diebus, me re-
 ferēte, iudicauit Senat⁹, in causa quæ vertebatur inter
 D. Seroni, & filiu Cæsareū absque præiudicio partiū
 in peritorio. Et dicebat Senatus, dato, qd sint facti pau-
 peres, & exercētēs opera rusticana, ex quo tamē sepa-
 ratim ab aliis soluant onera, & appellatur nobiles, de-
 bēt haberi nobiles, ex qua ratione sequit, qd si soluit
 cū comuni, qd & si ipsi se faciant nobiles, & vidētur

tales, tamē re vera nō sunt, sed rustici sicut alij, licet p̄-
 pter aliquod peculioliū acquisitū vidētur nobiles, &
 sic nō debent esse cōprehēsi in decreto, sicut eōdē in
 casu præcedēti decisio, & hāc mentē habet Senatus, &
 feruētum fuit contra subditum meum Vallis Badiæ, &
 res fuit dilucidata in nouis ordinibus. Et quā dixi quōd
 etiam ciuitas acquisita post priuilegium concessum
 feudatario, nocet feudatario, Dic idem in incola, si
 37 t̄ originarius terræ infeudatæ recederet, & veniret ha-
 bitatū in civitate, hoc enim generaliter loquendo de
 incola ciuitatis dicit decretum, & ita seruatur. Nec ob-
 stat quōd Dominus potest vendicare suam subditum.
 Et quōd sius homo non potest recedere inuito Domi-
 no, iuxta ea, quæ dicit Jacob. de sancto Georgio, in
 tract. de roidis siu operis. char. 3. col. j. quia loquitur
 in eo qui promisit hominibus, nos in subdito simplici-
 ter, & qui iurasset fidelitatem, quia intelligitur quan-
 diu erit subditus suus, sed aliud est: si obligaret homi-
 nem qd semper esset suus homo. Alioquin sequere-
 tur quōd cuius non possent conducere maffarium in ea
 terra: & si conduceret, quōd non esset in casu decreti,
 de maiore magistratu, quōd esset absurdū. Præterea vi-
 demus quotidie subiectas Ducis ite habitatum in ter-
 ram feudatarij, & econtrā: igitur hęc d. sputatio est in-
 anis, & ita semper habitum fuit pro absoluto. et in Se-
 natu pridie ita fuit sancitum contra D. Hieronimum
 Carbonarium cuiem Terdonensem pro suo origina-
 rio terræ Carbonariæ, qui fecerat se incolam ciuitatis
 Terdonæ, et quōd subditus vnus pro suo libito pos-
 sit se facere subditum alterius p̄nt Abb. in c. propo-
 sitioni. col. j. de foro compet. Pone, quōd sit quæstio
 inter feudatarium, et suum subditum, an ipsemeu feuda-
 38 tarius t̄ vel eius officialis sit iudex? videtur non esse,
 nō quia decretum hoc disponat, sed per regulam l.
 vnica. C. ne quis in caus. propt. et l. qui iurisdictioni. ff.
 de iurisdic. omni. iudic. ponit Bald. in l. vnica. C. si quis
 præd. potest. Quinimō decretum videtur velle con-
 trarium, dum vult in d. verfi. volentes, quōd vbi est
 controuersia inter ipsum feudatarium, et alios nou
 suppositos sibi; quōd ipse iudex esse non possit, infe-
 rendo aliter quando cum subditis suis esset controuer-
 sia. Pro qua illa uone facit, quia non recognoscens su-
 periores respecta non subditorum suorum non est tu-
 dex, secundam Hostien. et Ioan. And. et Abb. in c. nou-
 uit. de iudic. Doct. in l. qui iurisdictioni. et in l. et est re-
 ceptum. ff. de iurisd. omni. iudic. Sed respectu suorum
 subditorum iudex potest esse. l. et hoc liberius. et ibi
 Barr. ff. de hæred. instit. traditur in c. per venerabilem.
 qui fil. sint legit. et in l. proxime. ff. de his, quæ in test.
 del. Concludendo arbitror, quod hoc pendeat ex in-
 spectione priuilegiorum feudatarij, an adiat talia ver-
 ba per quæ princeps transfulerit hanc potestatem. Et
 idē dicimus quōd vasallus qui habet regalia et iura
 imperij, est iudex etiam in casu rebellionis contra eum
 commissæ, vt notabiliter consuluit Alex. in consil. xiiij.
 col. ij. volu. vj. allegat Guliel. de Cuneo in l. cum debi-
 toris. C. de iudic. et alia, et idem Corn. volum. iij. in
 consil. xcvj. et de consuetudine hoc faciunt feudatarij
 nostri, quæ consuetudo valet, vt quis sit iudex in causa
 propria. c. j. in fi. de p̄ois. in vj. Est verum quōd vbi
 subditus videret se opprimi, possent recurrere ad supe-
 riores, qui prouidere deberet. c. transmissa. de foro
 comp. et c. ex tenore. eo. tit. c. ad apostolica. de re iudic.
 in vj. facit rex. in c. irrefragabili. de off. ord. et c. ceterū.
 de iudic. et in c. j. in fi. in tit. de milite et vasallo qui cōt.
 est. et dicam in materia rebellionis latius, est etiam ve-
 rūm quōd absolutē Senatus noster si subditus nolit à
 domino trahi coram suo iudice, prouidet et non pa-
 titur

ritur quōd in causa propria ius dicat. Consuetudo igitur
 feudatario ius dicitur, quando nemo con-
 queritur. Est etiam cautum in nouis ordinibus, qd feuda-
 tarius non possit ius dicere in causa propria, nisi in
 39 casibus à iure expressis. Et si princeps noster t̄ vellet
 præsupponere, qd feudatarius incidisset in p̄ona priua-
 tionis feudi, de qua supra, an ipse esset iudex? Dic, qd de
 iure cōmuni nō esset, vt notabiliter per Bald. in c. j. an
 apud iud. vel cur. do. Feli. in c. ceterū. in vij. fal. de iudic.
 quia pares curiæ essent iudices, vel ordinarius ipis
 suspēctis vt per Doct. vbi s̄. sed in dominio nostro de-
 ciditur hæc quæstio per Senatū, ex erectione Senatus,
 & etiā ex cōsuetudine. vnde Bal. in c. j. s̄. præterea. si de
 feud. iur. de prohib. feud. alie. per Feder. col. ij. in prin.
 dixit id, quod proximē dixi, subdendo nisi forte iuri
 cōmuni per speciale priuilegiū vel cōsuetudinē esset
 derogatum. Sequitur Curt. in tract. feud. in vlti. par-
 te. & Dec. post alios in c. ceterū. de iudic. col. vj. in fin.
 & Iacob. de sancto Georgio in glo. & dicti vasalli pro
 dictis rebus. col. ij. in prin. ibi. & hoc dictū sæpius alle-
 gaui dicens hanc eandē consuetudinē esse in cōsilio
 Taurinensi. & idē si euenerit casus, nō solū ex cōsue-
 tudine possent dux noster se defendere cōtra Cæsarem.
 & pares curiæ, sed etiā ex priuilegio, quia ex for. na pri-
 uilegij omnia iura imperij sunt translata in eum. sicq;
 etiam quōd possit in causa propria cognoscere etiam
 in rebus feudatariis, prout potest ipse Cæsar, vt dicam
 in vlti. q. in hac materia iurisdictionis. Aduerte tamē,
 40 quia Bal. in d. c. præterea. dicit, nisi per speciale priui-
 legiū: sentiens qd generale nō veniat talia, & hoc priui-
 legium ligaret etiam non subditum duci, qui esset sub-
 ditus Cæsari, si priuilegiū ab eo Cæsare concessum es-
 set, sed circumscribitur priuilegio vbi innitatur auctori-
 tati consuetudinis in dominio, vel decreti, forensis nō
 comprehenditur per not. in l. cunctos populos. C.
 de sum. Trinit. & fide cathol. qui haberet iudices pares
 curiæ, & non eū, quia si in non recognoscere, quo ad
 nō subditū sunt iudices ipsi, et nō dominus, vt p̄ Abb.
 in c. nouit. super gl. in verbo, iudicare. et Feli. ibidem,
 multo magis dicendū videtur in recognoscere. Quæ-
 ro circa hoc decretū, an si litigator corā maiore magi-
 41 stratu cōtra subditū feudatario, qui opponat, qd non
 est subditus maiori magistratu, sed feudatario, et tan-
 dem feratur sententiā cōtra eū, an talis sententiā præiudicet
 dicit ipsi feudatario quo ad subiectionē sui hominis?
 et dic nullum afferre præiudicium in peritorio, nec in
 possessorio etiā qd principaliter super subiectione age-
 retur, nisi ipse feudatarius esset sciens, et pateretur exe-
 qui sententiā, quia tunc præiudicaret in possessorio.
 ita Abb. in c. cum super. de re iud. iuxta illū tex. et latē.
 Alex. in l. s̄. ff. de re iud. col. xxxij. et ibi etiam quæ-
 rit Alexā. quid quādo litigator respectu subiectionis
 42 t̄ inter duos dominos, an fiat præiudiciū subdito pro-
 quo litigatur per sententiā securam. Sed quid in his
 qui habent priuilegia, nō à Ducibus, sed Imperatori-
 bus, et qui aliter non accipiunt confirmationes dicto-
 rū priuilegiorum, vt vicecomites, An tales sint subie-
 cti decreto prædicto, videtur esse liberi ab eo, quia de-
 43 cretum t̄ videtur loqui, quādo ipse Princeps concessit,
 vt apparet in verfi. sancimus. dum loquitur de commu-
 nitate arguendo. qd idē voluit repetere in verfi. siue per
 sona singularis. et expressius hoc in proemio apparet
 ibi, per nos, siue illustissimos olim progenitores no-
 stros cōcessis, iuxta notata in l. ff. de hære. instit. et in
 c. quoniam. de proba. Vbi autē princeps esset in quasi
 possessione exercētis dictū decretū, illi esset standū, do-
 nec res esset decisa, iuxta not. in c. quærelā. de elect. De
 iure superioris non est dubitandū quin sit in principe

etiam respectu locorum donatorum per Imperatores,
 quia in Imperatore erat, secundum Ange. in l. j. §. man-
 data. ff. de offic. eius. et postea ex inuestituris fuit tran-
 slata in duces, sed an sint in casu huius decreti, hæc est
 difficultas. Et per nouas cōstitutiones hic casus factus
 44 est clarus, vt sint cōprehēsi, sed an t̄ feudatarius contra
 suum incolam habeat fundatam intentionem? Dic
 habere, & ita seruari, & idē nisi ostendat qd sit ciuis,
 vel vt supra, coram eo prætor feudatarij recte & im-
 punē proceditur. Est verum, qd si talis declinat iurisdic-
 tionem, recurrit ad Senatū, eommittitur articulis
 maiori magistratu. Et ita fuit in Senatu ordinatū in-
 ter Gatticum, & Malinos, contra quod dum ego op-
 posuissē, qd eo ipso qd incola feudatarij declinat iurisdic-
 tionem coram prætor feudatarij, articulis de-
 bet cōmitti maiori magistratu. Fuit mihi responsum
 per Senatū, qd si ita fieret, actū esset de iurisdictione
 feudatarij & bene. Non omitto etiam qd cessante
 45 dicto decreto t̄ feudatarius cognosceret de omnibus
 causis, prout etiā supra ponderaui, verfi. quæro an sal-
 tem, non autē dominus suus, verūm cognosceret de
 primis tantum, non de secundis, de quibus secundis co-
 gnoscit dominus secundum Bal. in l. j. q. xliij. ff. de rer.
 diuis. lo. Fab. in §. si. in fi. de Attil. tur. & per Curt. Jun.
 in consil. ij. in j. & ij. col. & dicā j. in tit. de principe. Et vi-
 de de secundis causis, & sic de causis appellationum qd
 non cognoscat feudatarius. Et an & quando princeps
 possit præiudicare iurisdictioni feudatarij, quæ di-
 cam j. in tit. de principe. verfi. princeps cognoscit. Et
 nō solum prætor ciuitatis, vel oppidi habet iurisdictione
 46 nem in subditos suos, sed etiam t̄ in forenses quando
 in territorio suo delinquant. l. j. C. vbi de crim. agi. opo-
 ret. & in c. si. de foro cōpet. cū sim. Nō qd propterea ef-
 ficiantur subditi, sed de foro illius loci, vt per Ale. in l.
 cum quædā puella. col. iij. ff. de iurisdic. omni. iud. atque
 hoc, vt illius fori sint, procedit, quo ad omnē effectū,
 & distinguēdi personas, & bona, si in loco delicti repe-
 ritur delinques & eodē modo si nō reperitur facta cita-
 tione per literas subsidiales si iudex vbi scribitur parēt,
 sin minus procedit tantū iudex delicti, quo ad effectū
 honorū, sicut etiā pcedere potest ad effectū bonorum
 tantū præuia citatione facta per ipsum, ita tandē Ma-
 47 ria. in c. postulasti. char. 2. col. pen. extrā, de foro cōpet.
 verfi. quæro quo ad secundū de modo citandi in
 hoc casu dicā infra in materia citationis sub rubr. de ci-
 tationibus. Intelligo tamen, vt procedat qd de foro deli-
 cti est, si ibi reperitur delinquens, nisi ageretur ratio-
 ne turbatæ possessionis propter vim, iuxta l. vnica. C.
 vbi de pos. agi. opor. quia aliter ille tex. nobis nihil pro-
 desset propter l. h. vbi in re act. sequentem, & l. ad pri-
 mā. quæ præcedētem. C. vbi de crim. agi. opor. de quæ
 tamē vide quæ dicā infra in materia citationis, ad quæ
 te reuēto. verū in hac ciuitate, & toto dominio semper
 per edicta tales citantur à iudicibus. prætendentibus
 47 t̄ nec scire vbi sint, & hoc quo ad omnem effectū, quæ
 practica etiam habetur ex ordine decretorum, & non
 solum potest requiri iudex, vt citet, sed etiā, vt remit-
 tat reū, tex. est in d. §. si quis nō cōprehensorū, & licet
 multi multa digāt circa istā remissionem in delictis, vt
 per Maria. in d. c. postulasti. verfi. quo ad tertiū. & Feli.
 post alios in d. c. si. de foro comp. Tamē hæc est con-
 48 clusio, qd potest iudex loci delicti requirere iudicē do-
 miciliij, vel originis, vt capiat reū, ad hoc, vt eū sibi re-
 mittat p̄ dictū tex. & multos alios allegatos p̄ Marian.
 vbi s̄. & ita Barr. in l. j. C. vbi de crim. agi. opor. & in l. si
 cui. §. si. ff. de accus. & cogitur iudex, cui scribitur, hoc
 facere: & vbi nolit, superior cogitur, ita Doct. cōmuniter,
 & nō solum hæc remissio debet fieri à principio quā-
 Aegid. Bof.

do iudex delicti praeoccupado petit, sed & post laram sententiam, vt fiat executio per iudicem loci delicti. ita Alex. in l. a diuo Pio. §. sententiam. col. iij. vers. & sic erit conclusio. ff. de re iudic. ibi tamen concludit, qd si praeuenisset iudex loci domicilij, qd tunc non impediretur quin posset expedire processum, & deuenire ad sententiam, verum executione faceret iudex delicti p hanc remissionem. Vltimò circa hoc mirandū decretū de maiore magistratu nota, qd princeps potuit illud cōdere per eū moderando iurisdictionē suorum feudatariorū via legis generalis. ita Brun. in consil. ij. col. x. ver. considerari. & vers. seq. & consil. xj. col. viij. & facient quæ dicam infra, in tit. de principe, in ver. princeps, an possit via legis generalis. Potest enim princeps in re concessa etiam per contractum via legis seruitutem imponere. Bal. in l. si ff. de senat. & per Deci. in c. quæ in ecclesiis. de cons. char. 3. Sed succedit nō iniurialis dubitatio, an iudex cui scribitur possit dicere, Volo cognoscere an is verè reus sit, & tunc remittam aliter non breuiter Bar. in l. si. §. j. ff. de publi. tenet eū esse merū executorem, & propterea simpliciter teneri remittere. Bart. verò in l. j. C. vbi de crimi. agi. oport. dicit idem, sed quod tamen debet cognoscere, an fuerit cōtumax corā iudice delicti, allegat. §. si quis verò cōpræhenforum. qui hoc non dicit. Aretin. in d. c. si. de foro compe. tenet sequendo Bal. in d. l. j. C. vbi de crimi. agi. oport. qd debet summarie cognoscere de delicto, quia vbi non praecederet suspicio criminis, saltem non deberet eū capere, et remittere, & ita potes intelligere Bartol. in d. l. j. quia si fuit contumax quo ad iudicem delicti, satis orta est suspicio ipsius delicti contra eum. & ita intelligo Ange. in l. j. C. vbi caus. sta. & glof. in clem. pastoralis, de re iudic. & Fel. in d. c. si. concludentē qd requisitus absque cognitione non debet sequi appetitus iniustos requirentium, & ita etiam late tenet Maria. vbi supra, col. antepenul. vers. quid autem debeat facere iudex remittens. Quæ conclusio est notoria, quando inter principes sunt conuentiones, vt delinquentes remittantur ad locum delicti ab alio domino ad aliud, quia tñ iudex vnus principis sit requisitus debet summarie cognoscere &c. & vbi nihil finistri sibi appareat contra requisitum non debet remittere, & ita late tenuit Cepol. in consil. ix. col. v. & seq. vbi late de remissione in delictis. Non tamē credas, quod à quolibet iudice possit peti remissio, sed tātum ab eo qui habet iurisdictionem in eum reum, vt est iudex qd micilij, secus si nullam haberet. Pone enim quod delinquens in hac ciuitate, qui esset huius ciuitatis fugeret Mantuam certè à iudice illius loci non posset peti remissio, quia ille iudex nō posset eum capere. ita Are. & Fel. in c. si. & Maria. in d. c. postulasti. vers. nota tamē ex opinione Calder. & est communis, quicquid teneat Calder. cuius dictū sustineri tamen posset, si intelligamus de diuersis iurisdictionibus, quarū omnium vnus, & idem princeps esset, alias delictum remaneret impunitū. Si enim Mediolanensis qui Mediolani deliquerit fugiat Papiam certè ibi esset capiendus ad lras subsidiales prætoris Mediolani, & remittendus. & ita intelligo d. §. si quis nō comprehensorū. Et vbi nollit prætor hoc facere, iudex petens posset hoc in effectu impetrare ex auctoritate principis, vel Senatus. Et ad eod hęc opinio videtur vera, vt etiam consuetudo in contrariū non valeret, quia esset irrationabilis contra. c. si. de consuetu. loquor in hoc vltimo casu quando sub eodem principe. In quo casu sentio, qd de iure fieri debeat remissio, quia si aliter sentiremus ineptū esset dicere, qd consuetudo non valeret. ita concludit Soci. in d. c. postulasti. vers. vlt. & Cepol. consil. lix. col. iij. & lo-

nes semper habent in ore etiam loquendo in causis, quod aut causa est diuisa aut individua, etc. et ideo Bar. in dicto §. eodem observando eum ratione dicit in illa causa, ex qua coram laico ambo convenirentur: et sic loquitur in materia individua, sicut locutus erat antea: et certissimè, ut dixi, haec videtur mens Doctorum: quod patet ex exemplis recitatis ad dictam l. nulli. et ad titulum praedictum, de quibus rebus ad eundem iudicem eatur. Sed vnus est, quod turbat me: quia in decisione Antonij de Prato veteri quando plures, inter quos est ecclesiasticus, conveniuntur de homicidio, communis opinio est, quod omnes conveniantur eoram vno. Et hoc summa cum ratione, ne continentia causae dividatur, & ne sequantur diversae sententiae. Sed cur diversum, quando plures maximè infolidum se obligant versus me ex eadem causa, vide quae dicam infra, An & quando laicus possit conveniri a iudice ecclesiastico. Adde ad praedictam materiam, quod etiam ratione connexitatis & dependentiae ille, qui non est iudex, etiam efficitur iudex, secundum Innoc. in cap. cum M. de constitutione. in fine, & alios ibi. Felin. in cap. super literis. de rescriptis. in versis. an sua sit iurisdictio. col. j. & Socin. consilio cxxliij. col. m. ij. Et ideo licet procurator Caesaris non sit iudex inter privatos, sed duntaxat inter fiscum, & privatum. l. ij. C. si aduer. fiscum. et l. j. C. de iurisdict. omnium iudicum. nisi tamen partes protogent, ubi: tamen quando causa habuit dependentiam a fisco et camera, etiam procurator Caesaris est iudex. Bartol. in l. cum rerum. secundum primam lecturam. C. de senten. et interloc. omn. iudic. Paul. de Castro in l. fin. C. si aduer. fisc. et per Soci. ubi supra, quem vide. Et nunc super hoc disputatur inter Senatium et magistratum ordinariū: quia magistratus vellet esse iudex inter privatos, ubi de oneribus ordinariis agit, puta, taxis equorum, et alius: et credo, quod de iure, et de consuetudine foueat iustitiam, et ex mente erectionis Senatus, quatenus vult ut sententia magistratus inter privatos appelleretur ad Senatium. Et ita videmus, tam eum magistratum, quam iudicem vestigalium, referendarios et commissarios taxarum quondam Mediolani, et per civitates cognoscere tales causas inter privatos. Et ideo ex eo fundamentum connexitatis concedebat semper Senatus literas, quod ubi causa Senatori commissa esset connexa vel dependens, etiam cognosceretur per eundem: quod non fit hoc tempore. Et quae dicatur praedicta causa connexa in proposito, declarat Imola in consi. cxxxix. col. pen. per Bar. in l. Aurelius. §. idem quae sit. in ff. de lib. leg. Felin. in cap. trans lato. de constitutionibus. & Moder. in l. j. §. diuis. lo vltimo. ff. de quaestio. sic etiam ratione praeparantis 120 iudicij quod quis est iudex praeparatus? l. ordinarij. C. de rei vendic. & per las. in l. quoriam. C. de iud. aded quod iudicij praeparans ecclesiasticum, ut quia de iuramento & eius habilitatione tractetur, trahit ad se coram ecclesiastico iudicij praeparati laicale, etiam feudale, ut per Felin. in c. cum sit. de foro. compe. col. v. & vj. ubi vide. Et est communis in d. l. quoriam. & in rubr. extra, de iudi. ubi vide omnino Dec. col. ij. & iij. Et ideo cautela est, ut conveniatur super habilitatione iuramenti remittat iuramentum, quia tunc coram laico cognoscitur praeparatum, ut ibi per Deci. ut breuibus agam. Et quod quis est iudex in causa principali, est iudex in causa incidenti. Ita est text. in d. l. quoriam. & ibi las. late. Unde si quis accusatur de raptu virginis coram capitaneo, & ipse ad sui excusationem opponat matrimonium inter eos contractum fuisse, quod solit pona raptus. c. si de rapt. & cum causa. et. per Barb. consi. lxxj. vol. ij. & dicta infra in materia raptus, videtur quod ipse capitaneus possit cognoscere de eo, dicta l. quoriam

ties & ira est tenendū, ubi tantū de matrimonio facto tractetur. Sed si etiā vtrum matrimonium teneat, aliud est: quia d. l. quoriam non procedit, ubi incidit quaestio spiritualis, ut ibi per las. late. Bar. in l. in omni. ubi vide. C. de sacros. eccle. & las. in d. l. quoriam. verum quia causa matrimonij est praedicta: quoniam ubi adit legitimum matrimonium, cessat raptus, prius de eo coram iudice ecclesiastico est cognoscendū, & super sedendum in materia raptus, ut per Doct. maximè Ale. in l. Titia. ff. sol. mat. Est tamen advertentis tale matrimonium, ex qualitate personae eius, & ex indicio contra eum, quia tunc nullo modo esset super sedendū, ut per Alex. in d. l. Titia. & Fel. in c. cum sit generalis. de foro compe. ubi ponit sex declarationes, in quibus secularis cognoscit de causa ecclesiastica & ponit etiam hanc. Et super hoc fundamento superioribus diebus Tempesta Castellionensis non obstante inhibitione vicarij Archiepiscopi fuit condemnatus. In quo articulo etiam vide Bald. in d. l. quoriam. & Ang. Areti. in glo. che hai adulterato. Eodem modo ex hac l. quoriam. inferitur, quod iudex malefactorum, qui non cognoscit de causa civili l. sole mus. §. latrunculator. ff. de iud. potest tamen cognoscere incidenter, condemnando principaliter furem ad poenam, & consequenter ad restitutionem rerū. l. inter dum. §. qui furem. & ibi Bar. ff. de fur. & per las. in l. j. col. fin. ff. de officio eius. & Felin. in c. cum oporteat. col. pen. de accus. & in cap. postulasti. de iudicis. & per Soci. in consi. lxxij. circa fin. Non sic quando principaliter intentaretur civilis, quia tunc latrunculator non potest. d. §. latrunculator. imò nec alius iudex civilium causarum. Concursum enim causae civilis, & causae criminalis impeditur, quia vna est alteri praedicta, ut no. tabiliter declarat Bar. in l. ij. §. hoc edicto. ff. de bonorū rapt. col. ij. & prin. sequen. Verum vna intentata, vel civilis vel criminalis super sedetur super altera. l. j. C. quando act. civil. praedicta. crim. & p. Bar. ubi s. Et ideo aut sequitur condemnatoria, & tunc super alia non est procedendū, aut absolutoria: & tunc vel quia non probatur, vel quia nullū crimen, ut latius postea per Bar. in d. §. hoc edicto. columna ij. & sequen. Si tamen intentaretur civilis prius ad instantiam fisci, posset illa pendente intentari criminalis, aliās sepe numero delicta remanent impunita, & cessat hoc casu ratio, quod sententia lata in vna, & c. quia non praedicta fisco non citaro. l. nam ita diuis. ff. de rei iud. & ita servatur quotidie: sic etiam si iudex ipse ex officio instat criminaliter, potest pars simul instare civiliter, & ratio viri usque dicti est, quia sunt diversae partes: & dicta l. j. procedit in vna sola, & ita Bal. in l. j. C. de app. col. iij. ubi vide & Angel. in glo. nec nō ad querelam. charta 17. col. secunda. Et si intentaretur actio merè civilis, & emergat criminalis, puta, quia arguantur testes producti in causa civilis de falsitate, est super sedendū in causa civilis, quia vna, ut vides, est praedicta alteri. Ita Alex. in dicto §. hoc edicto. in prima apostilla. & Barbat. late post Salicet. in consi. xliij. col. vij. volum. j. Sic etiam fractione reconventionis itur ad eundem iudicem, cum Papijannus, cum athen. ibi posita. C. de senten. & interlo. c. q. m. iud. Et ideo etiam ecclesiasticus ex hac causa coram laico poterit trahi secundum opinionem Bar. in d. athen. & est communis opinio, ut per Abb. & alios in c. si clerici. de iud. in prin. & probatur in c. j. de mun. petis. ubi Marian. latissime. Et si vis perfectissimè scire ex quibus causis iudex cognoscat, vide Mar. Sca. in rub. de foro compe. ubi ponit centū & decem novae causas, ex quibus quis dicitur iudex cōpetens, quas postea prosequitur in textibus. Sequendū materia in

risdictionis, de qua agimus, quæro an & quando iudex laicus possit contra clericos iudicare? In quo articulo dic, quod laicus non est licitū iudicare contra clericos. c. cum non ab homine. de iudic. quod procedit etiam in rege, ut ibi in textu. Idem si sit Imperator, ca. sacerdotibus. xj. q. j. licet cōsecratur. c. venerabilem. de elec. quia consecratio illa non tribuit aliquē ordinē, secundū glo. in c. Valentinianus. lxxij. dist. & Abb. in d. c. venerabile. in octavo notabili. dicit tamen Card. in d. c. venerabilis. 127 lem, quod Imperator quando coronatur, creatur canonicus ecclesiae sancti Petri. Tertio procedit etiam, quod crimen sit acerbissimū. tex. est in d. c. cum non ab homine. Quarto etiam quod crimen sit notorium, ut ibi in textu. iuncta gl. Item etiam quod esset clericus primae tonsurae, ut in d. c. cum non ab homine. Procedit etiam dicta conclusio in his, qui non sunt professi, dummodo sint Deo dicati, ut ibi per Abb. in secundo notab. Eodem modo in famulis episcopi. c. si de offi. Archid. ita communiter allegatur, & est opinio communis, ut dicit Abb. in c. ij. de foro compe. procedit etiam si clericus esset verè depositus, Abb. in d. c. cum non ab homine. in v. not. Itē procedit, dato quod esset dubiū, an aliquis esset clericus, quia non incederet in habitu & tonsura, textus est singularis in c. si iudex laicus. de sen. excom. in vj. Itē procedit in clerico coniugato incedente tamen in habitu & tonsura, c. vnteo. de cler. coniug. in vj. Sed ubi non incedat in habitu & tonsura, nulla ante monitio requiritur ad hoc, ut sit privatus privilegio fori. d. c. vnteo. & ibi ita Doctores, maximè Perusius, verific. in ceteris. in j. col. nisi tractaretur an hoc privilegium amittisset, etiam quod incedisset in habitu & tonsura, quia se immisisset in secularibus negotiationibus, iuxta c. si de vita & hone. cle. quia hoc casu monitiones, de quibus in d. c. essent necessariae. Ita Imol. in eo. c. vnteo. Alex. in consi. viij. vol. j. col. fi. Et vide etiam Cepol. consi. xj. & Soc. xij. & ibi circa ca. si dicitur, quod filius perditur privilegium canonici, si quis suadente diabolo, quam fori, quod nota. & vale. 130 ret consuetudo, quod talis clericus etiam non incedens gauderet privilegio clericali: Fulg. consi. cxxxij. procedit etiam dicta conclusio, licet consuetudo longissima esset in contrariū, c. clerici, iuncta gl. extra, de iud. Procedit etiam, licet summus Pontifex faceret privilegium principi, sed ut lari, ut posset cognoscere, ut per Fel. in cap. ij. de maior. et obediē. Itē procedit etiam in civilibus. c. ij. de iudi. Procedit etiam dato quod iudex ecclesiasticus esset negligens, c. qualiter. extra, de iud. ubi glo. et Abb. secus est e contra, ut ibi gl. et Abbas declarant. Hanc conclusio nem sic ampliatam limita primò, quando clericus esset incorrigibilis, hoc casu secularis potest eum castigare, textus est in d. c. cum non ab homine. Sed difficultas est scire, quis dicatur incorrigibilis, in quo dic, quod aut quis non de eo, qui propterea sit exclusus privilegio clericali, sed simpliciter quis dicatur incorrigibilis. Et dicitur dicitur, quod omnis delinquens, qui non vult agere poenitentiam, etiam quod non sit depositus, est incorrigibilis: nec hoc potest negari, ut patet ex vj. vocabuli. & est text. in d. c. cum non ab homine. qui est appellat incorrigibilis, qui adhuc est ex foro ecclesiae. Est verum, quod loquitur postquam est depositus, tamen id est, licet non esset depositus, quando eum non poeniteret propter vim vocabuli, aut queritur de eo, qui effectus sit fori secularis. Et dicendū est, quod aut loquimur in clerico, qui non incedit, & dicitur incorrigibilis, si praecessit tria monitio, c. cōtingit. ij. de sent. excom. aut in eo, qui incedit, & dicitur incorrigibilis, si sit servata forma d. c. q. j. de depositis. ij. excom. ij. anat. hematizans, & adhuc sit in contumacia sua, perseverans. Qua forma servata ab his alia declaratio facti efficitur fori secularis, ita Panor. mitan.

mit. in d. c. cum non ab homine. col. antep. & Doctores comuniter, quicquid dixerit ibi Cardi. Sed pone, qd iudex ecclesiasticus talē capiat, an eū tradet curiæ seculari? Dic qd non tradet, ita probat tex. in d. cap. cum non ab homine. qui loquitur eo in casu, quo ecclesiasticus eo nullum amplius superest remediū: sed si eū caperet, hoc remediū haberet, qd posset eum cōdemnare ad perpetuum carcerem, iuxta c. vt famæ. de sent. excom. & aliis pœnis, quas habet ius canonicū vltra pœnas di & i cap. de quibus per Abbatem in eo cap. col. vj. ver. explicita. Et ista est re ipsa opinio Abb. in d. versicu. & col. sequenti. & aliorū comuniter. Sic igitur quantum ad hoc vt iudex secularis clericum castigare possit, habes vnum casum in non incedente in habitu & tonsura, quando p̄cessit trina monitio: quod etiam habes per Alex. in consil. lxxij. incip. quia s̄p̄simē. in j. volu. & potest dici talis incorrigibilis, & caratiōe priuatus priuilegio fori. Alium casum habes in incedente, quādo seruata fuit forma d. c. cum nō ab homine. quā rādo videbis in vsu. Alium casum habes, quando clericus incedēs in habitu, re ipsa est incorrigibilis, sine dictis monitionibus, & absq; forma dicti cap. quia quotidie ingerit se in rebus enormibus. Et casus iste est multum frequens, & nunc de facto habetur in presbytero Ambrosio Rosato detento in carcere vicarij Archiepiscopi nostri, quem dicunt infinita mala cōmississe, & longo tempore in eis perseuerasse. Et superioribus dieb; interrogatus super eius casu, an posset degradari, & curiæ seculari tradi, vel aliter sine degradatione esset priuatus priuilegio fori: Respondi, qd ex hoc qd fuisset incorrigibilis ex perseuerantia & iteratione criminū: qd tamen non erat propter eā priuatus priuilegio fori, ex quo incedebat in habitu & tonsura. Ista fuit opinio Abb. & comuniter Doct. in c. perpendimus. de sent. exco. & aliorum comuniter in d. c. cum non ab homine. vbi vide Dec. col. pen. Fateor qd potuisset dictus egregius sacerdos incidisse in tale delictum, qd esset dignus degradatione actuali, postquā immediatē degradatus traditur curiæ seculari, iuxta c. i. de pœnis. in vj. Et pro declaratione scias, qd non totus clericus etiā incorrigibilis degradatur, imō nullo casu degradatur nisi in certis criminibus, de quibus per Abb. in c. at si clerici. in prin. col. xliij. vers. ad tertium. de iud. videlicet in crimine hæresis, in crimine falsi, in scripturis p̄fictis: & in crimine calumniæ & contumaciæ erga suum episcopum, & in certis aliis delictis qualificatis, de quibus ibi latē per Abb. In quibus tamen casibus nota vnā communem conclusionem, qd si talis clericus velit se corrigere, adhuc non debet degradari, etiā qd occidisset summum Pontificem: quia in tali casu debet detrueri in perpetuum carcerem, vel in monasterium, iuxta c. nouimus. §. si. de verb. sign. & ca. tuc. de pœnis. Ista est comunis conclusio in d. cap. at si clerici. & probatur in euidentibus in d. c. cum non ab homine. ponderando verbum, quibuscuq; criminibus, probaturq; etiam in c. felicitis. de pœnis. in vj. vbi occidens cardinalem non debet mori, sed ita viuere, vt vita sit ei mors & ita intellige textum in cap. sunt quædam. xxij. quæstione v. videlicet si sit incorrigibilis: & vt dixi, si est delictum multum atrox, detruitur in carcere, iuxta dictū c. nouimus. Sed si non est ita atrox, detruitur in monasterium, d. c. tuc. Quid si clericus iurasset cōtra suū principē secularē, an sit tradendus curiæ seculari, & ipsi principi; vt eū dilaniet? Abb. in d. c. at si clerici. ad fi. prin. tenet tradendum esse, etiā quod non esset incorrigibilis. Communiter tenetur contrarium, vt ibi per Barbat. quia nō est verum; quod sit crimen læsæ maiestatis, ex quo principi non est subditus:

de quo in specie dicā infra sub rubr. de crimine læsæ maiestatis. Sed certē licet esset crimen læsæ maiestatis, putā, quia fecisset coniurationem contra episcopū suum, adhuc idem est dicendum, qd requireretur vt esset incorrigibilis: quod probatur in cap. de Liguribus. xxij. q. ij. vbi loquitur de quibusdā episcopis, qui verticem erigebant contra summum Pontificem, qui tamen non degradatur, si velint se corrigere: & hoc est, quod videmus obseruari ab inquisitoribus hæreticæ prauitatis: quia si habent aliquē eo crimine conuictū, non morti tradunt, vbi velit se corrigere. capi. pen. de hære. sed ei imponūt aliquā pœnā, vt ibi, & in c. vt cōmissi. de hære. in vj. quod etiā seruatur in iā condēnato, vt tenet Abb. in c. ex cōmunicauimus. de hære. col. iij. & in casu, quo esset confessus coniurationē cōtra episcopum suum, ad deprehendendum etiam eum qd esset incorrigibilis, vide notabiliter Felin. in c. Rodolphus. in ver. sed declara. in j. limit. de rescr. dicens, qd si modos suos tenebis memorā, qd honoraberis. Vides igitur qd multi ignari loquuntur de degradatione, & nesciunt quid dicant. Si tamē clericus non incederet in habitu & tonsura, etiam qd non fuisset ter monitus: tamē si diu perseuerasset in committēdis rebus enormibus, esset priuatus priuilegio fori. Ista est comunis conclusio in d. c. perpendimus, est tex. secundum vnū intellectum in c. ex parte. de priuileg. & in c. perpendimus. secundū gl. & comuniter Doct. ibi, & maxime Io. Andr. quod ad hoc inducit tex. in c. vnico. de vita & honestate clerici. in vj. vbi clerici ganeones & scurræ illam artē per annum exercentes perdunt omne beneficium clericale: & idēdē ad maiori debent illud perdere quando diu se immiscerent in huiusmodi rebus enormibus & scelestis operibus. Et dicit Stephanus Affrerijs in tractatu, quē facit de potestate seculari supra ecclesiasticas personas, repetendo c. i. de offi. ordinar. in j. regula, in vlti. col. vers. xix. Fallit, qd hæc opinio licet aliqui contrariū tenuerint, tanquā magis comunis obseruatur, & qd fuit obseruata contra personā cuiusdā princepis regni Franciæ accusati de crimine læsæ maiestatis. Reuertendo ad fallētiā regulę supra posite, quæ fuit, qd laicus non iudicat contra clericum. Secundū illam limitatē prædictis in clerico actu ipso degradato, d. c. i. de pœnis. in vj. Tertiū limita, vt ex prædictis patet, in clericis ioculatoribus, histrionibus siue scurris, d. c. vnico. de vita & honestate clerici. in vj. Quartū in clerico non incedente, quando fuisset ter monitus, vt p Alex. in d. consil. lxxij. in j. volu. per capit. contringit. ij. de sent. excommunicat. Quintū in clericis non incedentibus, qui in rebus enormibus se immiscuissent. Sextū in aliis quibuscuq; qui cōmississent horrenda delicta digna degradatione declarando vt supra. Septimū non procedit in clerico assassino, c. i. de homici. in vj. qui tex. loquitur etiā in mandante assassinamentū. Et hæc limitatio septima etiam procedit absq; alia degradatione, per tex. ibi, & ita Gemin. in indiuiduo in eo c. ad fi. & Perus. ibid. col. iij. Verū est aduertendum, ne erreretur in terminis, qd ille est assassinus, qui mandauit data pecunia, vel facta promissione fieri homicidiū, et similiter de mandatario, qui tale suscepit mandatum, sic in illo tex. & per Doct. ibidem, & alibi s̄p̄pe; maxime per Bar. in l. non solum. §. si mandator. ff. de iniur. & alibi s̄p̄pe; per Doct. nō autē ille est assassinus, qui vt spoliat quē pecuniam, illū in domo, vel in via occidit, vt plebriq; vulgares dicūt. qd apparet ex diffinitioe assassini, quā ponit Sali. in l. nō idēdē minus. ad fi. C. de accus. & dicā infra sub rubr. de mand. ad homic. & c. ver. vij. est sciendum. Et vt intelligas Gemin. & Perus. vbi scias qd in qualificatis delictis, vt in eo qui occideret sacerdotem,

re, & vt per Abb. in c. at si clerici. in prin. ver. & circa istam materiam. col. antep. Communis est cōclusio, sicut dixi, qd requiritur vt sit incorrigibilis, quo dato, tūc immediatē absq; alia degradatione actuali traditur curiæ seculari. ita probat tex. in d. c. cum nō ab homine. et in specie ponderat Deci. in d. c. cum non ab homine. col. pen. In assassino t̄verō est speciale, vt cōipso qd illud cōmissit, absq; eo qd sit incorrigibilis, & absq; alio medio, & sic etiā absq; depositione nō dico traditur, vt dicit tex. in d. c. cum non ab homine. sed efficitur curiæ seculari, ita vt non solum sine degradatione possit puniri à seculari, sed etiā à quolibet priuato: & ita est ex mente Doctorum in d. c. at si clerici. in articulo de delictis qualificatis, An in eis habeat locū. c. cum nō ab homine. & in specie Deci. in eo articulo in d. c. cum nō ab homine. col. pen. vers. vij. facit tex. vbi vide. Octauo quādo summus Pontifex delegaret, iuxta gl. in c. ij. de iud. Hæc respectu sententiæ, an iudex secularis possit iudicare cōtra clericum: sed quid respectu processus, an iudex secularis possit procedere contra clericum, & in quo casu, vide tex. in c. i. de foro compe. qui dicit, qd clericus debet cōueniri coram iudice suo, siue cōueniatur à clerico, siue à laico: quia actor sequitur forū rei: quā regulam Marian. Soci. ibi ampliat viginti quinque ampliacionibus, & limitat triginta duabus limitationibus: & sic ponit totidem casus, in quibus laicus potest cōuenire clericum, & ibi omnino vid. de. & in vigesima limitatione ponit, qd quando effectus est clericus post delictum, in quo remissus loquitur: sed latē de hoc ponit idem in c. proposuisti. char. 4. vers. assilum nunc. vbi per tres col. & tandem distinguit, qd aut quis fecit professionē, aut non fecit se promoturi, nec professionem fecit, sed sine ordine & professione conuersus est ad aliquā regulam. Primo casu subdistinguit, vt per eū, & reuera prodest dictus clericatus, etiam in fraudem secutus quo ad distinctionem personæ, non quo ad bonā, vt ibi per eum. Secundo casu t̄priuilegium superueniens nō prodest, vt per eū, vltra quē vide las. in l. cum quædā puella. col. iij. ff. de iur. iur. Felin. c. ecclesia sanctæ Mariæ. col. xliij. de consi. vers. xv. quæro. & in c. fi. col. xvj. vers. & faceret. e. tit. Cepol. cautel. ix. Alex. in l. fi. col. j. ff. si ex nox. cau. aga. Imola consi. cxvij. & seq. latē D. Ant. in c. j. de obl. ad rat. Abb. consi. lxxxv. col. fi. Fed. consi. cxvij. col. fi. Cepol. consi. xj. col. iij. & seq. Alex. in iij. vol. consi. lxxxix. col. pen. Anch. consi. clxxxix. col. pen. Cepol. consi. xl. col. x. vbi limitat & cōsi. lxxvij. Alex. in l. nemo potest. de leg. j. in gl. magna. Oldr. consi. iij. & consilio ccxxxv. Pau. de Cast. in l. addictos. col. j. in fi. C. de epif. aud. Barb. consi. lxxij. col. vij. vol. ij. Moder. in l. statuliber. col. ij. & ij. seq. ff. de quaest. Oldr. in consi. xvij. col. ix. et xij. & consi. lxxxij. col. j. in xv. ampliat. Marian. in d. c. j. vult, qd in causa indiuidua nō tātū solus clericus cōueniendus sit coram ecclesiastico, sed etiam laicus habens talem causam cū eo, per id quod voluit Bart. post Dy. in l. iuris peritos. in §. j. ff. de excu. tur. Sic etiā Bart. in l. præcipimus. §. eodē obseruando. C. de ap. & ideo quando inter plures laicos, qui inquiratur vnus ad sit clericus, omnes ratioe clerici possunt petere se remitti ad iudicē ecclesiasticū, & fuit dictū Ant. de Prato veteri in l. j. in fi. ff. quæ sent. sine ap. ref. quod referūt & sequuntur Doct. vbi latē dixi in materia, quādo ad eūdē iud. eatur. Verūm quādo esset delictū, pro quo indereretur pœna sanguinis, de qua ecclesia nō potest se intromittere. c. sententiā sanguinis. ne clerici. vel in non. Durū nimis v̄, dicere qd laici in hoc casu euiēt pœnā debitā ratione prædicta. Et idēdē Marian. in c. ij. extrā, de mut. pet. versic. 8. fallit. vult qd hoc casu ecclesiasti-

cus post cognitionē habitam debet tales remittere iudici laico debita pœna puniēdos. Aliter tamē vult Bartholomæus Socin. eius filius in l. cum Senatus. in fin. ff. de reb. dub. qui dicit, quod in practica vidit obtineri dictum Anton. de Prato veteri, quod ait notandum esse, vt amico consulatur: quia iudices ecclesiastici mitiores pœnas imponunt. Hæc controuersia inter patrem & filium non multū mihi referre videtur, per ea quæ ponit Felin. in c. j. de præf. col. iij. dum dicit in hoc casu, quod iudex secularis postea minus bene punitum poterit punire, etiam pœna sanguinis, iuxta no rata in c. de his. de accusatione. In quo tamen vltimo vide Maria. in d. c. proposuisti. char. 3. col. ij. vers. arbitror tamen. de foro compe. & eundem in c. postulasti. col. antep. vers. & aduertere. eod. titu. post Bartol. in l. Senatus. ff. de accusatio. & quod tenet præfatus Doctor. de Prato veteri, & sequitur las. in l. imperium. col. ij. ff. de iurisd. omn. iud. & Soci. in consi. xij. char. penul. col. ij. Et licet superius in articulo, An mandans & mandatarius debeant coram eodem iudice cōueniri dubitauerim: at tamen sequor alios, & in pluribus obligatis, res est sine difficultate, quod est distinguendum, an causa sit diuina an indiuidua, vt supra dixi, & deduxi. quod etiam apertē voluit Marian. in dicto cap. j. in dicta decima quinta declaratione. Bartholomæus filius in dicto consilio xij. & alij supra relati. Sed in pluribus inquisitis de eodem delicto, sicuti Doctores aliter non distinguunt, an causa sit indiuidua vel diuina, ita nec ego: quia sententiā ipsā, quod d semper causa dicatur indiuidua, & hoc ratione eiusdem delicti, & eiusdem facti: quod assumptum vltra eos probatur in l. qui de crimine. C. de accusatione. in quo textu dicitur, quod etsi sint plura delicta ex vnico facto, quod tamē idem iudex est: Quāto igitur magis hoc dicendum est, quando vnico factum est, & vnico delictum: Si tamen velles videre quicquid ferē dici potest circa prædictā materiam vltra Bart. in dicta l. iuris peritos. & in dicta l. præcipimus. & Doctores vbi supra. vide Cepol. caut. lxxvj. Felin. in rub. extrā, de appellat. Barbat. in l. j. §. si stipulanti. ff. de verbo. obligat. circa fin. & in l. ij. in prin. ff. eod. tit. col. vij. & sequenti & xj. & in c. cū aliquibus. de rescriptis. in vj. & Alexā. in l. nulli. de iudic. Mathesil. notabili cxliij. Alex. in ij. vol. cōsi. clxxxj. circa princ. & in iij. vol. cōsi. cxx. col. v. in fine. Bart. in l. fi. in iij. col. ff. de colleg. illicit. Atet. cōsi. xxix. col. pen. in fi. et seq. vbi vide per Nat. in repeti. c. quāuis. de pœn. in xij. quæstio. iij. quæst. principalis. Felin. in rubr. de appellat. col. vj. circa fin. et in rub. de offi. deleg. col. j. Abb. omnino cōsi. xxxij. col. fi. ij. vol. Bart. in l. de iure. circa fi. ff. ad municip. Barba. in ij. vol. consi. xxxvj. in ix. et x. col. et in eodem vol. consi. cxxij. in iij. et v. col. Philip. in rub. extrā, eodem in vij. col. Barba. consi. j. in vj. col. in fi. et sequen. in ij. vol. Felin. in tract. quan. lit. A post. noe. patr. in iij. col. in vj. ampliatione. vbi vide. et Nicellum in concor. cccij. vbi late, et las. in l. si emancipati. C. de collation. Cōmemorat etiā Marian. in dicto cap. j. de foro compe. vnā limitationē, quæ est xxvij. in ordine, quæ s̄p̄ numero cōtinetur, quod d̄ laic⁹ potest cōuenire clericū ratione tributū, secundū glo. in c. princeps. xxij. q. v. et in c. cōuenior. eadē causa et distinctione. in reliquis vide per eū. Vidi igitur, quādo iudex laic⁹ possit iudicare cōtra clericum, et quādo illū possit cōuenire. Nō esset etiā absq; nū videre, An et quādo laico etiā priuato licitū sit capere clericum. In quo vide Ange. in verbo, fama publica, in ix. quæstioe, qui cōcludit, quod potest in duobus casibus, quando reperitur in flagranti crimine, et quādo adest licentia ordinarij, vt per eum; et idem, quando auferet. & quando fas esset eum verberare. Vide per

per Iasonem in l. ij. columna v. ff. de iurisdictione omnium iudic. & in l. vinum. columna quarta. ff. si certum petatur. per Abba. Felin. Aretin. & Decium in c. cum non ab homine. de iudiciis. regulariter igitur non licet, aliis laicus est excommunicatus. cap. ij. in fi. in verbo, ceperit. de sentent. excommunicat. & sentit gloss. in dicto cap. cum non ab homine. Et ista est communis conclusio, quicquid ibi dicat Aretin. & de hoc latè supra diximus in titulo de captura, attingendo etiam singulas limitationes, ibi vide. Et tunc spectat cognitio, an quis sit clericus vel laicus, vide textum in cap. si iudex laicus. de sentent. excommunicationis. in vj. qui dicit, quod d. spectat ecclesiastico, vocato tamè iudice seculari. Quare si is, de quo queritur, qui per iudicem secularem detentus sit, communiter clericus habebatur, & de hoc fama erat, statim absque alia cognitione remitti debet, vt in textu ibi, sed si notorium. Similiter si incedebat in habitu laicali, & laicus existimabatur, non debet remitti, donec sit cognitum per ecclesiasticum: sed ita demum est remittendus, quando ante detentio nem clericus existimabatur. Hæc & alia in dicto textu, de qua materia vide Bartol. & Bald. in l. si qua per calumniam. C. de episcopis & cleric. Corn. primum volum. consilio xxxvij. colum. iij. Cepol. in consilio xj. colum. ij. et sequenti. Gemin. in cap. j. §. fin. in vltima colum. de cleric. coniug. et in dicto cap. si iudex laicus. maximè in fine capituli. Et quid si captus iudici seculari fateatur, quod non incedebat in habitu, an tamen debeat remitti ecclesiastico? Vide Fed. de Sen. in consil. cxxxv. & Gem. in d. c. j. de cler. con. Et quid quando tantum est questio respectu facti, videlicet, an incederet, non autem respectu clericatus, vide Alexan. in l. Titia. col. iij. ff. sol. matrim. Patpal. remissiuè tamen in l. placet. char. 3. col. ij. C. de sacrosan. eccles. Gemin. in d. c. j. de cleric. coniug. §. si. Cepol. in d. consil. xj. col. ij. et Socin. in consil. cxxxij. col. iij. in prin. et Gemin. in d. c. si iudex laicus. in fi. cap. Et ad tex. in d. c. si iudex laicus. adde dum dicit, quod ecclesiasticus cognoscit vocato seculari, quod licet aliàs quando duo iudices contendunt cuius sit iurisdictione ambo concurrant, vt in c. cum conringat. et in c. pastoralis. in princ. de rescript. Tamen fallit quando secularis et ecclesiasticus contendunt, quia ecclesiasticus vti dignior solus cognoscit, vt per Ial. in 156 l. ij. col. v. circa fi. ff. si quis in ius voc. non ier. & Adde etiam, quod licet coram ecclesiastico fieri debeat cognitio articuli premissi, tamen clericus potest instrumentum clericatus ostendere seculari, vt eum iustitiat. Ita Cepol. in d. co. si. xj. col. ij. et ibi etiam notabiliter quod si ille clericus dicat se eum esse, qui in instrumento nominatur, quod ei creditur. Vidi tamen priuilegium Regi Francise à sede Apostolica concedens, vt qui ante delictum per quatuor menses, non incedisset in habitu et tonsura non gauderet priuilegio clericatus: seruatis tamè nonnullis solennitatibus, de quibus in eo, quæ nunquam seruata fuerunt. Et hæc sufficiat in hac materia ecclesiastica, sed si vis videre alia, vide in d. tract. Stepha. Afferri quæ fecit repetendo cle. j. de offic. ordin. vbi lausimè de potestate iudicis secularis in ecclesiasticas personas, et de potestate iudicis ecclesiastici in laicas, et per Maria. in suo mirabili tracta. de foro compet. 159 à princ. vsque ad fin. Et interim quo ad potestatem ecclesiastici in laicos extra imperium suum, dic quod habet omnem potestatem, imò solus in delictis ecclesiasticis, secus in mixtis, quia tunc cognitio est vtriusque, et loc⁹ est præuentioni, vt no. in c. cum sit generale. de for. 160 cōpet. vbi vide Abb. et Doct. Et idè tunc in crimine heresis merè ecclesiastico, secularis iudex nullo modo potest intrinittere. c. vt inquisitionis. §. phibemus. de hæ-

retic. in vj. Sed ad requisitionem episcopi, & inquisitionis, iudex laicus eum punit ad mortè pœna ignis, postquam ipse iudex ecclesiasticus eum condènauit vt hæreticum. ita Abb. in c. ad abolendā. col. iij. pen. vers. in glo. in verbo, laicus, de hereti. Non condènat tamen inquisitor eum vicario ad mortè, sed declarat hæreticū esse, exiitque ipsum priuilegio clericali, ita sentit Abb. vbi §. Est enim sententia sanguinis, quam ecclesiasticus imponere non potest, cap. sententiā sanguinis. necler. vel monachi. ad eod. q. etiam pœna perpetui carceris quando carcer est niumi artus repro batur à iure canonico. Et similiter quando victus ita partè tribuitur, vt vita sustentari nō possit. Ex qua eadè ratione etiā reprobaturs cōsuetudo cōuincendi presbyteros in caueas & ferreas maximè tēpore frigido absq; tecto, vt per Felin. in c. qualiter. el. secūdo. §. ad corrigendos. col. iij. de accus. Dubito tamen, quo ad supradicta, quia Abb. in d. c. ad abolendam. vers. sed quæro circa prædicta, concludit tã de iure canonico, quàm ciuili pœnã hereticū esse pœnã ignis, vnde si illa imponatur per ecclesiasticū, nō fit iudex, vt sit irregularis, p. regulā l. Gracch⁹. C. de adulteris. Reperio Ana. in d. c. ad abolendā. col. ij. in fi. mouentè difficultatē, & dicentē, q. dum ius canonicū imponit pœnã ignis in hoc casu, loquitur de igne eterno, & idèd tenendū est præcedēs opinio quã clare vult Archid. xxij. q. viij. in gl. summæ. & Spec. in tit. de iudice deleg. §. iusta. vers. portō. in fi. & Marian. in caudientiam. de homi. vers. lviij. & ita obseruat cōsuetudo. ad prædictā opinionē vide Fel. in d. ca. ad abolendam. in fi. & Bar. in l. magistratibus. ff. de iurisd. omn. iud. & in 162 l. diuis. ff. de custo. reor. Et tibi quando inquisitor tradit reum condemnatum curiæ seculari, an iudex laicus teneatur stare illi processui, & sententiæ? Et quibus verbis vtiatur isti inquisitores & episcopi cum tradunt degradatos curiæ seculari? vide Abb. in cap. nouimus. columna. ij. in fi. de verbor. signifi. vers. vide ne incurras irregularitatem. Item dicit, quod summus Pontifex in terris Imperij (quod pendet secundum communem opinionem ab ecclesia) habet iurisdictionem si non acta, habitu saltem, secundum communē, vt per Felin. in capitul. nouit. post alios de iudiciis. super glo. in verbo, iurisdictionem nostram. Et idèd propter hanc iurisdictionem possit summus Pontifex, vel eius delegatus citare sine literis subdialibus in terris Imperij subditum Imperatoris, vt per Barto. in extrauagan. ad reprimendam. in verbo per edictum, & Arc. 165 in consil. clviij. col. ij. vers. primus. Et ita Imperator pariter in terris suis in feudatis propter ius superioris, q. retinet. Aretin. in dicto consil. & probatur in clement. 166 pastoralis. de re iud. Papa tamen habet iurisdictionē actu, in non recognoscentem superiorem, vt per Doctore in d. c. nouit. præterquam contra Cæsare, vt ibi per Fel. Deci. notabiliter ibi, & latius in l. si duob. col. ij. de appel. tenet q. siue sit Cæsar, siue alius non recognoscentem superiorem. Quod t. Papa solum est iudex in casu notoriæ iustitiæ, vel in causis arduis, similiter ratione iuramenti Papa & eius iudices ecclesiastici habent iurisdictionē cōtra laicos, etiā in causis feudalis. d. l. cap. nouit. & Fel. in d. c. cum sit generale. col. v. & seq. de foro corp. Et vide omnino, quæ sit iurisdictione Papæ per Card. inc. ne Romani. §. irritū. in v. q. de electio. Habet etiā potestatem Papæ extra imperium suū, quod actu exercet in omnibus spiritualibus, quia in his omnes sunt suæ iurisdictionis. d. c. nouit. de iud. & in c. de presentia. de dot. post diuor. resti. & c. causam querit. qui fil. sine legi. Et idèd potest iurisdictionē exercere in quolibet, etiā nō subditū suū, vbiq; quo ad hoc, vt sit habilis ad ea spiritualia. c. per venerabile. in prin. qui fil. sine legit.

Quæro

Quæro, an si incidere quæstio inter Cæsarem, & illum quem eius vassallū super feudo, an iudex esset Cæsar, vel pares curiæ, vel Papa. videtur quod pares. cap. j. §. præterea si inter. de probi. feud. alien. per Federic. & omnes ibi, & in capit. cateram. de iudic. & dicit Bal. in d. §. præterea si inter. quod etiam procedit hæc conclusio, quando dominus non recognosceret superiorem: tamen credo contrarium, quod imò Cæsar sit iudex, quia iura sunt Imperatoris, dicentia, quod iudices sunt. pares, sed in generali sermone non venit persona loquentis qui est ipse Cæsar. §. fin. de prohib. feud. alien. per Feder. & ibi gloss. Item Doct. qui dicunt, quod pares curiæ sunt iudices, allegant rationem, quia nemo in causa propria debet esse iudex, quæ ratio cessat in Cæsare, & Papa qui sunt iudices in causa propria, vt no. in cap. cum venissent. de iudic. vbi sit regula cum valentis per Felin. & Deci. & reperio quod præpositus Mediolanensis format quæstionem, & ita tenet in titu. apud quem, vel quos contro. feud. col. ij. & allegat text. in fortioribus terminis loquentem in Rege Francorum non recognoscente superiorem in c. nouit. de iudi. Facit tamen differentiationem in Cæsarem, Papam, aliisque supremos principes, prout est Rex Gallorum, & inter alios inferiores non recognoscentes superiorem de facto, & ita intelligendus videtur Curt. in tract. feud. in vltima parte in vlt. quest. & Aluarot. in d. titu. apud quem vel quos contro. feud. termi. deb. & Bald. in d. §. præterea. & idèd Aretin. in d. c. nouit. in v. notab. vult. respectu non recognoscentis quod cognoscat dominus. allegat c. j. de leg. Cor. in prin. Felin. tamen ibi vult quod sint pares curiæ in gl. in verb. iudicare. ibi, limita hanc conclusionem secundum Bald. in §. præterea. ita etiam in effectu Felin. in c. venissent. de iudi. dū allegat Bald. in d. §. præterea. Ego persisto in mea opin. quod imò Cæsar sit iudex. per tex. in d. c. nouit. qui nō potest cauillari, & qui fortius, vt dixi, loquitur. & ita Aluarot. quod potest Cæsar, si vult quando est præsens, aliàs quod sunt pares curiæ. c. j. apud quem vel quos. col. ij. vers. quoniam. vbi vide. Sed in aliis inferioribus non recognoscentibus, t. videtur, quod sint pares secundum opinionem Præpositi, & vt dixi, sic tenent plures, in non recognoscente, quod iudices sint pares sed ad hoc vltimum obstat text. in d. c. nouit. qui loquitur in rege Francorum, & vult quod cognitio sit regis. Cur igitur diuersum inter eū, & alium inferiore qui non recognoscat superiorem? & idèd Aretin. ibi in v. notab. indistinctè tenet quod talis est iudex, & nō pares curiæ. In Cæsare clarum est, quia non venit, vt dixi, persona loquentis, sed in his aliis hoc opus, hic labor est, per dictum cap. nouit. Non obstat gloss. in verbo, ipsum. in d. cap. que dicit, quod text. loquitur, quando est quæstio inter duos vassallos, quia destruit text. Veritas, diligenter considerando, videtur esse quod si est quæstio inter vassallum qui sit subditus, & dominum non recognoscentem superiorem, quod dominus est iudex, sed si non est subditus, cognoscat papa. ita Abb. in d. cap. nouit. in verbo, iudicare. & dū super hac quæstione, in casu arduo esset dubitatum, dicebat excellentissimus doctor D. Franciscus Sfondratus Senator dignissimus, & tunc collega meus, qui postea à Paulo 111. Pontifice Maximo in Cardinalium collegium merito cooptatus est, prædicta posse redigi ad concordiam, secundum hanc vltimam distinctionem, & reuera videtur quod Abb. etiam loquatur in feudo, quia sic dicit, iuxta text. loquentem in feudo. 172 Tamen non bene diceret, si loqueretur in feudo quo

Bosius

ad non subditos, quia tunc pares curiæ sunt iudices, vt etiam explicitè Felin. ibi, in verbo, iudicare. inherendo Bald. & sequacibus vbi supra. nisi sint suspecti, vt per eos, sed quo ad subditos bene dicit, vt non recognoscentes cognoscat, & hoc per nota. in d. c. cum venissent. de iudic. vnde dum generaliter dicunt Doct. communiter, quod quando est quæstio inter dominū & vassallum, quod pares sunt iudices, intellige, vt non procedat respectu subditi. Et t. aduerte, quod si non ageretur de feudo principaliter, sed in consequentiam putā, quia præsupponeretur per Cæsare aliqua rebellio, tunc sine dubio per prædicta Cæsar esset iudex, imò quilibet feudatarius minor esset iudex, vt consiluit in terminis Alexan. in cōf. xij. col. ij. vol. vj. alleg. Guli. de Cun. in l. cum debitoris. C. de iudic. & alia, vt per eū, & ita videmus in Duce nostro seruari quod iudic quo ad rebellionē cōtra eū commissam. Ad prædicta vide etiam And. de Her. in d. §. præterea si inter duos. de probi. feu. alie. per Feder. in antepen. col. vers. sed nunquid Cæsar puniat iniurias imperij. Et dum dixi, quod respectu subditi dominus est iudex loquendo in non recognoscente superiorem. Dic quod non solum 174 in nō recognoscente superiorem, imò t. in recognoscente ex consuetudine communiter illius patriæ, vel ex decreto, prout nos hic Mediolani habemus, dominus est iudex etiam respectu rei feudalis. ita seruatur in hoc dominio Mediolani: sic etiam cauetur ex erectione Senatus, & dixi supra, in materia decreti, de maiore magistratu circa fin. allegando Bald. in d. cap. j. §. præterea. de prohib. feud. alien. per Feder. & Iacob. de sancto Georgio in gloss. & dicti vassalli predictis rebus. col. ij. in princ. qui dicit hanc consuetudinem esse in consilio Taurinensi, & ita etiam per Doct. maximè Deci. in c. quia. C. extrā. de iud. Quæro 175 postremò quando duo t. principes contendunt de omnimoda iurisdictione ciuitatis, vel castris, quis erit iudex? & dic, quod simul ambo cognoscent, vel eorū iudices. c. pastoralis. & c. cum contingat. de rescript. & Bartol. latè distinguens in l. de iure. in ff. ad municip. & seruatur sicut dixi, quia eliguntur iudices per vtrunque, qui simul cognoscent: si vero esset controuersia ratione alicuius delicti commissi, quo ad locū, seruatur quod ambo separatim cognoscent, vt per Maria. in c. postulasti. col. iij. vers. circa septimam. de foro compet. & alibi sæpe. Et an sententia t. lata ab vno principe, circa iurisdictionem loci, de quo est controuersia, præiudicet alteri scienti, & non appellanti saltem in possessorio, vide Alex. in l. sæpe. ff. de re iud. in col. xxxix. & iij. sequētibus. & ibi quod præiudicat in possessorio, & non in petitorio. In materia igitur controuersie feudi regula est, q. pares t. curiæ sunt iudices, & hanc regulā ponit Curt. in tract. suo. char. fi. col. j. quā ampliat quatuor modis, & limita Felin. & Deci. in d. c. caterū. de iudi. Et hoc quando cōstat de feudo, sed super eo est controuersia, sed si negetur, vel ex parte dñi, vel vassali, tunc pares cognoscent de hac qualitate summam, & cognita qualitate feudi procedūt in causa, sic Aret. in d. c. ceterum. sed malè dicit, quia ordinarius cognoscat de hac qualitate, ita doctè Iac. de S. Georg. in gl. & dicti vassalli col. ix. vers. sed iuxta prædicta quæ. vbi omnino vide, & ita sentit Curt. in d. tract. char. fi. col. j. vers. tertio limi. & Dec. in d. c. caterū vers. in gl. j. Et ad ea quæ dixi, quod tamè Cæsar est iudex, & quod in Cæsare regula dicta, non procedit: Adde quod nihilominus de honestate hoc nō venit, vt etiam animaduertit Dec. in d. c. ceterum. char. 3. col. j. ad fi. Et idèd est concludendū omnibus consideratis

quod sunt pares curia, nisi in casu de quo supra. vel nisi valletus esset subiectus per predicta. Et si vis scire ad quem appellaretur quado appellaretur a paribus, vide Doct. in d.c. ceterum. maxime Felii. & Dec. & Iaco. vbi supra, & non ignores text. in hoc de paribus in c. j. §. Sancimus quo tempore miles. vbi dicit, quod appellatur ad Casarem, & ibi vide Aluarot. & ita remanet expedita hac materia competentie & incompetentie iudicis in materia criminali, & concernente honorem principis, quae materia est vtilissima, quia nemo pot conueniri coram non suo iudice, & sententia lata a iudice non a competenti per totum, sive sit ordinarius. l. fin. C. de exceptio. siue delegatus. d. l. j. & iij. C. si a non compet. iud. siue iudi. adeo vt etiam post sententiam possit quocumque opponi exceptio incompetentie, & nunquam talis sententia dicatur transire in re iudicatam, etiam quod essent tres sententiae conformes, vt late & notabiliter per Ang. Are. in §. appellatur. in tit. de except. col. x. & seq. nisi tamen esset prorogata iurisdicchio iuxta l. j. ff. de iudi. & l. si conuenit. ff. de iurisd. om. iud. vnde conuentus imprimis ante litem contestat. opponere debet declinatoriam. d. l. si conuenit. & ibi nota. & per Are. vbi supra, col. xij. & seq. Aduerte tamen, quia si formata inquisitione, reus inquisitus, sit examinatus sine alia contradictione, & etiam confessus fuerit, per hoc non dicitur prorogata iurisdicchio. ita Ang. consil. xxvij. quia compulsus illud videtur facere vt per l. in. in c. ad petitionem. ex tit. de accus. & Cepol. con. l. ix. ad si. Eodem modo si datur bannum in contumaciam contra aliquem per non suum iudicem, non prorogatur iurisdicchio secundum Bal. in l. qui ex consensu. C. de epis. audien. ver. si. deinde not. Et Alex. in l. ex quacunque. col. iij. ff. si quis in ius voc. non ier. Et si in causa criminali quis prorogatur iurisdictionem non sui iudicis, tamen iudex competens potest per inquisitionem procedere. Are. in c. quod clericis. col. ij. de fo. compet. Vltimo in hac materia inquisitionis, quo ad competentiam iudicis nolo omittere articulum, an iudex originis, vel domicilij possit inquirere pro delicto commisso extra territorium: vide Hippoly. in l. si. ff. de iurisd. om. iud. in char. 6. col. ij. & iij. qui tenet non posse, communis est in contrarium, vt attestatur August. de Arim. in gl. hac est quaedam inquisitio. circa si. & quicquid sit, vsus approbavit quod possit, tamen ex auiditate iudicij, qui ad lucrum properant, tum etiam ne delicta remaneant impunita: per accusationem enim res est clara, quod potest ex regula generali, quod quis sortitur forum, etiam ratione domicilij, licet in ea non deliquerit. l. j. C. vbi de crimi. agi oportet. cu alijs allegatis per Alex. consil. clxvi. vo. vij. Itē res est clara, quando posset procedi de iure communi per inquisitionem, iuxta tradita per Bar. in l. j. §. si in publico. col. ij. ff. de adul. & supradicta in ver. ij. non est omnino praeiudicium, & hoc iisdem terminis, prout dixi, quo ad accusationem, & ita Ang. in quaestione quam facit de hoc articulo, & quaestioe quae incipit, disputatio Bononiensis. dicens hunc casum esse sine dubio, & hoc per text. in l. si quis in hoc genus. C. de sacrosan. eccl. quod procedit, quicquid calumiose dixerit Odofr. in hac quaestione, de qua per Bar. in l. cū eos populos. C. de sum. Tri. in char. pen. col. ij. ver. item quaero quid si in statuto. vbi latius Barto. tractat hanc quaestio. in genere loquor tamen habito respectu ad magis communem Doctorum opinionem, quia aliqui sequuntur Odofr. Solū superest difficultas, quando statuto permittitur inquisitio, an etiam possit fieri

in loco originis, vel domicilij, & vt in quaestione formata, & dubium facit text. in c. j. §. de consil. in vj. Tamen communis est etiam illa quam dixi, & vltra Bart. vbi supra, & Cin. per eum relatu sic tenet Ang. in d. quaestio. & in l. si vacatia. C. de bo. vacan. l. x. & Sali. in l. ea quidē. C. de accu. col. xvj. & Abb. in consil. xxiiij. & postremo hanc firmat Maria. Soci. in c. qualiter. el. secundo. in v. art. principali in xiiij. quaest. de accu. vbi per vij. col. disputat, & tandem se firmat in hac parte. Limitando tamen quando si commissum esset delictum impunitum esset, in quo non dubito per ea quae ponit. Nel. in tract. banni. in ij. parte, secundo reponis. quaest. lvi. Vfus etiam hanc opt. approbat, & ideo non est inusitatum vltimus.

Tit. de Accusatione.

SYMMAE.

- 1 Nemo ex regula sine accusatione damnatur.
- 2 Accusator non tenetur hodie se inscribere, nec constituere, & qualis fiat scriptura.
- 3 Notificationes sine nomine deferentis non debent a iudicibus accipi.
- 4 Accusator hodie non fideiubet pro expensis, licet iure communi, & statuta oru id caveatur, nisi sit non suppositus.
- 5 Forensis prosequens suam, vel suorum iniuriam potest accusare.
- 6 Querela quae hodie proponitur non habetur pro accusatione, sed inquisitio.
- 7 Accusatio quare hodie prorsus cessat.
- 8 Querelare, vel accusare non potest quis, nisi in criminibus publicis, & vbi venit applicanda poena fisico.
- 9 Accusare, seu querelare potest, etiam is cuius non interest, vbi ex officio procedi potest.
- 10 Publica iudicia non cognoscuntur ex qualitate poenae, nec ex eo, quod per statuta sit variata poena, idcirco de finit esse publicum iudicium.
- 11 Civilis causa non potest simul cum criminali principaliter intentari.
- 12 Criminalis causa institui non potest instante fisco, vbi parte instante non posset ex consuetudine Mediolani, licet aliter sit de iure.
- 13 Querela per quam verisimilis veritas delicti potest deprehendi praefertur.
- 14 Iudex ex officio potest processum prosequi, quando accusator desistit ab accusatione, vel impeditur, vel alia ratione, etiam in priuatis delictis.
- 15 Desistere ab accusatione quando liceat.
- 16 Abolitionis publica legalis & priuata materia, vbi tractetur.
- 17 Accusator proponens falsam accusationem, vel querelam punitur poena qua calumniator hoc est similis supplicij.
- 18 Accusator manere debet in carceribus cum accusato, vbi statim accusaretur per accusatum de falsa accusatione, & staret iudicium.
- 19 Accusator calumniosus quando de vera calumnia, & non presumpta agit, condemnatur, sed de consuetudine non seruatur.
- 20 Accusatus calumiose potest actione iniuriarum agere contra accusantem.
- 21 Iudex calumiose inquirens punitur extra ordinem ob veram calumniam non ob praesumptam.
- 22 Calumniator quis dicatur.
- 23 Praeuariicator quis dicatur.
- 24 Calumniari dicitur qui scienter crimen falsum proponit, & solet interrogari querelans, an velit uti querela, ut

- 25 Interrogatus an velit uti querela, tenetur omnino respondere etiam quod scriptura sit ab alio confecta.
- 26 Accusans calumniatorum factis habet fundatam intentionem, quando calumniator accusauit pro facto in se commisso.
- 27 Calumniator condemnatur, & ad poenam, & ad expensas.
- 28 Calumniator quomodo a calumnia excusetur, & non ab expensis.
- 29 Calumiose querelans non excusatur ob iudicium, aut famam, licet iudex ratione officij excusetur.
- 30 Querelandi, vel accusandi iuri praescribitur viginti annis, si de per decennium poena minuitur.
- 31 Confessio bonorum tollitur quinquennio, licet aliud sit ante decreto Mediolani.
- 32 Inquirendi iuri praescribitur viginti annis.
- 33 Inquisitio & accusatio quo ad poenam corporalem cessat, mortuus accusato, siue ante sententiam, siue post, licet aliter quandoque factum sit contra insignes latrones.
- 34 Poena pecuniaria, vt secuta condemnatione ante mortem delinquentis, etiam quod prius lis contestata fuisset etiam ante decreto Mediolani.
- 35 Poena publicacionis bonorum imposita a bannito in contumaciam non transit contra heredem.
- 36 Poena transit contra heredem licet contestata in priuatis delictis quando civiliter agebatur.
- 37 Haeres delinquentis mortuus lite iam contestata tenetur insolidum, secus si mortuus sit lite nondum contestata, quia tunc tenetur quatenus ad eum peruenit.
- 38 Accusator qui non precedentibus iudiciis accusabat, constituebat se in carcere.
- 39 Accusator carere debet suspicione non minus quam testis, alias repellitur.



V P R A diximus de modo procedendi per inquisitionem, de quo vti magis consuetudo in primis locuti sumus. Nunc videndum est de alijs, & primo de accusatione. Est enim accusare aliquem reum criminis in libello deferre. l. libellorum. ibi, reum deferre. ff. de accus. secundum omnes, & de iure loquendo, haec est regula, quod nemo sine accusatione damnatur, iuxta illud Domini, Si nemo te accusat mulier, nec ego te condemno. Verum per statuta & consuetudinem, quasi vbique est prouisum, quod etiam sine ea inquirendo possit procedi, vt supra late dixi, in materia ipsa inquisitionis. col. ij. in quaestione, an omni casu possit formari inquisitio. Et inter caetera requisita ad accusationem erat necessesse, vt accusator se inscriberet ad poenam talionis. l. iij. C. qui accusa. non poss. & in l. si cui in princ. ff. de accusat. & ideo tenebatur etiam se constituere sicut accusatus. l. si. C. de accusat. Sed hodie cessat ex consuetudine haec poena talionis, & amplius non sunt libelli accusatorij, requiritur tamen aliqua scriptura, quae contineat nomen accusatoris, accusati, crimen, locum criminis, & tempus, iuxta l. libellorum. in princ. allegata. & ita ex consuetudine seruatur secundum Gandi. in tit. qualiter fiat accusatio. col. iij. & alios in locis infra allegandis. Ideo male faciunt iudices, & notarij qui interdum accipiunt scripturas, in quibus deferuntur rei pro aliquibus criminibus, & quas notificationes, appellat sine nomine notificatis, ex quo sequuntur mille vexationes, quia calumnia coperta, calumniator non potest in expensis damnari, quod est impium, iuxta nota. per Barto. in l. j. ad fin. ff. ad Turpil. & per Felin. in c. accepta. Bofsius

dens. col. iij. de accusat. & per Hippoly. in l. parte, vel marito. col. iij. & pluribus sequentibus. ff. de quaestio. in quibus locis late de materia condemnandi victum in expensis in criminalibus. Et ideo Senatus noster per decretum superioribus diebus ordinauit non posse procedi per tales notificationes sine nomine, & calumniosè querelantes esse condemnandos in expensis, & ita obseruatur. Non tamen accusator tenetur fideiubere pro expensis, iuxta text. in authent. generaliter. C. de Episco. & cleri. & l. iij. C. qui accusa. non poss. & dispositionem statuti nostri in criminalibus, quod est primum in ordine, quia sicut ius commune recessit ab aula, vt per Doct. vbi supra, & gloss. instit. de fatid. in §. sed hodie: in prima gl. sic etiam statutum. Est verum, quod ex quo in ciuilibus statutis habemus aliud disponens, vt non suppositus qui velit agere, teneatur fideiubere, quod saltem in suo casu videtur procedere, scilicet respectu non suppositi, iuxta consil. Aret. cvij. quod statutum licet correctorium in ciuilibus procedit etiam in criminalibus. Tamen his diebus praeteritis dum euenisset casus in Hieronymo Morefino incola locorum, quae Heluetis subiacent, qui prosequeretur cam criminalē contra quandam Comensem in ciuitate nostra Mediol. Sena. extendit dicta consuetudinē, etiā ad hunc casum. Est verū q. alia rōne nō habebat locū statutū, quia loquitur de nō supposito contra suppositū, sed tunc agebat nō suppositus contra non suppositū. Et si dicas, Tu vbi igitur, quod forensis possit accusare. hoc non est verum per gloss. in l. j. qui reus. ff. de publico iudic. & Angel. in rub. ff. de publico iudic. Sed respondeo, quod si forensis vti vnus de populo accusat procedit haec dubitatio, quia sua non interest in patria aliena, sed in prosequente suam, vel suorum iniuriam, nulla est dubitatio, quin possit, vt per Bar. in d. l. si quis reus. & Doct. ibi, & in l. in prouinciali. §. si. ff. de noui oper. nuntia. quinimod etiam quilibet alius potest secundum communiter Doctores. Et quia dixi, quod hodie amplius non sunt libelli accusatorij, sed querela defertur in quadam scriptura eo modo, sicut dixi. Scias, quod sicut non omnis potest accusare, iuxta dicta Gandi. fol. col. ij. & seq. & per Aret. in gloss. nec non ad querelam. col. vj. vij. seq. ita non omnis poterit sic querelare, aut querelari, quia & si recesserit ab vfu aliqua requisita in accusatione, vt inscriptio ad poenam talionis, & praestatio fideiussionis, caetera tamen remanserunt per regulam l. praecipimus. in fin. C. de appel. Vfus tamen non admittit tales querelas pro accusationibus, quia hoc modo non esset necessaria alia inquisitio, quae tamen quotidie formatur super talibus querelis, & ita querela habetur pro querela, & non pro accusatione, quod sit verum nunquam vidi disputari super ineptitudine querelae, nisi circa nomen accusatoris non expressum, vt supra dixi. Vbi verò esset accusatio querelae, & pro accusatione haberetur, non posset formari inquisitio, quia vnū scilicet ordinarium, tolleretur aliud extraordinarium, vt supra dixi, in materia inquisitionis, & ita Cepol. col. fil. l. xv. col. ij. bene vidi disputari, & video super inquisitioe, an aliquid ex requisitis in accusatione, iuxta libellorum. in princ. ff. de accus. deficiat ex quo apparet, & successit inquisitio ipsa loco accusationis, non querelae, & ita Bar. & Doctor. in d. l. libellorum. nec mirum quod penitus cesset t accusatio, quia defecit ex consuetudine id vnde eueniebat, vt sine accusatore nemo damnaretur, scilicet poena talionis, secundum Bartol. in l. athletas. §. calumniator. ff. de calumniato. & haec sunt contraria opin. Gandi. & Ange. vbi supra.

que est quod licet hodie non fiant libelli accusatorij, tamen illa scriptura in reliquis remanet accusatio. verum, quia ratio Barro. in dicto §. calumniator. patitur difficultatem, propterea ab eis non recedo. Non tamen t̄ omnis potest querelare siue accusare, etiā vbi aliā persona est apta, sed in criminibus publicis tantum, & in priuatis vbi venit applicanda pœna fisco, aliis tantum auditur is cuius interest, vt per Barro. in rubr. ff. de pign. actio. & per Aretin. in d. gloss. nec non ad querelam. Verum t̄ est aduertendum, quod etiam in priuatis, vbi potest ex dispositione iuris, vel statutum procedi ex officio, semper omnis admittitur etiam quod sua non interit, secundum Card. in c. exceptionem. in vj. quæst. extrā, de except. & Felin. in c. dilecti. col. ij. extrā, de maiorit. & obed. vbi vide circa materiam popularium actionum. vide etiam Roma. consil. clj. & Bald. v. volu. consil. cxvj. vbi pulcher casus. Est etiam t̄ sciendum, quod non est inspicienda qualitas pœnæ, vt cognoscamus crimen publicum à priuato, sed videri debet l. j. ff. de publi. iudic. & institutu. eodem. in princ. in quibus locis enumerantur publica delicta, nec propterea quod sit variata pœna iuris communis à statuto in publico delicto, amittitur nomen publici delicti, sed per statutum illud est priuatum quod ab eo delictum factum est, vt lare, & notabiliter per Bart. in d. l. j. col. penult. vbi vide omnino. & Ias. in l. ij. in fi. C. qui testam. facc. non poss. declarādo ex his egregiè dictum Bal. in d. l. ij. in fi. vbi dicit, quod statuta sunt leges priuatorum delictorum. His sic enucleatis, Quæro de aliquibus, & primò, an quis possit simul principaliter intentare causam ciuilem, & criminalem? & dic non posse, sed prima est priuatis act. ciuil. priuatis. crimi. Gandi in tit. qualiter fiat accusatio col. ij. & Bart. in l. ij. §. hoc edicto. col. ij. ff. vi. bo. rap. & dixi supra. ti. præcedenti. Secundò quæro, an fiscus possit t̄ causam criminalem instituire, quam quilibet non possit, vt in priuatis delictis regulariter. & videtur eum posse per regulam predictam. §. quod licitè. iuncto hoc, quod ipse princeps videtur latus in quo consistit publica vtilitas, iuxta nota. in l. j. ff. solu. matrimonio. Vnde hoc modo non est verum dicere quod sit fiscus vti quilibet, sed ex his qui suam iniuriam prosequuntur. Et hoc sine dubio procederet vbi effemus in casu in quo esset licita inquisitio ex cōsuetudine, vel ex forma statuti per nota. Felin. vbi supra, in c. dilecti. col. ij. de maiorit. & obed. Sed etiam quod non sumus in eo casu adhuc idem dico ratione prædicta, accusando, non vt inquirendo procedatur, quia nec frater occisi haberet hanc facultatem in casu in quo inquisitio esset illicita, in ciuitate igitur nostra Mediolani, in qua ex consuetudine omni casu est licita inquisitio, quamuis ex forma statuti sine instantia partis, ex puro officio licita sit tantummodo in aliquibus casibus fiscus possit instare omni casu, etiam in priuatis delictis, vt procederetur, & sic etiam in furto, quod est priuatum delictum, imò etiam sine fisco possit iudex ex mero officio hoc facere. per regulam dict. §. quod licitè. nisi repugnaret statuto. ita Bar. in l. inter omnes, §. rectè. col. j. ff. de fur. & sequitur Alex. consil. xxiiij. vol. ij. col. iij. & Felin. in cap. nulli. col. ij. verfic. item in quantum. de accus. & in cap. j. col. si. de præsumpt. & licet ius ita velit, tamen prædictum statutum interpretatum fuit, vt vbi non potest procedi, nisi par te offensa instante, nec etiam possit procedi instante fisco, & vide ad hoc, infra, in tit. de fur. verfic. pax. vbi declaro quæ hic dicuntur, nec aliter intelligeres, Ter

tiò quæro t̄ quādo reperiuntur duæ querelæ à diuersis, corā duobus iudicibus de eodē delicto, puta, capitaneo & prætoro, quæ preferatur, & dic, quod illa præfertur, per quā veritas facilius & verisimiliter poterit erui. l. si plures. & ibi Bar. in fi. ff. de accus. & dixi latè supra, in materia inquisitionis, in articulo, an inquisitionis iudicium sit ordinarium, vel extraordinariū, vbi omnino vide. Quartò quæro, quādo ad querelā alicuius proceditur, qui postea ante expeditionem citatus nō cōparet, an eundē processum possit t̄ ex officio prosequi iudex? & dic eum posse. ita Bar. in l. inter accusatorē. ad fi. ff. de publi. iud. & ita seruatur secundū Ang. in gl. cōparuerunt dicti inquisitioni, & negauerunt rotum. col. si. & nō solum in criminibus, vbi ex puro officio potest procedi hoc seruatur, sed in furto, vbi secundū statuta requiritur instantia partis, & instante fisco multò fortius est procedendū per regulam d. l. licitatio. §. quod illicitè. & ita pro absoluto habet Barba. consil. lxxij. vol. j. vbi est litera xxij. nisi secundū eū repelleretur ipse accusator à procedendo ulterius, propter calumniā accusatoris, iuxta d. l. ij. eū materia. C. de abol. & si mihi cōtingeret quod accusator nō compareret, statuerē ei terminum ad prosequendū suā accusationem, quo elapso ego prosequerē iam inceptā idem si accusator moreretur, vel aliter esset impeditus, iuxta l. libellorū. §. si. ff. de accus. & idē omni alio casu quo appareret accusatorē desitisse, & hæc etiā sunt iuridica, vt per Are. vbi omnino vide in capit. licet in beato. extra, de accus. in antepen. col. & vsque ad fi. vide etiā hanc materiam per Ana. in c. crimina. de collu. dereg. per Aret. & Felin. in c. quia. Gul. extra, de iudi. Et quando liceat desistere, vide Bar. in l. quæsitū. ff. ad Turpil. Aret. vbi supra, col. si. circa fi. Alex. in l. edita. col. iij. C. de eden. & in rub. C. de in ius voc. & in eis locis plenè inuenies materiam t̄ abolitionis publicæ legalis, & priuata. Quintò quæro, an ille qui falsam accusationē instituit, vel falsam querelam teneatur pœna t̄ falsi? Hæc est notabilis quæstio. Bar. in l. si quis obreperit, col. j. ff. de fal. vult teneri, dicens quod si agatur de falso, sequitur condemnatio falsi per illam legem, sed si agatur ad calumniā, sequitur pœna calumniatoris, quæ est similis supplicij, iuxta l. final. cum similib. C. de accus. Bald. tenet contrarium, quod imò non potest agi de falso, sed lege Remia, quæ imponit pœnam calumniatori. & ita expressè l. prima in principio. ff. ad Turpil. quæ pœna, vt dixi, est similis supplicij, & sic si pœna est determinata accusato, similis imponitur accusatori, si non est determinata, est arbitraria, vt declarat gl. ibi nitidè & opi. Bar. sequitur Ang. in gl. necnō ad querelā. co. xij. ver. quæro q̄s produxit. & Alex. cōsi. xj. vol. j. vbi vide omnino, sed opi. no. Bal. sequitur Felin. in c. nonnulli. §. j. col. iij. extra, de rescri. vbi r̄ndet ad d. l. si quis obreperit. quæ est fundamentū Bar. tene cum Bal. & ita tenet August. de Arim. ad Ang. vbi supra, & fundamentum est in dicta l. prima in prin. ad Turpil. cui non potest responderi. Et quia facti sunt tituli separati falsitatum & calumniarum, & quia etiā aliter sequeretur, quod quamuis pœna esset minima, quo ad accusatum, tamen quo ad accusatorem esset maxima, quod videtur in honestum. & hæc sunt fundamenta Baldi, vbi supra. Alexandr. etiam in dicto consilio vndecimo potest euitari, quia mulier ibi non solum fecerat officium accusatoris, sed etiam vti testis fuerat examinata cum iuramento, quo casu etiam secundum Baldum vbi supra, talis punitur pœna falsi, vt etiam declarat notabiliter Baldus in legē & si legibus. C. si contra ius vel vit. public. vbi omnino

omnino vide circa d. l. si quis obreperit, quia distinguit quod aut quis obripit impetrando, aut litigando aut accusando, aut per reum mendaciter negando, aut probando, aut deierando, & tūc distinguit inter testem & partes. sunt verba aurea, quæ possent decidere infinitas quæstiones, & hanc opi. Bald. quam sequor tenet Gandi in ti. de fals. col. vj. verfic. pone quæstionem, quæ etiam de facto mihi cōtingit Bononia, vbi format quæstionē in terminis, & dicit, quod quinque accessores, inter quos vnus ipse erat, fuerunt dubij de hoc articulo, & quod consuluerunt deliberato consilio talem accusatorem non posse de falso puniri, subdens quod hæc est veritas, & quod vidit vbi libet legum Doctores ita obseruare, subdens D. Lambertum dixisse, quod tamen non effugiebat pœnam calumniatoris. De hoc articulo vide etiam Putin tracta. syndi. charta vltima. col. vlt. & ibi potius sequitur hanc opin. quā aliter, dum allegat iura punientia calumniatorem simili supplicio, verūm quia hæc pœna similis supplicij cessat ex consuetudine, remanet pœna non determinata à iure, & ex obseruantia imponitur pœna pecuniaria, & forte arbitrium iudicis esset acris, quando quis ita facere consueuisset. Et ex his intelligis Bar. in l. fin. C. de accus. qui dicit, quod licet consuetudo velit, vt t̄ accusator cum accusato remaneat in carceribus, tamen si accusatus statim accusaret accusatorē de calūnia, & falsa accusatione, eo casu etiam accusator deberet remanere in carceribus, quod tamē intelligo vbi adesset iudicium calumnie, sicut in ceteris criminibus, & prædicta quando ostenditur per probationes illam querelam falsam t̄ esse, quæ eo tunc etiā procedūt in casibus in quibus abest in dubio calumnia, iuxta no. in d. §. calumniator in gl. ceterum si nihil esset probatum, & sic agatur de præsumpta calumnia, tunc procedit cōclusio communis, quæ est, quod qui non probat præsumitur calumniari cum suis limitatōibus, de quibus in d. gl. in §. calumniator. Ab. & Felin. in c. ij. de calumnia. & in hoc habemus statutum in hac ciuitate, de eo qui aliquē accusat, & non probat, quod non punitur, sed non seruatur, & dum dixi, quod vbi constat clarè de calumnia, & de falsa accusatione, etiam vbi aliās cessat præsumpta, quod tunc sequitur pœna. hoc patet ex cōclusionē Bart. in l. in Senatus. §. eos. ff. ad Turpil. quæ est, quod vbi cessat in dubio calumnia, nō cessat euidēs, vt etiam per Are. in consil. lxxx. col. iij. Iudex tamen non debet statim condemnare non probantem, sed statuere terminū ei ad se defendendum, quia posset allegare aliquam excusationem, ita gl. & Doct. vbi supra, & Sali. notabiliter in l. mater. C. de calum. Sed quemadmodum non obseruatur statutum, ita etiam nunquā vidi seruari ius cōmune, qñ accusator in probatione deficiat, nisi quo ad cōdēnationē impensarū, sed dices, q̄ idē nō vidi seruari quæ raro cōtingit q̄s nō excusetur ab hac præsumpta calūnia: fama enim, & quodlibet iudicium excusant, vt per Doct. vbi supra. Est y: rum, quod accusatus t̄ possit sibi iniuriā illatam per actionem iniuriarū vindicare. Alex. in d. cōsi. xj. vbi vide, quod remedium est tutius, quia etiā in casibus in quibus quis esset excusatus à calumnia, non esset excusatus ab actione iniuriarum, vt per Soci. omnino videndum, in consil. ex viij. col. pen. & vlti.

21 Et quid in t̄ iudice inquirere calumniosè, ita quod appareret de vera calūnia, non dico præsumpta, quia necessitas officij eum excusat, habes Aret. in c. qualiter. el. secundo. col. xij. de accus. qui dicit, quod punitur extra ordinem, licet enim sit excusatus à præsumpta, propter officij, vt dixi, non tamē à vera, à qua nemo est excusatus. l. ij. C. qui accus. non poss. & per Bar. in l. in Senatus. §. eos. ff. ad Turpil. & Aret. in consil. lxxx. col. iij. Aduerte tamen, quia non solum dicitur calumniator t̄ qui aliquem de falso crimine accusauit, sed etiam aliis modis, vt habes in toto tit. de calumnia. ff. & C. Nam qui dicit pecuniam, vel aliud alicui, vt desistat à negotio calumniosè, facit calumniatorem accipientem, & qui dat aliquid alicui, vt faciat negotium calumniosum, etiam calumniator est. l. j. ff. de calumnia. & hæc aliquando fuerunt obseruata cōtra magnum causidicum huius ciuitatis, malo suo facto. De præuaticatore t̄ habes tex. in d. l. j. in princ. ff. ad Turpil. & totum tit. ff. de præuaticato. & quo tempore fuerunt seruati dicti termini contra illum causidicum, termini præuaticationis ei etiam nocuerunt. Aduerte etiam, pro cōdimento dictæ materie, quod 24 tex. in d. l. j. ff. ad Turpil. dicit quod t̄ calumniari est falsa crimina intendere, & ibi gl. & Doctores addunt scienter. Si igitur vis querelantem de falso querelare, siue de calūnia, vt rectius loquar, dic in querela, quod scienter accusauit t̄ cōtra veritatem, & ita probes, & habebis quod intendes, & si non potes probare scientiam, sed tantum calumniā in se, interroges eum, si vult vti illa querela, & si respondet velle, dicitur scienter produxisse illam querelam falsam, ita est statutum in hac ciuitate, quod etiam est de iure, quia interrogatio habet hoc expressum, quod querela est falsa, & si respondet velle vti, quod eum arguet de falso, secundum Bar. in d. l. diuus. non mirum igitur si cōstat de scientia per hanc viam, & hic modus interrogandi obseruatur, & est approbatus à iure, vt per Are. in c. præsentium. de testib. & quia statutum nostrum loquitur fortè de scriptura falsa, & tali falsitate quæ mereatur pœnam falsitatis, idē si remedium iuris non iuaret (prout dixi iuuare) esset hæc obseruantia inanis, non etiam allego ad puniendum talem, aliud statutum puniens scienter falsam scripturam eodē fundamento, quia nos non sumus in his terminis, sed in materia scripturæ calumniosæ, & idē punitur, vt dixi, extra ordinariè, & pecuniaria pœna. Nec t̄ tu in terrogatus poteris euitare responsionem, dicendo quod sit facta scriptura per alium, & hoc virtute alterius statuti in ciuilibus volentis, quod quando scriptura est facta per alium non teneatur quis respondere, quia non refert, an sit facta à te, vel nomine tuo per alium, aliter etiam instrumentum meo publico, id est, factu ad instantiam mei ipsius non tenerer respondere, quod est absurdum, & idē superioribus diebus in senatu fuit coactus mercator respondere si volebat vti libro rationis confecto à suo institore non obstante prædicto rigore. Aduerte tamen quia prædicta procedunt quādo querela continet rem alienā, sed si continet factum t̄ proprium querelantis, puta, quod ipse fuit insultatus, & falsum demonstraretur, satis est fundata intentio querelantis de calumnia ex ipsa querela, ita in effectu declarat Bar. si eum bene vides, in d. l. diuus. & Felin. in dicto c. præsentium. in verfic. secunda cōclusio. Cetera dicā in materia falsi, 27 dixi supra, quod in hac materia t̄ calumniatum nō vidi ius cōmune seruati, nisi quo ad cōdēnationem expensarum, & ne erres, scias, quod pœna calumniatoris est propriè pœna, condemnatio verò expensarum est interesse respectu rei familiaris non pœna, & idē calumniator patitur vtranque cōdēnationem, sicut facit quilibet victus qui dānatur in re principali, & etiam in expensis. l. fi. C. de fruct. & lit. expen.

& c. j. de crim. fals. Quis tamen excusabitur à calumnia iuxta nota. per Felin. in d. c. ij. de calumnia. & tamen non erit excusatus ab expensis, vt notabiliter dicit Abb. in consi. lxxviij. col. penult. circa fi. & sequē. In his enim expensis non sufficit color querelantis ad eum excusandum, sed vbi succumbat, etiam propter rei legitimas defensiones, vel penuriam probationū, vel alia causa tenebitur, vt per Catal. in suo tractatu syndic. chart. 7. colum. iij. vers. adde quod quando iudex nisi tamen esset tam magnus color, vt praeberet iustam causam litigandi sicut in ciuilibus, iuxta l. prope randum. §. sin autem. C. de iudic. & ita in effectu res redigitur ad pares terminos, & idem in instigatore. Bar. in l. in Senatus. §. ad cos. ff. ad Turpil. & per Ang. Arc. in verbo, & ad querelam. vbi omnis materia, & poena calumniatoris, & condemnationis expensarum, vnde etiam ad huc Bal. in l. eum quem temere. ff. de iud. & ibidem Albe. & Ang. in l. qui crimen. C. qui accusa. non poss. Et in hac materia vide Hippoly. in l. patre, vel marito. ff. de quaest. Si quigitur licet indicium, siue summa excuset iudicem à calumnia, ratione officij, iuxta l. congruit. ff. de offic. praesid. non tamen excusat querelantem, quo ad interesse, vel promotorem; & idem Catal. vbi supra, non immerito dixit, quod semper is ad cuius instigationem, siue querelam formata fuit inquisitio, damnatur in expensis, vbi non probatur postea inquisitio, & dicit Abb. in dicto consi. quod querelans, & si excusetur ex fama, vel aliter à calumnia, non tamen ab expensis excusabitur, ex quo perseueravit in procedendo, cum debuisset prius confidere, & peritiores consulere, an per illud factum probaretur accusatio in iudicio, quod cum non fecerit, deprehenditur in temeritate quae sola ad hoc sufficit. c. calumnia. de poen. & ibi no. & in c. fin. m. de dolo & cōtuma. & ibi latius, & nota. per eum, quae verba non solum volunt, quod etiam si querelans indicium habuerit, nihilominus condemnatur in expensis, verum etiam si talibus testibus nitatur, qui alias videantur sufficere, cum tamen re vera non sufficiant. Quod est mirabile adeo, vt cum difficultate posset sustineri, & ex praedictis vides, quod iuxta dicta l. & si legibus. non bene penetrat in materiam. Sexto quæro quanto tempore prescribatur iuri querelandi, vel accusandi, videtur quod decennio, l. qui diurno. ff. de poen. Sed dic quod requiruntur anni viginti. l. querelam. C. de falsis. & ad l. qui diurno, dic quod decennio minuitur poena, sed non tollitur nisi in viginti annis, vt dixi, & ita declarat D. Roch. Curt. extollens ad hoc dicta l. qui diurno. in tract. consue. col. ij. & seq. Fallit tamen. d. l. querelam in aliquibus casibus. & idem lex dicit ferre, vt ibi in gl. & per Doct. Fallit etiam secundum ius canonicum, quo iure crimina non tolluntur praescriptione, vt per Decl. in c. licet causam, de probatio. char. 4. col. iij. ver. postremū. vbi vide, & per Doct. in c. venerabilis. de excep. Et licet quo ad bona tunc confiscanda praescriptio inducatur quinquennio. l. in cognitione. ff. ad Sillan. & per Ang. in gl. & eius bona publicantur, & Alex. in d. l. querelam. tamen stante decreto, quod à die commissi delicti censentur bona publicata, & vnica aliud est, per nota. ab Alex. in d. l. querelam. & dicam infra, in materia confiscationis bonorum, & non solum tollitur tunc ius accusandi dicti viginti annis, sed etiam inquirendi secundum communem opinionem. reprobata gloss. in dicta l. querelam. & ita etiam Anchar. in consilio exc. Septimo quæro an accusatio cesset mortuo tunc accusato, siue inquisitio mortuo inquisito. Dic quo ad poenam in corpus, cessare etiam

quod esset damnatus & bannitus, & sic non posset suspendi cadaver banniti mortui. ita Aret. in §. non autē omnes. col. j. ver. in eadem ibi quid in publicis instit. de perpet. & tempo. act. iura tamen per eum allegata, nihil faciunt, quia loquuntur vel ante sententiam, vel post pendente appellatione, melius facit tex. qui generaliter loquitur in l. defuncto. in princip. & ibi gloss. ff. de publi. iud. dicit super extinctione poenae ex morte, & intelligitur de poena corporali, & idem ibi Imol. & Doct. inuehuntur contra iudices aliter facientes, & licet Imola alleget aliqua iura in contrarium, tamen hæc est communis, vt per Taf. in l. ij. colum. j. & ij. C. qui testamē. facere poss. & ita tene, quicquid innuat Ang. Aret. referendo Ange. in gl. qui iudex videns quod inquisiti non comparent. char. 4. colum. j. maxime, quia ipse Angelus non sic loquitur, sed præcisè secundum hanc opinionem. vidi tamen interdum seruari contrarium contra insignes latrones, maxime tempore Lotrechij, qui regis Gallorum vices gerebat, & aduerte, quia Doctores inepte loquerentur in mortuo non damnato, quia si viuus nondum damnatus, non potest affici supplicio. l. si confessus. ff. de custo. & exhib. reor. mi nus quando mortuus est, de qua materia vide etiam per Deci. in l. pupillum. §. hæredes. & ibi habes longā apostillam. ff. de regulis iuris. Quo verò ad poenam pecuniariam putā, confiscationis bonorum. Dic quod non transit hæc poena in hæredem, etiam lite contestata, sed tantum post condemnationem. text. est in l. ex iudiciorum. in prin. ff. de accus. vbi vide Bartol. & Imo. & adeo procedit hæc, opi. vt etiā stante decreto nostro, quod à die commissi criminis bona ipso iure publicata intelligantur, adhuc requiratur declaratio ante mortem, videbatur contrarium, per ea, quae dicit Deci. in dicto §. in hæredes. in ij. limitatione. sed veritas est, vt dixi, & ita late ostendam in materia criminis læsæ maiestatis, & in materia confiscationis bonorū, & ita seruatur. Et an tunc hæc poena publicationis bonorū iam imposita bannito qui in cōtumaciā bannitus est, trahat lite contestata, videtur non transire, ex quo lex requirit litem contestatam, & condemnationem in dicta lege ex iudiciorum. vide Aretinum in lege qui à latronibus. §. primo. columna quinta. ff. de testament. vbi distinguit plures casus, & hæc in publicis iudiciis, in priuatis verò vide text. in dicta l. ex iudiciorum. in fine principij. & l. vnica. C. ne ex delict. defunc. & in §. non omnes. insti. de perpet. & tempor. actio. & in d. l. pupillum. §. in hæredes. Doctores in dicta l. vnica. ne ex delicto defunct. maxime Salicet. Angel. omnino in d. §. non omnes. & Deci. in d. §. in hæredes. Ang. Aretin. in gloss. qui iudex. videns quod inquisiti non comparent. char. 4. & conclusio est, quod transeunt in hæredes lite contestata si ciuilitate agebatur, vt etiam lite non contestata, quatenus aliquid peruenit in hæredem. Et quia lite contestata dicitur in dictis iuribus, quod hæredes tenentur in solidum, intellige secundum Salicet. in dicta l. vnica. id est, quod vnusquisque tenetur tunc pro portione hereditatis, ad differentiam secundi casus, quando lite non contestata decessit, quia eo casu non tenetur hæres, nec hæredes in solidum pro re solida, sed quatenus ex illa re aliquid peruenit in hæredem vel hæredes, intellige etiam clarè hanc materiam quando apparet quod in defunctum omnis res peruenit, tunc lite contestata tenetur hæres ad omnem rem, sed si non apparet de omni re, sed de aliqua, & sic simus in casu, in quo ipse tenetur pro parte sua tantum iuxta nota. per Innocentium in capitulo sicut dignum. de homic.

de homic. & Alex. in consi. c. ij. col. ij. vol. j. Tunc etiam hæres tenetur pro parte illa, & nihilo plus per regulam l. ij. §. ex his. ff. de verb. oblig. & in l. hæredes. ff. de regul. iuris. etiam quod non appareat aliquid peruenisse in heredem, vbi verò nescitur, quod aliquid peruenierit in defunctum, aut in heredem, ad nihilum tenetur hæres, nisi lite contestata, quæ omnia descendunt à dicta conclusione. Vltimò in hac materia accusacionis non omitto, quod eo ipso quod quis accusabatur secundum terminos iuris absque aliis iudiciis tunc accusator se constituat, & remanebat in carcere, nisi esset delictum, propter quod venisset dimittendus fideiussori, & rationem qua fundatur hæc conclusio ponam infra, in materia torture. in xi. & vlt. parte. vbi omnino vide in prin. & ibi etiam quod debet constare de delicto ad admissionem accusacionis. Et quod non minus tunc accusator debet carere suspitione quam testis, ita vt inimici, & alij suspecti repellantur propter quod sequitur dicta carceratio, imò tortura accusatoris quandoque, vt ibi dicam ad propositum illius materiae.

Tit. de Denuntiatione.

S P M M A E.

- 1 Denuntiationis modus in criminibus ordinariis est sicut alij.
- 2 Processus super denuntiatione duobus modis fit, & quomodo differant.
- 3 Officialis dictum missi ad inquirendum, & cognoscendum non solum facit indicium, sed etiam sufficit ad condemnationem, quando talis officialis vidit delictum committi.
- 4 Nuntio creditur circa officium suum.
- 5 Iudex potest maleficium punire, si dum pro tribunali se det, videat eum committere delictum.
- 6 Probatio vel alius ordo iudiciarius, non requiritur, vbi aliquid factum est presente iudice, & tot aliis qui sufficiant ad notorium facti.
- 7 Iudex cui colaphus est inflatus in presentia populi non potest recusari, vt suspectum si procedat ad puniendum delinquentem.
- 8 Iudex potest procedere iuris ordine non seruato, quando colaphus fuit incussus vni ex officialibus suis notorie, licet teneatur ad sententiam citare.
- 9 Notorium probari debet ordine seruato.
- 10 Deprehensus in flagranti crimine ab officialibus, quando possit absque sententia puniri.
- 11 Iudex secularis quando possit non credere processui per inquisitionem contra accusatum de heresi facto, & iterum cognoscere.
- 12 Satelliti dicenti prohibitam fuisse executionem credi non debet, nec eius dictum recipi, nisi ad instructionem, vt possit cognosci veritas.
- 13 Satellitibus quando sit credendum.
- 14 Denuntiator non tenetur se subscribere denuntia, nec eam versificare, licet testes in ea describantur qui examinari debent.
- 15 Denuntiator dolose falsum denuntians punitur poena falsi.
- 16 Querelans quare non puniatur de falso, secus autem denuntians.
- 17 Denuntians in fraudem si nominet testes sibi datos delinquentem punitur de prauaricatione.
- 18 Notificatio qua.
- 19 Notificatio sine nomine notificantis admittitur de iure quando ex officio proceditur.
- 20 Notificantes secreto non expresso nomine puniendi sunt.



PROPTER quomodo procedatur via inquisitionis, & accusacionis, quia etiam proceditur via denuntiationis. Ideo de ea aliqua breuiter dicam. Et quod iste sit modus ordinarius procedendi sicut sunt alij, patet in capit. licet Heli extra, de simon. & in extrauag. ad reprimendum, quomodo in læsa maiesta. crimi. proc. datur, & in text. claro in l. ca quidem. C. de accusatio. vbi latissime Salicet. & in l. diuus. ff. de custod. & exhib. reor. facit text. in c. fin. extra, de calumniatorib. vbi est text. quod ita absoluitur denuntiator sicut accusatus, & text. in l. ab accusacione. §. nuntiatores. ff. ad Turpil. & ita dicunt omnes Doctores. distinguentes tamen plures species denuntiationum, vt per Salicet. vbi supra, Bartol. in extrauag. vbi supra, in verbo, denuntiationem. & Gandin. in suo opere, ac alios omnes criminalia pertractantes. Et primò est sciendum quod interdum proceditur super denuntiatione, vt etiā fit super accusacione, vel inquisitione, aliquando propter denuntiationem via inquisitionis, vel ex indicio solum quod oritur ex dicto denuntiatoris, vel ex alio, primo casu loquitur hæc materia, quia sic intelligitur, dum dicitur quod etiā proceditur via denuntiationis sicut per alios modos. Secundo casu non tamen etiam largo modo dicitur procedi via denuntiationis, & iste secundus modus est ille qui quotidie est in vsu, quia ad denuntiam consulum, villarum, & eorum quos ancianos appellamus in ciuitatibus deputatorū ad denuntiam maleficia, proceditur via inquisitionis. Istos terminos declarat Bar. in d. l. diuus. vers. vterius quæro. & sunt ex mente omnium scribentium, maxime Salicet. in d. l. ea quidem. in xij. q. & Ang. de malef. in d. vers. in iij. q. & sequitur etiam effectus iuris ex his terminis, quod primo casu quando proceditur super denuntiatione, denuntiator habetur loco accusatoris. & idem non potest esse testis. c. j. iij. q. iij. & c. forus. §. in omni. de verb. signific. Secundo casu habetur loco testis, vt d. c. licet Heli. & ita Bar. in d. l. diuus. vers. item quæro vtrum. & idem interdum sufficit ad inquirendum interdum etiam plus operatur, loquor hoc secundo casu, vt per Bar. in d. l. diuus. vers. iij. quæro, quis sit effectus denuntiationis. & in l. j. §. cura. ff. de offic. praefect. vrb. Alex. consi. j. vol. iij. col. ij. vers. accedit. & per Cepol. notabiliter in consi. xl. col. vj. & omnino Bald. in c. in omni col. ij. de testi. vbi dicit, quod est iste denuntiator bonus testis si vidit alius, & vti testis deponit. Ceterum si tantum refert exercens officium suum, propter officium susceptum, sufficit ad inquirendum. Et hæc est opinio communis doctorū, quod vltimum est sublatum per decretum in hoc dominio Mediolani, vbi tamen ingeratur poena sanguinis, aliter etiam sufficit ad inquirendum, & aduerte, quia loquor etiam in delictis grauius, vt scilicet credatur secundum terminos proximè dictos, necum in leuius, ita loquitur Bartol. in d. l. diuus. in versicu. tertio quæro. & clarius in d. l. j. §. cura. ff. de offic. praef. vrb. & Alexand. in d. consil. j. & Felin. vbi breuiter ponit hanc materiam in c. sicut olim. col. j. extra, de accusat. & idem Bartol. in d. l. diuus. in versicu. item quæro vtrum. c. fi. Aduerte etiam, quia praedicta procedunt quando quis tantum tenetur denuntiare. Ceterum si etiam eius officium consisteret in inquirendo & cognoscendo, putā, quando capitaneus vel praetor mittit aliquem suum officialem cum familia, vt cursitet per ciuitatem vel vias publicas, & districtum ciuitatis causa inqui-

rendi maleficos & qui officialis videt, vel inuenit aliquem gladio ferientē, aut committentē aliud maleficium, tunc & eo casu refultat iudicium ad prædictos effectus, imò potest ipse officialis prætor vel capitaneus illum condemnare, nulla alia super eo excessu probatione adinuenta, quoniam tale factū dicitur iudici notorium, & de eo excessu non dicitur sibi constare uti priuato, sed uti iudici, & satis dicitur constare crimini, quod oculis subiicitur iudicis, modo iudicario inquirentis, cum oculorum inspectio, pro quadam probationis specie habeatur. l. ij. & iij. C. hinc. regun. Nec obstat, quod his officialibus non sit credendum. l. diuus. ff. de custod. & exhibi. reor. & not. in d. l. ea quidem per gl. & Docto. C. de accus. quia hoc procedit, ubi munus officialis solum consisteret denuntiantis, non ubi etiam se extendere ad inquirendum, & cognoscendum. ita notabiliter Gandi. in tit. quomodo de malef. cognosc. per denun. vers. sed quarta. quod de cetero est terribilis, qui per eam est dicendum quod capitaneus vel prætor qui iter faciens, ut inueniat maleficos, videt aliquē maleficorū, ex eo solū poterit eum damnare, & similiter si eius officialis missi ad finē inueniendi maleficos, & referendi talem inueniant, atque ita referat, eodem modo poterit eum capitaneus, vel prætor condemnare, quia tunc creditur nuntio circa officium suum, iuxta cap. cum parati. de appel. & cuiuslibet alteri circa officium suum, iuxta gloss. in l. si quis decurio. C. de fall. Bart. in l. si librar. us. col. ij. ff. de regu. iur. & Alexand. consil. ex. col. ij. vol. ij. Sed quo ad primum, quando ipse capitaneus vel prætor videt, res videtur de plano procedere, quia exercet officium suum, in eo actu, atque ita sibi uti iudici constat, non uti priuato, & ideo gloss. principalis in hac materia, in cap. Deus omnipotens. §. quando autem. ij. q. j. Concludit, quod si iudex pro tribunali sedens, videt, ut supra ex hoc solo potest illum maleficum punire. quam gloss. dicit Alberic. de R. off. esse singularem, in l. illicitas. §. veritas. ff. de offic. prefid. & plenē de dicta gloss. Anto. de Butr. in c. vestra, in vlti. char. de cohabi. cleric. & mulie. & Corset. in sing. suo, quod incipit, si delictum est commissum, sed parum refert, quod quis sedeat, vel curset, vel stet, dummodo sit in actu iustitiam, & officium suum exercendi, & hanc opin. melius explicat ipsemet Gandi. in tit. quomo. de malefic. cogno. quando crimen notorium est, vers. in qualibet autem specie notorii, dicendo, quod eo casu quando aliquid sit præsentē iudicē, & tunc alius qui sufficiat ad notorium tunc facti, quod nulla probatio requiritur, nec alius ordo iudicarius, imò non posset etiam ipse prætor tunc recitari suspectus, ut ibi, etiam quod colaphus sibi fuisset inflictus, ut per lafonē in l. qui iurisdictioni. col. iij. ff. de iurisdictione omnium iudic. si tamen id factum fuisset in præsentia populi & sic notorium esset delictum, quod multo magis esset dicendum, quando colaphus non sibi, sed vni eius famulis notorie inculsus fuisset, quia etiam ipse tunc esset iudex, ex quo solum est imponenda pœna, ut per Bart. in l. Senatus. ff. de offi. prefid. & in l. si quis forte. §. si quos. ff. de pœn. Vult tamen Gandi. ubi supra, quod requiratur citatio ad sententiā audiendam, ut per eum. Quo verò ad secundum, quando in præsentia iudicis non sit, sed officialium, qui ibi sunt ut officium exercent, tunc & si non requiratur probatio facti, id est quod ille occiderit talem, tamen requiritur probatio, quod notorie eum occiderit, & sic requiritur probatio notorii, non facti: & hoc absque alio ordine iudicario, ut ibi per Gand. in d. tit. quando de malefic. cognosc.

quan. est notor. qui etiā docet, quomodo testes probent notorium. Sed dices tu. Nonne est iniquum, ut ex his probationibus horū officialium, qui forte sunt inimici sui debeat damnari? Respondo, quod tunc prius sit processus super hoc notorio, & sit ordine seruato, antequam constet esse notorium, ita Arret. ubi vide in consi. antepen. col. viij. Et consequenter citatur reus ad videndum iurare tales testes, contra quos & eorum dicta potest opponere, sicut in quolibet alio iudicio, & ideo tollitur dicta dubitatio, verum adhuc ad sententiā debet citari: quia multæ excusationes possunt competere secundum cōmunes opiniones, ut per Arret. in d. consi. ante penul. col. ix. vers. circa primū, tamen si iudici possit, quod per officiales sit tunc repertus & captus in flagranti crimine, & consequenter quod pœna etiam sine sententiā iniungi possit, iuxta gl. cōmuniter approbatam in lictus fultum. ff. de infam. & not. in reperi. Hippol. in l. vnica. C. de rapt. virg. charta vij. col. iij. ubi de effectibus, quod quis sit repertus in flagranti crimine. Ego autem adhuc vellem ei dare defensionem: quia si fur esset, posset excusare factū necessitate famis, vel quia aliter non poterat habere satisfactionem crediti sui: si homicida, quod occisus erat bannitus, vel rebellis, vel alia ratione: nisi tamen qualitas rei, vel verba reperti excluderent profusus omnem defensionem. Et pariter etiā hanc practicam obseruare in primo casu, quando ipsemet videt etiam in forma iudicij: & ideo etiā eo in casu requiritur citatio, secundum Gandi. ubi supra, nisi, ut dixi, qualitas rei, & verba capti excluderent omnē defensionem: tunc enim quia certū est nullam competere defensionem, imponerem ei pœnā absque alia citatione, si esset absens per sententiā, etsi esset præsens per executionē. Et ita intelligo d. gl. & not. per Arret. in d. consi. antepen. ult. col. ix. vers. circa primū, & per Fel. in c. ecclesie sanctæ Maria. col. xij. vers. iij. limita. extra. de constit. ubi vide in hac materia regulam & fallentias. Tutius tamē est in secundo casu, quando tantum probatio habetur ab officialibus, tenere opinionē Gandi. in leuib. delictis tantum, non in grauib. Et ita aperte videtur tenere Bar. in d. l. diuus. in vers. iij. & Sali. in d. l. ea quidem in x. quæst. & cōmuniter alij. Et opinio Gandi. posset sustineri, quando capitaneus missit vicarium cum familia: & non solum vicarius, sed etiā omnes vident, ne ingrediamur difficultatem, quando inquisitor tradit hæreticum tunc damnatū de hæresi puniendū iudici seculari: in qua Bar. tenet, quod secularis potest non credere, & omnia denuo cognoscere. Et licet Bart. male dicat in hoc exemplo hæresis, ut per Abb. in c. j. in pen. col. de of. ord. & in l. magistralibus. ff. de iurisd. om. iud. Tamē bene dicit in delictis mixtis, ut per Ab. ubi supra: & ideo soli iudici non crederetur. Dicā tamen latius de crimine notorio in suo loco, ibi me referuo.

12. Quæro iuxta prædicta, tunc credatur satellitibus, quando referūt quod aliquis prohibuit eis executionem? Dic non credi. per l. ff. de testib. & l. si in vers. ergo si casu. ff. de custo. & exhibi. reor. ubi videtur casus, quia dicebat officialis custos carcerati. Casu fortuito decessit carceratus. Et disponit ibi iurecōsultus, ex quo hoc non præsumitur, imò culpa præsumitur. in eo, quod debet hoc probare alij probationibus, & ita illum text. allegat Bart. in l. si quis ex argentariis. §. an verò hæred. ff. de ededo. Vnde idem in casu nostro dicitur enim testes in facto proprio, ad eorum exonerationem deponere, & consequenter repelluntur iuxta not. per D. Ant. de Butr. & ibi Abb. col. iij. in c. in super extra de testibus. Quoties enim testi potest adscribi laus

laus vel vituperum in re illa, in qua deponit, semper repellatur, ut ibi. Et res apud me nullam habet difficultatem, licet quotidie vexentur multi pauperes ex solis dictis satellitum: & ideo decretum prohibens executionem non facit aliquod fundamentum super dicto istorum, sed nuntij tantum, & alterius testis fide digni. Si igitur essem iudex, solum reciperem dicta horum ad instructionem, ut deueniri posset in cognitionem veritatis, non ut ipsi aliquid probarent, iuxta not. per Bal. in l. seruos. C. de testibus. sicut etiam examinantur inimici, & omnes alij inhabiles ad dictum finem, iuxta dicta Bald. ibi. Et hanc opinionem clare sentiunt esse veram Doct. in hac materia denuntiatoris in dicta l. diuus. & in d. l. ea quidem, & ubi supra, dum etiam disputant, an faciant iudicium ad inquirendum, quando referunt exercentes officium suum: quia firmiter tenent, quod nullum iudicium faciant, si extra officium referūt: & multo minus, quando in facto proprio testimonium perhibent, ut est casus noster: extra tunc verò hunc casum, an credatur satellitibus? Vide Bald. & Salicet. in l. etiam. C. de testi. & Ang. in l. sciendum. ff. de vfu, ad est decretum, quod talibus non credatur, & Senatus seruat à certo tempore citra, ut duo aut plures solum ad inquirendum sufficiant, vel ad capturam. Querunt etiam Doctores, si an denuntiator teneatur se subscribere, & instare de sua denuntia, ac illam probare, sicuti dicimus in accusatore, & quicquid sit de iure, vltus est ut non teneatur, sed tantum scribant nomina testium, vel scribi faciunt in schedula denuntiationis: & ideo sequitur quod si non probant, non puniuntur de calumnia: si tamen constaret, quod dolose falsum denuntiafferent, punirentur etiam pœna falsi. l. lege Cornelia. §. qui delatorem. ubi Barto. not. ff. de fall. & Salicet. in d. l. ea quidem in fin. xij. quæstione. & per Angel. in dicta gloss. ubi supra, vers. sic. quæro syndicus accepta pecunia. Non enim excusantur ab euidenti calumnia, licet excusentur à præsumpta. l. ab accusatore. §. nuntiatores. & ibi Barto. in l. Senatus. §. eos. ff. ad Turpil. Quid. in l. athletas. in fine. ff. de fall. ubi vide, & in l. cum quidem. §. quod dicitur. ff. de acquir. hæred. & aliquando arbitrio iudicis puniuntur, aliquando etiam pœna falsi ex qualitate calumniæ & doli, ut per Salic. ubi supra. Mirum tamen videtur, quod talis tunc denuntiator puniatur de falso, quando quidem quærelans non punitur de falso, secundum veram opinionem Bald. in l. vbicumque. C. de ser. fug. Sed dic, quod quærelans tantum asserit, & nihil probat: iste verò etiam probat, & saltem facit iudicium ad inquirendum, ut supra dixi. Et ideo aliud esset, si procederent super denuntiatione tantum omnia via inquisitionis, possent tamen interdum excusari tales syndici, iuxta dicta per Bald. & Paul. de Cast. in l. ij. C. de erro. cal.

17. Est etiam aduertendum, an isti tunc denuntiatores nominauerint testes sibi datos à delinquirente in fraudem & ad finem eum defendendi, quia tunc puniuntur de præuacuatione, secundum Bart. in l. athletas. §. calumniator. ff. de his, qui no. infam. & per Put. in tractatu syndi. charta lxxvij. vers. syndicus, & sepè vidi uti similibus captionibus medio alterius personæ, quam denuntiatoris siue syndici, per quam personam ad officium schedula deferebatur, quæ tunc notificatio appellatur, in qua tacito nomine notificantis denuntiatur crimen, & scribebantur nomina testium subornatorum. Et ideo his diebus præteritis Senatus ordinauit tales notificationes non esse accipiendas, nec super illis esse procedendum, tum propter prædictam

rationem, tum etiam ut sciatur quis veniat condemnandus in expensis, detecta calumnia. De iure tamen potest admitti talis notificatio sine nomine, procedendo ex mero officio, ut per Barto. in d. extrauag. quomo. proced. in cri. l. est maiest. in verbo, nuntiatorem. in prin. tamen optima ratione Senatus, ut dixi, contrarium decreuit: quia etiam tunc displicet legi, quod aliquis secretò afferat iudici schedulam diffamatoriam, & lex, quia sibi displicet, statuit quod non inquiret iudex de delictis super ea schedula, text. est in cap. inquisitionis. §. tertia. de accus. & gloss. ibi dicit, quod imò tales sunt puniendi, quia magis delinquant, quam qui substantiam & prædia aliorum diripiunt. Reliqua in hac materia vide in locis supra allegatis.

Tit. Quomodo procedatur per exceptiones.

SVMMA.

1. Procedendi via per exceptionem.
2. Testis & instrumentum, contra quod tantummodo excipitur quod est falsum, & id probatur, fidem non facit, sed tamen non punitur de falso nec testis, nec producens instrumentum, aut illud conficiens.
3. Testis criminaliter potest puniri, ubi excipiens de falsitate non solum excipit, sed etiam petit illum de falso puniri.
4. Confessio falsitatis super exceptione per r. um in civili iudicio proposito, nocet confesso in iudicio criminali.
5. Conuictus si quis fuerit de falsitate per probationes super ea factas in iudicio civili, non poterit postea super dictis probationibus fieri fundamentum in iudicio criminali.
6. Probationes de falsitate in causa civili factæ faciunt iudicium ad torturam in causa criminali.
7. Confessio vel probatio delicti, quod causam contingit super exceptione ad tollendam fidem testis interposita in causa civili sufficit ad condemnationem in causa criminali.
8. Confessio delicti, quod causam contingit super exceptione ad tollendam fidem testis interposita in causa civili, non sufficit ad condemnationem in causa criminali, quando in civili actum fuit tantum civiliter.
9. Falsi crimen etiam in causa civili deductum potest in eadem criminaliter puniri.
10. Ioannes & Martinus glossatores fuerunt ex familia Bofiorum.
11. Confessus incidenter delictum in vna instantia, potest in eadem à principe criminaliter puniri.
12. Probationes in criminalibus quod requirantur exactiores, est inuentum de iure positum.
13. Confessio inquisiti an prosit tertio, qui non erat in iudicio.
14. Confessus incidenter contra se an possit in alio iudicio puniri.
15. Civilis causa differtur, quando via exceptionis testes de falso accusantur, vel etiam contra eos de falso excipitur, nisi calumniose id fiat.
16. Sententiæ & testibus, qui de falso arguuntur, interim standum est, donec de falsitate sit plenè cognitum.
17. Causa criminalis quibus viis differatur.
18. Calumnia quomodo cognoscatur, & quomodo tollatur.
19. Absolutoria lata in causa civili, in qua fuit oppositum de falsitate, & petitum, quod procederet criminaliter, & cognitum fuit, operatur, ut principaliter in alio iudicio non possit agi criminaliter: secus si tantummodo exceptum fuisse ad finem repellendi.
20. Absolutoria lata ad vnum finem non obstat in eo casu ad alium.



ATA est via procedendi, scilicet per exceptionem, exemplum, Examinatur testis contra me: ego, vt repellerem eum, dico esse falsum, & illud probo, vel ipsemet hoc fatetur, an talis testis praeter id, quod sit repellendus etiam possit puniri de falso? Similiter potest quaeri in instrumento quod contra me producit, & illud dico esse falsum, vt auferat fidem ab eo: an si falsitatem ostendo, vel testibus, vel instrumentis, vel confessione, possit ille vitari eo, vel qui cofecit puniri de falso? Et regula est, vt non puniatur, quia satis est, si agitur ad finem repellendi testem, & sequatur ille finis: & idem de instrumento, quia attenditur modus agendi vel excipiendi, ad quem finem tendat: de hoc est tex. in c. j. de except. & glossa notabilis in c. hoc quippe. ij. q. vj. Facit l. si quis nec causam. & l. no omnis. ff. de cert. pet. & hoc casu no puniatur ex ordine nec extra ordinem secundum magis communiter Doct. in d. c. j. vt ibi per Feli. in vers. li. x. & Dec. in ultimo notabili. Sed si ego excipiens etiam peto illum teste vel partem criminaliter puniri, vel iudex inquirat de eo delicto, vbi inquirere possit: res nullam habet difficultatem, quod potest puniri criminaliter. ita tex. in d. c. j. quia cessat ratio praedicta, ex quo ad id agitur. Sed difficultas est, an confessio vel plena probatio super exceptione criminaliter agendo noceat in hoc iudicio inquisitionis, vel accusationis? Videtur non nocere, per ea quae dicit Bar. in l. ij. §. si publico. vers. venio ad secundam. ff. de adult. qui loquitur in exceptione probata, vt patet in principio quaestionis: & tandem concludit, quod tamen iudex non possit punire in illo iudicio civili, sicut dictum est. Verum iudex, secundum eum, vigore dictae exceptionis possit inquirere, & punire ex nouo processu: & subdit, quod ita obseruatur. Bar. verum in l. si confessus. in ff. de confess. aliter dicit, imo magis explicitum quia loquitur in confessione, quod no facit in d. §. si publico, & tenet, quod super tali confessione incidenter facta in eo iudicio, nullum possit fieri fundamentum: sed in alio processu, vt nos loquimur, vult clarum quod possit. Et ita Bald. in d. l. fin. C. de condic. ob turpem causam. & Aret. in c. at si clerici. ad finem principij. ff. de iudic. & ita notat Abbas in c. ij. extra de confess. col. ij. vers. venio ad secundum. vbi vide omnino, & Feli. in d. c. j. col. iij. extra de except. vbi solutio, & ibi silentium imponitur ex noua instantia. & Felin. ibidem col. ij. vers. sic limita Bart. & in ea col. inferius. Vide tamen Aret. in c. causam qua. extra de testib. col. iij. vers. iij. adde, vbi late disputat articulum, An & quando confessio criminis ad vnum sine facta in iudicio noceat in alio criminali ad puniendum criminaliter: & dicit communem esse, sicut dixi, quod nocet plene. Sed limitat, vt procedat quando principaliter agitur ad delictum, licet civiliter: secus si incidet per viam exceptionis, vt in casu nostro: ad quem locum ipse Aret. se reuocat dubitans in e. qualiter. *et secundo*. in ij. char. col. ij. vers. sed quaeritur. de accu. qui tamen in vno casu praesupponit rem esse sine dubio, vt ibi per eum. Non recedat a communij opinione, quod etiam omnino nocet in iudicio criminali, quando est facta super exceptione. Et ipsemet Aret. in c. causam. attestatur hanc esse communem. Sed tibi aliquis non confessus fuerit, sed conuictus aliis probationibus, res est sine difficultate, quod non potest fieri fundamentum in alio iudicio criminali, vt late Bart. in l. ij. §. hoc edicto. vers. quaero vtrum probationes. ff. vi bono. rap. & Dec. vt paucis

agam. in d. c. at si clerici. in prin. extra de iudic. char. vj. col. j. vers. secunda conclusio. Faciunt tamen probationes illae praesumptionem, imo indicium ad torturam, vt per eum. Cui opinioni addo pro confirmatione, quod si plene probant in alia instantia in iudicio civili, igitur in iudicio criminali faciunt indicium ad torturam, vt si pius dixi per dictum Bart. in l. si. ff. de in litem iuran. Est tamen casus, in quo delictum probatum, vel t quod confessus quis fuerit super exceptione facta ad finem tantum repellendi, vel tollendi fidem, sufficit ad condemnandum criminaliter in illa instantia, quando crimen, de quo agitur, contigit causam, puta, in exemplo, quod posui in principio ad intelligendam materiam si testis dicit falsum in causa contra me, & ego excipio quod est falsus: & si produxisti falsum instrumentum contra me, & ego excipio, quod est falsum: vel si vxor asserat quod fecit adulterium marito volente, his casibus iudex poterit hos omnes criminaliter punire, secus si essent aliae personae extra causam. ita notabiliter gl. si. in d. c. j. de except. quia ratione contingit videtur principaliter deductum: & sic cessat ratio tex. in d. c. j. & sequuntur alij Doctores ibi, vt per Felin. in sexta conclusio. Et procedit haec conclusio, siue constet per confessionem siue per alias probationes, vt per Felin. in dicta conclusio. & in vers. vij. conclusio, & quidem ordinari potest puniri. Quae tamen conclusio t non procedit, si agebatur civiliter in causa principali: & hoc ratione efficaci, vt ibi per Fel. vers. limita tamen conclusionem. allegat Abb. in c. ij. col. iij. in fine de confessis. Et hoc modo tollitur aliud obiectum, quod potuisset fieri: quia in iudicio civili no requiruntur ita exactae probationes, quae ratio facit, vt postea etiam in alio iudicio criminali non noceant: & miror, quod Felin. non allegauerit hanc rationem: & magis miror, quod non allegauerit etiam Salic. ita expresse dicentem & loquentem in l. vbi. C. de fal. col. penul. vers. vltimus quarto. ibi, aut crimen est probatum in causa & iudicio criminali, &c. Sed vbi crimen, quod excipitur, non contingit causam, tunc militat quae prius supra dicta fuerunt. Sed vnum est, de quo non parum dubito, quod Bart. in d. §. si publico. & omnes in d. c. ponunt t exemplum falsitatum, & tamen in falso non est distinguendum, an crimen contingat causam, imo semper est dicendum, quod vbi incidit quaelibet falsi, quod iudex potest in eadem instantia punire: ita dicit Archidiaconus in c. in memoriam. xix. distinctione. Anchar. in consilio clxxij. circa primum. col. ij. circa finem. & Anan. in rub. extra de crimine falsi. Moderni post Alex. in consiliis, in rub. ff. ad legem Cor. de falsis. Ex qua conclusione aliud elicitur, quod in falsitatibus est ineptum dicere id, quod proxime dixi, quod quando crimen contingit causam, tunc si agitur criminaliter in causa principali, sequitur in eadem instantia puniatio, non si civiliter. Sed dic, quod dictum Archidiaconi fundatur in d. l. vbi. quae nihil probat, imo contrarium, quod imo fuit per modum inquisitionis crimen falsi deductum, vt ibi per gl. & Salic. in prima col. & ideo glossa in dicto §. si publico. & vbi que dicit, quod est speciale in crimine falsi, vt possit per inquisitionem procedi. Sed quando iudex inquirat, res est sine difficultate, sicut quando accusatio fit, vt supra dixi, & Accursus in d. l. vbi. qui tenet, quod ibi principaliter fuit actum criminaliter, in hoc sequitur opinionem t Joannis glossatoris, qui fuit, Cremonensis, & ex familia mea Bosisiorum, vt attestatur Caccialup. in tractat. de modo studendi, qui hoc idem asserit de Martino glossatore.

Ad

Ad vnum tamen aduerte, dum Abbas in capit. ij. de confess. in pluribus locis dicit, quod in eadem t instantia propter confessionem incidenter factam, vel probationes quis potest puniri a principe, qui non ligatur illa regula, quod ad eum finem actum non esset: vt etiam dicit Bartol. in l. Aemilius. ff. de minorib. Alexand. in l. vnum. ff. si certum petatur. in vltima columna. & Doctores in dicto cap. j. de exceptio. quia in senatu, qui eandem potestatem habet, quam princeps. l. quominus. ff. de flumin. & l. non ambigitur. ff. de legibus. eodem modo non esset habenda de hac subtilitate ratio. Tamen Decius, qui oculos linceos habet in dicto capit. at si clerici. in sexta charta, columna prima, vers. sed tamen vltra dictum obiectum, quod ad id non fuit actum, considerat potentiorum rationem in contrarium, scilicet quod probationes t in criminalibus debent esse efficaciores, & propterea non faciunt fidem in causa criminali. Quae ratio non videtur militare: quia quod requiruntur exactiores probationes, hoc est iuris positium. l. sciant cuncti. C. de probat. De iure vero diuino, in ore duorum vel trium stat omne verbum. c. in omni negotio. de testibus. & sic princeps videtur esse solutus hac ratione, sed tutius est tenere, quod princeps non debeat apponere manum quando ad id actum non fuit, & no constat per confessionem, sed tantum per probationes, tum per l. digna vox. ff. de leg. tum quia ius diuinum sine dubio debet recipere interpretationem. d. l. sciant cuncti. per regulam, quod vbi est maius periculum, ibi cautius est agendum, quae est de omni iure, vt de se patet. Et t quia dixi plura de confessione incidenti, an in eo iudicio vel in alio saltem faciat fidem, possit etiam quaeri an confessio inquisiti respectu tertij, qui non fuit in iudicio, prosit ei tertio, puta, quando latro fatetur, quod furto abstulit Petro palium, qui non est in iudicio, de quo vide Alex. in l. ij. col. si. C. de eden. & Aret. in d. c. causam qua. col. vj. Et an t si fateor incidenter contra me ipsum, puta, quia dicam, Corrupti talem iudicem, & sim reiectus vti falsus, querelans an possim puniri ego in alio iudicio, vide Alex. vbi supra, & Aret. omnino in c. qualiter. *et secundo*. col. vij. vers. reperitur tamen vnus casus extra, de accus. iuxta praedicta etiam quaeri potest, an quando excipitur de falsitate testium vel instrumenti, & petitur de falso procedi, an t differatur causa principalis? In hoc vide Alex. in l. praetor. §. hoc edicto. in j. apost. ad Barto. ff. vi. bo. rapt. qui dicit, quod differatur. & Feli. in c. j. de except. col. j. qui dicit quod non differatur. Sed aduerte: quia si soli testes accusantur, & non producens illos videtur quod non differatur: quia etiam quod testes puniretur de falso, non noceret parti producenti. l. Lucius. & ibi Barto. not. ff. de his qui not. infra. atque ita hoc no debet illud impedire: quia ex separatis non fit illatio. l. Papinianus exuli. ff. de min. & ita Feli. loquitur dicens quod no differatur, quando dumtaxat accusantur testes: sed si etiam accusetur producens, tunc cessat fundamentum. d. l. Lucius. & vna est praedicta alteri, & consequenter differatur causa principalis propter incidentem, ita loquitur Alex. & ita late Albe. in quaest. statutorij. quaest. lxxij. & Ang. de Ari. ad Angel. in gl. inchoata. ad fin. vbi late: magis tamen placet fundamentum Salic. in l. si docueris. C. de falsi. qui adhaerendo opinioni Docto. Bononienf. tenet quod etiam quando solum accusantur testes, quod differatur: quia negari no potest, quin fides tollatur, vel diminuat, iuxta l. sciant cuncti. C. de proba. & sic vnum facit ad aliud: & hac in accu-

fante, in excipiente vero contra testes, secundum quaestionem propositam, nisi calumniose opponatur, differatur, secundum Salic. Alber. & Doctores, vbi supra, etiam existente statuto, quod causa debeat terminari certo tempore, in quo non possit expediri vtraque, & per eos, & sic differatur, quando etiam accusatur, qui querelam vel accusationem detulit, vel quando excipitur solum contra testes: & quod exceptio falsitatis impediat, nisi calumniose opponatur, ponit late Feli. in c. de cetero de re iud. col. ij. & Barbat. consil. xliij. vol. j. col. vij. & sequent. Adde tamen, quod t si sententia sit obtenta virtute falsi instrumenti, vel testium falsorum, tamen ei statuit, donec sit cognitum. c. accepimus. extra de fide instr. & Fel. ibi in sumario, & col. ij. vbi allegat Bal. Item adde, quod non solum t differatur causa criminalis, & sententia in ea lata per has accusationes, sed multis aliis viis, vt per Feli. in c. quarenti. de offic. deleg. col. ij. & seq. Adde quoque t quod calumnia tollitur modis, de quibus per Ias. in l. iij. §. condemnatum. col. iij. ff. de re iudic. & modum cognoscendi calumniam ponit gl. & ibi Doct. in d. l. ij. C. de falsi. vbi vide, & vide etiam ad praedicta Gandi. in tit. de fals. col. iij. vers. pone quod aliquis. Et praedicta, an scilicet t quis possit de crimine puniri, procedit in eo, contra quem obicitur crimen, & conuincitur, vel testibus, vel confessione. Et propterea si sequeretur contrarium, quia absolueretur, esset notabilis quaestio, an no obstante tali absoluteione possit criminaliter agi principaliter contra eum, an vero ita imponatur finis liti, sicut si in iudicio accusationis, vel inquisitionis fuisset absolutus: pone exemplum in quaestione, quae his diebus in facto accidit, ardua valde, Philippus de Raude vir diues & nobilis petebat nonnulla bona a Comite octauiano vigore fideicommissi: & ad probandum illa bona fuisse in fideicommissio comprehensa, produxit multos testes, contra quos opposuit Comes Octavianus dicens, quod erant falsi: & conatus est per plures alios ostendere falsitatem. tandem Philippus actor obtinuit sententiam in sui fauore, quae in effectu transiit in rem iudicatam, quia per aliam fuit confirmata. Videns Comes, quod aliter sibi no erat amplius succursum civiliter, impetrauit literas mandatas mihi delegato, vt procederet criminaliter contra Philippum, facta narratione quod produxerat falsos testes, & quod illis scieter vnus fuerat, & vltra primum processum & examen testium vtrunque, ipse Comes etiam produxit nouiter infinita instrumenta, quibus nitebatur ostendere dictam falsitatem. & re multum ac diu trutinata, tandem ad meam relationem res per Senatū fuit decisa, & Philippus qui fuerat per me inquisitus, fuit absolutus, no eo fundamento, quod amplius agi criminaliter no posset, sed aliis fundamentis tollentibus falsitatem. Tamen per ea quae vidi tunc in quaestione proposita, dic rem esse clarā, quod amplius criminaliter agi no potest, quando excipiens in iudicio civili dicit contra actorem, quod produxit instrumentum falsum, vel testes falsos, & petit etiam procedi criminaliter, quo casu criminaliter cognoscitur de falsitate. l. si. C. de fide instr. l. j. C. si ex fal. instr. & l. qui agnitis. ff. de excep. quia non potest dici, quod ad alium finem postea agatur, & quod non sit cognitum criminaliter, sed si tantum opponit de falsitate, no ad finem puniendi criminaliter, sed tantum repellendi aliud dicendum est, vt dictis legibus. ita Gandi. in tit. quomodo cognosc. de malef. per except. vers. sed pone quod tu. vlt. que ad si. & ita Bar. in d. l. j. C. si ex fal. instr. Et t communis est opinio, quod quando excipitur ad vnum finem, absolutoria in eo casu non obstat ad alium finem. Bart. in l.

in l. qui Rom e. s. duo fratres. ff. de verborum oblig. col. iij. v. f. sic. quindò opp. Aretin. in s. item si in iudicio. col. ante penult. instituit. de except. D. c. i. consi. xvij. col. j. Socin. consi. ccl. xxiiij. col. pen. vbi dicit hanc esse communem. Et licet hæc opinio sit dubia, quando super facto est abolutoriè pronunciatum, per doctrinam Barto. in dicta l. ij. §. j. ff. vi bono. rapt. quæ est communiter approbata, secundum Socin. in d. l. qui agnitis. colum. ij. quia etiam ibi civiliter actum fuit primò ad vnum finem, secundò ad alium, licet primo principaliter & quia Bald. & Sali. in dicta l. j. C. si ex fals. instrum. ita videantur velle se reiicientes ad l. j. C. quãdò civil. act. crimin. prius. vbi postea non faciunt differentiam, an principaliter, vel excipiendo, quando super facto lara est abolutoria. Attamen hoc verum est, quòd ex deductis solùm in primo iudicio non potest amplius agi, etiam quando excipiendo primò actum fuit, sed bene ex aliis. ita Bald. Sali. & Paul. de Cast. in dicta l. i. C. de fide instrum. aliter res nunquam haberet finem. d. l. si. in fine. Ficus tamen ipse omni casu posset, quia dicitur tertius, cui nõ debet nocere sententia, per tit. res inter alios acta &c. secundum Bart. in d. l. ij. §. j. ff. vi bonorum raptorum. & Doctores in dict. l. j. C. quando civil. act. præiudic. crim. His vltimis rationibus, & quia aderat alia quàm deducta in primo processu: & quia res agebatur fisco instante, formata fuit inquisitio contra eum Philippum, qui, vt dixi, fuit absolutus, quia multa postmodum demonstrata fuerunt, per quæ falsitatis fundamenta non concludebant.

Tit. Quomodo procedatur in crimine notorio.

SVMMAE.

- 1 Notorio crimine existente, proceditur non seruato iuris ordine.
- 2 Probationes notorij non requiruntur, quando proceditur super crimine notorio presente iudice & populo.
- 3 Iudex ex officio debet summarie indicia assumere, & in scriptis redigere, vbi proceditur super crimine notorio, & hoc vt cautius procedat.
- 4 Notorio crimine existente tamen debet reus citari secundum magis communem opinionem, nisi ipse faceret se nullam excusationem habere.
- 5 Nullum crimen est tam notorium, quin possit habere excusationes, aut circumstantias excusantes.
- 6 Notorium regulariter est excusabile.
- 7 Notorium delictum & iudice pro tribunali sedente factum non indiget aliqua probatione, etiam vbi alias requireretur probatio.
- 8 Notorium debet probari, quando delictum commissum est presentibus omnibus vicinis, vel maiori parte, & de die & absente iudice, & reus negat, adeò vt nec iudici afferenti esse notorium crederetur.
- 9 Notorium debet probari, vbi reus est absens & contumax etiam stante statuto, quòd contumax habeatur pro conuicto & confesso.
- 10 Practica procedendi, vbi crimen est notorium.
- 11 Condemnatio sequi non potest in crimine notorio, nisi ad id agatur, vt delictum puniatur.
- 12 Copia indiciorum dari non debet reo, qui negat delictum, quòd est notorium, quãdò est admodum ridiculum quòd id neget, secus, si non ita ridiculum esset.
- 13 Notorium si sit probatum ex auditu, non potest sequi condemnatio.

- 14 Sententia declaratoria requiritur, vbi opponitur, quòd non potest procedi per iudicem ordine iuris non seruato, tanquam super notorio, & postea procedi potest.
- 15 Sententia diffinitiva, & probatio delicti requiritur vltra probationem notorij.
- 16 Donatarius, cui non secuta adhuc sententia princeps concessit bona eius, qui publicè moratur cum hostibus: & sic cuius crimen est notorium, securus est, donec habeat modum probandi notorium, etiam post mortem delinquentis.
- 17 Principi attestanti tale crimen per delinquentem commissum fuisse notorium non creditur.
- 18 Bona delinquentis apprehenduntur absque declaratione in crimine notorio.
- 19 Sententia & notorium an semper equiparentur.
- 20 Post mortem delinquentis proceditur in crimine notorio.
- 21 Post mortem damnari quis potest, si confessus fuisse delictum, vel de eo conuictus, tamen Mediolani nõ seruatur.



VINTO modo proceditur via notorij, non quòd is sit modus procedendi, sicuti per accusationem, denuntiationem, & inquisitionem, proceditur: sed quia notorio delicto præcedente proceditur sine ordine iuris. Exemplum est dupl. x. Primò quado iudex ipse videt homicidium, vel aliud delictum fieri in platea corã hominibus die clarò. Secundò quado iudex non videt, tamen sit notoriè, vt dixi. Primum exemplum est magis clarum, quia cessat ordo iuris, adeò non requiritur accusator, nec denunciator, nec litis contestatio, nec libellus datur, nec iuramentum calumnie, vel de veritate dicenda, nec tertiam aliquæ probationes notorij requiruntur, imò tunc ordinè non seruare, est seruare suum ordinem. ita Gand. in tit. quomo. de malef. cog. quan. cri. not. est. col. ij. vbi in qualibet autem specie notorij, & latè Salic. vbi omnino videas in l. ea quidem. C. de accus. vbi optimè declarat materiam, versiculo, secundum dubium, iuncto in ea colo. eo quod dicit in versu. iuxta secundum passum latè concludens, quòd non requiritur probatio delicti, addens quòd tamen cautela bona est, vt ex officio iudex assumat indicia, que in scriptis redigantur, ne incidat in linguas mordaces: cui adde etiã, ne dånium aut dedecus patiatur in syndicatu, si ob mortem, vel aliquod odium superueniens nõ posset iustificare notorium. Et ad hoc vide omnino eundem Sali. in d. l. ea quidem. in fi. vbi dicit, Caueat sibi iudex, ne delictum afferat esse notorium cum non sit: quia multa dicuntur notoria, quæ non sunt. c. consiluit. de appel. quæ postea veniunt examina coram superiore, vt in simili dicitur. ff. de ope. no. nun. l. de pupillo. §. si quis riuos. vers. toties. & dat consilium, quòd maior pars vicinorũ examinetur: & allegat Innoc. dicentem, quòd notorio non demonstrato post sententiam omnia agitata tanquã super notorio nulla sunt: vnde iudex ipse posset caput pro capite interdum soluere. Nec Aret. in consi. suo famoso clxv. col. v. vers. ij. principaliter. qui latè concludit, quòd debet ipsi iudici probari notorium, per l. hæc autem. §. j. ff. ex quib. caus. in pos. eat. discrepat: quia questio sua est, quãdò procedit vti super notorio vel ante factam notorij probationem, vel iudice ignorante quòd esset notorium: & ideo potes allegare Aret. pro hac opinione, non etiam discrepat Aret. ibi col. iij. in fine. quia loquitur simpliciter, quando coram populo factum est delictum, vel corã ipso iudice. Sed hic nõ est casus

casus noster, quia loquimur copulatiuè, quando corã iudice & populo. Veruntamen quamuis non requiratur probatio notorij, tamen iudex non debet iudicare ira ex abrupto, absque citatione & defensione. Fateor enim quòd de delicto per eum commissio cõstat eo modo, quo dictum est: sed non constat, an licitè vel illicitè. Pone enim quòd repetitur occisum tuc banitum fuisse iuxta formã statutorum cõmuniter, & decretorum nostrorum. Pone etiam quòd esset rebellis, qui occisus est, iuxta dictum Bar. in ver. rebellado, in extrauag. ad reprimen. col. ij. per l. ij. §. transfugas, ff. de sica. nõne veniret homicida absolendus? Et ideo aut ipse captus confessus est, quòd nullam haberet excusationem, vel nullam excusationem adducit, iuxta tex. in c. de manifesta. ij. q. j. & in cap. quanto. de transla. prala. & tunc nulla interposita mora damnatur. & ita sentit Aret. clarè in d. consi. col. ix. vers. sic. ad secundum. & Doctores omnes in materia: aut aufugit, & tunc venit citandus. Hæc enim simul esse possunt, crimen factum fuisse per eum, & tamen excusabile ita latè & notabiliter declarat Salic. in d. l. ea quidem. vers. primum, an citatio. & dicit Innoc. quem refert & sequitur Buttrig. in cap. vestra. de cohabi. cle. & mul. quòd nullum delictum potest esse tam notorium, quin habere possit excusationes, siue circumstantias occultas excusantes eum. & dicit Abb. in eo. c. in fi. quòd regulariter notorium est excusabile: & bene dicit, quia etiam aliqua non possunt habere excusationem, vt blasphemia, adulterium, & similia, vt no, declarat Aret. in d. consi. col. ix. vers. venio ad secundum. Est & alius casus, quando esset præfens, & negaret quòd illicitè fecisset delictum, adducendo colorem aliquid dicendum est, quòd non venit simpliciter dånandum, nisi eo monito, & dato termino ad se defendendum. Et licet in hoc articulo, An requiratur citatio in notorio crimine ante sententiam, sint infinitæ opinioes: tamen hæc est communior apud Moder. æquior & probabilior secundum Aret. in d. consi. col. viij. Dec. in effectu, vbi vide in c. cum sit Romana. colum. fin. de appel. & Maria. in tract. citat. in vij. art. princ. in j. quæst. vers. quarto fallit. Et sic vides, quòd quado delinquens fatetur nullam excusationem habere, vel nullam adducit, tunc nulla defensio est ei danda. & ita intellige dicta Bar. & Imol. in l. custodias. §. j. ff. de publici. iudi. & Sali. in l. ij. C. de custo. reo. in verbo, & hæc practicam seruat totus mundus, postquam apparet ex facto notorio & ore rei, quòd nulla tergiversatione crimen potest celari, aut excusari. & ita in effectu Bald. in l. a procedente. in fi. C. de dilat. & per Angel. Aret. in glo. qui iudex statuit terminum ad eorum defensionem faciendam. & Aug. de Arim. ibidem. Dixi igitur, quòd quando iudici & populo est notorium delictum, quòd nullæ requiruntur probationes: & hoc multò magis procedit, vbi iudex tunc sederet pro tribunali, imò eo casu probatio cessaret, vbi alias requiretur, vt per Sali. in d. l. ea quidem. vers. tertium dubium est, ad quod etiam vide in fortioribus terminis Gandi. in tit. quomo. de malef. cog. of. per denunt. vers. sed quaro nunquid, vbi format questionem in officiali electo ad inueniendos maleficos, qui notificat delictum, quòd dicit vidisse: & tenet Gand. quòd creditur ei, quia exercens officium suum vidit & notificauit: credo tamen, quòd loquatur in leuib. iuxta nota per Barto. in l. diuus. in princ. ff. de cust. & exhib. reor. & dixi supra titu. procedenti. Secundum exemplum, quando ipse iudex non vidit factum in vicinia

præsentibus omnibus illius vicinæ, vel maiori parte & de die, non habet prædictam difficultatem respectu probationis notorij, quia omnino debet probandi: verum in reliquis cessat ordo iuris: vt in præcedenti alio casu. ita in effectu Gand. vbi supra dicens quòd debet examinari reus: & si negat, sine alia litis contestatione cum iuramento calumnie, vel de veritate dicenda, etiam recipitur probatio: quæ probatio in reliquis tamen est recipienda, seruato ordine iuris secundum Salicè in d. l. ea quidem. vers. ad quintum. & alios Doctores ibi, & Alex. & Ias. in l. si verò. §. qui pro rei qualitate. vbi est materia. & vbi vide ff. qui facta. cog. & Alex. consi. cxvij. volumi. iij. & alibi in hac materia. & ita in effectu colligit ex dictis Aret. in dicto consilio clxv. colum. vj. vers. secundò obicitur, quòd D. Antonius, vbi latè ostendit, quòd notorium in hoc casu debet probari iudici, adeò quòd etiã ei non crederetur, quòd esset notorium, procedendo ex puro & mero officio, & seruato iuris ordine quoad citationem partis: verum in reliquis nec ante, nec post requiritur ordo iuris: & ideo etiam potest procedi per inquisitionem, vbi alias non posset procedi, ita Gandi. in dicto titu. verò. si verò sit notorium. & Angel. Aret. in glo. etiam per modum notorij. Sed pone, quòd nõ possit examinari, quia sit absens, & an etiam requiratur probatio notorij, tanquam si esset præfens, & negaret: vide egregie per Aret. in dicto consi. colum. v. in fine. & princip. sequen. vbi tenet requiri, etiã loquendo in summo Pontifice, dicens quòd illa sententia fuit nulla, in qua processit tanquam super notorio, non consulto prius de dicto notorio. Tamè aliud videtur stante statuto quòd contumax habeatur pro confesso & conuicto, prout est quasi vbi que, nisi dicas, quòd plus nõ debet operari facta confessio, quam vera: sed vera simpliciter non operatur nisi circa substantiam delicti, non circa qualitatem, secundum Barto. in l. si sic. la secunda. §. j. de legat. j. Practica igitur in prædictis erit hæc quòd formabitur inquisitio assumptis iudicis super notorio, etiam ex puro & mero officio omni casu, & non citata parte, vt fit: sed si compareat postea, & neget inquisitus, sicut deinde repetitiones & examina testium citata parte: si verò nõ compareat adhuc sicut ante condemnationem: nec aliter vti super notorio poterit firmari sententia, nisi, vt dixi, statutum, quòd contumax habeatur pro confesso, etiam diceret cum omnibus qualitatibus adiectis imputationi. Ratio autem cur formatur habitis iudicis, non citata parte, illa est, ne reus fugiat. Sed secundum statuta, quæ vbi que ferè vigent, & obseruationem etiam parum admodum prodest, quòd possit in hoc notorio formari inquisitio, quia de omni delicto formatur, nisi secundum statutum Mediolani per quod etiam ex puro officio non potest formari certis casibus, Adverte tamen circa prædicta, quòd siue loquamur in hoc secundo exemplo, quando tantum aliis est notorium, & non iudici, siue in primo, quando omnibus, licet ordo iuris quasi prorsus cesser, vt supra declarari, requiritur tamen, quòd ad id agatur, vt puniatur delictum notorium, vel per viam accusationis, quæ necessaria non est, vt dixi, vel per viam inquisitionis, & ita sentiunt omnes, nec aliter potest sequi condemnatio. c. j. de excep. cum similibus. Notorium tamen postea probatum colleret omnem inepititudinem processus, sicuti confessio, iuxta ca. j. & ij. de accusa. in vj. Sed an sit necesse, quòd detur copia indiciorum, sicut in cæteris? Angel. Aret. in gloss. prædicta, etiam per modum notorij, tenet non esse necesse

farium. Res pender ab eius examine & processu: quia si negat delictum, quod ad eum patet, ut sit ridiculum, quod negaverit, tunc dari non debet. Si vero non est ita ridiculum, puta, quando res niteretur tantum aliquibus testibus, non autem uniuerso populo vel vicini, tunc danda est. Sic igitur patet, quod quando iudex videt, tunc nulla interposita mora reus damnatur, si nullam excusationem adducit, vel fatetur nullam habere. Et idem est dicendum, quando non videt, sed est ei probatum: quod absque dubio procedit, quando non solum est probatum delictum, sed etiam notorium. Si autem tantum notorium esset probatum, videlicet, quod totus populus vel maior pars vidit, & quod fuit de die clara: ex auditu tamen, tunc non posset sequi condemnatio, ut late per Salice. in d. l. ea quidem. in vj. q. & ix. Patet etiam, quod vbi proceditur super notorio, quod proceditur non seruato ordine iuris. Pone igitur, quod opponatur non sic posse procedi ad impediendum processum. Quid fiendum? Dic quod iudex debet super hoc prius pronuntiare, ut in viij. q. per Sali. & successiue procedere sine ordine, iuxta predicta, vide omnino Salicet. in d. l. ea quidem. C. de accus. vbi per decem quaestiones examinatur materiam, & dum vult quod requiratur declaratoria, vide ad id Dec. in c. petenit. ad fin. de appel. & dum etiam vult in vna quaestione, quod requiratur, ultra probationem notorij etiam probatio ipsius delicti, & sententia diffinitiva, licet non solenniter, vide omnino l. in c. j. quod incipit, Sancimus ut neimo. in §. sancimus. quo temp. mil. vbi decidit, quod quando crimen est notorium, puta, quando vassallus vel subditus moratur publice cum hostibus, vel in castris contra suum principem, si princeps absque sententia, bona concedit alteri, semper erit securus donatarius, donec habeat modum probandi tale crimen notorie fuisse patratum, & sic etiam post mortem delinquentis, dicendo quod tamen non crederetur principi attestanti tale crimen, ex quo agitur de prauidicio & modo suo, licet aliis crederetur sibi soli magis, quam vni notorio. Et sequitur Moder. Laur. in suo tract. feudali vers. & dicti vassalli pro febus feudalis. colum. ante pen. vers. in super quareo nunquid dominus. & in c. q. in tali notorio crimine bona apprehendatur etiam absque declaratione, iuxta c. cum secundum de heret. in vj. habet Abb. in c. ad nostram. el secundo. col. pen. vers. sed quareo vtrum in differenter. de iure iur. in c. cum olim. post gl. ibi col. ante pen. vers. nota singulariter hac gl. de re iud. & in c. cum sit Romana. col. fi. de app. & in c. cum non ab homine. & ibi feli. col. vj. vers. limita primum de iudic. & idem in c. Rodolphus. col. xxv. vers. limita primum predicta. de rescri. Si igitur apprehenditur etiam absque declaratoria ratione notorij, quod vim habet ipsius sententiae, iuxta glo. in l. i. lictus fastid. ff. de his, qui not. infra. & regula, quod sententia & notorium aequi parantur, iuxta c. v. de coniu. cle. & l. emptorem, in prin. ff. de act. emp. ergo inepta est ponderatio proxime facta, quod etiam post motum possint apprehendi bona, & probari notorium: si tamen velles generaliter intelligere, an verum sit, quod notorium & sententia aequi parantur, vide l. fo. vbi supra in d. l. si vero. §. qui pro rei qualitate. ff. qui testif. cog. Areti. consi. ante pen. col. vij. Bal. in d. lictus fastid. & in l. j. col. j. ff. de cur. sur. & Ang. in l. libertus. §. j. ff. de sta. lib. Item ad id, quod dixi supra, quod in crimine notorio post mortem proceditur, vide gl. xxij. q. ij. in v. & in c. neque lxxvij. dist. Moderni in l. qui fallum. §. j. col. ij. ff. de fal. Item adde, quod ratione confessionis &

probarionum, quae ipsum conuincant, post mortem quis potest damnari. Bal. in l. vnica. col. ij. C. ne ex delict. defur. & de quo dicam infra in titu. de pen. sed Mediolani hoc non seruatur.

Tit. Quomodo procedatur per actionem in delictis.

S V M M A E.

- 1 Ex quolibet delicto tam priuato quam publico potest agi criminaliter & civiliter.
- 2 Poena aliquando est ordinaria, aliquando extraordinaria, vbi criminaliter agitur.
- 3 Priuata delicta quae dicantur, & quae publica.
- 4 In priuatis delictis regulariter accusatio non competit, nisi eius cuius interest.
- 5 Crimen potest dici publicum tripliciter.
- 6 Materia priuatorum & publicorum delictorum per quem tractetur.
- 7 Civiliter agi potest pro publico crimine ad prosequendum ius suum, & compit actio.
- 8 Ex priuatis delictis oriuntur actiones, quae denominantur ex ipsis maleficiis: ex publicis vero oritur actio in factum.
- 9 Actiones priuatorum delictorum regulariter concernunt inter esse partium: publicorum autem vindictam.
- 10 Priuata delicta, pro quibus agitur publico iudicio.
- 11 Rapina crimen est publicum.
- 12 Actio agitur ad ius suum prosequendum, & etiam ad poenam parti applicandam.
- 13 Actio ex delictis introducta facit quod civiliter agatur, accusatio quod criminaliter.
- 14 Actionis iure agitur non solum ad proprium interesse, sed etiam ad remotionem officij.
- 15 Vbi agitur civiliter, agitur iure actionis: vbi criminaliter, agitur officio iudicis.
- 16 Mixta causa dicitur, vbi agitur civiliter causa alicuius criminis.
- 17 Actio differt ab accusatione, quia prima triginta annis tollitur, secunda viginti.
- 18 Poena debetur, vbi cessatum fuerit per decennium.
- 19 Banni effectus non potest tolli spatio triginta annorum.
- 20 Civiliter agi potest contra delinquentem, etiam quod crimina liber desierit posse agi.
- 21 Prescriptio non tollit crimen de iure canonico.
- 22 Prescriptio in criminibus incipit a die sententiae, non a die commissi criminis.
- 23 Favorabilis est reo, quod constat eum non deliquisse, quam quod crimen prescriptione sit sublatum.
- 24 Iuramentum falsum punitur statuto Mediolani, modo detur querela de eo infra mensem: quod statutum quomodo intelligatur, & an tempus sit continuum, an vitale, & an sit terminanda causa infra mensem.
- 25 Mensis an intelligatur de triginta diebus, an vero de triginta noctibus.
- 26 Dies termini quomodo computetur in termino.
- 27 Mensis vitales quomodo intelligatur.
- 28 Annus quot diebus constituitur, & quando incipiat.
- 29 Annus inceperit an habeatur pro completo.
- 30 Actio civilis transit ad heredes, criminis non regulariter.
- 31 Civile iudicium non infamat, criminale quando infamat.
- 32 Infamia facti quid operetur.
- 33 Civile iudicium in quibus differat a criminali.
- 34 Civile iudicium difficilius tollitur, quam criminale.
- 35 Civile iudicium & criminale regulariter a pari procedunt.
- 36 Salarium advocati in causa criminali est maius, quam in causa

- causa civili.
- 37 Civiliter agere pro crimine quis interdum cogitur.
 - 38 Homicida etsi non sit in dolo, sed in culpa, puniri debet pro modo culpa.
 - 39 Lata culpa non punitur, vbi lex dolum requirit expresse vel tacite.
 - 40 Inquisitio non est formanda, quod dolo maleficium sit commisso, vbi culpa tantum interuenit, & male agunt iudices & notarij qui dicit faciunt.
 - 41 Civiliter agi potest pro crimine, ut quando fit gratia generalis a principe post bellum finitum, quod non possit agi criminaliter contra eos, qui milites fuerunt, secus si dicatur, quod remittitur criminalitas.
 - 42 Remissio facta a principe ob pacis fauorem militibus prauidet pauperibus subditis, quibus factae fuerunt extorsiones, sed non subditis secus, & quomodo loquantur Doctores in tali conclusione.
 - 43 Princeps secularis non habet potestatem in clericos etiam priuato iure.
 - 44 Dispositio principis tollit ius priuatorum, quando verba sunt clara, non si generalia tantum.
 - 45 Verba principis impropriari debent, ne contineant iniquitatem.
 - 46 Capitula pacis considerandum est quo tempore sint facta, cum de eorum interpretatione agitur.
 - 47 Civile actio quando faciat cessare criminalem, remittitur.
 - 48 Actio in causa civili quando faciat fidem in criminali.
 - 49 Actio civilis competit non solum ad consequendum ius suum, sed etiam ad vindictam interdum.
 - 50 Effectus quod possit agi civiliter ad vindictam.
 - 51 Qui potest criminaliter & civiliter agere, si suspiciones tantummodo de crimine habeat, cautius se geret civiliter agendo.
 - 52 Criminalis causa civiliter intentata non est proprie criminalis.
 - 53 Effectus actionis civilis & criminalis accusationis.
 - 54 Accusatio tollitur ipso iure, si statutum dicat, quod super crimine non recipiatur accusatio.



EX QUIBUS sextus modus agendi in delictis via actionis ad suum interest, vel ad poenam, quae sibi applicatur. Pro intelligentia cuius materiae scias quod ex quolibet delicto tam publico quam etiam priuato potest agi criminaliter & civiliter, textus est in l. fina. ff. de priu. delict. qui procedit in priuatis delictis, iuxta titu. sub quo finitum est: sed l. si nomine. ff. de fal. loquitur in crimine falsi, & sic publico. & l. fina. ff. de furtis. locum habet in furto, quod est delictum priuatum, & l. fina. ff. de iniur. §. liberum. in situ. ad legem Aquil. l. si quis ad se fundum. C. ad legem lul. de vi publi. secunda. §. primo. ff. vi bon. rapt. loquitur in rapina. & que est publicum delictum, ut declarat Ang. Aret. in ver. vestem caelestem, in principi suo tracta. & §. in summa, in situ. de iniur. & paulo infra dicam. Et vbi agitur criminaliter, aliquando poena est ordinaria, quae venit applicanda fisco. d. l. fina. ff. de priu. delict. d. §. in summa. & d. l. fina. ff. de furt. Aliquando etiam extraordinaria, ut in incendiario, iuxta l. fina. in fine. ff. de incen. rui. nau. & etiam quando potest agi iudicio publico, ut in d. §. liberum, vbi etiam agi potest pro seruo occiso. l. Corn. nel. de scar. & in d. §. j. in l. ij. ff. vi bon. rapt. & in d. l. si quis ad se fundum. Et priuata delicta, sicut furti, iniuriarum, abigatus, & similia, sunt ea, de quibus in l. br. xlvij. Digest. a titu. de priu. delict. in quo incipit xlvij. liber. vsque ad ritu. de public. iudic. & possunt dici

ci priuata omnia ea, quae non enumerantur inter publica, iuxta l. j. ff. de pub. iud. & haec quare dicantur priuata, ponit egregie Mar. Soc. in repe. c. veniens. de accus. char. ij. col. ij. vers. primò igitur. & ibi quod non valet consequentia, competet publica accusatio, ergo delictum est publicum. ite ibi, quod regulariter in priuatis non competit accusatio, nisi eius cuius interest, nisi tamen veniret poena pecuniaria applicanda fisco. Et postremò dicit, quod tripliciter crimine potest dici publicum, largissime, largè, & stricte, & ponit etiam Ang. in sti. de pu. iu. in prin. col. pen. & si. & vide etiam materiam delictorum publicorum & priuatorum, per Ange. Aret. in ver. nec non ad querelam. Sed an quando civiliter agitur pro crimine publico competat actio? Videtur non competere in tit. de pub. iud. in prin. vbi tex. expresse videtur factus ad hoc, sed intelligo, quando criminaliter agitur: sed si civiliter ad ius suum, non videtur quare non competat actio quae est ius prosequendi ius suum, & c. in sti. de actio. in prin. & est tex. in d. §. in nomine. ff. de fal. & ad hoc gl. de pub. iud. in prin. dum allegat rationem, quare publica iudicia dicantur institui per accusationem, dicens quod idem est, quia agitur ad vindictam, non autem ut prosequatur quis ius suum: vult ergo, quod si agat ut prosequatur ius suum, & competat actio: fautor quod ex priuatis delictis resultant actiones ex ipsis maleficiis, quae denominantur ab eis, ut actio furti, vi bon. rapt. & alia, ut in §. ex maleficiis. in sti. de act. Sed ex publicis datur actio in factum, d. l. in nomine. & in l. hodie. §. j. vbi glo. expressa. ff. de fal. vel actio iniur. vel legis Aquil. vel vi bon. rapt. descendentes ex delictis publicis, ut patet in l. praetor edixit. §. j. vbi est videndum. ff. de iniur. & patet in titu. suis. de iniur. ad leg. Aquil. & vi bon. rapt. iunctis tit. ad leg. Corn. de sca. & de vi publi. & pri. Nec in hoc est dubitandum. vide Bar. in l. infame. col. ij. ver. quare dicitur hic. ff. de pu. iu. & Imo, in rub. de pub. iud. Est verum quod regulariter actiones publicorum iudiciorum concernunt solum interesse, priuatorum vero etiam poenam, ut ibi notabiliter declarat Imola. Et secundum predicta, rapina est inter priuata iudicia, quia numeratur in d. lib. xlvij. & tamen punitur publico iudicio a lege lul. de vi publi. & pri. & similiter officio serui vel etiam liberi, est inter priuata, quia pariter connumerantur in tit. ad leg. Aquil. lib. xlvij. & tamen etiam punitur publico iudicio, ut dixi supra. Veritas est, quod rapina est crimen publicum, ut dixi patere ex dictis Ange. in ver. vestem caelestem. in princ. & hoc quando is, qui vadit ut vim inferat, inuenit aliquem in domo, alias non transit haec rapina in vim publicam. ita Bar. post gl. in d. l. infamem. & ita Imol. Ang. & alij communiter ibidem. Et pro dilucidatione vide quae dicam infra in tit. de rapina, in vlti. ver. & in l. infame. ff. de pub. iud. Et licet per actionem agatur civiliter ad ius suum prosequendum, in sti. de act. in prin. tam etiam agitur ad poenam consequendam, ut in actione furti, vi bon. rapt. & similia, ut d. §. ex maleficiis. cum §. seq. in quibus iuris. constat, quod poena applicatur parti, Imol. vbi supra. Et ideo vbi lex introducit actionem ex delictis, vult quod agatur civiliter, & consequenter quod poena parti applicetur: vbi vero accusationem, & criminaliter. ita Bar. in l. agraria. ff. de ter. mo. Aret. in c. cum in tua. in j. not. extra, de testi. & per eundem Bar. in l. praetor ait. ad si. prin. ff. de sepul. viol. & non solum iure actionis agitur ad proprium interesse, verum etiam ad remotionem officij, text. est in c. per tuas, extra, de simo, vbi Abb. not. in quo tamen vltimo vide Dec. in rub. extra de iud. in col. vlt. Intelligi tamen vbi civiliter proceditur, quod tunc agitur iure actio, secus si

criminaliter, quia tunc agitur officio iudicis modis
 16 predictis. in lit. de publi. iud. in prin. Ad hoc quod ubi
 agitur civiliter causa criminis, tunc causa dicitur mi-
 xta. Aret. in c. testum. in ij. not. de testi. Et disse-
 17 runt hanc, utrum iudicium sit civile vel criminale: pri-
 mo, quia actio durat xxx. annis, accusatio vero xx. an-
 nis, ut not. in l. querela. C. de fals. imò amplius glo. ibi
 voluit, quod etiam officium inquirendi duret xxx. an-
 nis: sed reprobat, quia succedit loco accusationis,
 18 ut ibi per Doc. & maxime Ang. Debilitatur tamē per
 na minori tempore, scilicet decennio. l. qui durat no-
 ff. de pæ. per Pau. de Cast. consil. cxcv. ad fi. per Bar. in
 extratrag. quoniam nuper. in verb. crescit. & per Roc.
 19 Cur. in tract. consue. fol. 3. col. ij. circa fi. Verum tunc
 to banno etiā xxx. annis non tollitur effectus banni.
 Nel. in tract. banni. in ij. parte ij. temp. q. lxiii. & si am-
 20 plius non potest agi criminaliter, iuxta d. l. querela.
 an tamen civiliter possit agi, saltem vsque ad decē an-
 nos, quibus amplius durat actio civilis? Vide Alexan.
 consil. clxxij. vol. v. in casu, quo quis poterat accusari
 criminaliter & civiliter, & amplius non poterat accu-
 sari criminaliter: quia disputat, an saltem civiliter pos-
 sit agi: & iudicio meo res admodū clara videtur, ut a-
 gi possit, quando tractatur de agendo, contra eandem
 personam, & delinquentē, quia nihil video obstare.
 Sed ubi quis velit experiri civiliter contra unū ad pri-
 vationem bonorū, in casu, in quo prius criminaliter
 erat agendū contra delinquentes, iuxta l. j. C. ubi cau-
 sit. tunc insurgit dubitatio per l. in cognitione. cum ibi
 not. ff. ad Syll. Tamen adhuc veritas est, quod potest.
 d. l. j. in fi. & per Alex. in d. consil. qui ita loquitur, & re-
 spondet ad d. l. in cognitione. de iure vero canonico
 21 crimina non tolluntur prescriptione. gl. in c. admo-
 nere. xxx. q. ij. in ver. pœnitentia. quod quomodo in-
 telligatur ponit Dec. in cap. licet causam. char. xlv. in
 22 ver. postremū notā. est. de proba. Et adde, quod hanc
 prescriptionē xx. ann. de qua in d. l. querela. incipit à die
 commissi criminis. vide etiam infra in tit. de iniur. circa
 act. iniur. quanto tempore & quomodo tollatur. Et fal-
 sentias ad dictam l. querela. ponit Marfil. in l. qui fal-
 sam. §. primo. ff. de fals. itē addo, quod si prescriptione
 23 test. sublatum crimen minus proderit reo, quam si cō-
 staret eū non deliquisse, quia primo casu, si tamē pro-
 ceditur, potest iudex eū non comparētē condemnare,
 secus si constat eum non deliquisse. ita Bar. in l. ab-
 sentem. ff. de pœn. vers. quartō circa hoc. & dicam in-
 24 fra in materia bannitorum. Adde etiā quod habemus
 statutum Mediolani sub titu. de sacramento falso, vel
 non vero, quo punitur falsum iurans: & statuit, ut in-
 fra mensē, & non ultra, possit procedi de falso tam
 civiliter quam criminaliter: & ut etiam ex officio nō
 possit ultra mensē procedi. Et verba propria statuti
 sunt hæc. Et quod sacramentum dici nō possit falsum,
 seu non verum, nec aliter contra eum quovis modo
 procedi, nec puniri possit civiliter, nec criminaliter,
 nec ex officio, nisi dicatur infra mensē unum conti-
 nuum à die sacramenti præstiti. Circa quod primō est
 querendum, an tempus mensis currat à die maleficii
 commissi, an vero à die scientiæ maleficii. Et breviter
 est dicendum, cum expressē velit, ut supra mensē nō
 possit dici falsum iuramentum, quod currat à die cō-
 missi delicti, etiā occulti. De hoc est decisio Salic. in l.
 fi. C. de dolo. in fin. quo fundamento etiā cessante idē
 dicitur: quia statutum clarē vult, ut tempus mē-
 sis sit continuum, & consequenter currat ignoratū &
 absenti. d. l. fin. Secundo est querendum, an etiam sit
 necesse terminare causam infra illud tempus? Et vi-

detur esse necessarium: quia statutum nō solum vult,
 ut non possit procedi, verū etiam ut puniri nō possit,
 nisi infra mensē: quod planum esset, si verē solum di-
 ceret. nisi infra mensē: sed eius verba sunt hæc, nisi
 dicat infra mensē. Per quæ apparet, quod sentit cō-
 trarium: vult enim ut dummodo dicatur falsum infra
 mensē, quod possit etiam elapso mense puniri. Et
 hæc est clara mens eius, atque ita servatur. Et si simpli-
 citer diceret, ut ultra mensē non possit cognosci, lis
 esset terminanda intra mensē. ita Sal. in d. l. fi. quod
 pater ad sensum: quia aliter dicere, esset expressē dice-
 re contra statutum. Tertio quarto, an hoc statutū etiā
 habeat locum in sacramento falso, quod committitur
 per contradicentes cridis camera Imperialis, quæ hūc
 pro liquidatione bonorum confiscatorum. De sacra-
 mento falso, quod fit in cridis bonorū vendendo-
 rum, res non habet difficultatem: quia statutum clarē
 etiam hoc in casu loquitur: sed de sacramento falso,
 quod fit in contradictionibus ad cridas cameræ vido-
 tur dicendum contrarium: quia vnus inclusio alterius
 est exclusio. l. cum prætor. ff. de iudic. & maxime quia
 dum exprimit hunc casum, dicit & etiam in contradi-
 ctionibus, & c. sentiens quod de eo casu dubitabat val-
 de, & inferens quod cum multō magis esset dubitan-
 dum de aliis contradictionibus, propterea noluit ali-
 quid de eis decernere. Quæ ponderatio facit, ut quā-
 vis superius in titulo de iudicis, statutum dixerit, &
 prædicta non habeant locum in causis dominorum
 Magistrorum ordinariorum & extraordinariorum,
 atque ita non expresserit: quo casu vnde videatur, ut
 mens fuerit loqui etiam de aliis contradictionibus, ta-
 men dicendum sit, ut noluerit loqui nisi de contradi-
 ctionibus ad cridas bonorum vendendorum, & hæc
 est mera veritas: quia per decretum circa liquidationē
 bonorum confiscatorum clarē provisum est, ut scilicet
 falsō iurans in dictis contradictionibus ipso iure
 & falsō incurrat pœnam quadrupli, & quodcumq;
 magistratus cognoscere possit, vel alius iudex ab eo
 delegatus est, quia statutum dicit, nisi dicatur infra mē-
 25 sem vnum continuum. Quæro, tan de diebus trigini-
 ta vel trigintauno intelligitur? Dic quod si statutum
 loquatur, prout facit, simpliciter de termino mensis,
 tunc mensis habet dies xxx. tantū: sed si diceret à die
 publicationis infra mensē si præsentetur pax, sit libe-
 ratus ab homicidio per eū commissō, prout dicebat
 edictū gratiosum superioribus diebus editū, ob pacē
 secutam inter Casarem, & regē Galliar. Tunc mensis
 etiā esset triginta vnus dies, si is mensis quo datur ter-
 minus, habet triginta vnū diem. ita Gemina. in c. quā
 sit. de elect. in vj. qui ita intelligit gl. ibi, in verbo. men-
 se. & ita intelligit Bar. in c. cum bifextus. ff. de verb. sig.
 Sic etiam declarat Dec. in regu. vbi lex. de regu. iur. &
 quando simpliciter datur dilatio mensis, dies termini
 26 computatur in termino, sed si dicitur à die publica-
 tionis, vel à præsentī die infra mensē, tunc secus est.
 Alex. consil. xliij. vol. ij. col. ij. Alber. in prima charta di-
 ctionis sui in litera A. vbi vide. & vide Alex. in l. j. in
 ij. eol. ff. si quis cau. Fel. in c. j. de præscrip. col. ij. versus
 fin. plenē Bal. j. vol. consil. cccv. col. ij. & iij. vol. eol. i.
 cccclxj. Ange. not. in l. a caligato. C. de nupt. & in hoc
 Deci. vbi supra se inuoluit, quia in casu Bar. in d. l. cum
 bifextus. & in casu d. glo. in c. quā sit, vult ut compu-
 tetur in termino, & nihilominus tenet, quod loquā-
 tur, non quando simpliciter datur dilatio, sed quādo
 dicitur à die hodie, vel à die publicationis, & similis.
 Est tamen semper notandū verbum Decij in eo loco
 in fi. dum vult, ut & si simpliciter data dilatio mensis
 intelli-

intelligatur de diebus triginta, tamen in fauorabilibus
 excedatur quo ad medium diem. ita intelligēdo text.
 regule ibi, quia ex hoc sequitur quod si in gratioso e-
 dicto, de quo supra simpliciter esset dictū modo præ-
 sentetur pax infra mēsem, intellige postquam sumus
 in fauorabilibus de medio die, vltra mensē. Et hic
 intellectus mihi magis placet, quā ille Bart. ad d. re-
 gulam. in d. l. cum bifextus. in fi. & ita etiam Alciat. in
 d. l. cum bifextus. & de hac materia vltra Dec. vide
 Gemin. in c. statutum. col. ij. de præb. in vj. & omni-
 no Alber. in dictionario suo, in verbo. menses. & Si-
 27 gnoro. consil. xxxvij. Et quando statutum assignaret
 vnū mensem vtilem, vide Alex. consil. cxliij. vol. v.
 28 col. pen. & fi. & Dec. in d. regula. Et de anno quod die
 bus constituatur, & quando est bifextilis, vide Alber.
 in verbo. annus, & quando incipiat. Alex. & Iaf. in l.
 de diuisione. ff. solu. matrimo. & quot mensibus esset
 antea nuncque etiam cōstitutus sit annus, & quot die-
 bus, & hoc idem etiam de mense vide Alciat. in d. l. cū
 29 bifextus. Et an inceptus annus habeatur pro comple-
 to, vide Archi. & Perus. in c. si annum. in prin. de iud.
 in vj. Bart. & alios in l. si cui legetur. in prin. de lega. j.
 Bart. Imol. & Paul. Cast. in l. qui filium. S. Sabinus. ff.
 ad Treb. & ibi etiam Raine. de Forli. omnino Corn-
 j. vol. consil. ccxliij. Sed redeundo ad differentias, quæ
 sunt inter iudicium civile & criminale. Differentiæ etiā,
 30 quia civile transit ad hæredes, vt hæres teneatur ex
 delicto defuncti, vel de eo quod ad ipsum peruenit,
 vel si lite contestata mortuus fuerit, secus autem est
 in iudicio criminali, quia in eo non tenetur hæres, nisi
 lata sententia contra defunctum, vt nota Barto. in l. j.
 ff. de priua. deli. & Barto. in l. j. C. ne ex delict. defunct.
 loquor in iudicio criminali publici criminis, non pri-
 uati, quia in eo lite contestata etiam hæres tenetur. vide
 Deci. in hac materia, vt paucis agam in l. pupillum. §.
 in hæredes. de regu. iur. & Firmian. in tract. de gabel.
 in iij. lib. colum. penult. & fi. & Deci. in regu. toties. ff.
 de regu. iur. Et est alia differentia, quia iudicium ciui-
 le non videtur diffamare. l. cessat. ff. de actio. & oblig.
 secus vero criminale, vt probare videtur text. in l. j. ff.
 de infami. dum loquitur de actione furti, iuncta glo. ff.
 ibi, quæ dicit aliud esse in conditione furtiua, & alia
 glo. ibidem, quæ dicit, quod in actione l. Aquilia non
 sequitur infamia, veritas tamen est, quod ad hunc effe-
 ctum non est considerandum, an agatur civiliter vel
 criminaliter, vt ostendunt dicta Barto. in l. prætor edi-
 xit. in prin. ff. de iniur. Sed an delictum ipsum infam-
 met, vel non, vide l. infamem. & ibi Bar. no. ff. de pub.
 iudi. oritur tamen semper infamia facti. glo. in d. l. ces-
 sat. imò ex sola accusatione oritur. c. omnipotens. de
 31 accus. & cuius effectus sit hæc infamia facti, habes per
 Aret. in l. qui à latronibus. §. j. col. j. & seq. ff. de testa-
 ment. & ad prædicta vide Iaf. in l. certi conditio. in
 princip. colum. vij. ff. si certum peta. & Ange. Aret. in
 §. ex quibusdam. in ij. colum. in litu. de pœn. reme. li-
 tigan. & Doct. in l. j. C. de sum. Trini. & fide cathol. Et vl-
 32 tra prædictas differentias inter iudicium civile & cri-
 minale vide glo. notab. in tit. de pub. iudi. in prin. vbi
 ponit in quibus differant & conueniant, & Bart. in l.
 absentem. ff. de pœn. iuxta text. ibi dicentem, quod in
 criminalibus proceditur, instar ciuiliū iudiciorum,
 & ibi omnino vide Alex. in apostilla quæ incipit, est
 differentia, & Alexan. in l. cum mulier. colum. ij. ff. sol.
 matri. & not. omnino ex his quæ dixi supra, circa di-
 33 ctam l. querela. quod facilius tollitur iudicium crimi-
 nale, quā civile, & idē etiam si lex dicat non dari
 actionem in criminali, intelligitur ipso iure in ciuili

ope exceptionis. Item per actum tollitur ipso iure cri-
 minalis actio non ciuili, vt per Bart. Alex. & Iaf. in l. j.
 §. sublata. ff. ad Treb. & facit optimè lex si diutino. ff. de
 35 pœnis. Not. etiam, quod d. regulariter à pari procedit
 per d. l. absentem. secundum Doct. vbi supra, maxime
 Alex. in d. l. cum mulier. & Iaf. in d. §. quod aded. verū
 est, quod lex noua, vel statutum etiam correctoriū lo-
 quens in vno iudicio, trahitur ad aliud. ita egregiè Bar-
 tol. in l. inter accusatorem. col. ij. vers. quarto vtrū ista
 dilatio. ff. de pub. iudic. & sequitur Aret. in consil. cix.
 quod millies tibi honorem afferet in trahendis statu-
 tis ciuilibus ad criminalia, & circa citationes an differ-
 rant, dicam infra, in materia citationis. Differunt etiā,
 36 quod in salario aduocati, qui in causa criminali potest ha-
 bere salarium, vltra centum aureos in ciuili non. Aret.
 in l. si qui. in fi. ff. de postul. Adde, quod non solum of-
 37 fensus potest agere civiliter pro crimine: imò inter-
 dum, si agere velit, cogitur id facere, vt in quolibet cri-
 mine, sublato dolo, & lata culpa, quia pro leui & leuis-
 sima non potest procedi, nisi ad resarciendum damnū
 ciuilitè. l. in lege Aquilia. ff. ad leg. Aquil. & in l. qui
 ædes. ff. de incen. rui. naufra. cuius contrarium tamen
 tenet Bar. in l. respiciendum. §. delinquant. ff. de pœn.
 Tamen veritas est, quod ciuilitè tantum agitur, nisi
 in subsidium, quando non potest resarciri damnū, vt
 per Abb. in c. ij. de constit. & Fel. ibidem post alios, &
 38 ita intelligendum est, quod dicitur, Homicidam, & si
 non sit in dolo, sed in culpa, tamen puniendum esse
 pro modo culpæ, vt latè tradit Deci. in consil. jx. quia
 procedit secundum communem opi. & in lata culpa
 tantum, pro qua solummodo criminaliter puniendus
 est, & non pro leui & leuissima, nisi in subsidium, vt di-
 xi, sed nec pro lata, semper etiam punitur, quando sta-
 tutum, vel lex requireret dolum, & esset delictū, aliàs
 iure naturali non punibile, ex quo omnino delictum
 cessat sublata qualitate doli, quod, vt dixi, non est de-
 lictum, nisi ex dispositione illius statuti, vel legis. ita
 Cyn. & alij communiter, maxime Salic. in l. Senatus.
 C. de his qui sibi in testa. adscrib. Bal. Alber. & commu-
 niter Doct. in l. si quis id quod. super vers. doli. ff. de
 iur. om. iudic. sed si esset naturale, tunc etiam cessante
 dolo requisito à lege, vel statuto, tamen sequeretur
 pœna, pro modo culpæ, ita in locis, vbi supra: & ita in-
 tellige Doctores in d. c. ij. de constit. dum dicunt, ma-
 xime Felin. col. ij. vers. fallit primò. & Deci. quod d. vbi
 39 lex requirit dolum expressē, vel tacitè, tunc non puni-
 tur lata culpa: Nam procedit quo ad pœnam, quæ se-
 quitur ex delicto commissō dolo, sicut dicit lex. nō
 quo ad aliud delictum, quod culpa sequitur, & abso-
 lutè ita sentiūt omnes dicentes illud vulgatum, quod
 lata culpa non æquiparatur dolo in homicidio, & aliis
 delictis de quibus in d. c. ij. & in l. in actionibus. ff. de
 in lit. iuran. & alibi sæpe. Aduertendū tamen est, quod
 40 quādo sunt homicidia, vel alia delicta naturalia, &
 iudex inuestigat quis fuerit delinquens, & ex indicis
 non apparet de dolo, sed de culpa, tunc non est for-
 manda inquisitio, quod dolo, sed maleficiū commis-
 sum fuerit, sed prout euenit, quia aliter indebitè vexa-
 reatur inquisitū, propter carceres: nam ex natura in-
 quisitionis ingereretur pœna sanguinis, iuxta l. j. ff. &
 C. de custod. reor. & pateretur etiā fiscus, quia seque-
 retur absolutio facta probatione, quod delictum culpa
 commissum fuisset, iuxta latè dicta supra in materia
 inquisitionis. in vers. quinto requiritur, quod habeat
 suam formā, aliter tamen faciunt iudices & notarij a-
 uari, qui simpliciter non solum in homicidiis culpa
 securis formāt inquisitionem de homicidio, sed etiam

in homicidiis factis secundum indicia ad defensionem.

41 Agitur etiam t̄ civiliter pro crimine, quando adesset statutum, vel generalis gratia, prout superioribus annis facta est post bellum finitum, vt pro delictis factis à militibus nostris tempore belli non possit procedi criminaliter, si tamen in gratia solùm diceretur, vt remitteretur criminaliter, intelligeretur respectu sententiæ non processus, & ita sequi possent quæstiones, & in carcerem detrusiones, hoc est dictum vulgatum Parid. de Put. in tracta. syndic. char. lxiii. Cautè igitur agant, qui has remissiones componunt, vt clarè secundum intentionem principis loquantur, & nos Mediolani habemus decretum, quòd quando delictum habet originem à contractu, non possit procedi criminaliter, quòd seruatur, & mille malefici in anno liberantur in dominio Mediolani. Sed pone, quòd tollatur per principem, tam civilis quàm criminalis actio fauore pacis secuta inter ipsum, & hostem suum, an talis remissio sit seruanda in præiudicium pauperum personarum, à quibus fuerunt factæ extorsiones, vt videretur seruanda, vt latè concludit Ias in venia. col. fina. C. de in ius voc. & in l. conuentionum. ff. de pact. & in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posth. in j. & ij. l. c. t. Feli. in c. quæ in ecclesiarum. de cõsti. col. xvij. & ibi quòd etiam locum habet quo ad conscientiam, loquuntur tamen Doc. quo ad subditos, non quo ad p̄na subditos, & sic clerici non essent comprehensi: quamuis ipsi dicantur non penitus forenses, iuxta cõs. Paul. de Cast. ccc. & not. per Feli. in d. c. quæ in ecclesiarum. in viij. q. nã clerici non includuntur in dispositione generali, in eorum præiudicium. c. à nobis. *el primo.* de senten. ex com. Io. Ant. in c. fin. de iniuriis. in vj. & Feli. in d. c. Item loquuntur Docto. in casu in quo expressè princeps tollit ius priuatorũ, secus si verba non sunt clara, videantur decisiones, quia ita deciditur, loquuntur quoque quando pax fuit necessaria, & procedere videntur de bello cõtra vniuersum statum, vel maiorè partem eius, ita in terminis Afflic. in c. j. de cap. qui eu. vend. §. si. char. cxxvj. col. j. versicu. & in quantum nisi tamen probabile dubium ad perturbationem totius ex illa parte remaneret status & ad præmissa etiam vide Roset. in tract. de consiliis. chart. xxv. col. j. & ij. Adde dum dixi, q̄ Doc. loquuntur quo ad subditos, & ita quòd clerici nō includuntur, quòd hoc est, quia deficit potestas t̄ principis secularis in eos etiã primæ tonsuræ, & in eorũ bona, c. si iudex. de sent. excõ. in vj. c. at si clerici. in prin. cum ibi not. de iudic. c. ecclesia sanctæ Mariæ. de constit. in c. ij. de foro compe. xj. q. j. c. j. & ij. vbi quòd nec valet consuetudo in contrariũ, & trãsfertur clericus in sortè domini, & fit res sacra. xij. q. j. c. cum portio. & ca. quanquã. de cõsti. in vj. Et Pharoa quãquã Tyrannus iussit privilegia sacerdotũ seruari. Genes. 17. c. Et quòd etiã hoc fit in clericis primæ tonsuræ habes c. nullus. de foro cõpet. & c. cum cõtingat. de arat. & quali. & c. cum nō ab homine. de iudi. & in dubio etiã clerici nō videntur inclusi, decisio est Spec. in tit. de rescrip. præsen. §. ratione autem causæ. versu. quid si quis nominauit in rescripto maximũ laicum. Itẽ dum dixi, t̄ intelliguntur Doc. quòd verba clarè tollunt ius tertij: non autè quando sunt generalia, ad hoc adde gl. in l. fi. in j. glo. in fi. ff. de cõsti. prin. & in terminis etiã quòd fieret remissio ratione dānorum, Martin. de Laude in tit. de confõde. & pac. in c. j. post Bal. per eũ allegatum: quia adhuc intelliguntur non in damnũ singularium personarum, & Ias in l. Gallus. §. & quid si tantum. in ij. l. c. t. de libe. & posth. vidè etiã Barb. cõs. xxij. co. xij.

45 vel j. imò t̄ verba debent impropari, ne videatur concessio continere iniquitatem. glo. iij. in c. paratus xxij. q. j. & videatur Bal. in cõs. cclxxvij. pridie enim col. ij. in iij. vol. Et prædictis adde, quòd vbi in aliquo, casu dicendum esset, quòd omnino cõprehenderentur clerici, id debuisset fieri auctoritate summi Pontificis, vt not. per Abb. & alios in c. nonnulli. de immun. eccl. Bal. cõs. ccxcvj. in iij. vol. Et aduertendum est,

46 t̄ semper circa interpretationẽ capitulorum pacis, an sint facta durante bello, quia vbi amplificata postea essent, de illis non esset curandum ad præiudiciũ tertij, licet clarè ius ipsius tollerent: ex quo quantum ad amplificationem non subest necessitas belli, iuxta ea quæ dixi, suprã. Hic etiam quærendum esset, an t̄ civile iudicium faciat cessare criminale, vel ecõtrã: in quo dic, vt p̄nam infra in tit. de pluribus violentiis. post tit. de rapinis. & ibi etiam habebis t̄ an acta probatione, & sententia in vno iudicio faciant fidem, & præiudicium in alio: Et est materia text. quem vide in l. ij. §. ff. vi bo. rap. vbi Bar. amplissimè. Adde etiam pro declaratione materie huius rub. quòd t̄ si regulariter per actionẽ agatur ad ius suum consequendum, & ad rem familiarẽ vt suprã dixi, maximè in principio tit. in primis verbis, tamen datur aliquando ad vindictã, vt in actione iniuriarũ, quando non ago ad consecutionem dāni dati, in tali res: sed ad æstimationẽ contumeliæ, dicendo potius voluissẽ amittere summã scutorum mille, quàm tale conuitium parti ita declarat Bar. in l. prator edixit. §. ff. de iniur. secus est autè in actione furti, vi bon. rap. & l. Aquil. quia agitur tantum ad consecutionem dāni, vt per eum: vbi quem videt, & sequitur notabilis effectus ex his t̄ quòd quòd agitur ad vindictam, & si agatur actione iniuriarũ civiliter, tamen sententia facit præiudicium, in alio iudicio publica. Et ita limitatur l. j. C. quãdo ciui. act. præiudic. crimj. & l. ij. §. ff. vi bon. rap. sic Bar. ibi in d. §. j. in l. ij. & in d. §. j. in l. prator edixit. & idẽ qui lege Cornelia potest agere, si velit ita ad vindictam agere, debet impediri à iudice, non sic in alio iudicio publico, ita Bart. ibi, & not. Ang. in d. l. prator. §. j. & Cepol. quem omnino vide cautela l. vj. & nota hoc vile valde, quòd vbi t̄ tu qui potes agere criminaliter & civiliter de crimine, vides solũ posse habere suspiciones contra delinquentem, iuxta l. iubemus. C. de probat. & not. ibi, & quæ latissimè dicam in titu. de fals. An & quãdo suspicio falsi habeatur pro veritate, & quæ ponuntur per Bar. & Doc. in l. si quis ex argẽtariis §. prætor ait ff. de ed. q̄ in his, quæ sunt difficilis probationis, & c. debes eligere viã agendi civiliter, & nō criminaliter quia criminaliter, saltẽ cũ tortura, omnis suspicio euanescit. Fateor quidẽ, q̄ tamẽ poterit agi civiliter: iuxta no. in l. j. C. quãdo ciui. act. & no. per Bar. in l. ij. §. prætor ait. ff. vi bono. rap. verũ suspicio hæc erit sublata, iuxta not. per Bar. in l. ij. §. prætor ait. ff. vi bono. rap. quod vltimũ pendet à regula, an quando non nocet sententiã, etiã non noceat acta iuxta not. per Bart. in l. ij. ff. iud. sol. Not. etiam t̄ quia cautela criminaliter intentata, non est propriè criminalis, & idẽ delegatus in causa criminali, non cognoscit hæc causam. Feli. in c. meminimus. col. iij. in fi. & princip. sequen. de accus. Et t̄ quis sit effectus actionis civilis, & accusatio nis criminalis, vltra prædicta vide Inno. in c. qualiter & quando. §. ad corrigendum. & ibi Feli. latè, colum. j. & ij. de accusat. Et scias in hac materia huius rubricæ, quòd si statutũ dicat, t̄ vt super tali crimine non recipiatur accusatio, ipso iure tollitur accusatio. Paul. de Caltr. in l. j. in prin. ff. ad T. rebel.

Tit.

Tit. de Decreto Mediolani, vt non procedatur criminaliter, quando res habet originem à contractu.

S V M M A E.

- 1 Ratio decreti Mediolani, vt non procedatur criminaliter, quando res habet originem à contractu.
- 2 Tractatus procedens, vel contractus subsequens, excusat à iudicio criminali.
- 3 Deposita contractans non punitur furti.
- 4 Decretum Mediolani quòd non procedatur criminaliter, &c. habet locum quando res habet originem à testamento, vel licentia iudicis.
- 5 Casu qui sapiunt naturam contractus, licet non dicatur contractus.
- 6 Allegans rem habere originem à contractu, non tenetur se constituere, sed dimittitur præstita fideiussione de reuertendo intra certum tempus vbi non probasset.
- 7 Allegans rem habere originem à contractu non auditur, nisi personaliter compareat: & præstet fideiussione.
- 8 Decretum Mediolani vt non procedatur criminaliter, &c. quare non habeat locum quando contractus dolose esset initus.
- 9 Decretum vt non procedatur criminaliter, &c. habet locum, non solum quando contractus allegaretur, sed etiã dominium, vel possessio.
- 10 Decretum, vt non procedatur criminaliter, &c. excusat quem à pœna per decreta imposta contra facientem vniõnem gentium armatarum vbi licitè sit facta vniõ, se cui si illiciti.
- 11 Vniõnem gentium faciens qua pœna iure communi puniatur, & quid sit vniõ.
- 12 Decretum vt non procedatur criminaliter, &c. non habet locum vbi quis excederet contractum, maximè quãdo strepitus armorum interuenit.
- 13 Decretum vt non procedatur criminaliter, &c. non habet locum vbi vis interuenisset siue exclusiua, siue compulsiua, siue ablatiua.
- 14 Decretum supra dictum, quare locum habeat, quãdo res habet originem à contractu, sed fit contra contractũ, non autem quando res ab alio aufertur.
- 15 Decretum secundum habet locum, etiam quando clam quis aufert rem alienam, & quando non.
- 16 Decretum supra dictum procedit vbi dolus non interuenit in ipso contractu, licet postea interuenierit.
- 17 Decretum supra dictum non allegatur vbi raptus interuenit sed tantum furtum, aut rapina.
- 18 Decretum supra dictum non habet locum, vbi contractus sit inualidus.
- 19 Qualibet causa siue iusta, siue iniusta excusat à dolo, & quomodo procedat talis regula diffusimè.
- 20 Ignorantia iuris in iure naturali, vel gentium, vel ciuili fundato in ratione naturali, vel indubitato, & notorio non toleratur.
- 21 Ignorare ius, est lata culpa.
- 22 Ignorantia iuris quando est sine culpa euitatur omnis pœna.
- 23 Contractus palam factus tantam excusationem affert, vt quis mitius puniatur.
- 24 Contractus etiam reprobatus, vbi in delictis de iure gentium excusat in delictis iure ciuili, non indubitato pro-

- hibitis, sufficit leuior præsumptio.
- 25 Minor, Miles, & similes quando excusentur errore iuris in delictis.
 - 26 Minor sine curatore confessus delictum an possit in integrum restitui.
 - 27 Minor quatuordecim annis Mediolani, nō punitur corporaliter per statutum: sed an præsumatur dolose fecisse non disponit.
 - 28 Iudex maleficiorum facta de claratione, quòd res habeat originem à contractu, cogitur remittere causam ad iudicem causarum civilium, si cundum usum Mediolani.
 - 29 Conditio furtiua dicitur nasci ex maleficio, licet ex ea tantum civiliter agatur.
 - 30 Iudex maleficiorum principaliter potest cognoscere ciuilitè in conditione furtiua.
 - 31 Iudex maleficiorum non potest cognoscere de restitutiõne rei subtrahæ incidenter nisi de crimine cognoscatur principaliter, & quomodo intelligatur.
 - 32 Capitaneus iustitiæ Mediolani, est iudex causarum criminalium solum.
 - 33 Iudex maleficiorum potest ad fisci instantiam procedere criminaliter, vbi pars non potest, vel non vult agere nisi ciuilitè.



VI r conditum decretum, vt nō procedatur criminaliter, quãdo res habet originem à contractu: quia t̄ cũ aliquid aufertur in executione alicuius contractus, non videtur fieri furar di animo, vel rapinam committendi, vel si incidatur nemo non videtur id fieri animo turbandi, sed iure suo vtendi, iuxta tex. in §. j. insti. vi bonõr. raptõ. & in l. qui iniuria in princip. ff. de furt. & in l. in furti. §. rectè. & l. j. in fin. & l. verum. ff. eod. & per Aret. in gl. vestem calestem. col. vij. & viij. Sed tamen quia tales inquirebantur de furto, rapina, & possessione turbata: idẽ factum est hoc decretum, ne vltra debitum rationis (vt in eo dicitur) criminaliter puniatur. Pone exemplum, in eo qui emit vestem à Tirio, cuius putat esse, vel nemo ab eo, quem existimat dominum & possessorem, & in illud ingreditur, & ligna incidit, iuxta tex. in l. si quis vxori. §. sed & si rem. & ibi gloss. ff. de furr. & iura suprã allegata, & alia infinita exempla longè fortiora, etiam infra patebunt. Et t̄ non solum contractus excusat, imò in iure reperitur, quòd etiam solus tractatus excusat à raptũ mulieris. capit. cum causa, de raptu. vbi Abb. notabiliter, imò non solum contractus præcedens excusat, sed etiam interdum in iure contractus sequens, vt matrimonium, iuxta cap. j. & ij. extrã, de adulter. Cepol. consilio lvij. & Barba. consilio lxxj. volumi. secundo. de quibus in specie dicam infra in materia raptus. & quia immediatè ex ipso contractu sæpe delictum non oritur, vt contingit in exemplis datis: sed ex negotio, quòd habet originem à contractu, idẽ decretum dicit, quòd non possit procedi criminaliter pro causa, quæ sumitur ex negotio quòd habet originem à contractu. Ex quibus verbis obseruatur t̄ quòd etiam contractans depositum non punitur de furto, iuxta legem inficiana de ff. de furtis, & notat per Iasonem in l. rem quæ nobis. col. ij. ff. de acqui. pos. & Alex. in l. ij. §. si rem. ff. de acqui. pos. licet nō videretur excusandus ex præcedenti deposito, quia id quòd fit, est contra naturã ipsius depositi, quòd non est in exemplis datis, sed tamen ita seruatur ex hoc colore quòd satis sit, vt occasione

g 4

aliqua res ipsa descendat a contractu, id est, quod si non fuisset talis contractus, non secutum esset delictum, ut dicimus in emptione, quae per occasionem descendit ex permutatione, iuxta l. j. ff. de contrahen. emp. & not. per Bal. in l. certum. col. iij. C. vnde cogn. que occasio secundum logicum appellatur causa sine qua non. Et quia delicta etiam interdum non ex contractibus oriuntur, sed ex his, quae sapiunt eandem naturam, ut est testamentum, vel licentia iudicis; Idem decretum dicit, ¶ Ex negotio, quod habet originem a contractu, & sapit naturam contractus, & exponitur copula, Et, ut alternatiam significet: quia sumus in dispositione legali, iuxta doctrinam Bartol. in l. prima. colum. ij. ff. de iustit. & iur. & ita serua. Nec etiam lex habuit pro absurdo testamento ponere inter contractus, in l. eandem rem in princ. ibi, sed & ceteris contractibus, ut emptione, locatione, testamento & reliqua. ff. de duobus reis. & de licentia, vel sententia iudicis habes in l. iij. §. idem scribit. ff. de pecul. & in l. ij. per gloss. §. fina. ff. de praetor. stipul. & per Bald. in l. vnica. columna secunda. C. si plures vna sententia. & Mediolani habemus statutum in specie, quod quando quid sit in executione praecipit iudicis, quod non possit procedi criminaliter. Sunt etiam ¶ plura alia, quae appellatione contractus non veniunt, sed sapiunt naturam contractus, de quibus per gloss. & Doctorem in §. omnium. in verbo, & aliis. in situ. de actio. & in l. j. ff. de actio. & obligatio.

¶ Verum, ¶ quia dum is, qui arguebatur, vellet haec opponere ei obiciebatur, ut deberet se constituere, quia haec exceptio tendit principaliter ad exclusionem criminis, iuxta dicta Bartol. in l. penul. §. ad crimen. versu procurator. & versu. quero, quid si ista exceptio. ff. de publi. iudic. & per Maria. in cap. veniens. versu. secundum principaliter quero. col. viij. incip. ab illo versu extra. de accusa. Idem per aliud decretum declaratum est, quod tales dimittantur praestita fideiussione de reuertendo certo tempore, ubi suam exceptionem non probant, & hoc optima ratione, ut ex eo videri licet. A principio tamen dum qui arguitur, vult se excusare, debet comparere personaliter, versu dimittitur, ut dixi. Et ita etiam fit in quolibet delicto, ¶ ubi poena sanguinis non ingeritur: quia suspectus personaliter debet comparere, & dare fideiussorem, aliter retinetur: ita volunt statuta nostra, & quasi vbique, quicquid velit ius commune secundum quod ubi venit poena pecuniaria, tantum sufficit procurator secundum communem, in dicto §. ad crimen. ut dicit Ias. in l. j. C. de procurat. & quod tales allegantes se esse in casu decreti, debeant ipsimet in ius ire, inquit ipsum decretum, & vsus ita se habet: nec aliter potest dici stante alio statuto, quod calumniatus de crimine, ubi ingeritur poena sanguinis, debet se constituere, nec auditur etiam allegando exceptionem qua probata illud non esset delictum, contra quod statutum non obstat decretum: tamen etsi dicat, quod sit dimittendus: fideiussore praestito, quia ¶ propterea non dicit, quin debeat personaliter comparere, & in eodem secundo decreto, quod primo fuit additum etiam cauetur, ut non procedat decretum primum, ubi contractus dolose initus fuisset, quae limitatio fuit necessaria, quia sub clypeo decreti, qui delinquere intendebant, faciebant, ut aliquis contractus appareret, & ita evitabant omnem poenam, & hoc etiam est de iure, ut si aliquid prodeste debeat, illud tamen non prodest si affectate & dolose factum fuerit per l. j. in fine. ff. de abig. & per D. Alexand. in l. non exigimus. §. illud. ff. si quis caution. & alibi saepe.

¶ Est tamen aduertendum ¶ quo ad practicum ipsius de-

creti, quia si opponeres contractum, succederet dispositio decreti, si verò tantum allegares dominium, vel possessionem, aliud esset, & tunc praecisè esset recurrendum ad dispositionem iuris communis, scilicet ad l. j. in fine. ff. de abig. ubi ad examinationem civilem remittendus est, qui §. ad examinationem civilem remittit eos, qui cum super re mobili contenderent illam violenter accipere, sed loquitur text. confitit de hac qualitate, quod esset controversia super proprietate rei, & quod qui rapuit ductus fuerit illa ratione, quod ea res esset sua, atque ita haec fieri deberent in carcere, vide tamen Baldum in capit. querelam. de electio. dicentem quod ubi tractatur de possessore, tractatur de quasi contractu. quod multò fortius videtur dicendum in dominio, quia non videtur posse haberi sine contractu, vel alio titulo puta, praescriptionis, & usucapionis, vel quia res habita fuerit pro derelicta, iuxta notata in l. cum res. C. quando alien. res pign. dar. sit. & per Bartolum in l. rem alienam. columna tertia. ff. de pigno. actio. & idem saepe vidi Senatam concedere, ut decretum praedictum etiam locum habeat, his casibus quando super possessione, vel dominio adest controversia. Et per allegatum decretum ¶ etiam saepe audio aduocatos volentes excusare quem ab vnione gentium armatarum: quia adsunt multa decreta, tales vniones grauius punientia, dicentes ipsi res habuit originem a contractu, & quicquid factum est, factum est, ut rem nostram consequeremur, vel à nobis possessam. In quo breuiter dic. quod quando talis vnio fit licite nullam poenam illi merentur, ut in casu gloss. in l. iij. §. cum igitur. ff. de vi & vi arma. in verbo, incontinenti. ubi, sed quid si in villis, & notabiliter per Bald. in l. fina. C. si à non domi. manum. & ita Bald. super dictis vnionum decretis. consilio cccxix. in ij. volumi. & locum habet decretum per praedicta. Sed si ad finem illicitum, ut quando propria auctoritate quis rem aliam quam capere vellet, tunc non excusaretur à poena decretorum, propter ipsorum praegnantia verba, quod maximè est dicendum, quia decretum de vnionibus primum, est posterius decreto, de quo loquimur, iuxta nota. in l. tertia. §. filius. ff. de liberis & posthumis. & ¶ quomodo vniones iure communi puniantur, vide Alexand. consil. cxj. colum. vlti. vol. j. & quae requirantur ad hoc, ut sit vnio. vide per eundem consil. vlti. in ij. volumi. Et praedicta procedunt praesupposito quod contractus sit validus, vel id quod sapit naturam contractus sit validum, & quod is, qui arguitur, credat iuste facere & iuste exequi. Sed pone, quod cognoscat se excedere, quamquam contractus validus praecedat, dic quod tunc non esset iustum, ut excusaretur, aliàs sequerentur absurda, & inconuenientia. l. meminerint. C. vnde vii. penul. & si ff. ad leg. lul. de vi priu. Exemplum potest poni in eo, qui etiam partem socij occupat, vel furatur sciens iuxta l. rei communis. & l. meritò. ff. pro soc. & consil. Alex. cxxvij. col. pen. & fin. vol. iij. & consil. ciiij. col. iij. versu. & primò non obstat, vol. j. Exemplum est etiam in emptore qui res occupat antequam tradatur, vel eam subtrahit domino inuito, vel ignorante, iuxta l. si quod ex stipulatione. ff. de acquir. possess. & l. cum qui. §. j. qui incipit aded. ff. de fur. & in creditore qui furatur, ut sibi satisfaciatur: & si furus non faciat, iuxta consil. Alex. cxxvj. vol. j. col. iij. quod est inter consil. Cepol. nu. 26. tamè criminaliter venit puniendus. d. l. ff. de vi priu. quia aliter res esset mali exempli, quod tantò magis procedit quado strepitum armorum sit executio iuxta dicta per Plac. in cõmentario suo super hoc decreto. in vij. limitatione. & ad hoc vide quae dicam infra.

in titu.

in titu. de plurius violentiis. in materia violentiae expulsiuae. versu. postremò. Hodie in Senatu, dum super hoc decreto esset disputatum, dictum fuit in casibus, de quibus supra, quado quis excedendo deliquit exequendo propria auctoritate, quod relinquerentur casus hi decidendi Senatui, ubi occurrerent, & quod tamen nullo casu procederet hoc decretum, ubi interuenisset violentia, non faciendo differentiam inter violentiam expulsiuam, compulsiuam, & ablatiuam, & habitum etiam fuit pro absoluto, quod ad huc in materia interdicti uti possideris, non procederet hoc decretum interueniente vi, iuxta terminos, quos infra ponam in materia dictarum violentiarum. Potest enim quis turbare etiam sine vi, & procedat hoc decretum, sed cum vi, non procedat. Et ratio huius declarationis, quod decretum non procedat interueniente vi, est propter ruinas, quae oriuntur vi interueniente. Quia daro quod faciam praetendens velle tueri rem meam, vel à me possessam, Tamen cum interuenit vis imminet periculum ruinae quae fuit cõsideratio l. meminerint. C. vnde vi. l. pen. & fin. C. ad legem Iul. de vi publi. & quod vim absolute lex abhorreat, vide quae dicam infra in materia dictarum violentiarum. Et si dicas ¶ quare igitur excusatur contractans rem depositam, sicut supra dixi, cum is non contrectet vigore contractus, imò penitus contra ipsum, ut dictum est. Respondeo quod hoc quidè obseruatur in eo, qui commutato equum accepisset, & longius iuisset, vel in creditore, qui pignus contrectasset, iuxta totum tit. instit. de obli. quae ex delict. nascun. maxime in §. futuri autè. & ff. de fur. maxime in l. qui iumenta. & in hospite qui hippoperà, vel quid aliud eius custodiam commissum resignasset, iuxta not. in l. in actionibus. ff. de in lit. iur. & in l. si quado. C. vnde vi. quia his casibus, seruamus decretum, ut non procedatur criminaliter. Et ratio diuersitatis inter hos casus, atque alios illa est, quia quando quis occupat rem existentem apud alium propria auctoritate magis peccat, propter maius scandalum, quod verisimiliter oriri potest, quam si contrectet rem iam apud se ex syncreo contractu existentem, cessante ratione scandali. Hinc est, quod etiam primus casus quado excusatur in re apud alium existente, non ita de iure potest excusari sicuti secundus, ut est glo. notab. in §. placuit in verbo, permissurum. instit. de obli. quae ex delict. nascun. & per Bart. in l. inter omnes. §. re. ff. de fur. & per Aret. in d. gl. vestem cælestem. col. vij. versu. quid si commodo. Est verum quod vtroque casu militat ratio scādali, licet in primo maior militet: & idèo attento quod omni casu res habet originem a contractu, videretur quod ciuilitè esset procedendum, iuxta regulam. l. j. ff. de aleato. & l. in fraudem. in fi. ff. de testam. mili. & per Dec. in consil. v. col. ij. & consil. xlviij. col. ij. tamen, ut dixi, ita obseruatur. Aduertendum ¶ tamè est, quod etiam quando propria auctoritate quis occupat, vel capit rem, si etiam factum est, & non cum armis, ut in ancilla quae clam causa crediti sui rem accipit, & in aliis casibus, de quibus supra, Senatus facile tales liberat à criminali iudicio, non obstantibus consiliis, de quibus supra, & malo exemplo, & ita fecit pridie & professò secundum mentem decreti, quia verum est quod res habet originem a contractu ad excludendum, tamen hanc bonam praesumptionem, aduertente an prius negauerit reus, postea confessus fuerit: quia tunc capitur sinistra praesumptio, ut in eo consil. & per Parid. in tracta. suo, char. lxxxij. colum. j. & maxime quando persequeretur multum in negatione, iuxta nota. per Bald. in l. vbicumque. colum. penul. C. de ser. fugit,

& tex. in l. idem Iulianus. §. proinde. & sequenti. ff. ad Maced. & quod ibi dicit Pau. de Cast. & consil. Rom. xcix. colum. j. Est etiam aduertendum an multum claudesit in iste talis ceperit, iuxta consil. Cepol. xl. versu. nec excusari potest. Adde etiam ¶ praedictis quod qui vtuntur obseruatione supra dicta quod contrectans rem apud se existentem medio contractus sit in casu decreti, dicunt quod idè hoc procedit, quia non consideratur dolus ex post. sed an interuenierit in ipso contractu, sicut dicit additio facta ad dictum decretum, & bene dicunt, quia decretum non solum quando quis putat benefacere, & est sine dolo, sed loquitur etiam quando putat malefacere, & est in dolo, & scit quod excedit, vult enim quod pro hoc delicto non possit etiam procedi criminaliter, & idè decretum (ut aliqui dicunt) non imitatur ius commune, iuxta regulam. l. igitur. §. primo. ff. de libera. causa. imò contractum illi est, quia vult quod etiam si adsit delictum, non tamen possit procedi criminaliter, ubi habet originem a contractu, nisi contractus fuisset dolo initus, ut dixi. Et scias quod nunquam allegatum fuit decretum in materia raptus, sed duntaxat in delictis, de quibus supra, furti, scilicet, rapinae, & possessionis turbatae: sed ¶ si procederet contractus inualidus, tunc est maior difficultas, an decretum habeat locum. Et credo verè quod non habeat: quia decretum intelligitur de contractu valido. l. iij. §. condemnatum. ff. de re iudic. cum vulgaribus. Veruntamen ubi lex admittit talem contractum ad excusandum sine dubio etià decretum illo casu loquitur: quia in ea parte & quo ad hunc effectum, validus dicitur contractus, videndum est igitur in quo casu talis contractus excuset. Dicunt omnes, qui ad pauca respiciunt, ¶ quod quilibet causa siue iusta, siue iniusta excuset, per l. igitur. §. primo. de liberali causa. & infinita per illum textum congeruntur per Doctores in pluribus locis, maxime in l. j. §. fina. post gloss. ubi. ff. si quis ius dicit. non obtemperat. & per Parpal. in reper. l. si quis maior. in vj. quæst. post notabilia. C. de transaction. & Moderni in l. patre vel marito. colum. iij. & sequen. ff. de quaestio. & Ias. in d. l. si quis maior. in j. col. & in l. qui iurasse. in prin. ff. de iureiur. tamen pro declaratione assumo mihi text. in l. si adulterium cum incestu. §. j. qui incipit, stuprum. cum multis versiculis. sequent. vsque ad §. imperatores. ff. de adulter. & ibi habes quod mulier contrahendo matrimonium errans in iure, ut praesumitur, etiam contra ius gentium excusatur, ut quando contrahit cum consanguineo, ut declarat ibi Bartol. colum. iij. versu. oppono de l. qui contra. post Azonem, & magis si contra ius civile, pura, quando mulier adoptiua nuberet, vel sub tutela. ita intellige versu. incestum. & versu. fratres. & versu. antecedentem, nam si sola. & ibi gl. in verbo, nostri. versu. verò quia, qui videtur oppositum dicere, loquitur quando mulier volens & sciens contrahere voluit. ita glo. ibi in verbo, admiserit. quæ dum dicit nolens voluit dicere volens, & ita Bartolus ibi exprèsse colum. ij. versu. oppono & videtur. Masculus verò contrahendo matrimonium adhuc excusatur allegando errorem & signa euidetia erroris, puta, quod matrimonium palam contractum fuit & eum pœnituit, ut primum rem intellexit, si tamen probet ipsum errorem, ita versiculus idem imperatores. & ibi Bartol. in colum. vltim. versu. vlti. dicens, quod probatur error iuris ex his qualitatibus quod palam fecit, & statim cum fuit sibi dictum dimisit, ubi verò hac non ostenderet, sed tantum errorem allegaret mictus tamè puniretur, hoc habetur in versiculis, non nunquam tamè

men in minore etiam idem dicitur ibi sicut in muliere. & ita Barto. ibi not. maxime in dicto versu. ultimo. Conclusio est igitur in maribus & maioribus, quod etiam admittitur talis error datus signis, de quibus supra, vel similibus, etiam quod esse in delictis iuris gentium, ut homicidio, furto, incestu, & similibus, & multo magis in delictis de iure civili ratum, & idem est quando etiam ius civile esset indubitatum & notorium sicut est ius naturale & gentium, & ita declarat Barto. in l. inter omnes. §. recte. ff. de furtis. versu. quarto circa voluntatem iuris. ibi enim loquitur in furto omni iure prohibito, etiam iure naturali, & divino. & tamen si appareat quod erravit excusatur. Et hoc est, quod voluit dicere Aretin. consil. lxxx. colum. ij. dicendo quod causa etiam iniusta excusat, si per evidentes coniecturas ostendatur, quod induxerit delinquentem: Sic etiam Alexand. in consilio ciiij. volu. j. colum. penulti. versu. & dato. fateor quod non sufficit ostendere causam reprobam, iuxta nota. per Ange. & Imol. in l. ex consensu. §. sine. ff. de appella. & Alexand. in d. consilio ciiij. sed per ostensionem coniecturarum quod ex illa fuerit motus excusatur. Dicitur igitur quod regula quod quilibet causa excusat, procedit, quando est reprobata a iure civili, non notorio, & indubitato, vel in delictis, quae sui natura non sunt prohibita, sed in delictis natura eorum reprobata, vel a iure civili indubitato & reprobato requiritur ostensio, ut supra, & ad hoc facit doctrina Bartol. in l. dolum. C. de dolo. sic etiam supra dixi, quod sufficit allegatio contractus validi ad praesumendum, quod gratia illius fecerit solo contractu allegato & ostenso, & profecto Alexander qui vult in d. consil. ciiij. vbi supra, quod etiam debet probari quod delinques motus fuerit ex causa quam allegat, loquitur in his delictis, sic reprobatis & loquuntur praedicta in his, qui committunt incestum sub colore matrimonij, sed si sine colore cessaret omnis dubitatio, quia etiam minores & mulieres punirentur, ut in tex. ibi, & in l. qui contra. C. de incest. nupt. & ita Barto. in dicta l. si adulterium. colum. ij. versu. & idem pro declaratione in primo membro, & idem in adulterio non cadit aliqua excusatio. rex. est in dicta l. si adulterium. in verbo, nam mulieres, loquor tamen quando fit sine matrimonio. l. penultima. ff. de adulteriis. & idem in stupro & incestu, & loquuntur praedicta in eo qui in iure erravit, sed si in facto & sine colore aliquo saltem contractus inualidi: quia rem habeat cum nupta, quam credat solutam, & sic de similibus, tunc propter hoc non desinit esse adulterium, si est nupta: & stuprum, si sit virgo vel vidua. Barto. l. vbi supra, in versu. & idem pro limitatione. vbi clarè & consideratè. Bart. in l. diuus. la prima. ff. de lica. versu. secundo quæro. vbi latè quædo quis plus deliquit in personam quam cogitaret an attendatur veritas aut opinio, in contrarium videtur tex. in c. in lectum. xxxiiij. quæstion. j. & ij. vbi est casus quod iuramento suo talis probat ignorantiam, & excusatur. & gloss. ibi dicit, quod tunc non est illud delictum quod vult veritas rei, sed dic, ut dixi, & ad text. facilis est responsio. Item quæ dicta sunt supra de muliere, & minore quod excusantur procedunt, nisi matrimonium clam contractum fuisset, ut colligitur ex prædictis, & ponit Roma. consil. cccxvj. & ibi etiam quid in milite, vnde si casus contingat, quod allegetur nullitas contractus considerabis dispositionem iuris, & ad illam excusationem adiuvandam adduces decretum quod tibi ad hoc proderit, quia saltem poteris comparare per procuratorem eo mo-

do quo supra declaravi, & profecto quanto magis considero, tanto magis videtur mihi ille tex. in §. j. in l. si adulterium. ponere gladium ad radicem in hac materia. Nam iuris ignorantia in iure naturali, vel gentium non toleratur. l. ij. C. de in ius vocand. nec in iure civili fundato super ratione naturali secundum Bald. in l. leges sacratissimas. C. de legib. & Corn. vbi vide in dicta l. secunda. Nec in iure civili indubitato & notorio, iuxta nota. per Ange. & Imol. in dicta l. ex consensu. §. primo. tamen possunt esse tam aperta coniectura ad inducendam bonam fidem, quod penitus excusatur, & nulla profus culpa tali potest adscribi, ita dicitur dictus §. primus, ut dixi. Vnde licet ignorare ius, sit lata culpa. l. latè. ff. de verborum significationib. & l. imperitiæ. ff. de regul. iur. cum similibus, & lata culpa puniatur in delictis natura sui prohibitis, ut supra dixi, pro culpa, & sic de leui, & leuissima, iuxta per me supra dicta. Tamen potest apparere tanta excusatio, quod cessabit omnis culpa propter errorem iuris, & sic evitabitur omnis poena. Ita est text. in dicto §. j. & ad hoc quando ignorantia est sine culpa quod evitatur omnis poena, cōcludit Abb. in d. c. ij. & facit text. in c. ij. de constit. in vj. & gloss. in l. j. ff. de recept. in verbo, latrones. & ad sunt plura consilia, ex quibus apparet, quod ex probabili ignorantia quis profus excusatur. quæ allegat Deci. in dicto capitulo. ij. columna iij. versu. in gloss. sine. & vbi non fit tanta excusatio: sed tamen præcessit contractus qualis allegatur ad sui excusationem factus palam ad hoc, ut dixi, mitius puniatur. Cessat enim dolus ex præsumptione quod palam factus fuerit, & bona fide, & consequenter tantum restat lata, quæ facit ut lex dicat talem mitius puniri, & ad hoc est etiam text. & ibi glo. & Barto. in l. penulti. ff. de adulteriis. Mulieres verò & minores, ut dixi, omnino excusantur, quando palam contraxerunt ex sola ostensione contractus allegando errorem, sed sine colore prorsus damnantur, ut dixi. Et idem si contractus etiam reprobatus in delictis de iure gentium excusatur tales, in delictis iure civili prohibitis non dico indubitato, & notorio, sufficit leuior præsumptio, Et ita intellige Ange. in l. plagij. C. ad legem Iul. de plagiar. quem allegat Alexand. in dicto consil. ciiij. col. j. & dicta per eum Alexand. in eo consil. inferius vbi omnino vide, An §. & quando minor, miles, & similes excusentur errore iuris in delictis. Et procedunt prædicta quando per testes apparet, quod commissit delictum, sed si solum per confessionem, vtrum excusetur via restitutionis in integrum, vel nullitatis si sine curatore illam fecit: iuxta l. clarum. C. de auctoritat. vide Ias. in l. nam & postea. §. si minor. ff. de iure iuran. col. ij. & Moder. in l. j. §. si. charta penul. col. j. & ij. ff. de quaestio. & in l. de minor. in prin. col. penul. ff. de quaestio. & Parid. de Put. char. lxxxvj. colum. j. versu. vlti. in quibus locis generaliter etiam de ipsis minoribus an excusentur, & infra dicam sub tit. de confessis. Et scias quod quod Mediolani habemus statutum, quod minor quatuordecim annis non puniatur corporaliter, ex quo statuto si excedit illam ætatem habetur maior. Et ita servatur, & hoc modo tale statutum ponderat Soci. consil. clvij. colum. iij. videtur ergo cessare difficultas prædicta, an sit minor, vel maior vbi excedat ætatem prædictam. Aduerte tamen quod ad effectum, ut minor non puniatur corporaliter habetur minor secundum dictum statutum, præsupposito etiam quod deliquerit, verum quo ad præsumendum quod dolose non fecerit, sed potius ductus ex aliqua causa in hoc statutum non prouidet: & idem tunc esset seruandum

ius

ius commune, & hoc puto verius, nec discrepat Societinus vbi supra, quinimò in his terminis loquitur. Vltimò circa allegatum decretum quando res habet originem a contractu, ut non procedatur criminaliter, Notes quod & si facta hac declaratione iudex maleficiorum remittit causam iudici causarum civilium secundum consuetudinem: tamen vbi re vera maleficium fuit factum, ut in casu l. si sociis. ff. de furtis. & depositi contractu, & similibus, prout declaravi supra, non videtur quod sit remittenda, imò retinenda, quia decretum non vult quod non sit maleficium, sed quod eo casu non possit procedi criminaliter. Si ergo est iudex maleficiorum, poterit etiam cognoscere civiliter de hoc maleficio. Et ut gustes hanc meam considerationem scias quod d. conditio furtiva secundum quam tantum agitur civiliter pro furto, dicitur tam nasci ex maleficio, non ex variis figuris causarum, secundum diuersas glo. ita latè per Ias. §. omnium. in tit. de act. super gl. in verbo, alius. col. iij. incipiendo a glo. hinc est. & est in terminis decisio, quod iudex maleficiorum potest principaliter cognoscere civiliter, quia illa actio descendit a delicto & maleficio. ita Bald. in l. si pro fure. §. conditio. ff. de condit. furti. quem refert Catald. in tract. syndi. chart. xxxj. colum. ij. August. de Arim. ad Ang. in glo. iij. tract. sui maleficiorum, nisi tamen secundum eum. statutum aliter vellet, vel ultra eum commissio ipsius iudicis, iuribus vulgaribus, hinc etiam est, quod si declaratur non posse procedi de aliquo maleficio non poterit procedi criminaliter, nec civiliter, secundum Bal. ibidem. Non obstat Bart. in l. interdum. §. qui furem. ff. de fure. qui dicit quod iudex maleficiorum non potest cognoscere de restitutione rei furto subtrahæ nisi incidenter, cognoscendo de crimine principaliter. Et est communis opinio, etiam si fiat via inquisitionis: ut constat ex dictis Feli. in c. cū oporteat. col. pen. & vlti. de accu. & per Aret. in cap. qualiter. §. ad corrigendum. de accu. quia loquuntur Bar. & Doct. quando principaliter a civilis quam criminalis intenteretur, non quando sola civilis. Vfus tamen, ut dixi, aliter se habet, & forte malè & inconsideratè. Et Senatus noster ad eod. sequitur hunc usum, ut etiam cum difficultate maxima concedat, ut capitaneus iustitiæ Mediolani qui solum est iudex causarum criminalium, possit cognoscere civiliter, sicut ipse declaravi inherendo dicto decreto, non obstante etiã quod iam ipse sit instructus, & euitentur infinitæ impensæ. Et ex his tantò magis apparet me cum ratione possit hunc alium modum procedendi civiliter: quia, ut vides, & de maleficio agitur, & coram iudice maleficiorum, & certè prædicta non solum iuridica videtur, sed etiam secundum intentionem decreti, in quo etiam loquendo de capite iustitiæ, & aliis iudicibus maleficiorum, dicitur quod ipsi eo casu, quo allegatur rem habere originem a contractu, non possint procedere criminaliter: sentientes clarè quod civiliter possunt agere. Et ita factò sine declarationi decreti apparet an Placenti. qui super eo tractatu composuit illud bene gustauerit. Non omitto tamè quod si pars agit tantum civiliter, quia aliter agere non velit: vel quia non possit, ut in sacerdotè, iuxta: sententiã sanguinis, ne clerici, vel monachi, quod ad effici. instantiam iudex potest criminaliter procedere, ne delicta remaneant impunita. Vnus igitur & idem principaliter non potest, ut dixi, criminaliter & civiliter agere, sed diuersi possunt etiam ex eodem facto. Et ita latè dixi supra in materia iurisdictionis, circa quatuor. C. de iudic. & l. j. C. quando civilis actio præiud.

crimin. imò vna intentata ab vno, ab eodem superferretur in alia vbi ibi.

Tit. Quomodo procedatur per præcepta.

S V M M A E.

1. Modus procedendi per præcepta poenalia est inuentus a malis iudicibus, & conceditur a Senatu, vbi magnitudo criminis exposcit, & aliqua suspicio procedit contra eos, qui maleficij arguuntur.
2. In criminalibus de iure instat civilium proceditur.
3. Modus procedendi per præcepta poenalia est a iure prohibitus.
4. Præcepta poenalia a iure videntur approbata, post formatam inquisitionem, vel securam accusationem, stante statuto quod contumax habeatur pro conuicto & confesso.
5. Præcepta poenalia concedi debent ciui causa iusta in genere expressa, non tamen generalissima.
6. Præceptum poenale potest fieri in causa ciuili: in qua tamen possit interuenire tortura.
7. Præceptum poenale ante inquisitionem, vel accusationem non valet etiam quod factum sit: quia iudex velit reu. interrogare.
8. Præceptum potest fieri pro a iudice, ut compareat sub comminatione poenæ pecuniaria.
9. Causa legitima in præcepto est, ut citatus compareat: quia iudex vult illum examinare.
10. Præceptum debet fieri alicui, ut compareat etiam ut examinetur, nisi præcedat suspicio.
11. Multari potest, qui præcepto, ut comparet personaliter non paruit, & interdum magis utilis est sisco multa quam poenæ: tamen caveant iudices quid agant.
12. Præceptum ut quis compareat pro nonnullis concernentibus interesse camera, licet sit admodum generale, tamen sufficit, ut quis mulctetur, nisi compareat, vel se excuset per procuratorem.
13. Præcepta sub poena conuicti & confessi etiam stante magnitudine sceleris sunt absurda.
14. Præcepto poenali inmissio si reus compareat procedendum est via ordinaria.

Tit. Quomodo procedatur per præcepta.



l. x. supra & declaravi ordinem procedendi, & sex vias iuridicas, quibus procedi potest. Verum, quia Mediolani interdum proceditur per præcepta sub poena confessi & conuicti criminis: idem cogor etiam de eis verba facere. Fuit autem modus, hic inuentus, & primò a quibusdam malis iudicibus, ut quamuis non posset inquisitio formari, quia in dicta non præcederent, tamen ne via deesset comparandi pecunias, postea visum est non absurdum aliquando pro magnitudine causarum eum modum tolerare, iuxta l. ad bestias. ff. de poen. cum similibus, & ita, ex concessione tamen Senatus in magnis criminibus, seruatur: vbi tamen adsit aliqua suspicio contra eos, qui maleficij arguuntur. De iure sine dubio non posset procedi, & quia in criminalibus instat civilium proceditur. l. absentem. ff. de poen. & datur libellus in criminalibus. l. libellorum. ff. de accu.

de accusat. sicut in civilibus. l. edita. C. de edend. gloss. notabilis. in fit. de public. iudic. in princ. Et t. talibus præceptis & comminationibus prohibetur est incipere. dictis legibus & toto titulo. C. commina. vel epistol. l. j. C. de execut. rei iudic. per glo. Bar. & Docto. in l. de pupillo. §. meminisse. ff. de oper. noui nuntiatio. Quæ eo minus iuridica sunt, quia continent pœnam amissionis totius causæ. quod reprobatur est communitè per Doctores post glo. in l. vnica. in glo. fin. ff. si quis ius dicen. non obtempe. continentur etiã pœnam corporalem, imò vitæ amissionem. quæ pœna est reprobata contra absentes. l. diuus. ff. de pœn. & l. absentem. eod. titu. Quod tamen videtur cessare statibus statutis, quæ vbiq; reperiuntur, quod contumax habeatur pro confessio & conuictio, vt per Alex. post Ioan. And. per cum allegatum in d. l. vnica. super d. glo. fi. & Bal. in rub. C. comminatio. vel episto. verficul. quæro etiã vna cum Butrigario. Vnde videtur t. quod talia præcepta statibus dictis statutis sint permilla, quando iam est formata inquisitio, vel secuta accusatio: quia tunc cessat fundamentum, quod à libello accusatorio sit incipiendū, & quod talis pœna reprobata sit, quæ pœna in hoc casu, est approbata à statuto, vt p. Bal. & Alex. vbi supra, & ita intelligedi videtur Doc. dū dicit quod iudex potest præcipere reo, q. cõpareat personaliter ex causa iusta, puta homicidij: quia, vt ipsi asserunt, valent talia præcepta, & tenetur reus cõparere personaliter, vt per Doctores in l. fi. C. de procu. & in l. filius familiaris. §. diui. ff. de lega. j. & per Gandin. in tit. de citationibus. in fi. Et t. sufficit causa in genere, sicut dixi: non autem requiritur quod dicatur in specie causa homicidij cõmissi in personam Titij: non tamè sufficeret generalissima, puta pro nonnullis, concernentibus interesse cameræ, vt per Alex. in d. §. diui. columna fin. imò etiã t. hoc præceptum valere in civilibus cum causa: vbi tamen causa esset talis, vt posset in ea interuenire tortura, iuxta cap. j. extrã, de possess. lita Docto. in d. l. fina. per illam legem, & alias, & per Marian. in tract. citationis. in vigesimo articulo. in xv. quæst. & in c. veniens. el. secundo. de accusa. 7 & ibidem per Aretico. xij. vers. & in de est. & t. sic videtur, q. tale præceptum possit iustificari post inquisitionem vel accusationem: ante verò, etiã quod iudex assereret factū, vt reu interrogaret, nõ videtur procedere: tum quia de cõsuetudine cessat hæc interrogatio ante inquisitionem respectu absentis, quicquid velit ius commune, vt etiã per Aret. in glo. hæc est quedam inquisitio, vers. quartò principaliter. colum. ij. Tum etiã, quia talis pœna comminata cessat, nisi formata inquisitione, reus sit contumax, & hoc clarum esse videtur t. si in præceptis comminata sit dicta pœna cõfessi, & conuicti criminis: sed si absq; ea iudex præciperet, quod compareret personaliter pro vtriusq; habenda sub pœna pecuniaria, & etiã ante omne processum, videtur, quod de iure procedere possint, sed tamen idè solita non sunt, quia rei eod. tunc fugerent, vt per Doctores in l. cõsentaneum. C. quomodo. & quando iudex. & dixi supra in materia captura. Si tamen iudex velit hoc facere, leges non videntur vetare, quod ostendit, quia possunt illi capi, & idè etiã debent potestati citari, & quia omnino iustificatur per d. h. i. eum ibi not. C. de procu. vt etiã in causa civilis possit iudex cogere partem, vt compareat personaliter: Et deb. etiã ibi, & vbi supra conceditur, quod valeant talia præcepta: vt quis compareat personaliter, cum causa tamen, vbi dictum est, fieri debet, & causa legitima videtur quando sit, vbi ille examine-

tur, iuxta l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstio. & facit l. vbi cunq; ff. de interrog. actio. Nulla tamen suspicione præcedente arbitrarer, iudicem pessimè face re: tum quia probationes non sunt sumedæ à domo rei, vt dicam infra in materia examini reorum: Tum etiã quia ad aliquem actum iudex deuenire non potest, nisi præcedente indicio, vel suspicione impellente, secundum Angel. in glo. fama publica in princip. Et idè ex prædictis tu iudex videtur instructus quoniam pacto te gerere debeas. quando non subsunt indicia ad formandam inquisitionem: sed tamen præcedunt suspensiones, & capi reus nõ potest, quod si postea comparet facto examine, & indicio resultante ad formandam inquisitionem, procedendum est, via ipsius inquisitionis. Si t. autem non comparet, poteris eum multare, & aliquando hæc multa posset esse vitior fisco, quàm pœna cõfessionis bonorum, quæ refutaret ex alia comminatione confessi & conuicti criminis, vbi reus feuda possideret, & nulla bona allodia: quia feudum non transit in cõfessionem, sed ad filios, vel agnatos regulariter loquendo, vt per Bartol. & Alex. post alios in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de damno infecto. Curt. in tract. feud. in v. parte. C. on demnatio verò pecuniaria exigitur in fructibus ipsorum feudorum, vt nota. in dicto §. si de vectigalibus. Non deueniat tamè iudex ad talia præcepta propter hunc finem, quia esset minister diaboli, sed causa veritatis erudæ ad hoc, vt maleficium non remaneat impunitum. Non omitto etiã t. quod quamuis præceptum nõ esset iustificatum, quia solum diceret prononnullis concernentibus interesse cameræ: tamen posset multari, si non comparet saltem per procuratorem ad se excusandum: vel si nõ appellaret, vt per Gandin. in titu. quid sit agendum reo absente & contumace. & Maria. in dicto articulo xx. colum. iij. vers. ego arbitror: Concludo tamen in omnibus prædictis dubitationibus, quod hæc præcepta sub pœna pecuniaria, & sub pœna confessi & conuicti criminis ante accusationem & inquisitionem sunt prohibita: quia datus est certus modus procedendi etiã in criminibus atrocissimis, in quo modus iste non reperitur. Et hoc patet in textu, in extrauaganti ad reprimendam. Et ex his, quæ dicit Bartolus ibi. in verbo, accusatio nem. & per omnes Doctores tractates t. quot viis procedatur in criminibus, post verò accusationem, vel inquisitionem de iure communi licita sunt præcepta pecuniaria ex causa. De iure autem statutario & contra cõsuetudinem quod contumax habeatur pro confessio & conuictio, non sunt licita: sed si sunt contumaces, cõdemnatur iuxta formam statutorum & cõsuetudinibus: ita Bartolus in l. penultima, versiculo, circa istam lecturam. ff. de quæstionibus. in oleuit tamen abusus maximus in hoc dominio, quod non solum ex postea conceduntur hæc præcepta, verum etiã antè, imò etiã hoc manè fuit ordinatum, quod licet quidam fuerit damnatus pœna capitis vocatus per talia præcepta: & in casu in quo solum pœna capitis imponeretur, tamen post cõdemnationem vocaretur sub pœna pecuniaria, quod tanto magis visum est mihi absurdum, quia ille confessus fuerat crimen per procuratorem: nec omitto, quod & si Senatus concedat iudici, vt procedat per præcepta non existentibus iudiciis ad procedendum secundum iuridicos modos; de quibus supra, tamen in reliquis non est recedendum à iure. & sic est procedendum ad pœnam confessi, & conuicti criminis, non pecuniariam, iuxta formam statutorum & generalis cõsuetudinis.

Tit.

Titu. de Multis.

S V M M A.

- 1 Pœna, & multe differentia.
- 2 Appellatio à multa admittitur, vbi à comminatione fuerit appellatum.
- 3 Appellari potest à comminatione, quando iudex modum excessisset.
- 4 Appellari potest etiã à pœna, quando arbiter modum excessisset.
- 5 Appellatio à multa licet Mediolani non concedatur, tamen ad Senatum recurritur, qui quotidie multas indebitè irrogatas infringit.
- 6 Multa ex contemptu irrogatur, sed transmittitur secunda citatio ad allegandum quare, &c. nisi à principio dixisset citatus, se nolle venire.
- 7 Citatio prima sufficit quo ad missionem in possessionem, hoc est, pœnam intrinsecam, vbi citatus sit contumax.
- 8 Citatio prima sufficit, vbi iudex in ea comminatus esset multam, licet ex obseruatione semper fiat noua citatio.
- 9 L. eos. C. de modo multæ non seruat hodie.
- 10 Multa non debet esse maior pretio cause, nisi in magna causa, & enormi, & delicto in consuetu.
- 11 Andreas de Isernia occisus fuit à quodam barone Gallo, contra quem tulerat sententiam.
- 12 Multa potest excedere modum in causa criminali.
- 13 Multa insolita dicitur iniusta.
- 14 Multa potest à iudice remitti ex causa paupertatis, licet Mediolani de consuetudine, seu propter ordines literæ impetretur à senatu quod ponatur inter miserabiles, facta fide de miserabilitate.
- 15 Multam imponere an possit omnis iudex.
- 16 Materia multarum quibus in locis tractetur.
- 17 Modi cogendi inobedientem vt pareat præcepto iudicis.

Tit. de Multis.



NONIAM verò ex cõminatione præceptorum reo contumace iudex deuenit ad multam, vt proximè dixi: ideo de ea aliquid dicendum est, succinctè tamen. Et t. primò scias esse differentiam inter pœnam & multam. Aliud, §. j. ff. de verb. signif. & l. si qua pœna. eod. & inter cæteras est hæc, quod à multa etiã appellatur à pœna nõ dict. l. si qua pœna. quod intellige, nisi multa ex vera contumacia processisset, secundum Docto. communiter in l. sanctimus. C. de iudi. per reg. l. proferendum. §. eum autem ex remedio. C. de iudi. & secundum decreta nostra Mediolani, vel melius secundum cõsuetudinem, per quam in hoc dominio Mediolani à multa nõ potest appellari. Admittitur tamen t. appellatio à multa, eod. casu, quo à cõminatione multa fuit appellatum, tanquam multa processerit indebitè & nulliter pendente appellatione à cõminatione, iuxta totum tit. nil nõ. appel. pen. & c. nõ solum. de appel. in vj. Et de iure etiã à comminatione multa appellatur. c. cum cessante. de appel. & ibi late Docto. maximè Perus. quod procedit de iure canonico, & etiã de iure civili, vbi non posset appellari à multa, vt in dominio nostro, vt dixi, quia parit præiudicium irreparabile ipsam grauamen, si expectetur, secundum Bald. in l. si quis prouocatione. C. de appel. & ibi Salic. & late & notabiliter Bald. in rub. C. commi. vel epist. col. ij. vbi etiã dicit, quod non est necesse, vt iudex in hibeat

Bosius

3 propter periculum quod est in mora, & alia t. ratione posset appellari à comminatione, quando iudex modum excessisset, iuxta lab. executione. C. quot. appel. non recip. & ad hoc cognoscendum vide tex. in l. eos. C. de mod. multæ. & quæ dicam infra in versicul. scias etiã tertio. imò t. etiã potest appellari à pœna, ratione excessus in arbitrando, iuxta not. per Bar. in d. l. si qua pœna. in vers. ultimo. & Felin. in c. pastoralis. col. vij. de exceptio. & in c. super his. col. v. & seq. de accus. Veruntamen t. licet in dominio nostro non appelletur à multa, recurritur tamen ad Senatum, iuxta auth. quæ supplicatio. C. de preci. Imper. offe. & ex autoritate attributa Senatui in eadem erectione: & ideo quotidie infringuntur multæ indebitè factæ: & eo in casu licet ex eadem erectione disponatur vt ipsi iudices multam soluant: tamen male est in vsu. Tempore verò ducis Ludouici, quando multa erat dicta, & in cameram transmissa, amplius Senatus se non intromittebat, nec etiã apponebat manum ad concedendas literas magistratui extraordinario circa reuisionem: & ideo oportebat recurrere ad ipsummet ducem. Secundo scias, t. quod licet ex contemptu sequatur multa, vt dictis legibus, tamen ex sola citatione, vbi non comparet, hoc nõ prouenit, sed requiritur alia citatio ad allegandum quare, & c. l. ij. & ibi Bart. & communiter Doct. ff. si quis in ius voc. nõ ier. & Doct. in c. j. de iudic. quod nõ procedit, quando citatus dixit, Nolo venire, & sic in notorio contumace, iuxta c. venerabilib. §. secus. de sent. excom. in vj. ita Abb. in d. c. j. in ix. col. & est communis opinio in eo. c. vbi vide Doct. maximè Aret. in vers. j. cõclusio. licet Bart. in l. vnica. ad si. prin. videatur tenere, quod etiã hoc casu requiratur noua citatio. Sic etiã ponderat, & videtur tenere Dec. & D. And. Po. ibidè tamen nihil est, quia Bart. loquutus est ad differentiam alieni iudicis, præsupponens coram eodè iudice interuenisse interueniendæ. Et si dicas. Ponit habere tamen excusationem: respondeo vt per Aret. ibidem in d. vers. j. cõclusio. Et secundum prædicta intellige ita in d. l. vnica. §. fin. col. antepen. post Angel. consi. vij. dum dicit, quod ad hoc vt quis possit multari, requiritur vera contumacia: quia intelligitur, vel quado primò citatus dixit, Nolo venire, vel non venit etiã ad secundam citationem, iuxta d. l. ij. si quis in ius voc. non ier. quia vtroq; casu verus contumax habetur saltem quo ad hunc effectum multæ. Item procedit cõclusio supra dicta, t. vt nõ sufficiat vnica citatio, quo ad pœnam extrinsecam, sicut est multa: secus quo ad intrinsecam: quia sufficit vnica citatio, puta, quo ad missionem in possessionem, vel sententiam ferendam, secundum Bar. in l. desertor. ff. de re mil. Abb. & cõmuniter alios in eo. 8 c. j. Item nõ procedit cõclusio supra dicta, vbi t. iudex esset cõminatus multam, quia tunc vnica sufficit: sed tantum procedit, vbi simpliciter esset citatus ad se defendendum, secundum Bart. in l. impuberibus. ff. de iust. tut. & Alex. in d. l. vnica. ad si. pri. video tamen semper seruari, quod etiã ad sit cõminatio multæ, tamen sit alia citatio. Si tamen citatio contineret, quod aliquid daretur, vel fieret, nõ dico quod veniret, tunc sine noua citatione nõ posset multari, secundum Alex. ibidem. Sed, vt dixi, etiã quod contineret tantum vt veniat, & ad sit comminatio ex obseruatione sit noua citatio. Tertio scias etiã, quod habemus legem sing. quæ declarat vsque ad quam summam possint iudices multare. l. eos. C. de mo. mul. quæ tamen præcedit, quando iudex nullam pœnam expressit in præcepto, ita declarat. l. post alios in d. l. vnica. in ij. not. non seruatur

9 rament de consuetudine t d.l.cos. vt per Alex. consil. xxxv. incip. viso. in ij. col. in ij. vol. cōtra tamen prædictam limitationē potest teneri, per d. l. si qua pōna. in fi. & per reg. cum quid vno modo est prohibitu. de reg. iur. in vj. Aduerte tamen, t quia iudex nō debet imponere multā maiorem pretio causæ. Dicitū est singulare Sal. in l. ij. C. de sport. quod dictū redditur periculosum, ex quo pro cōtumacia alicuius potest imponi pōna confiscationis bonorū, vt dicunt Bald. & pleriq; alij in c. ij. de test. cog. Quod tamen intelligunt And. de lser. & Mat. de aff. in tit. quæ sint reg. in ver. condemnatorum. in iij. col. in vñ. feu. in magna causa & enormi & delicto incōsueto, prout contigit secundum dictū Aff. in morte ipsius Andree de lser. nia, qui t fuit occisus gladio à barone quodā Gallo, dum reuerteretur à loco, in quo sententiam contra Gallum pronūciauerat. Item aduertē, t quia in causā criminali potest iudex excedere modū. Mart. Laud. in tit. de fisco. cōclusioe c. ij. allegat consil. Old. Habemus etiam decretū nos Mediolanenscs comitis Virg. rum cōcedens iudicibus potestare multandi etiā vltra terminos & fines iuris. Aduerte etiam, t quia si est in solita, dicitur iniusta, & nō sustinetur, secundū Ang. in l. in. C. de can. lar. lib. x. & l. in d. l. vnica. §. j. vbi ponit requisita ad validitatem multæ. Quarto scias, t quod de iure ex causa paupertatis, etiam sine fisco iudex potest apponere manū ad illam remittendam. Bar. in l. illicitas. §. ff. de of. præsi. Alex. in l. Imperiū. col. vij. ff. de iur. om. iud. & Aret. in gl. qui iudex vidēs quod inquisiti non comparant. col. v. circa fi. Tamen stantibus ordinibus nostris, siue cōsuetudinē, vt dixi, non posset. Cōcedit tamen Senatus literas super hoc quotidie ad instantia horum, qui dicunt se pauperes, imō miserabiles, vt fide facta de miseria, ponatur inter miserabiles præsupponēs extare ordinem, eo in casu multa remittatur, etiā esset videndum, an t omnis iudex multare possit. In quo vide tal. in l. vnica. ff. si quis ius di. non obte. in pri. col. pen. qui ponit regulam & fallentias. Reliqua t vide in d. c. j. de iudic. & in d. l. vnica. si quis ius dic. nō obr. m. & in d. l. ij. ff. si quis in ius vo. non. ier. & per Host. qui facit in summa sua titulum præcipuū de multa. & per Doct. maximē D. Mart. de Aff. in tit. quæ sint regalia. in vers. multa. vbi late. Vltimō scias, q; multa t est vnum remediū, vt in obediens pareat. d. l. vnica. Aliud verō est detrusio in carcerem: & aliud, si præcipiatur sub banno aliquo, & denegetur ei iurisdicctio: & aliud, si ducatur sub domus, item mittatur aduersarius in possessionem. Hæc per Alber. in l. cum eo. ff. ad leg. l. de vi publica.

Tit. de Citationibus.

S V M M A E.

- 1 Citatio trina requiritur in criminalibus, prout in civilibus, vel vna pro omnibus, & vbi tractetur materia citationum criminalium.
- 2 Citatio trina requiritur etiam ad annotationem bonorum.
- 3 Citatio vna sufficit pro omnibus, vbi tres requiruntur.
- 4 Citatio prima, qua fit in criminalibus, fit ad componendum multæ penates, & habet triginta dies, sicut etiam alia duo.
- 5 Annotatione facta quid fiat.
- 6 Bannum hodie successit loco annotationis.
- 7 Peremptorium bannitio transmitti debet ante bannum.
- 8 Peremptorium addo necessarium est, vt si delinqueret sit

- in carcere, sententia ante eius faciem legatur.
- 9 Citationes debent fieri mandato iudicis.
- 10 Citatio non debet fieri nisi ad instantiam partis.
- 11 Capi potest sine iudice, qui reperitur in flagranti crimine.
- 12 Capi non potest quis à nuntio prætoris, nisi ostendat licentiam in scriptis.
- 13 Citationes si malè sunt, corrumpit totum processum.
- 14 Citationes an possint per principem tolli.
- 15 Citatio valida requiritur ad hoc vt inquisitus possit poni in banno.
- 16 Citari debet reus, vbi degit: & perquiri, vbi reperitur: alias sufficit ad domum citatio.
- 17 Citatio vbi fieri debeat quo ad bannum remissiuè.
- 18 Citari non potest reus in domicilio, in quo erat tempore commissi delicti: si post delictum mutauit, de iure civilis, Mediolani tamen potest, propter statutum.
- 19 Citatio trāmissa ad locum primi domicilij, in quo reus deliquit, valet, si ibi reperitur, alias non.
- 20 Citare potest iudex domicilij reum non solum in domicilio præsentem, sed etiam existentem in alia iurisdicctione.
- 21 Citatio in loco delicti valet, si ibi reperitur, & ad omnem speciem condemnationis proceditur: si verò non reperitur, non valet citatio extra territorium facta per nuntium citantis quo ad bona existentia extra territorium, sed per literas subsidiarias valet quo ad omnem speciem condemnationis.
- 22 Citatio in loco delicti quomodo fiat Mediolani.
- 23 Citare potest iudex extra territorium delinquentem per seipsum, vbi iudex requisitus per literas noluit parere literis.
- 24 Citare potest Papa vel eius legatus in terris imperij, & Cesar in locis infensatis, & vnus iudex in iurisdicctione alterius iudicis: quando sub eodem principe sunt absque literis subsidiariis, licet hoc vltimum non seruetur.
- 25 Citare potest præses duarum prouinciarum existens in vna existentem in alia distincta.
- 26 Citare potest præses vnus prouincia, non alius officialis existentem in alia prouincia alterius præsidis: qua tamen sit subdita eidem principi, licet sint distincta prouincia & dominia absque literis subsidiariis.
- 27 Citatio extra territorium transmissa non valet, etiam si iudex alterius territorij consentiat, sed requiritur consensus citati.
- 28 Citatus nulliter se compareat, & respondeat inquisitioni, potest condemnari.
- 29 Citationem verbalem licet interdum iudex extra territorium facere possit, realem tamen vel personalem nunquam potest, si tamen cepisset, & procederet, ac damnaret, valeret sententia.
- 30 Citari & conueniri in sp̄a originis potest quis, si ibi reperitur: aliter non. Et differentia inter originem paternam & propriam.
- 31 Subditum originarius non est propriè subditum, nec potest in loco originis inuitu conueniri, nisi ibi reperitur.
- 32 Cōuersatio diutina in aliquo loco an efficiat vt quis possit ibi conueniri, sicut in loco domicilij.
- 33 Forum quis sortitur, vbi res sita est, etiam quod ibi non reperitur, vbi de violentia in re, & turbata possessione agitur. Et hoc quo ad missionem in possessionem, non quo ad diffinitionem in re, & diffinitionem personalem.
- 34 Vagabundus vbiq; potest citari.
- 35 Bannitus ex vno delicto non potest conueniri ex alio delicto, pro quo non est bannitus in loco, vbi bannitus est: nisi dato saluo conducto.

- 36 Bannitus citatus in loco, à quo bannitus est, dato sibi saluo conducto, debet illum publicari facere in loco, in quo citatur, ne forte offenderetur.
- 37 Qui non tenetur comparere, non tenetur etiam venire sub saluo conducto, & quomodo intelligatur.
- 38 Bannitus in vno loco non potest in eodem loco banniri.
- 39 Saluus conductus non potest concedi per iudicem iam bannito, sed accusato, vel aliter reo criminis delato bene potest.
- 40 Sententia absque citatione ferri non potest contra extorrem ac rebellem ciuitatis, in qua ferenda est sententia, vt dicatur illi præiudicare, sicut nec statutum in eius præiudicium fieri potest.
- 41 Citari de consuetudine non solet offensus, vt veniat ad accusandum ante formatam inquisitionem.
- 42 Capi an possit quis pendente termino citationis trāmissa ad respondendum inquisitioni remissiuè.
- 43 Citari debet accusator & syndicus fiscalis ad singulos actus in criminalibus, sicut in civilibus citatur reus.
- 44 Materia citationum in criminalibus vbi & per quos tractetur.
- 45 Citandus est offensus ad cōtradicendum quicquid vult, antequam iudex reum absoluat, alias absolutoria non præiudicat offenso.

Tit. de Citationibus.



VIA quomodocunque de maleficiis cognoscatur, debet reus citari, operæpretium est videre de citationibus faciendis. Et dic, t quod sicut in civilibus pars citatur, ita in criminalibus l. absentem. ff. de pœnis. & l. inter accusatorem. & ibi omnino est videndus Bar. ff. de public. iud. & in l. si accusatoribus. C. de accus. & in l. qui crimen. C. qui accus. non poss. & per Marian. in tract. citation. in xx. artic. xxv. q. & per gl. in tit. de publ. iudic. in prin. Et ideo sicut in civilibus requiruntur tres citationes, vel vna pro omnibus. l. ad peremptoriū. cum similibus. ff. de iudic. Ita in criminalibus, vt per Gand. in tit. de citat. & Marian. vbi supra, & Ang. in d. l. ad peremptorium. 2 vbi col. ij. dicit, q; etiam t ad annotationē bonorum requiritur hæc trina citatio. Et ita Salic. & alij in l. j. C. de requir. reis. & Bal. in c. j. de mil. vafal. qui cont. est. Ad alios t verò actus sufficit vna, vt declarat Alex. in l. de vno. §. j. ff. de re iud. Et vbi requiruntur tres, sufficit vna pro omnibus, vt per Fel. in c. consiluit. de offic. deleg. col. v. & Alexan. in l. contumacia. ff. de re iudic. Et scias, quod t prima citatio, quæ fit in criminalibus, habet triginta dies ad componendū mōstos penates. ita Marian. in d. q. vers. & scias. vbi videt quia declarat, qui sint isti mōsti penates. & Salic. in l. ij. C. de exhib. reis. pariter etiā alie duæ habent singule triginta dies, vt dicit Sal. in l. absentem. C. de accus. vers. quæro quare accusatus fit requirendus. Salic. & alij in l. j. C. de requir. reis. vide quæ dicam infra in tit. de sentent. col. j. & ij. si vis bene intelligere quæ hic dixi. Et t facta annotatione bonorum, iuxta totum titulum. ff. & C. de requir. reis. dic quod requiritur eius notificatio: qua facta, habet reus annum ad recuperandum bona, & vltra non auditur. l. j. ff. eod. vbi quod hæc notificatio fit per edictū, & per literas subsidiarias: & quod à die dictæ notificationis incipit ille annus currere. non autem à die annotationis. Et aduerte, quod tam Bart. in d. l. j. in fi. quàm alij in l. j. C. eod. volunt, t quod loco huius annotationis hodie

succefferit bannum: ideo prædicta circa eius materiam erunt satis vtilia. Et t de citatione peremptoria ante bannum, vide Angel. in glo. qui iudex commisit præconi quod banniat. vbi dicit, quod & si de iure requiratur, tamen de consuetudine non fit, quod totum dicit procedere ex vi statutorum, & bene loquitur. Sed tamen à paucis tempore citra sub capitano iustitiæ Mediolani eo authore transmittuntur peremptoria bannendis ante bannum, quod laudo, quando post lapsum terminum octo dierum, interuenit magnum tempus ante condemnationem. Addit ibi August. de Arim. aded verum esse, quod t requiritur citatio peremptoria ante sententiam criminalem, vt si reus sit in carcere, sententia ferri debeat ante eius faciem, & quod ita feruat totus mundus. Allegat Ang. & Bal. vt per eum. Et quod ante bannum requiratur peremptorium, patet, quia summus Pontifex & Imperator possunt contra absentes procedere, etiam non obstante l. absentem. ff. de pœn. & tamen requiritur citatio vulgata, clem. pastoralis. & vide omnino Marian. Socin. in hoc articulo de citatione peremptoria ante sententiam criminalem. & quid feruetur in practica in cap. qualiter & quando. ff. de pœn. in xj. artic. princip. in xvij. quæst. vers. sed quæro circa prædicta. Et t citationes, quæ fiunt, debent fieri mandato iudicis tam verbales quàm reales. l. neminem. C. de exhib. reis, vbi Bart. notat. & rationem vide per lason. in rubr. C. de eden. col. j. ad idem text. in c. j. de iudic. vbi late per Aretin. & alios, & an præsumatur facta commissio. Eodem modo nulla citatio debet fieri sine t partis instantia, vt generaliter in quolibet actu vult gloss. in l. sancimus. in verb. contumaciam. C. ad Trebel. & in specie de citatione peremptoria. Bart. in l. si finita. §. Iulianus. col. ij. & ibi Alexand. ff. de damno infecto. Quando tamen quis reperitur in flagranti crimine, potest capi sine iudice, secundum gloss. in d. l. neminem. quam vide, quia ponit alios casus. Sed vide quomodo intelligatur Marian. in tract. de citat. vers. ij. colum. ij. in iij. principali articulo. Alius est casus, secundum gloss. ibi in debitore fugiente, de quo etiam per Marian. ibidem. & ad d. l. neminem. & ad prædicta, & quid præsumatur in dubio etiam quo ad instantiam partis, vide Marian. in dicto tractatu, in sexto articulo principali. Adde prædictis, quod t nuntius prætoris non potest aliquem capere, nisi ostendat licentiam in scriptis Ias. in l. cum proponas. la prima. colum. ij. C. de pactis. vbi vide etiam quid de missione in possessionem. Sed t necessarium est scire, in quo loco fieri possint hæ citationes, & in hoc consistit tota vis materia: quia si malè fiunt, totus processus corrumpit, ex quo sunt de ordine iudicij. c. j. de causâ possess. & propriet. & hoc etiam si fit processus principis clement. pastoralis. de re iud. Bald. post gloss. in l. fi. C. de legib. Marian. in tract. citatio. in xx. articulo. in xv. quæst. & per Socin. in consil. cclxiiij. col. antepen. maximē vbi considerat plures casus in hac materia. Et facit ad confirmationem, quod minus est credendum principi. circa suppletionem processus in crimine rebellionis, quàm in aliis delictis, vt probat tex. loquendo de citatione Imperatoris in dicta clement. pastoralis. col. vltim. vers. nec prædicta. & ibi Doctores, & per Anchar. in consil. cclxxvij. colum. fin. Et videnda etiam sunt circa id, t an princeps possit tollere citationes & defensiones, quæ scribuntur per Curj: in consil. xlix. ad finem primæ part. & in secunda parte responsua, & in specie ad propositum, quod citatio sit necessaria, ne processus corruat. Scias Bald. dicere

15 in l. j. in fi. ff. si quis ius diei. nō obtemper. quōd t̄ ad hoc vt inquisitus possit poni in banno, requiritur, vt fuerit legitime citatus, non obstante etiam quōd ita-tutum vel decretum diceret quōd contra banna non possit opponi de iniquitate & nullitate, per not. in d. clement. pastoralis. de re iudic. Ita Marian. post Nellum in c. qualiter. *el secundo*. in x. artic. quæst. lxxiiij. vers. quo ad secundum membrū, Angel. cōsilio cclix. Aret. consil. clxv. Olār. con. 34. & Ro. in con. cccclxxvij. Et fundamentum est, quia princeps non potest tollere citationem, & minus in grauioribus, quam in leuioribus, vt dictum est, Et quo ad quæstionem propositam vbi t̄ fieri debeant citationes, Scias quōd 16 text. in d. l. j. ff. de requir. reis. clarē sentit, quōd vltra citationem per edicta, etiam per literas fieri debeat, vbi degit reus: Et sic videtur, quōd non sufficit citare eum ad domum, nisi hoc etiam fiat vbi reperitur, & sic perquiratur, & sibi detur. Ita Gand. in tit. de citationibus, vltra quem, ita videtur dicendum, quia citatio debet fieri ad personam, & non ad domum, vt omnino sciat citandus, quōd citatur: & vbi non inuenitur, debet perquiri procurator: & neutro inuenito, tunc sufficit ad domum. Ita gl. in c. causam. de dolo & contumac. & probatur in l. j. §. ff. de liber. agnoscent. & ita Barto. in l. j. §. ait prator. ff. de dam. infect. Tamen quōd sufficere videatur citatio ad domum, videtur text. in d. §. ait prator. & in criminalibus ita Bart. & Imol. in d. l. inter accusatorem. ff. de public. iudic. & Angel. in gloss. iudex cōmisit quōd Caius prædictus & alij inquisiti citarentur. col. vj. Nolo vltimus 17 disputare hanc quæstionem, t̄ quia practica est & statutum, vt sufficiat ad domum. Et ita etiam Gand. & Marian. vbi supra. Si tamen in iure volueris te penitus explere, vide Doctores in cod. §. ait prator. & Marian. in tractatu citationum, in xvij. artic. in secunda quæst. vers. circa septimam speciem, & omnino Salicet. in l. absentem. C. de accus. col. ij. qui optimē rem considerauit. Vnde distinguit, & secundum eius considerationem etiam in iure loquendo, quia ipse loquitur in annotatione. Idem posset inferri arguēdo ad bannum, vt sufficiat quo ad primum bannum, non quo ad secundum, & multa alia in materia citationis, quo ad bannum, vide per Marian. in dicto cap. qualiter. art. xj. in dicto vers. quo ad tertium membrum. vbi per plures columnas, loquendo tamen serē semper post Nellum in tractatu bannitorum. Et prædicta, vbi 18 t̄ non mutauit domicilium: Si vero mutauit, & iuit in aliam ciuitatem, vel dominium habitatum, an attendatur prima vel secundum domicilium? Vide text. in l. ij. C. de iurisdic. omni. iudic. qui clarē vult, vt ita possit conueniri in primo domicilio mutato, sicuti in secundo si tempore primi contraxerat vel deliquerat: Et ita Bartol. ibi, & consequenter etiam quōd alibi deliquisset, vel cōtraxisset, de qua l. ij. vide Alex. in l. cum quædam puella. col. j. & ij. ff. de iurisdic. omni. iudic. Aretin. in consil. cccxxvij. col. ij. & iij. & in cap. proposuisti. de foro compet. & vltimo Marian. Socin. in cap. fin. eod. de foro compet. vers. decimō principaliter quæro quis sit effectus mutationis domicilij, vbi tandem concludit post Aretin. Bart. non dicere veritatē & verū non esse quōd pro delictis vel cōtractibus extra domicilium cōmissis, quod postea mutatum est, possit ibi conueniri, nisi fuisset præuentus saltem citatione, per dict. cap. proposuisti, & in dicta l. cum quædam puella, Sed si in loco primi t̄ deliquisset, tunc esse in foro delicti absque aliquo speciali: quia, si ibi inueniretur, posset conueniri, &

aliter non, vt optimē Marianus in dict. vers. in principio quæstionis. Hæc tamē quæstio est sopita per statutum in criminalibus, vbi dicitur, requiratur, vbi domicilium habet, vel habere consuevit. Et ad prædicta 20 adde, t̄ quōd quando quis sortitur forum ratione domicilij quōd iudex potest non solum cum citare præsentem in eo loco domicilij personaliter, vel ad domum, sicut supra conclusi, sed etiam absentem in alia iurisdictione per nuntium suum. Ita Bartol. in extrauaganti, ad reprimen. in verbo, per edicta. ibi, sed certē primum membrum. & omnino Marian. in dicto cap. fin. vers. tertius effectus est. & Aretin. consil. cxxxvj. colum. ij. Et volunt Doctores, quōd t̄ hanc citationem possit facere quo ad omnem speciem cōdemnationis. Sed quando sortitur forum ratione delicti, tunc iudex si inuenit delinquentem in loco & cum citat postea procedit aduersus eum quo ad omnem speciem condemnationis personæ & bonorum: si non inuenit eum non potest citare per nuntium suum extra territorium quo ad bona, quæ ibi habet, sed per literas subsidiales valet citatio, quo ad omnes effectus honorum, & personæ. Ita Marian. in cap. postulasti. charta ij. colum. iij. vers. quo ad quintum. de foro compet. vbi omnino vide, & est textus clarus in clement. pastoralis. vers. nos quoque. de re iudic. & ita pro absoluto habet Aretin. consil. lvij. vers. secundo responderetur. Est verum, quōd hæc in practica 22 non seruantur, quia t̄ statuta prouident commissio delicto quomodo fiant citationes, & nostrum disponit, quōd fiant in loco delicti, & in certis locis publicis per edicta. Et vide ad prædicta textum in capit. Romana. §. contrahentes. de foro compet. vbi textus vult, quōd quo ad bona tantum, forum ratione contractus operatur, vbi citatio fit auctoritate iudicis fori, & per nuntium suum, apertē sentiens quōd vbi per literas subsidiales citatio fieret, quōd procederet quo ad omnem effectum. De quo per Marian. in cap. delicti. de foro compet. & Moder. in eodem §. contrahentes. & in l. hæres absens. §. j. ff. de iudic. Et t̄ si iudex, cui scribitur, nolit parere, tunc quo ad omnem effectum potest citare per semetipsum. Ita Barto. in dicto verbo, per edicta. in vers. sed quid si iudex nolit citare. Et Aretin. in dicto consil. lvij. vers. amplius. in quo tamen vide Marian. in dicto cap. postulasti. in eo verbo, quo ad secundum. Est alius casus, 24 t̄ in quo extra territorium quis citatur per iudicem directum sine literis subsidialibus. Quando summus Pontifex, vel eius legatus, vult aliquem citare in terris imperij, quia directē potest mittere nuntium suum. Ita Bartol. in l. j. §. j. ad fin. ff. de requir. reis. & clarius in dicto vers. per edicta. Aretin. in dicto consil. lvij. colum. ij. vers. i. Et ratio est, quia habet iurisdictionem, saltem habitu, in terris imperij. Et propterea in dominio nostro Mediolani, subdito vni domino tantum, potest vnus officialis directē citare in iurisdictione alterius officialis eiusdem domini, secundum Doctores vbi supra. Quod vltimum tamen non seruaunt, Sic etiam quemadmodum summus Pontifex, vel eius delegatus, potest citare directē in terris imperij: ratione allegata: ita e contra Cæsar, vel eius delegatus citare potest directē, non solum in territorio sibi immediatē supposito, sed etiam mediatē, putā, in loco in feudato, vt Mantua, Regij, Montisferati, & in infinitis aliis locis quia in eis non caret omnino iurisdictione. Et ita probat textus in dicta clement. pastoralis. de re iudic. Vbi summus Pontifex infringit citationem Imperatoris: quia facta fuit in loco

loco in feudato ab ecclesia. Et hoc non fecisset, vbi locus esset in feudato ab ipso Cæsare. Et ita Aret. consil. lvij. col. ij. vers. j. Nisi tamen obstaret amplitudo privilegij, iuxta c. porro. de privileg. Credo tamen contrarium, te diligentius considerata: quia dominus directi non potest quoquomodo se impedire in iurisdictione vtilis, vbi nec etiam habuit, habet iurisdictionem, iuxta consil. Curt. Iunioris secundum. Nec obstat clement. pastoralis. quia loquitur in fortioribus terminis, & non decidit id, quod dixi: & ideo D. Gonzagha non patiuntur tales citationes fieri à delegatis 25 Cæsaris. Est alius casus, t̄ qui ex prædictis redditur sine dubitatione, quādo quis esset præses duarum prouinciarum distinctarum: quia potest exercere iurisdictionem exiens in vna, etiam in alia, non solum in citando, sed in quolibet alio actu. Ita in l. i. col. ij. ff. de iurisdic. om. iudic. Alius est casus, quando, & t̄ si dominia sint distincta & separata, tamen sunt eiusdem principis, vt est status Mediolani, & regnum Neapolis: quia præses vnus prouinciæ potest in alia citare, absque eo, quōd præsidem illius requirat. Ita Bart. in extrauag. vbi supra, & in d. l. j. §. j. & Aretin. vbi supra. Et pondera, quōd decisio loquitur de ipsis præsidibus, non de aliis officialibus ciuitatis alterius prouinciæ, 27 quod tamen non seruaretur. Et adde prædictis quōd vbi citatio extra territorium non valet, quōd etiam iudice consentiente non tenet, nisi etiam consentiat citatus, vt per Maria. in tract. citat. xvij. art. quæst. ij. Item 28 adde, t̄ quōd vbi tamen compareat, qui citari non potuit, & inquisitioni respondeat, potest damnari, vt per Aretin. in d. consil. lvij. col. iij. & August. de Ari. ad quartam chartam Angel. maleficiorum. Adde quoque, quōd fillud est sine dubio, quōd citationem realem & personalem iudex non potest facere extra territorium: licet possit verbalem interdum facere. Et ita non potest capere personam. §. si quis verò comparet in forum. in authent. vt omnes obed. iud. nec bona apprehendere. cap. Romana. §. contrahentes. in fin. de foro compet. in vj. & Soc. notabiliter in consil. clxvij. colum. vj. vbi vide Marian. & doctores vbi supra. Tamen vbi caperet, & procederet, & damnaret, valeret sententia, vt per Alexand. in l. fin. circa finem. 30 ff. de iurisdic. omni. iudic. Quid verò, t̄ quando quis sortitur forum ratione originis? Dic quōd citatur & conuenitur, si reperitur in eo loco, aliter non, secundum Bart. in l. assumptio. §. j. ff. ad municipal. & est communis opinio, secundum Alexand. in l. cum quædam puella. col. ij. ff. de iurisdic. omni. iudic. & Dec. in cap. j. de iudic. vers. prædicta conclusio. col. fin. illius chartæ. Marian. tamen, quamuis Bart. vbi supra, non faciat differentiam inter originem propriam, & paternam, distinguit vnā ab alia in hoc casu, in rub. de foro compet. char. ij. col. j. vers. lxxxij. causa originis. Et vult, quōd prædicta conclusio procedat solum in origine paterna. Quæ opinio est maximē procedere posset, quando oriundus animum suum ostendisset patiēdo se cōueniri in omnibus suis causis in loco suæ originis, nulla vnquam declinatoria opposita. Verum in origine paterna, in qua sine dubio quis potest conueniri, si reperitur: est magis dubium. an dicta patientia & consuetudo non reclamandi sibi proderet. Et videtur prodesse, quia forū cōsuetudine quaeritur, vt est text. & ibi glos. in cap. cum contingat. de foro compet. & ibi Marian. col. j. vers. primus. Tamen contrarium videtur, tam in possessorio, quam in petitorio: quia possessio vel quasi in vna causa operatur prorogationem quo ad aliam. Et ali-

Bofsius

ter dicere, videretur absonum iuxta latē tradita in c. significasti. in materia prorogationis iurisdictionis, de foro compet. & in l. j. in princ. ff. de iudi. & latē not. in illo articulo, an possessio iurisdictionis, quo ad vnū actum id ferat quo ad alios actus possessorios, in l. ij. in princ. ff. de acq. pos. maximē per Ia. in ij. lect. vbi facit regulam & fallentias, & consequenter in petitorio sequitur idem: quia tantū præscriptum, quantum possessum. c. auditis. & ibi Doct. extra, de præscript. & in l. ij. §. si quis hoc interdicto. ff. de itinere actūque pri. & ita patet responsum ad contrarium. Nec requiritur, t̄ quōd subditus originarius, qui non est subditus propriæ, iuxta gl. in clem. j. in verbo, subditos. de foro compet. possit inuitus conueniri in loco originis, nisi 31 ibi reperiat. Nisi diceret, t̄ quōd ex dicta patientia, & magna conuersatione in litigando in eo loco originis, & conueniēdo, nedum agendo, sequatur talis conuersatio, quōd transitus fiat ad alium articulum, An ratione conuersationis quis possit conueniri, sicuti in loco domicilij, etiam quōd non reperiat, & si diutina conuersatio hunc effectum operatur, etiam vbi conuersatio sit extra rem contrahendo, & alios actus iudiciales exercendo, secundum cōmunem opinionem, vt per Aretin. in cap. quod clericis. in j. & ij. col. de foro compet. & Marian. in d. c. si. de for. compet. Quis dubitare possit, quin multo fortius hoc esset dicendum in oriundo ibique orto, qui non solum decem annis, sed per omnia tempora eius vitæ, & parentum suorum semper in eo loco originis conuersatus esset, maximē in ea specie iudicij suscipiēdi. Et ita tenendo resoluta sunt, si bene consideres, in oppositum adducta circa materiam prorogationis, & possessionis vnus actus iurisdictionalis. R. aliqua vide per Ia. & Doctores in articulo, quando quis possit citari extra territorium in l. ff. de iurisdic. omni. iudic. Et vide Socin. consil. cvij. col. vj. vers. fin. & vide etiam centum & decem nouem causas, quibus quis forum sortitur, & potest conueniri per 33 Marian. in rub. de foro compet. Et quia etiam ratione rei sitæ quis potest conueniri. l. fin. C. vbi in re act. & Marian. latē in c. ij. de foro competenti. quod adaptatur etiam ad materiam criminalem, quādo agitur de turbata possessione, vel de vi spoliatiua, iuxta l. vnica. C. vbi de pos. agi oport. Ideo ad declarationē huius legis, & sic propositi nostri, adde quōd secundum terminos illius legis, & communis intellectus non agitur, nisi interueniat vis: & consequenter non omni casu quo agitur, vti possidetis: sed tantum, vt dixi, vbi interuenit vis in ipsa re, vel etiam extra rem, ad ipsam tamen rem, secundum exemplum glos. ibi in dicta l. vnica. Adde etiam, quōd videtur intelligi illa l. vnica, licet Doctores non declarent, etiam quōd reus in loco rei non reperiretur, iuxta dictum Pauli de Cast. in d. l. fin. qui vult, quōd quando agitur in re, quōd ratione rei sortitur forum: si tamen ibi reperiat, quia aliter ille textus videretur superfluous, cum etiam ratione delicti in loco violentiæ fortiebatū forum. l. j. C. vbi de crim. agi oport. & etiam ratione rei. d. l. fin. Quæ etiam procedit in possessorio, vt per Marian. in d. cap. ij. Vbi tamen dictum Pauli de Cast. non esset verum, superflua redderetur hæc dubitatio, quia non solum in possessorio, sed etiam in petitorio, secundum d. l. fin. C. vbi in rem actio. reus possit conueniri, etiam quōd non reperiretur. Et ad hoc videtur textus in terminis in c. Romana. §. contrahentes. de foro competenti. in vj. qui clarē vult, quōd quō ad effectum bonorum quis possit citari, ratione

h 3

rei suæ, etiam quod non reperitur, per quem textum ita reperio tenere Marian. in dicto cap. ij. in fi. in versic. decimaquarta conclusio. Nec aliter dicit in cap. dilecti. in xij. quæst. extra eodem, ubi se reicit, & ibi distinguit, quod quo ad solam missionem in possessionem forum rei & contractus prodelt, etiam quod non reperitur, non quo ad diffinitionem etiam super re solùm, & sine dubio quo ad diffinitionem personalem. Propter hæc igitur dicendum est, quod ubi ageretur quo ad puniendam personam de turbata possessione & violentia, profectò non possit conveniri, nisi ibi reperitur. & cum hac opinione transeo, nec Paul. de Cast. contrarius est huic opinioni, si eum vides. Quæro de vagabundo, si an ubique possit citari & conveniri: quod contingit sæpe in debitoribus cessantibus factis. Et dic posse. cap. fin. de foro comperen. ut ibi per Marian. charta sr. col. iij. versic. secundo quæro. & ideo solent à principibus impetrare saluos conductus, aliter non essent tuti. Non omitto etiam, quod maxima est dubitatio, si an bannitus in loco, à quo bannitus est, possit citari, ratione alterius delicti, de quo non sit bannitus? Et dubium facit, quia quis non tenetur comparere ad locum non tutum, & sibi inimicum, & ubi potest licite offendi. clement. pastoralis, §. Pisana quoque civitas. de re iudic. cap. accedens. ij. ut lite non contesta. in contrarium facit: quod culpa sua bannitus est. si fideiussor. §. necessaria. ff. qui sititid. cogan. & in l. & qui data. ff. ex quibus cau. maior. vide, ut brevibus agam, Marian. in tractatu citation. in v. articu. princip. in xxvj. q. & in xvij. artic. princ. in xj. q. & in xvij. art. prin. in v. quæst. Et in effectu mihi placet eius opinio, quod ubi non potest per procuratorem comparere, non teneatur: quia esset impium aliter dicere, non obstante culpa, de qua supra, quæ ad hoc ordinata non fuit. l. si vehementer. §. si dem iuris. ff. ad legem Rhod. de iactu. Et ideo conceditur sibi saluus conductus, ut possit tunc venire, secundum do. Andr. quem allegat. & ita sæpe videtur fieri, concessio tamen saluo conductu à principe vel Senatu, Verum tamen talis bannitus debet esse cautus, ut illi publicari faciat, & poni in loco, in quo apparet bannitus: ne sub eo banno offenderetur. Et si dicis, quod si non tenetur comparere, non tenetur etiam venire sub saluo conductu, secundum communem in eo cap. accedens. & per Marian. ubi supra. Respondeo, quod loquitur illa communis ratione loci non tuti, propter inimicitias: quia non cessat timor, sed hoc casu cessat omnino, cessante statuto quod possit offendi, & adhibita diligentia, quam dixi. Et hæc opinionem clarè sentit Barto. in l. is qui reus. col. pen. & fin. ff. de publ. iudic. Idem clarè sentit Felin. in c. cum R. canonicus. de offic. deleg. col. ij. & Felin. in dicto cap. accedens. col. v. versic. nona conclusio. dum dicit, quod quantum ad practicam faciendi tutum bannitum, videndus est Ioan. Andr. ut supra, & se refert ad Marian. Socin. ubi supra, & in cap. cum pro causa. de senten. excom. Et ex his etiam liquet, si an bannitus à loco, in eodem possit etiam banniri. De quo per Nellym in trac. suo bannit. in prima parte primi temporis, in versic. tertio quæro. & Alber. in vlt. parte itatorum, quæst. xxvj. & Barto. in l. de pupillo. §. si pluribus. col. ij. ff. de oper. noui nunt. & ibi Alexan. in apostillis. & Felin. in cap. ita quorundam. col. fi. versic. & ex istis, de Iudicis. Cepol. consil. xxxix. col. j. versic. circa primum iuncta col. iij. versic. nec etiã obstat. Doctores in d. §. si pluribus. Et ubi etiam ori-

retur dubitatio, Senatus non pateretur quod tale bannum secundo loco datum sine saluo conductu possit sustineri. Sed si an iudex possit concedere tale saluum conductum, præsuppositum non posse, & ita videtur l. relegati. ff. de pœnis. & l. ad bestias. §. ex provincia. ff. cod. Barto. ponit in d. l. is qui reus. Maria. in dicta quæst. v. in xvij. articu. & Iasim l. conuentionis. ff. de pact. & in apostil. ad Ang. in verb. fama public. super illa quæst. quibus quæro, si committes. & Alexan. in d. l. conuentionis. & in consil. lxxvij. in ij. volu. Alber. ubi supra quæst. xxxix. Felin. c. accedens. ij. col. ij. ut lite non contest. Breuiter puto, loquendo in bannito, & sic iam damnato, quod iudex nullo modo possit apponere manum, sed princeps ipse. At in accusato, vel aliter reo criminis delato, credo posse, pro veritate habenda, ubi non potest interuenire procurator. Et ita notabiliter declarat Salic. in l. cum indulgentia. C. de sent. pass. qui magis cautè loquutus est, quam Bart. in d. l. is qui reus. qui simpliciter tenuit etiam ponendo quæstionem in bannito, quod possit dari à iudice. Et ideo quotidie audio in Senatu à Capitaneo iustitiæ per tales saluos conductus pro bannitis, nec ego aliter facerem, si essem iudex. Dixi supra in titulo de captura. Quæro etiam, si an contra extorem siue exitium, vt doctores vocant, & rebellem ciuitatis possit ferri sententia absque citatione? Et videtur ferri posse, tanquam sit talis extra protectionem legis, iuxta not. per Cin. in l. j. C. de nat. lib. & Bal. in ti. de pa. Con. versic. hoc quod nos. col. ij. In contrarium faciunt, quæ superius dixi de bannito, an possit citari ad locum, ubi bannitus fuit, ad finem ut iterum possit banniri. Vbi præsupponitur clarè, & ita tenui, quod si non potest citari, non tenet cõdemnatio. vide Marian. in tractatu citationum, in art. vij. princip. in xxxij. casu. Vbi in terminis quæstionis allegat Bal. & Roman. quod sine citatione valet sententia. Est verum, quod dicit se habere illas decisiones pro satis dubiis, perquisiui Bald. & non inueni locum, ubi debuit hoc dixisse, videlicet in cap. j. de his qui feudare possunt. nec etiã videre porui repetitionem Roman. in l. j. C. de hære. instituen. quem etiam allegat ad hoc in versic. vnum tamen scias. col. xxij. Arbitror tamen, si id dicunt, quod pessimè dicant, per ea quæ ponit Bal. in d. tit. de pace Const. in versic. sententia quoque. ubi clarè dicit, quod aut possunt comparere per procuratorem, & tunc citatio eas arctat: aut non possunt comparere, & tunc scias. Et quid sit, si banniti sunt omnibus bonis eis ademptis iudicia non tenent: quia nudi exularunt. l. tutelæ. §. si libertate. ff. de capi. dimin. & l. si cõstante. §. si. ff. sol. matri. Ex quibus verbis clarè habes, quod requiritur citatio, quæ etiam non semper sufficit. & latè hæc præsupponuntur per Alexã. & Doctores relato per eum in l. recusare. §. si quis alio. ff. ad Trebel. & per eundem in l. creditor. ff. de sol. Et ad confirmationem videatur Barto. in l. omnes populi. in ij. q. princ. ff. de iustit. & iure. dum tractat, an contra expulsos è ciuitate, ipsis non vocatis, possint fieri statuta. Vbi concludit fieri posse, quando iustè expulsi sunt, & facti rebelles, quia in eis non remanet aliquod ius condendi statuta, nec aliud ius ciuitatis, & sic nihil ad eos, quare vocari debeant. Facit l. de vnoquoque. ff. de iudic. vbi igitur de eorum interesse tractaretur, sentit contrarium, etiam quo ad condendam legem: ergo fortius quo ad actum singulare, qui esset exercendus aduersus eos. Et secundum dicta ibi per Bart. possunt defendi auctoritates super allegatæ per Marian. Non omitto etiam in hac materia

41 materia citationis, quod ante inquisitionem iudex debet citare offensum, & dare terminum ad accusandum. gl. in c. presbyter si à plebe. ij. q. v. & dixi supra in materia inquisitionis, in secundo requisito ad inquisitionem formandam. ubi tamè dixi, quod non seruatur. Et an pendere tunc non citationis transmissæ ad respondendum inquisitioni quis possit capere? Vide supra in materia citationis, ubi dixi. Et sicut citatur reus ad singulos actus in civilibus, ut dixi supra in prin. nisi iudex monuisset eum, ut singulis diebus & horis, &c. ut per Ange. in gl. q. iudex commisit præconi, q. banniat. Felin. c. ij. de testib. col. antepe. versic. tertio fallit. & Alex. in d. l. qui ante calendas. ff. de verb. oblig. ita accusator siue querelæ delator. & idem de Syndicis fiscalibus. vide per Ang. in l. i. vacantia. C. de bon. vac. lib. x. Angel. Aret. in gloss. & ibi caput à spatulis separatur. col. j. versic. quid autem si etimeat. & ibi in additionibus. & per Hipp. in l. vnus. §. cogniturum. ff. de quæst. & tunc hanc materiam citationis posuit Angel. in gloss. qui iudex commisit, quod citaretur. & in gloss. qui iudex facit sibi dari licentiã posse procedi. & in glo. sequen. qui iudex monuit eos singulis diebus. & in d. gl. qui iudex commisit. præconi, quod banniat. ubi tamen non habes prædicta. Et scias, quod iudex antequam reum absoluat, debet citare: offensum ad opponendum, quicquid velit aliis non præiudicet talis absolutoria offensa, quin iterum accusare possit, & tenetur iudex in syndicato. Angel. in dicta l. i. vacantia. quem refert post Put. Hippo. in l. vnus. §. cogniturum. ff. de quæst. col. x.

De Examinibus reorum.

SUMMAE.

- 1 Captus reus tenetur respondere interrogations ad habendam veritatem factam, & eius confessioni statuitur.
- 2 Interrogari potest reus de circumstantiis etiam remotis, & impertinentibus.
- 3 Iudex potest fingere se velle facere quod non inuenit, ut videat quem admodum faciat examinandus, & an trepidet: sed debet advertere, ne ex fictione illa magnum præiudicium oriatur.
- 4 Joanni Capistrano ordinis minoris quid euenit, dum esset advocatus fiscalis Neapoli.
- 5 Interrogationes, quas faciunt iudices reis captis, sunt à iure approbatæ.
- 6 Examinari non potest reus, sicut nec capi, nec inquiri, nisi præcedentibus saltem aliquibus suspicionibus.
- 7 Citatio verbalis, ut quis personaliter compareat, non est in usu, ne rei fugiant: tamen valet, quando esset iustificata pro veritate indaganda.
- 8 Citatio verbalis, ut quis personaliter compareat, non valet, nisi præcederet iudicium, vel saltem suspicio.
- 9 Probationis initium non est sumendum è domo rei, sed bene id quod probationes condumant.
- 10 Reus interrogatus cum iuramento si falsum respondet, non de falso punitur quo ad forum fore: licet quo ad Deum non euiet perjurium.
- 11 Testis occultas veritates an cadat in falsum punibile.
- 12 Interrogatio fieri debet reo à iudice super delicto in genere non in specie, ne instruiatur reus.
- 13 Interrogatio à notario facta testatori, nunquid velit instrui realem, non infirmat testamentum: nisi testator esset valde imbecillus propter infirmitatem, vel esset stultissimus.
- 14 Dolor in torto est maior, quam sit abscissio viri in squamam.

Bosius

- 15 Iudex non debet inducere reum ad confitendum, si pollicitationum, vel minis tormentorum.
- 16 Iudex, qui induxit reum ad confitendum sub promissione gratia, non tenetur seruare promissum in foro contentioso.
- 17 Confessio a reo extorta per iudicem comminis, vel pollicitationibus valet, nec potest renouari: si mina illa vel pollicitatio facta sit, ut disceret veritatem: sed si in inspectis, ut ita dicat, vel tale quid confiteatur.
- 18 Iudex quando debet esse benignus, & ostendere signa humanitatis erga reum, ut eruat veritatem.
- 19 Indagatio diligens facta à iudice ad cognoscendam veritatem eum excusat: sed facta, ut reus confiteatur verum vel falsum, condemnat eum ad penam capitis.
- 20 Dolus bonus, qui toleratur etiam in exploratore.
- 21 Interrogari potest testis à iudice, an sciat, vel credat, quando examinat: sed quando iam est examinatus.

Titu. de Examinibus reorum.



VIA rei citati, putà ad respondendum inquisitioni, iuxta not. per Bart. in l. inter accusatorem, versic. pro declaratione. ff. de public. iud. & Felin. in c. licet in beato. in iij. notabili, de accusat. & Marian. in tract. citat. in xx. articu. princip. in vj. q. sæpe comparant. & interdum capiuntur etiam non citati, & tunc examinantur, ut omnes sciunt & habetur per Aret. in sue tract. in glo. hæc est quædam inquisitio. col. iij. versic. & subdit. post Ange. in l. i. vacantia. C. de bon. vacan. lib. x. Ideo aliqua subiciam circa dicta examina: Et primò videtur, quod non teneantur respondere, ne allegent suam turpitudinem. l. transactio. C. de transactio. & l. i. iusuradum. §. procurator. ff. de iureiuram. Sed dic procedere hoc contrarium quo ad commodum eorum, qui interrogantur, non quo ad incommodum & præiudicium, ut per Bart. in d. §. procurator. & ideo videmus, si rei consentitur interrogati, quod statuitur eorum confessioni. l. is cui quo ff. de confess. & l. si confessus. ff. de cust. reo. & Bart. ubi supra. & ita cessat contrarium. Sed aliud videtur ob stare, quod probationes non sunt sumendæ è domo rei. l. nimis graue. C. de testib. & in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæst. Sed dic, quod imò ad veritatè erudendam sunt per quam necessaria examina reorum, ut docet tex. in l. de minore. §. plurimum. & ibi Bar. in ij. no. dicens, quod iudex potest interrogare pro veritate inuestiganda de circumstantiis quibuscunque & remotis, & impertinentibus. Allegat gl. ponentè, quod quando quis est suspectus, potest interrogari etiam de impertinentibus, in l. testium. in ver. præsto. C. de testib. ad quod facit dictu Bal. in l. si in fi. C. de testi. quod iudex debet conari capere in verbis suspectos, ut etiam no. & latè de insidiosis interrogationibus tradit Alex. in consil. xcj. col. pe. & vlt. vol. iij. Addit Bar. ubi supra, quod potest iudex fingere se velle facere quod non vult, ut videat quem actum facit examinandus, & qualiter se gerat. c. asserte. extra. de præsump. & quod debet advertere, an trepidet, & inconstanter respondeat: quia trepidatio & inconstantia indicat aliquid iudici, & omnia debet redigi facere in scriptis: quia, secundum eum, etiã sine aliis iudiciis, ex his, quæ coram iudice loquutus est, trepidè variando, & pauendo, possunt sumi in dicta ad torturam. Et de his etiam per Ang. Aro. in suo trac. char. ij. col. vlt. versic. nonò quæro. & dicà loco suo. Debet tamen advertere iudex, ne ex illa fictione ma-

h 4

gnum praedictum sequatur. Nam saepe contingit, quod inquitur tantus timor, ut ex eo sequatur mors, ut in eo rigi in fratre Ioanne Capistrano, ordinis minoris, magno fisci patrono in civitate Neapolis ante ingressum religionis, qui voluit fingere quod non solum patri, sed etiam filio veniret caput amputandum, cum tamen filius innocens esset, & ita ambos condemnavit. Verum abscisso a cervicibus capite patri, tantus timor inuasit filium, ut illico decesserit: quod adeo graue conscientiae Capistrani visum est, ut statim officio renuntiauerit, & factus sit ordinis sancti Francisci, & deinde summus vir euaserit, adeo ut in vniuerso illo ordine beatus inscribatur. Hae refert Pa. de Put. in tract. suo in penul. char. in vlt. col. ver. sequitur modo not. quod est. & char. §. 2. col. fi. ver. & aduerte. Non tenetur tamen hoc casu iudex de toto, sed de excessu, ut per Hippoly. in d. §. plurimum. & pater ex no. per Dec. in c. ad nostram. in j. not. de appell. & per Alexandr. in consil. lxxv. incip. viso themate. in iij. vol. Et quod haec interrogationes sint a iure approbatae, habes in toto titu. ff. & C. de quaestione. & in text. not. in l. diuus. ff. de cust. & exhi. reor. ver. sed & caput. & ibi in gloss. in versu. de focis. Non obstat §. tormenta. quia loquitur in seruis, & liberis, qui non possunt dicere testimoniū contra dominū, & parentes. l. seruos. & l. parentes. C. de testib. sic etiam de aliis in l. Iulian. ff. de testib. iuxta not. per Bar. in l. maritus. ff. de quaest. Quae ratio cessat, cum reus examinatur, cuius vox, sermo, & vultus plurimum momenti afferit ad veritatem inueniendam. d. §. plurimum, & minus obstat l. nimis graue. si illam vides. Veruntamen aduerte, ut bene gustes solutionem praesentis difficultatis, quod impossibile videtur, ut initium sumatur ab ipso reo, & quod ipse reus examiniari possit sine aliis incidentiis prorsus, vel praesumptionibus, vel, ut melius loquar, suspicionibus: quia si deberet capi, requiritur quod aliquid praecedat, ut dixi in materia capturae, si debet inquiri similiter, & multo magis. Nec ego vnquam vidi aliquē citari, ut examinaretur, sine aliquibus incidentiis vel suspicionibus: nec fit, nec fieri debet, quia nimis magna daretur materia malis iudicibus vexandi homines, & pecunias extorquendi. Veruntamen si habitis aliquibus coniecturis redactis in scriptis, sicut permittitur citatio per capturam: quare etiam non permittitur per citationem verbalem, quae iustificetur pro veritate indaganda talis delicti: Tamen non fit, quia fugerēt reus si fieret, valeat, iuxta l. si. C. de proc. & supra dicta in vltimo modo procedendi per praepcepta sub poena confessi. Non tamen admitterem hanc citationem, ita ut esset via sic procedendi: quia, ut dixi in illo vltimo modo, hic modus non inuenitur: sed ad finem ut reperiretur via procedendi per modos licitos. Pone enim, quod non sciam me bene explicare, quomodo sit formata inquisitio, nonne potero eum citare, ut examinetur? certe potero, iuxta d. l. si. Et haec est quaestio, an quis possit citari, ut personaliter compareat, & conclusi in loco, vbi supra posse citari cum causa, tamē debet esse suspicio praecedens, sicut dicitur de captura. Et ad hoc facit, quia si permittitur citatio personalis, quare non debet admitti verbalis? Sed ideo non fit, ut dixi, ne fugiat, & quod dicitur per Bar. quod sola trepidatio sine alio indicio sufficit, procedit in indicio ad torturam, tamen debet aliquid praecedere, aliter praepceptum nunquam posset esse iustificatum. Et ideo Ias. & Alex. in d. l. si. dum dicunt valere dicta praepcepta, quod quis personaliter compareat cum causa, ita ut non possit comparere per procuratorem, loquuntur vbi adfuit indicia, & non

ut aliqui putant, quando sunt sufficientia ad torturam. Sed quando causa est talis, in qua admittitur tortura, nec magis loquuntur post inquisitionem quam ante: ideo si ante, etiam interrogantur, prout interrogari debent, iuxta not. per Areti. vbi supra, post Ange. in d. l. si vacatia. Cur igitur ante non admittuntur, praecedentibus indicibus, vel aliquibus suspicionibus? Fateor quod est insolitum, ne rei fugiant, ut dixi, nec etiam decretū Senatus hoc permittit ab eo conditum sub hoc duce: tamē fieri posset, & interdum etiam Senatus permittit. Et ad praedicta etiam considera, quod text. in d. §. tormenta. non dicitur, ad quod allegatur, sed quod non est sumendum in initium probationis ex domo rei: ideo probat quod bene potest sumi, quo ad probationem coadiuuandam. Et ita lex si. in fi. & ibi gl. & Doctores, maxime Bal. C. de eden. Et pro hac opinione etiam non est spernendus Ang. in versu. fama publica. in prin. dicens, quod ad aliquem actum iudex non potest deuonire, nisi praecedentibus indicibus, inuenio quod articulum hunc late disputat Are. in c. qualiter. **1** *secundo*, §. de bet. col. iij. & iij. extrā, de accusat. vbi vide. Et quia iudex, qui interrogat, non recipit responsionem sine iuramento de respondenda veritate, ut per Bart. in l. inter omnes. §. recte dictum est. in fi. ff. de fur. & per Ange. in gl. comparauerunt dicti inquisiti, & negarunt totum. & Hippoly. in l. pe. col. pe. ff. de quaest. **2** Ideo scias, quod si responderet falsum, non puniretur de falso, secundum Alex. in l. j. ff. de bo. cor. qui sibi mor. consci. pro qua opinione vide glo. in c. ne quis arbitretur. xxij. q. ij. & Iaso. in l. ij. C. si cont. ius vel vtil. publ. Qui dicit, quod tacens veritatem punitur ut falsarius, post Doctores in ea lege, & Bar. no. in l. ea quae commendandi glo. de contrahen. empr. Verum limitat, ut procedat in teste, non in parte, per d. gl. ne quis arbitretur. Et pondera, quod Ias. loquitur magis generaliter, quam faciat Alexan. videlicet in omni materia etiā civili, & in qua non tractetur de redemptione sanguinis & famae, prout loquitur Alex. Tu tamen intellige quae dicit, etiam secundum terminos decisionis Alex. qui fundatē loquitur. Sed contra Alexan. etiam videtur ob stare Bal. in l. & si legibus. C. si con. ius vel vtil. publ. vbi late distinguit in articulo, Vtrū reus propter mendacium puniatur, an cū iuramento dicat vel non? & vbi sine iuramento dicit, vult licitum esse mendacium, ut redimatur fama & sanguis, iuxta d. l. j. ff. de bo. cor. qui sibi mor. consci. Tunc tamen cum Alex. etiam quod sit mendax, periurus, quo ad forum fori, secus in foro poli: quia non euitat periurium quo ad Deū, ut late per Abb. in c. j. col. ij. de test. cog. & ibidem per Fel. col. ij. ver. & in quantum D. Abb. An tamen etiam in teste, verum occultante, cadat falsum, saltem punibile, secundum statuta punientia testem de falso testimonio, sicut si diceret falsum? Dicam infra loco suo sub titu. de falsis. Prosequendo materiam examinationis **3** scias, tu iudex, quod interrogatio debet fieri in genere, si maleficiū ipsum commissit: non in specie. alius si in specie interrogares, & de modo & cā, esset potius suggerere & instruere, ut ita diceret ad euitandū tormēta, quā aliter: nisi indicia essent ita magna, ut pro certo sciret iudex illū commississe maleficiū. Et ita confessio hoc modo facta, in actu torturae, vel praecedentibus mimis detorquendo, diceretur extorta per suggestionem, & instructionem iudicis. ut per Bart. in l. j. §. qui quaest. ff. de quaest. & Hip. ibi per Sal. in l. si. in fi. C. de accu. Ang. in ver. fama publica col. vlt. & Brun. in tract. suo, char. 3. col. iij. ver. qualis autem sit modus, & latius char. 10. col. ij. versu. videamus & qui scribunt post Barto. in d. §. qui

d. §. qui post quaest. dant pulchrum simile de interrogatione, quā facit not. ruius infirmo testatori: dicens, Si vult instituire Sempronium: quia non bene interrogat, sed in genere dicere debet, Quem vult instituire, & permittere, ut testator illum nominet. Et hoc est quod dicit lex, quod palam à testatore ore proprio nū cupandi sunt haeredes. l. haeredes palam in prin. vbi glo. & Barto. C. de testa. Communis tamen conclusio est, valere testamentum etiam ad responsionem notarij in specie interrogantis, quod respondet affirmatiuē: & consequenter simile illorum non videtur bonum, & probat contrarium, ut per Ias. in d. l. iubemus. Socin. consi. xcij. in iij. vol. in 3. char. col. j. & seq. & eodem volu. consi. xxvij. col. pe. & in ij. vol. consi. xxij. col. iij. & v. Et ita esset tenendum etiam stante statuto nostro, quod ore proprio nominari debet haeres: quia illud statutum in reliquis operatur, si illud vides. Et ita fuit iudicatum per D. Gregoriū Panigatolam sub collegio nostro. Limitant tamen Doct. vbi supra, quādo testator esset turbatus valde, propter infirmitatē, quia eo casu videretur potius respondere interrogationi specialiter per suggestionem, quā aliter. quod non esset, vbi cessaret praedicta qualitas: nisi testator esset stultissimus. Et ideo in praedicto casu, quādo esset turbatus: simile illorum esset optimum ad casum nostrū, quādo in tortura quis interrogaretur in specie: Quia dolor in eo toro est maior, quā sit vtriusque manus abscissio. §. si. in auth. vt nul. iud. Excusaretur tamen forte notarius à falso, ut dicam in materia falsitatis. Scias etiam quod dicitur iudex, dū interrogat debet multum praecauere, ne inducat reum ad confitendum propter aliquam pollicitationem, vel torturam comminatam. Et idem dico de testibus, per ea quae dicit Bar. in l. j. in prin. ff. de sic. & per l. j. in prin. ff. de fal. arguēdo de parte ad iudicem. Fateor tamen, quod debet adhibere subtilem indagacionem in veritate habenda, etiā fingendo, id quod non vult facere: vt declarat Bar. in l. de minore. §. plurimum. ff. de quaest. & supra dixi. Sed promittere est nimis absurdum, imō disputant Doctores, an si iudex dicat, Fatearis? promitto tibi facere gratiam: vel ita agere, ut tibi fiat, an teneatur seruare quae promissit, & an possit reus super ea confessio ne sic extorta damnari? Et circa primam quaestionem, vide Imo. in l. is qui reus. col. pe. ff. de public. iudic. dicentem, quod iudex non tenetur seruare talem promissionem, in foro contentioso: quia est contra ius publicum. Ad idem Felin. post Imol. in capi. accedens. ij. col. ij. vt lite non contest. & Praposit. in c. nos in quen. quam. ij. quaest. j. Et magna est etiam dubitatio, quid in conscientia: quia Imol. per verbum, forte, tenet seruādam esse, in dicta l. is, qui reus. Felin. verō arguit in oppositum, adducendo dolum, quo aliquando vsus est summus Pontifex in veritate inuestiganda, qui fuit licitus: vt ibi per eum. ac etiam de illo dolo vide Iasonē in l. si mora. col. j. ff. solut. matrimonio. & in l. is, qui pro emptore charta 15. ad fin. & sequen. ff. de vsucap. & Put. de syndi. charta penultim. in vltimo versiculo. Tamen dicit Felin. vbi supra, quod hic casus indiget multiloquio: ergo sine dubio in foro contentioso remanet res absoluta, quod non tenetur iudex seruare. Et ponit Aleiat. in tractatu praesumptio. regula iij. praesumptum. xxvij. numero quarto. Circa secundā difficultatē **4** an teneat confessio: videtur in consequentiam dicens, quod valcat, & consequentiam facit Decius in l. ea est natura. ff. de reg. iur. vbi attingit vtranque quaestionem licet sentiat in vtraque, quod iudex tenetur seruare: & quod confessio nihil valet in effectu. Ta-

men contrarium, quod imō re ipsa non noceat confessio: quia possit reuocari, vltra Decium tenet Imola consilio cix. & Hippoly. in l. j. §. quaestio. ff. de quaestio nibus. & vide fundamenta huius partis per Signoro. consilio centesimo secundo, & consilio centesimo tertio. & idem tenet Iacobus de Beluiso in tracta. malefic. in rubric. de quaestio. & ideo quidam ad Deci. in ea regulā, tenet, quod & si promissio nihil valeat tamen confessio possit retractari vt per eum, & verē Imola in dicta lege nihil loquitur de confessione sed tantum de promissione. Sic etiam Felin. in dicto capitulo accedens. e contra verō Imola in illo consilio loquitur tantum in confessione, & ita vna decisio alteri contradicere non videtur. Attamen contradicunt, secundum commune sensum doctorum, secundum quem etiam dic quod Imola bene loquitur in vtroque loco. Nam in dicto consilio loquitur quando cōstat omnino extortam fuisse dolo, & dictum sibi fuisse, vt confiteretur quia fieret sibi gratia, & quod aliter non erat modus liberandi eum. Et idē non est mirum quod non valeat illa confessio reuocata. Sed in dicta lege is, qui reus. simpliciter loquitur quando iudex dixit ei, Vt si diceret veritatem nullum malum pateretur. & sic non fuit dictum, vt diceret rem ita esse, sicut in priori casu, sed quod narraret veritatem. Et hoc nihil mali continet, etiam quod ei persuasisset, quod nihil mali pateretur si diceret veritatem. Quia ad nihil aliud verba tendebant, nisi vt verum diceret. Sed vbi dicitur ei, quod ita dicat, & quod est necessesse eum ita dicere vt euadat, & ita eruat confessio, est sine dubio extorta dolo, & potius debet dici falsitas, quā veritas: & maxime quādo non aderant indicia. Et ita etiam intellige quae late & notabiliter dicit Put. in tracta. suo. charta octuagesimae secunda columna vltima, versiculo, & aduertendum vbi dicit quod iudex debet esse subtilis indagator. l. de minore. §. primo. ff. de quaestio. in interrogando de circumstantiis etiam remotis fingendo velle id quod non vult, & dando bona, & melliflua verba, & faciendo eum mederi, & alia signa humanitatis ostendendo. Item fingendo, si sit mulier, se eam deperire, & demonstrando ei signa amoris, per quae effectuaria dicit quod multoties rei confitentur de plano magis quā per torturam. Et subdit quod liberabitur, non valet: quia est contra publicam vtilitatem. Item nec iuramentum, vt per eum, qui fundatē loquitur. Sed, ut dixi, intelligi debet quando verba iudicis erant quod diceret veritatem. Sed si erant vt diceret aliquid praesens, aliter quod non posset euadere, est extorquere. & ita etiā probat text. in dicta lege prima. §. qui quaestio. ff. de quaestio. qui textus etiam dūtaxat loquitur vbi in specie interrogatus est; & idē plus est si addantur illa verba, Et si ita non dicas non poteris euadere, vel equipollentia. Vide etiam Pu. in eo tract. char. 92. col. ij. ver. sequitur. & quae dicit ibi etiam sic intellige, & dicam infra, forte latius, in materia torturae in nona quaest. principali, circa fi. Vide etiam Deci. in l. vnica. C. de sentent. qua. pro eo quod interest. in **5** vij. notabili. Et aduerte quia si iudex, hanc indagacionem facit animo inueniendi veritatem excusatus est. Sed si animo vt confiteatur verum vel falsum sit, puniri debet poena capitis, per dictum Bald. in l. j. colum. quinta. C. ne ex delicto defuncti. Et praedicta notabilia, sunt in materia doli liciti, de quo est text. principalis in lege prima. §. non fuit. & ibi gloss. ff. de dolo. **6** Et memor sum, quod quidam explorator Christianissimi regis miserat literas inuictissimo Caesa-

ri, quibus petebat saluum conductum, quo posset eidein multa propolare, & repertis dictis literis ab officialibus regis fuit captus ab eis, & ipse se excusabat, dicendo quod petierat saluum conductum, vt ea via & bono dolo haberet aditum ad Casarem & eius secreta intelligeret, & intellecta regi referret. Quae excusatio ea ratione fuit admissa à Lotrechio viceis regis gerenti qui dicebat, Contentus sum hunc liberari: quia conuenit vt bonus explorator sit proditor vtriusque.

12 Vltimò adde quod iudex bene potest interrogare testem, an sciat vel credat, quando eum examinat: scilicet quando iam examinauit: quia esset captiosum, vt per Are. & Moder. post Ioan. And. in c. inquisitioni. §. qui sciuit. de accusat.

Titul. de Responfionibus à reo faciendis.

SVMMAE.

- 1 Instrui potest responfurus ad veritatem exprimendam.
- 2 Responfurus, qualificatus interrogationi sibi facta, debet prius negare, & postea respondere, quod si id fecit cum tali qualitate fecit: vel confiteri qualitate, & addere non aliter nec alio modo. Et an iudex teneatur admitte re talem confessionem.
- 3 Examinatus semel siue reus, siue testis, si iterum examinatur, quid dicere debeat vt euitet varietatem.
- 4 Testis vel reus debent affirmare vel negare id de quo verisimiliter recordantur, non autem dicere se non recordari, aliàs reus potest torqueri, testis de falso puniri.
- 5 Oblitio verisimiliter cadit ratione diei, non mensis vel anni, & in quibus aliis cadat.
- 6 Testis deponens primò scire, postea nescire id, de quo verisimiliter poterat habere memoriam, quia fuit praesens, puniri potest de falso.
- 7 Testis deponens aliquid factum, à decem annis citra, debet apponere copulam, Et si verò dubitat an sit tantum tempus, debet apponere particulam, Vel circa.
- 8 Testis volens deponere quòd omnes interuenerunt, debet apponere vniuersalem, omnes, non autè indefinite loqui.
- 9 Reus innocens debet audacter respondere, nò autè timide.
- 10 Responfurus quod aliquid scit, debet deponere non solum quòd praesens fuit, sed quòd aures artibus habebat ad id, scilicet si deponat de scientia propria, quia sufficit vt dicat, quòd erat praesens.
- 11 Notarius scribens actum talibus praesentibus, non incidit in falsum, si illi dicant nihil scire: scilicet in secundis notariis qui subscripserint se testamento ex forma statuti Mediolani, si dicerent, nil scire.
- 12 Testis interrogatus nò debet respondere nimis animosè, sed animo quieto, nec etiam nimis cito, vel nimis tarde.
- 13 Respondens primò scire, postea nescire: vel primò quòd credit, postea quòd non credit, an incidat in falsum.
- 14 Testi vel reo deponenti iterum idem in effectu per diuersa verba magis creditur.
- 15 Respondens vidisse de nocte, debet respondere vidisse ad diuina ratione: vt quia Luna lucebat, & clariorem rationem addere, quando de qualitate hominis responderet.
- 16 Mitius agitur cum confesso, quam conuicto: imò interdum confessus praemio afficitur.
- 17 Respondens reus non debet respondere an sit culpabilis, vel ne, sed tantum super facto.
- 18 Advocatus salua conscientia, non potest instruere reum ad tacendam veritatem, etiam vbi ingeritur poena sanguinis, nedum in aliis causis.

19 *Advocatus tenetur persuadere clienti, vt restituat quod indebitò tenet: sine scandalo tamen, vt opera confessoris.*

20 *Advocati in quibus dignè officium suum exercent, & in quibus indignè.*

21 *Advocatus potest per subterfugia decipere alium aduocatum, quando aduersarius fouet iniustam causam.*

22 *Advocatus non potest clientem instruere in falsis probationibus, aut falso iuramento, etiam quòd aduersarius foueat iniustam causam.*

Titu. de Responfionibus à reo faciendis.



V P R A dictum est de modo interrogandi, nunc quero quis sit modus in respondendo quod à me fit, non vt in iuram ad dicendum mendacium, sed ad veritatem exprimendam, quod est omnino permissum, secundum Bald. in l. ij. §. j. in i. lectu. de testib. Fel. in ca. preterea. col. vlti. de testib. cog. & in c. licet causam. chart. v. col. fin. in fin. de probat. Ori. in c. quoniam contra. de probat. in verbo, testium, col. v. in prin. & Bald. in l. si. col. pen. C. si ex fals. instru. Et non tantum permissum, imò elaborandum est, vt nulla arte verborum offuscetur, & opprimatur. l. ij. C. de eden. & c. indicantem. xxx. q. q. §. v. cum similib. Et facit quòd dicta testium sunt ad iuuando, vt habetur in c. cum tu. de testib. Faciuntque infinita, quae dicuntur ad fauorem veritatis, iuxta l. si. in fin. ff. de probat. congesta per Calcan. consil. j. col. j. & Dec. in c. quoniam contra. col. ij. de prob. Dico igitur quòd tu, qui vis cautè respondere, vbi velis fateri verum, sed qualitate: quia re vera sit qualificatum non debes simpliciter fateri cum qualitate: quia hoc modo scinderetur confessio, & qualitas non tibi prodesset, sed debes primò negare, postea dicere, Et si id feci, feci hoc & illo modo: quia tunc euitas dictu Bar. in l. Aurel. §. idè quae. ff. de lib. lega. Et hanc praedictam ostendit Ang. in gl. comparuerunt inquisiti, & partim negat, & partim contentur. col. j. & ij. & dicat infra in materia confessionis. Vel etiam potes in primis confiteri, addendo circa qualitatem. Nec aliter, nec alio modo confiteor, secundum gloss. & Bald. explicitè in d. l. si quidem. & l. si. item si quis. col. iij. in fine. de actio. An tamen teneatur admitte iudex tales responfiones, maxime stante statuto, quòd simpliciter sit respondendum inquisitioni, vide in l. j. in prin. ff. de vulga. & pup. maxime per Areti. & Soci. & in l. j. §. si quis simpliciter. ff. de verb. oblig. maxime per Alex. & dicat infra in materia confessionis. Item vbi fuit reus vel testis semel examinatus, & iterum examinatur super eadem re, quia memoria est labilis, faciat vt sibi legatur dictum suum, antequàm respondeat, & vtrunque se res habeat, debet apponere haec verba. Quòd deponit, prout nunc sibi videtur. & si apparuerit aliter dixisse in primo examine & nunc corrigat hoc secundum dictum, & redigit ad primum cum eo tempore melius recordaretur, secundum Bartol. in lege eos. versiculo. quero pro declaratione. ff. de fals. & Alexandr. in consilio quinquagesimo sexto, columna secunda vol. ij. sic euitat varietatè. Item vbi verisimiliter recordatur rei, vel testes, non debet dicere, vt multi faciunt quòd nò recordantur, sed simpliciter debent dicere affir-

re affirmatiuè vel negatiuè id, de quo recordantur: quia, qui dicit non recordari, & verisimiliter recordatur, si liticus, vt mendacium dixerit torquetur: si testis punitur de falso. Bald. in l. presbyteri. C. de epico. & cleri. Docto. & maxime Ias. in l. praescriptione. C. si contra ius, vel vtil. public. Bal. in l. verba. C. de adultere. & Barba. in rubr. de fide in iurum. co. lxxij. Bald. in l. ea, quae. in l. ij. col. C. quomodo & quando iudex. & in l. praedicta. ad fin. C. de donat. ante nupt. Et idè effert videndum, quod sunt ea, in quibus verisimiliter cadit oblitio, ad quod in primis vide Bald. in l. presbyteri. vbi dicit quòd praesens diei facilis est oblitio. & Barba. in consil. xxxix. char. lxxvj. col. ij. in fi. & princi. seq. vol. j. Vbi aliter dicit, quo ad mensem & annum, & vt ibi, & in genere quando cadat oblitio, vide glo. & Doct. in l. j. C. de fer. fugit. & in l. si res obligata. ff. de leg. j. Et idè si testis deposuit primò nescire, postea scire, id quòd verisimiliter habebat in memoria: quia erat factum praeteritum, cui erat praesens, puniri poterit de falso. Ita Azetia. in suo vulgato consil. lxxj. col. ij. Item si testis vel reus vel deponere quòd à decem annis citra quid factum est, debet dicere ab annis decem, & citra, cum copula, Et vt per Bartol. in l. Celsus, col. penult. & ff. de vltu. Eodem modo vbi quis dubitat, an sit tantum tempus, plusve, aut minus, addat tempori dictionem, Vel circa, quia excusabitur à falso. Rapha. Comen. consil. xcj. Vbi vide. Testis etià si vult deponere quòd omnes interuenerunt, non sufficit quòd indistinctè loquatur quòd interuenerunt, nisi dicat, Omnes, vt habetur, maxime per Ias. in l. nò hoc. C. vnde legit. & in c. in praesentia. de probat. Reus etiam, vbi est innocens, faudaacter respondere debet: non autem modo quòd videatur timere, ne incidat in suspicionem. per textum. & ibi Bartol. in l. de minore. §. plurimum. miles allegatum. Item quando quis interrogatur, an alter aliquid sciat: si intendit dicere eum scire, non sufficit si narret quòd erat praesens, vel quòd scit: qui praesens erat, sed debet expressè dicere, quòd illud audiat, vel intellexit: quia praesens aures attentas, vel dicat aliud signum apertum, per quòd in feratur eum illud scire. Nam ex hoc quòd quis sit praesens non sequitur, ergò intellexit. Bartol. in l. j. ff. de auctor. tutor. §. fin. & hoc nisi ille, qui loquitur, vellet deponere de intelligentia propria, quia sufficit quòd dicat se praesentem fuisse, vt per Bart. ibi. & Ias. vt pauca regim. in l. j. §. voluntate. ff. solut. matrimon. Et idè si licet notarius dicat, actum praesentibus talibus, & illi afferant nihil scire, non incidet in falsum notarius. Tamen vide ibi Iaso. qui allegat hoc in casu decisionè in oppositum: bene notarius ipse qui attestatus esset de praesentia, non posset se excusare quin intellexerit. Quòd facit ad secundos notarios, qui in testamentis iuxta statutum nostrum se subscribunt in eis, & attestantur quòd fuerunt praesentes. nam est idem ac si dixissent, & intelligentes, & sic non possunt postea aliter dicere. Et vide etiam ad huc Alex. in consil. xxxiij. col. iij. volum. iij. Ori. in cap. quoniam contra. de probatio. in vi. col. post versicu. iuxta praemissa. in sequenti questione. Deci. consil. 100. col. iij. vers. xij. & Alexandr. consil. lxx. col. vii. & consil. lxxij. volum. ij. Et quia dixi quòd reus innocens non debet loqui timide, sed audacter, ne incidat in suspicionem, Adde quòd testis non debet etiam nimis animosè loqui, sed animo quieto. Et ita vt nò ostendat affectione deponendi, prout facilliter redigitur suspectus. Soc. consil. xxxix. col. iij. circa fi. & in l. ij. vol. consil. xxxviii. col. ij. & Dec. in d. consil. 100. char. pen. col. ij. ad fi. & ibi col. v. ver-

sic. ij. iste testis dicit quòd in repetitione sine timore debet dicere adiungendo aliquid dicto suo. & adde quòd nec debet respondere nimis cito, nec nimis tarde, aliter efficitur suspectus. Fel. in cap. cum causa. col. x. in fin. d. testib. Alex. in l. in fin. penult. tim. ap. tit. ff. de fals. Et si n. ille qui prius dicit scire vel nescire, possit postea respondere quòd credit, vel non credit: & an incurrat in falsum? Vide Areti. consil. xlviij. col. fin. Alex. consil. xlviij. col. iij. vol. ij. & Fel. in c. proposuisti. col. iij. & seq. de probat. tem reus vel testis quando iam examinatus fuit vel deposuit, nò timeat idem in effectu respondere etiam per diuersa verba, imò magis ei creditur cum id facit. argum. l. iij. §. j. ff. de testi. & est text. in l. qui sententiam. C. de pernis. Soc. consil. ccliiij. col. j. vers. capio primum. Ias. in l. ij. de secund. tab. versicu. ij. est doctrina Bald. Item caueat reus vel testis si interrogetur an quid viderit noctis tempore, ne temerè respondeat, Vidisse, nulla addita ratione, quia noctu non videmus, nisi Luna luceat, vel lumen accensum sit, vnde efficeretur suspectus. gloss. in l. si cum exceptione. & ibi Bal. & Doct. in §. in hac. ff. quod met. caus. in l. si non minore. C. de tran. & in l. si non speciali. C. de testam. Imò etiam quando Luna lucet non tamen est ita clarum sicuti de die. Quòd patet. & est gl. in l. de lega. in §. nostra autem constitutio. in verbo, lucubracione. Habet enim Luna radios lugubres, Sol verò claros, vt ibi in d. gl. Et idè quando tractaretur an viderit, etiam quòd Luna luceret, qualitatè alicuius hominis, an esset pallidus vel rubeus, & an haberet caligas vnus vel alterius coloris: quòd sit maxime quando non fuit cognitus homo, vt per haec signa deueniatur in eius cognitionem: si diceret, vidisse, quia Luna lucebat, esset valde suspectus. Item melius est, quòd reus spontè fateatur delictum, quando videt quòd omnino probabitur quam expectare se conuinci, quia mitius agitur, cum confesso, quam conuicto, secundum Abb. & Moder. c. at si clericus. de iud. & interdum afficitur praemio, vt in d. l. qui quis. in fi. C. ad l. iul. majest. & in c. non dicaris. xij. q. ij. & l. non omnes. §. si ff. de re mili. & per Bar. in l. j. §. cum quis latrones. ff. de quest. In intelligo tamen quando confessus spontè venit ad iudicium. Ita loquitur text. in d. c. at si clericus in prin. & gl. in c. de hoc. de simo. & ita loquuntur Doct. Sed adhuc tamè hoc esse habendum in maxima consideratione, quando nulla penitus fuissent indicia aduersus eum iuxta nos per Areti. in cap. cum dilecti. col. penultim. & vltim. de accusat. Scias etiam non oportere reum in sua responfione dicere an sit culpabilis, vel non, quia hoc pertinet ad iudicem: sed debet respondere super facto an fecerit vel non, vt nota Bartol. in lege prima. §. accusatione. in fin. per illum textum. ff. ad Turpilia. & Alexandr. consil. cxvj. columna prima. in fin. volum. iij. Et iuxta praedicta quero an quando ingeritur poena sanguinis, possit aduocatus, vel causidicus, instruere reum ad tacendam veritatem, salua conscientia. Et videretur posse per nos per Bartol. in lege prima. ff. de bono eo qui libi mortuus est. Tamen aliter tenent Doctor. in capitulo primo. de testib. cog. vt ibi per Abb. & ita sanctus Thomas in secunda secunda questione. sexagesima nona. articulo primo. & per eundem ad eadem questio. articulo ij. & idè Bartol. in l. re legatus. de poen. in versicu. vltim. nota, dicit Theologos affirmare quòd etiam damnatus ad mortem fugiens peccat. Et si peccatum est in eo qui vitam propriam tuetur, quis dubitaret de aduocato & causidico, qui iur. lucet. quid volumus, & non alia ratione

tione instruat ad mentie dum? Et vide etiã vltra Docto. in d. c. j. Albe. in dictiona. suo. in verbo mendacii. & gl. xij. d. i. in. in summa. Et non solum quo ad Deũ, sed etiam quo ad mundum in omni materia, vbi aduocatus videt clientem suum fouere iniustam causam, non debet eum docere, vt veritate taceat: timo debet ei consilium dare vt restituat, quod indebitè tenet, sine scandalo tamen: sed opera alicuius confessoris, aliter tenetur ipse, vt est gloss. in cap. j. de confes. in 20 vj. Et si vis bene videre in quibus aduocati dignè officium suum exercent, & in quibus indignè, vide Put. in suo tracta. syndic. de excessibus aduocatorum. chart. v. col. vlti. versic. aduocati. Vltimò tamen in col. ij. dicit. quòd potest aduocatus per subterfugia decipere alium aduocatum. Et dicit ita fecisse Moysen xxiii. quæst. ij. cap. Dominus noster. Quod verum est secundum illam gloss. quando aduersarius fouet causam iniustam, vt est etiam glo. in c. cupientes. in prin. in verbo malignantium. de elect. in vj. & ponit Iaso. in l. cum propon. is. ij. C. de pac. & in l. si rem inspiciendam dederit. ff. de prescri. verb. Non tamen licet, etiã quòd aduersarius foueat iniustam causam, instruire quo ad falsas probationes, vel iuramentum falsum, vt per Iaso. vbi supra, & Doctores in dicto capitu. primo de testib. cog.

Tit. de Confessis.

SVMMAE.

- 1 Interrogatis qua contingant.
2 Confessio sponte in iudicio facta, & non reuocata, sufficit ad condemnandum, absque alia ratificatione.
3 Confesso datur dilatio ad se defendendum.
4 Confessione non semper est adhibenda fides.
5 Confessio debet esse cum perseverantia.
6 Confessio dari debet dilatio ad se defendendum, ita deum si peccat.
7 Iudex potest etiam, nemine petente, reum defendere, ante confessionem tamen.
8 Confessio notorium inducit.
9 Confessio, etiam si non petierit dilationem, non tamen statim morti tradendus est a iudice: sed interposito aliquo in teruallo, vt cognoscatur perseverantia.
10 Conuictio iudex omnino dare debet dilationem ad se defendendum, etiam non petenti.
11 Confessio ex quadam leuitate & maxime non procedenti bus iudicis, iudex dare debet dilationem etiam si non petatur.
12 Defensio reus debet regulariter quari a iudice, & suppleri etiam in facto, & non solum ante publicationem processus, sed etiam post, & post conclusionem in causa.
13 Confessio etiam verisimilis requirit perseverantiam, & dilationem dari a iudice.
14 Confessio sponte ex consuetudine qua ubique est, dari debet defensori Mediolani verb. ex statuto.
15 Defensio a iudice quari non debet, etiam pariter non petere, vbi tractatur de seruanda, vel non seruanda aliqua solemnitate.
16 Copia in adiutorum ante questionem dari non debet, parte non petente.
17 Condemnari quando quis possit, non data defensione.
18 Condemnatio quando potest sequi, non data defensione petita.
19 Confessio spontanea sine ratificatione, iuno ad condemnationem sufficit quando de delicto constat.
20 Confessio spontanea qualificata non sufficit ad condem-

- nandum quem ad mortem.
21 Presumptiones etiam vehementes non sufficiunt ad condemnationem mortis.
22 Confessus se occidisse sed defendendo, vel occidisse non animo occidendi, idem videtur dicere.
23 Confessus furtum, sed addens se accepisse, quia crederet dominum permissurum, an habeatur pro negante.
24 Confessio qualificata, ea qualitate, qua tendit ad variationem, seu diminutionem delicti, qualiter noceat.
25 Respondens se non occidisse aliquem, & quòd si fecit, fecit ad sui defensionem, habetur pro mere negante.
26 Confessus cum qualitate addita clausula, non aliter, nec alio modo, nisi acceptetur qualitas, habetur pro negante.
27 Confessus qualificata ad erendam veritatem, potest torqueri.
28 Tortura purgantur non solum indicia, sed etiam vera probationes.
29 Torqueri potest quis cum protestatione quòd propter hoc non fiat preiudicium violentis presumptionibus.
30 Confessi responsi dicentis, se fecisse homicidium ad sui defensionem admittitur etiam stante statuto, quòd simpliciter respondeat.
31 Confessus simpliciter potest ex interuallo se excusare, & dicere quòd fecit ad sui defensionem: nisi veniat contra iuramentum suum.
32 Iuramento suo quando quis dicatur contrauenire.
33 Periusus repellitur a se defendendo, & quomodo intelligatur.
34 Confessus, licet possit se excusare ex interuallo, non tamen potest ea excusatione, qua perimat confessionem.
35 Confessus quando non potest se excusare, potest errorem suum corrigere.
36 Confessio negantis fecisse homicidium, sed incontinenti dicentis, si tamen feci, id feci ad meam defensionem, admittitur indistinctè.
37 Reus qui primo negauit, vbi videt se conuinci, potest dicere fecisse ad sui defensionem, & admittitur talis responsio.
38 Condemnari non potest quis, non formata inquisitione, vel accusatione, etiam si crimen sit notorium.
39 Captiueus iustitia Mediolani quotidie liberat aut condemnat, non formata inquisitione, vel porrecta accusatione: facta tamen relatione in Senatu ante absolutionem processus.
40 Confessio tollit omnem ineptitudinem processus, & quo modo procedat.
41 Confessio principaliter facta sufficit ad condemnationem, si locus incidenter.
42 Confessus incidenter punitur quando confessio tangit crimen, quòd principaliter est deductum.
43 Confessio debet continere locum & tempus, sicut inquisitio & accusatio.
44 Testis debet de loco & tempore deponere de quo in accusatione vel inquisitione, alia non probat.
45 Confessio extrajudicialis sufficit ad torturam, etiam si non contineat locum, & tempus.
46 Confessio non verisimilis quid valeat.
47 Confessio coram iudice incompetente facta, vel non in forma iudicij, vel die feriata non valeat.
48 Captura non valeat a iudice incompetente facta.
49 Confessio clerici coram iudice ecclesiastico incompetente non valeat ad condemnandum.
50 Confessio facta coram iudice competente respectu personæ, sed incompetente respectu materia non valeat.
51 Confessio clerici prima in secula tantum non valeat coram iudice seculari, etiam si clericus fateretur se laicum.
52 Confessio coram incompetente iudice facta, valeat: vbi iudicij est probabili.

Captura

Titu. de Confessis.



VI A pinterrogati respòdèdo interdum consentunt, interdum negantes conuincuntur, & interdum iudicij grauantur, & propter tormenta consentunt: Ideò dicam primò de còfessis verè, se cundò de conuictis, tertio de iudicij, & tortura, & quia nihil horum aliquando euenit, vt quando negant, & non conuincuntur, imò suã innocentiam ostendunt: idè ponam etiam modum, quo rei innocentes poterunt se defendere, subiciendo rubricam de defensionibus reorũ, & successiue vsque ad finè persequar separatim materiam, capio igitur caput confessionis. Et primò quòd quæro an confessio sponte facta in iudicio absque alia ratificatione sit sufficiens ad condemnandum? & videtur esse. I. qui sententiam, C. de pœn. cum similib. & ita sentiunt Doctores in l. ij. C. de custod. reor. maxime Bald. in l. si quis in hoc genus. C. de episcop. & cleric. sed Hippol. in sin gul. suo, cccxix. post Comen. consil. cxxxvij. dicit contrarium pro veritate habenda. Aduerte ad dicta Sali. in d. l. ij. qui latè disputat articulum, & in effectu concludit quòd non requiritur alia confessio, nec alia expressa ratificatio, sed sufficit perseverantia: imò vult quòd sit necessaria non improbatio, nec reuocatio còfessionis, & propterea totũ mūdũ seruare. vt tali còfessio nõ detur illic supplicium, sed dilatio ad se defendendum: quia multæ defensiones, etiam confessio còpetere possunt, vt patet in l. j. §. si quis vltro. ff. de question. in seruo qui confessus fuerat, vt tandem se eximeret à seuitia domini, & patet ex dictis per Areti. in c. cum dilecti, in penult. & vlt. col. extra, de accu. & fundamè tum Sali. est in d. §. si quis vltro. dum t dicit non semper confessioni esse fidem adhibendam. Nonnunquã enim, aut metu aut aliqua alia de causa contra se consentitur: & dum dicit, perseverante falsa demòstratio ne damnasti, in eis verbis vult tex. quòd confessio debuit perseverare, & durare. Et ita etiam latè Put. in tracta. syndic. char. 93. col. j. versic. nunc videndum est de confessione. Ita etiã tenet in effectu Brun. in tract. tortura, chart. 11. & 12. & clarè probatur in l. ii. §. si ad diem. ff. de re milita. & in l. vnus facinoris. §. cogniturum. ff. de question. & per omnes Doctores dicentes, quòd debet dari defensio ante condemnationem, vt Gandin. in tit. de defensio. a reo facien. col. vlt. C. pol. consil. xxxij. col. vlt. in fi. Hippol. in d. l. vnus. §. cogniturum. per Put. in eod. tracta. chart. 25. col. vlt. ver. que ro an potestas. & alibi se pe. Sed difficultas est an dicatur perseverare eo ipso quòd non petit dilationem sibi dari, an etiam requiratur vt detur, & nihil fecerit, & an dari debeat, licet non petita: Bald. in l. nouerint. C. vt infra cert. temp. crim. quest. tenet, debere peti. & refert & sequitur Ang. in tract. suo, in glo. qui iudex statuit terminum ad eorum defensiones. & pro hac parte est optimus text. in d. §. cogniturum. in verbo, postulante reo. Contrarium tenet Hippol. in d. §. cogniturum. vbi dicit quòd etiam iudex debet dare defensionem, nemine petente. & amplius tenet Put. vbi supra, chart. 25. quòd si hoc omittit tenetur in syndica tu. Facit l. & si nõ defendantur. ff. de pœn. Breuiter còcludo in hac questione quòd iudex, post confessionem tenetur dare dilationem, sed parte petente. Sic Gand. vbi supra, si illũ bene vides. sic Bal. in d. l. nouerint. & Ang. vbi supra. sic C. pol. in d. consil. xxxij. col. vlti. Et licet

- 33 Captura per incompetentem iudicem facta valet, si reus erat suspectus de fuga.
34 Confessio coram incompetente iudice facta sufficit ad torturam.
35 Confessio coram incompetente iudice facta, & extrajudicialis reuocari non potest, nisi facta plena probatione erroris.
36 Confessio coram iudice incompetente facta non est nulla, sed saltem valet, vt extrajudicialis.
37 Confessio extrajudicialis sufficit ad torturam.
38 Confessus in tormentis, si reuocet, iterum tortura repetitur, & cogitur perseverare.
39 Confessione qua faceret plenum preiudicium si reuocaretur, deberet plene probari error.
40 Confessio facta plenum preiudicium, nisi probetur facta fuisse per errorem.
41 Error quomodo probetur.
42 Confessione reuocatio, si calumniosè fiat, non prodest.
43 Confessio si incontinenti reuocetur, non requiritur erroris probatio.
44 Error necessariò allegandus est, vbi confessio reuocatur.
45 Error confessionis necessariò probandus est.
46 Confessione reuocatus, errore probato, nõ potest vti va riuo: torqueri.
47 Confessio facta a minore potest reuocari etiam non probato errore.
48 Minor propter aetatem mitius non punitur, sed an tamè habeatur ratio aetatis.
49 Minor quatuordecim annis non potest corporaliter puniri ex forma statuti Mediolani, abinde supra relinquatur dispositioni iuris communis.
50 Confessio non attenditur, si post eam constet per testes de innocentiari.
51 Error confessionis si non allegetur a reo, iudex tamen si constat illi de innocètia, debet eum absolue re etiam post sententiam, qua in iudicatum transuerit.
52 Allegatio erroris in fide confessione, non est necessaria sed sufficit probatio erroris.
53 Confessio etiam reuocatur quado metu tormentorum facta est.
54 Confessus non procedentibus iudicij si asserat, se propter torturam confessum, & non appareat de tortura praesumetur sponte confessus, nisi qualitas iudicis repugnaret.
55 Tortura probatur etiam per coniecturas.
56 Confessio remanet elisa, vbi non procedentibus iudicij captura facta esset, & torquendus esset reus potius quam damnandus.
57 Vita mala iudicis in aliis etiam presumptionem maiorem inducit in casu, quo quem iniuste cepit.
58 Metus allegatio admittitur in reo confesso in tormentis, si dicat quòd confessus est: quia sciebat quòd si ita non fecisset iterum fuisset tortus.
59 Confessus sine tormentis contra quem erant iudicia ad torturam, vtrum possit reuocare confessionem, vel nõ est in arbitrio iudicis.
60 Questio iuris non debet esse in arbitrio iudicis, sed quaestio facti.
61 Confessio simplex an non tantum ad principale, sed etiã ad qualitates referatur.
62 Confessio est melior probatio aliis probationibus.
63 Inspecio rei est probatio non minor confessione.
64 Confessionis materia remissive.
65 Confessio presumptiue resultans magis ad torquendum, quam ad damnandum sufficit.

Bossius

7 iudex possit, etiam nemine petente, defendere, vt Barto. in l. si non defendatur. ff. de pen. & in l. iij. §. hoc autem iudicium. ff. de da. infect. & in d. l. i. §. si quis vltro. & in questione inci. iudex maleficiorum. col. penul. & vlti. Homod. in cōf. cccxliij. col. vj. & si quicquid dicat conf. xlvj. col. iij. & sequē. per Are. in c. constitutus. el. secundo. in iij. notabi. de testi. gl. si. & ibi Bar. col. ij. in ij. lect. in ver. gl. inducit hanc legem. C. de eden. & alibi sepe. Ac etiam debeat nemine etiam petere hoc facere. d. l. & si non defendantur. quae est inuitabilis. Bart. in l. si. ff. de feriis. col. ij. vers. reintro glo. & cōf. 100. incip. à domino Cino. col. ij. in prin. & Are. omni no conf. cccxlvj. col. iij. vers. illud autem est indubitatum. Cepol. caut. la. cvij. incip. quod dimitatur in criminalibus. & cautela cccx. xij. inci. quod in causa criminali. Bar. conf. cvij. visis omnibus statutis. col. ij. & in l. pen. §. ad crimen. ff. de public. iudi. col. ij. vers. sed primò qu' vto. & alibi sepe. Attamen haec intelligo, vt procedat donec reus sit confessus. Nam post confessionem tanquam notoriè de maleficio constat, videtur absurdum dilationem dari reo & petere. Quod autem notorium inducatur est tex. in c. si. de cohabit. cleri. & mulie. & in l. generaliter. C. de non nume. pec. Al. x. in conf. xix. in ij. col. vol. vij. & per Bal. in l. a. precedente. C. de dila. qui amplius vult hac ratione quod confessio notorium inducat, & reo etiā postulante de negari debere, quod tamen iudicio absurdissimum. Et tunc qm non petitur inducitur quaedam perseverantia quae omnino requiritur antequam damnetur, iuxta dicta Sal. in d. l. ij. Est verum quod iudex in hoc debet esse circumspectus, vt eo etiā casu, non statim faciat reū mori, sed dato aliquo intervallo, & praesita ei facultate, vel eius defensoribus, vt possint eius innocentiam allegare, & petere si quid voluerint, aliter verè non diceretur quod non esset petita dilatio & consequenter quod esset perseveratum. Et hęc vbi confessus est reus.

10 Ceterum si tantummodo esset conuictus, tunc sine dubio arbitraret pessimè facere iudicem, qui non daret reo dilationem ad se defendendum, quia si tanta disputatio fit in confesso, clapsimum redditur in cōuictio, vt teneatur, etiam parte non petente. & consequentia sine allegatione patet. non obstat §. cogniturum. & quod dicit Gandi. vbi supra, in tit. de defen. in fi. quia non negant quin etiā debeat ex officio dare. &

11 hęc videtur mens communiter doctorū. Vbi tamē iudex videret reum fuisse confessum leuiter crimen, & maximè sine indicis, vel aliter suspicaretur aduersus confessionem illam, malè faceret, si nō daret dilationē etiam reo nō petente, & ed tunc iudicarem cum teneat in syndicatu. Et ita defenditur Put. vbi supra, chart. 25. & alij in dicto §. cogniturū. Et ita secundum praedicta intellige Bart. in l. §. diuus Seuerus. ff. de quaestio, dum vult vt in sponte confesso nō requiratur perseverantia: quia intelligitur de expressa, vt supra declarauimus.

12 Et ita ex praedictis habes quod regulariter iudex ex officio potest, & debet querere defensionem reorum, & hoc sine dubio, quando videt reum indefensum, iuxta l. acta. §. si. ff. de re iudic. quia est text. ad hoc qui euillari non potest in d. l. & si non defendantur. quae praesertim in hoc casu loquitur. & eodem modo quando defenditur, & habet caudicos, & aduocatos, & tamē iudex cognoscit quod illi aliqua in re defendat, & quod aliquid est faciendum ad veritatem eruendam, poterit & debeat hoc facere etiam per examē testium, & sic supplēdo etiā in facto aduocatis, iuxta l. j. C. vt que de sunt aduoca. iud. sup. vt per Bart. in plerisque locis vbi supra. Homod. in d. confil. cccxliij. col. vj. & alios supra

allegatos. quod etiam probatur in precedenti cōclusionē, arguēdo de toto ad partem. l. si de tota. ff. de rei vendicatio. & non solum potest & debet ante publicationem, sed etiam post, & post etiam conclusionē in casu, vt per Bar. in d. §. si quis vltro. & Aretin. in d. confil. cccxlvj. col. iij. vbi. vide vbi supra. Si tamen sit confessus, & confessio sit verisimilis, tunc requiritur perseverantia, quae fit per dilationem si petatur, vel etiam, si non petatur, per tantum intervallo, quod reus vel eius agentēs potuerint illam petere: aliter si non esset verisimilis confessio, maleficeret iudex, si nō daret à seipso dilationem, vt dixi. Et verum si adesse consuetudo dandi defensionem etiam confesso spon tē, licet non petentibus quod eo casu aliter esset, sicut etiam si adesse statutum, prout & consuetudinem & statutum habemus in hac ciuitate, & eo casu nō esset necesse illā petere vt vnicuique patet, & explicat Ang. Aret. in d. gl. vbi supra, post Bald. in d. l. nouerint. C. vt intra cer. temp. Et quod ad sit haec consuetudo vbi que vltra Salic. etiam Angel. Aret. vbi supra idem attestatur. Et praedicta quod iudex potest & debet omni in casu praeter quam in confesso, cuius tamen confessio nō esset eo modo, quo dictum est supra, querere defensionem, etiam parte nō petente, & supplere etiam in facto in ijs, quae defunt aduocatis, non procedunt, vbi tractaretur de seruanda vel nō seruanda aliqua solennitate, cuius obseruatio etiam defensionem con cerneret, vt in danda copia iudiciorum ante questio nes, iuxta nota. in l. custodias. ff. de public. iudic. & per Bar. in l. si, in pen. quest. ff. de quaest. & alibi sepe. Sed tamen non videtur danda sine partis petitione. ita Put. in tracta. syndic. chr. r. 88. col. ij. vers. cum iudex. Et late hanc conclusionem habes ex text. in c. qualiter. & quando. el. secundo. in §. debet. iunctis notatis ibi per Aret. col. ij. vers. sed dubitatur & ita clarè vult Abb. in c. cum in contemplantatione. vers. cum iudex. de regul. iur. & Gandi. ita clarè sentit in tit. de quaestio. & tom. col. v. vers. cum. sed quid erit de quaestione de facto quae quotidie occurrit, & Ang. in verbo, fama publica. cha. 3. vers. cum. item aduersas & Docto. communiter in ca. grauis. de depof. & vbi que, & dicā etiam infra, in ma. teria torturae. Et circa praedicta etiam essent videndi

17 casus in quibus sine defensione quis damnari potest, vt quādo renuntiatum est defensionem, vel repertus est in flagranti crimine. Quos vide vltra Angel. Aret. vbi supra, per Ias. ff. de pact. in l. quod in suum heredē. & quando est notorium delictum quod ed tunc denega ri possit, vide Claud. in l. vt vim. col. iij. ff. de iusti. & in re. Et an quando possit sequi condemnatio etiam nō data defensione petita, vide Felin. in cap. cum dilecti. de accusatio. col. iij. & sequent. & Nat. in repet. clem. sepe, in §. non sic. col. vj. de verbor. significatio. & Hippol. in d. l. vnus. §. cogniturum. columnaxij. ff. de quaest. & dicam infra in materia defensionis. Praedicta conclusionem quod sola confessio sponte facta in iudicio sufficiat sine ratificatione expressa, intelligo, vbi tamen constat de delicto secundum Baldum in authē tic. sed nouo iure. C. de iur. Angel. in l. prima. C. de cōfessio. & vt latissimè dixi supra, sub prima rubrica, de delicto. Secundo intellige, vbi sit simplex & purus scus si qualificata, quia dixerit, Occidi, sed feci ad mei defensionem: quia tunc & si scindatur, & possit acceptari in parte, & in parte non propter praesumptionē iuris contra contententem resultantem, iuxta l. j. C. de sica. & l. si non conuicti. C. de iniur. secundum dictum Bar. in l. Aurelius. §. idem quaesit. ff. de liber. leg. Quod dictum est communiter approbatum secundum Iaso. in l. vt

in l. vt vim. col. iij. ff. de iusti. & iure. Alexand. in l. prima. §. si quis simpliciter. col. ij. ff. de verborum obliga. & in l. non solum. in §. sciendum. ff. de oper. no. nunt.

20 & per eundem & alios in mille locis etiam quod cōfessio esset facta sub vna rōne: scilicet, Interfeci, me defendendo. Attamē non posse imponi pœna mortis naturalis, secundum Ab. in c. auditis. extra, de praeser. & communiter Docto. & hac sciunt omnes. Tamen contra hoc dictum Abb. insurgit Soc. in. vehementissimè in l. non vtique. ff. de except. ex eo principaliter, quod delictum ipsum probatur confessione, & licet postea resulter praesumptio iuris, quae tollat qualitatē allegatam: tamen nihil est, quare ad mortem non de beat ille damnari per d. l. j. C. de sica. & in effectu in eandem opi. eodem fundamento inclinat Fel. in d. ca. auditis. Quod tamen fundamentū nihil releuat, quia confessio est cum qualitate, cuius natura est vt in totū acceptetur. Verū praesumptio d. l. j. facit quod ha beat pro confessione simplici, quae tamen non est in rei veritate, & consequēter verè per confessionem nitidam nō probatur delictum: sed per confessionē, quae praesumitur simplex & non est: atque ita sumus non in d. l. j. C. de sica. sed in dicto Inno. in c. quia ve rissimè. de praesump. quod nemo ex praesumptionibus etiam vehementibus damnatur ad mortem. Et ita inuenio respondere Claud. in repet. l. vt vim. ff. de iusti. & iur. col. xxvij. & seq. vbi vide & in dictis locis, & alibi sepe apparet hoc dictum esse commune.

22 Et non facio differentiam an reus dicat, Occidi, sed defendendo. an dicat, Occidi, non animo occidendi: vt patet ad sensum: quia semper militat praesumptio iuris contra eum. Et hęc duo exempla à pari vult pro dere Bart. in l. eum qui. in princip. col. ij. vers. cum. ff. de iur. iuran. Et idē nescio quid dicat Ange. conf. xxvij. vers. de tertio dico. vbi mirabiliter dicit, quod si confessio tendit ad omnem impunitatem vt in primo exemplo, quod confessus damnari debet: secus si tendat ad mutationem: puta, si dicat quod non animo occidendi id fecit, sed culpa, propter ludum orta rixam. Sed pone quod reus, qui arguitur furti fateatur accepisse, credens tamen dominum permissurum, an hoc casu procedat dictum Barto. in d. §. idem quaesit. & Abbas vbi supra, dicit procedere: imò multo magis procedit, vt colligitur ex dictis Soc. in l. j. col. v. ff. de vulga. & pupilla. vult quod habeatur pro negante talis confessus, per ea quae dicit Bartol. in l. inter omnes. §. rectè. ff. de furt. Verū dum Soc. in d. l. j. col. v. pœnit aliud exemplum in quo tali modo confessus habe tur pro negante: bene dicit, videlicet quando fatetur quod extra territorium vel dominiū portauit frumēta, sed sine licentia quia non sumus in iis, quae sui natu ra sint prohibita, iuxta declarationem Bartol. in l. do lum. C. de dolo. & ita habes vnam declarationem ad dictum Abba. & Bartol. in c. auditis. & in §. idem que

24 sicut. Aliam & secundam declarationem habes quādo qualitas adiecta confessioni non tendit ad omnimodam impunitatem, vt fit quando dicit se fecisse defendendo, sed tendit ad variationem siue diminutionem delicti, per confil. allegatum, quamuis, vt dixi, nesciam qua ratione illud dicat. Tertio declara dictum Abb. vbi sola adest confessio contra confessum. ita loquitur ipse Abb. & qui sequuntur illud quod perpetuo tene menti. Et idē, si contra confessum, etiā ad esset testis solus, non procederet & cerrè Abb. dum loquitur quod quādo constat aliter, quā per confessionem, non intelligit de plena probatione: quia

dictum suū inceptum redderetur. Quia si sola probatione in totum damnatur. l. qui sententiam. C. de pœn. ergo multo magis cum praedicta confessione, sed loquitur quando adest etiam indicium de ipso homicidio. Quartam declarationem habes quando reus incipit à confessione, sicut exemplum datum est. scus si incipit à negatione, Non occidi, sed si feci id, defendendo feci. Tunc enim responsio talis habetur pro mera negatiua. Ita gloss. Bald. & Doctores in l. si quidem. C. de except. per Angel. in gloss. comparent inquisiti, & partim negant. col. ij. Iaso. in l. vt vim. col. ij. ff. de iusti. & iure. in §. si quis post. §. actiones immedia. ta. in tit. de actio. & Hippoly. in l. diuus Antonius. ff. de quaestio. & per Iason. in eo §. item si quis. Quintam habes declarationem quae etiam quod reus incipiat à confessione, tamen habeatur pro negante, nisi acceptetur prout lata est quando reus addidit clausulam, Quod non aliter, nec alio modo confitetur. allegat Bald. post gloss. in d. l. si quidem. Hęc enim clausula habet vim remotionis sensus ab actu. vt ibi per Bal. Ana. confilio lxxvij. circa medium. Socin. confilio cclj. col. v. vers. cum. postremo. & Deci. confilio lxx. Sexto & vltimo aduerte quod & si possit reus danari ex tali praesumptione vehemēti, resultante ex hac confessione qualificata: tamen etiam iudex potest eum torquere pro veritate habenda. Ita Bald. in l. j. C. de confes. col. xj. Claud. in d. l. vt vim. col. xxvij. vers. cum. vj. & vltimo. & Orian. in capit. quoniam contra. in verbo, confessiones. de probat. Et quia, vt plurimum, perseverant torti, & tunc purgant non solum indicia, sed etiā veras probationes. l. edictum diui Augustini. ff. de quaestio. & ibi Alberic. Idē non video hanc praesumptionem feruari. Nec obstat quod possit fieri hęc tortura cū protestatione quod propter hoc non fiat praesudicium violentis praesumptionibus existentibus contra eum: iuxta consiliū Cepol. xxxij. col. v. antepen. Quia hęc protestatio operatur vbi ininterrogatur super alia materia, quā super ea, de qua conuictus est, sicut protesta tio dicit & dicere debet, aliter nihil esset, vt per Cepol. vbi supra. Effet enim protestatio contraria facto, quae nihil valet, vt notatur in l. non solum. §. morte. ff. de oper. noui nuntia. & in c. cum M. de constit. Et ex praedictis apparet, quod si quis constitutus se fecisse homicidium, sed ad sui defensionem quod hęc responsio admittitur. quae conclusio procedit non solum de iure communi, sed etiam stante statuto quod inquisitioni & accusationi est simpliciter respondendum. Et hanc conclusionem esse veram ostendit Aretin. in l. prima. in princip. ff. de vulga. & pupilla. substituta est materia quae ibi ponitur. & in l. j. §. si quis simpliciter. ff. de verbo. obliga. Secunda est conclusio in hac materia confessionis quod quando reus fatetur simpliciter, potest postea ex intervallo confessionem excusare, & dicere, quod fecit ad defensionem suam: nisi tamen veniret contra iuramentum praestitum per capitul. cum dilecti, de accusatio. & ibi Felin. col. j. vers. cum dilecti. de accusatio. & ibi Felin. col. j. vers. cum dilecti. de accusatio. & ibi Felin. col. j. vers. cum dilecti. de accusatio. Et ita respondet etiam Claud. quem non videram, alia adducens in dicta lege vt vim. column. vigesima nona. vbi omnino vide. Vnde

32 habes ex predictis quod ubi veniret contra suum iuramentum non audiretur, pura, si iurasset dicere plenam, & meram veritatem, nam quia verum est dicere quod totam & plenam veritatem non dixit, veniret contra suum iuramentum: & idem non audiretur. Ita probat text. in dicto capitulo cum dilecti. & ita expressè Aret. ibidem. columna tertia versiculo retento autem intellectu. & idem si iurasset se commississe factum illicitum, quia adhuc veniret contra iuramentum, 33 ut ibi per eum. Et si mireris, quod propter periurium quis repellatur a se defendendo contra cap. dilecti. circa medium. de exceptionibus, ubi reus etiam periurus se defendere potest, quod etiam procedit in quolibet criminis suspecto, gl. in capit. de his. & in capitul. primo de accusatio. tantò magis cum etiam actor periurus agere possit dummodo non sit periurus in illa causa. vt per Modernos in l. si quis maior. C. de transacti. & per Felin. in dicto capitulo cum dilecti. Respondetur vt per Aretin. in dicto capitulo cum dilecti. columna tertia, versiculo decimo nota. Et aduerte ad duo, primo quod quia et si ex interuallo possit se excusare, ea excusatione, quæ simul esse possit cum confessione: ita tamen quod non veniat contra iuramentum: non tamè potest se excusare, ea excusatione, quæ perimat & eneruet confessionem, nulla in hoc habita consideratione iuramenti. text. est in dicto capitulo cum dilecti. clarus sicut Sol. Et ita dicunt Antonnes. Secundo aduerte 35 quia licet quis non possit se excusare, tamen potest corrigere errorem suum. capitul. final. de confessis. & lege error. C. de iuris & facti ignoran. Et hæc diuersa sunt, vt notabiliter declarat Aretin. in dicto capitulo cum dilecti. in xi. notabili. & sine his duabus considerationibus potuissent interdum decipi. Tertia est conclusio 36 quod quod quando reus negat, & incontinenti dicit si tamen feci id, feci ad mei defensionem, admittitur hæc responsio, prout etiam dixi supra affirmado quod habetur pro mera negatiua. Et ita Bartol. in l. cum de indebito. in prin. ff. de probat. Iason in l. prima, column. vltim. C. de furt. & licet Gandi. distinguat in titulo de defensio. à reo facien. in fine. sicut supra dictum est in precedenti conclusione, per dictum capitul. cum dilecti. Tamen communis est opinio in contrarium. Ita Socin. in l. nemo prohibetur. ff. de exception. & Dec. in l. nemo ex his. de regul. iur. Quarta & vltima est conclusio 37 si reus primò negat quod adhuc ubi videt se conuinci potest dicere quod ad defensionem suam fecit. Ita Felin. ubi vide, in capitul. pastoralis columna v. de exceptio. & ad hoc faciunt multa allegata per Iaso. in l. quod te. column. xiiij. & sequen. ff. si cert. peca. Quia ex hoc quod quis negat & conuincatur de mendacio, non propterea prohibetur vt alio remedio legis, quæ conclusio probatur in l. nemo ex his. de regul. iur. & in l. iij. §. diuus tamen. ff. de supul. violat. Gandi. tamè nõ vult hoc procedere, ubi excusatio esset contra iuramentum in hoc, ubi supra. & sequitur Bald. in authent. contra qui propriam. C. de non numerat. pecu. & Felin. in effectu in dicto capitulo pastoralis. col. v. Tu tene simpliciter quod auditur per dictam conclusionem l. nemo ex his. & §. diuus. & ex dictis Felin. qui etiam ita tenet in dicto cap. cum dilecti. col. v. de accusa. & ibi post Bald. responderet ad dictum cap. cum dilecti. super quo propter iuramentum se fundat Gandi. Quam responsionem etiam applica ad proximam precedentem conclusionem, ex qua responsione habes, quod iuramentum non impedit nisi in confessio qui vellet postea ex interuallo venire contra ipsum iuramentum, cum ex ea confessione iam quæsitum ius esset aduersario,

Et ita loquitur dictum cap. cum dilecti. Dixi requiri, quod confessio sit perseverata. Secundo quod sit simplex & non qualificata. Tertiò requiritur, quod prius sit formata inquisitio vel facta accusatio: quia si ad nihil agit in nihilo potest damnari. Bald. post Innocent. in lege prima. C. de confessis. columna octaua, versiculo, quarto nuquid. Cepolla consilio xl. columna final. & Paulus de Castro in antiquis consil. cxix. Quod aded verum est, vt etiam in notorio crimine, hoc idem requiratur ex fundamento supradicto: quia si ad nihil agit, &c. & ita dixi supra in rubrica. 39 quomodo procedatur in crimine notorio, & apud capitaneum iustitiam, tamen rei quotidie abfoluntur & condemnantur, sine inquisitione: nec tamè ipse errat, sicut nec errant ceteri, qui ita aliquando faciunt: quia referunt ante abfolutionem processum in Senatu, & deinde authoritate Senatus liberant vel condemnant. Ad de etiam quod hoc tertium requisitum procedit dato, quod accusatio vel inquisitio esset formata inepre: 40 quia confessio tollit omnem ineptitudinem processus, secundum Bartol. in l. si confessus. ff. de custod. & exhib. reor. post Innocentium ibi per eum allegatum. Quod dictum recipit nouem declarationes, vt per Decium in capit. at si clerici. in primo. in secunda column. extra de iudicis. & Felinus ponit duodecim in capit. qualiter & quando. el. secundo. §. debet. de accusatio. Hippoly. in l. prima. §. diuus Antonius. ff. de questionibus. non cogitur tamen iudex damnare, sed potest: vt per Decium ibidem columna quarta, post Angel. consil. clxxviii. quod est notandum, ubi habetur iudex fauorabilis. Quarto requiritur quod confessio sit principali ter facta: scilicet si incidet. Bar. in d. l. si confessus. Quod requisitum habet duas limitationes secundum Decium in d. c. at si clerici. ij. col. versiculo. sed ista limitatio. Primo vt non procedat in crimine falsi. Secundo vt non procedat in alio iudicio, quæ secunda locum habet etiam quod in iudicio summario facta fuisset, vt per Felin. in capitul. primo. de exceptio. Felin. & Aretin. in causa causam quæ. de testib. & Aret. in d. capitul. at si clerici. ad finem. & vide omnino Felin. in dicto capit. primo. ubi in hoc casu quando quis excipiendo, vel aliis incidet fatetur, facit octo consideraciones, & nota omnino sextam, dum dicit quod etiam incidet confessio in eodem iudicio punitur, quando illa confessio tangit crimen, quod principaliter obicitur. Exemplum est in eo, qui iudicem vexat, propterea quod pecunia sententiam tulerit, & confitetur eum corrupisse: nam punitur ipse quod corruperit, ex quo tangit crimen quod principaliter obicitur: & hoc est propter connexitatem, iuxta dictum capit. primu de exceptionibus, & nota. per Bart. in l. secunda. §. si publico. ff. de adulter. ubi etiam habes idem esse, quando incidenter confitetur de crimine per probationem, nedum per confessionem, vt per eundem Felin. in dicto capitulo primo, columna septima. ubi tamen fuisset reprobata, & inde iudex fuisset abfolutus super ea confessione, non posset fieri fundamentum. Bald. in authent. nouo iure. in fine. C. de pen. iudic. qui malè iudic. Felin. in dicto capitulo. & Aretin. in dicto capitulo qualiter. el. secundo. de accusatio. columna octaua, versiculo, reperitur tamen vnus casus. & Alexand. in lege magistratibus. ff. de iurisdic. omnium iudi. columna secunda. & in lege secunda, columna penultima. C. de edendo. 43 Quinto debet confessio continere locum & tempus sicut inquisitio & accusatio. Bar. consil. clxxviii. Caetherina. imò etiam quod ex forma statuti non requirerentur hæc qualitates in inquisitione, tamen requirerentur

rentur in probationibus, secundum eundem Bartol. in consil. clxxij. columna final. versiculo, septimo. idem Bald. consil. cclxij. column. ij. in fine. volumi. v. dicit quod 44 testis, qui non deponit de loco & mense non probat, & quod in questionibus requiritur hæc probatio. & dicit Bartol. in l. j. ff. de aleato. in princip. quod licet testes deponant de delicto, tamen si non deponunt de eodem loco & tempore, prout in accusatioe & inquisitione, non concludunt, sic Romam. consilio clxvij. Antonius accusatus. & est bonus text. in capitul. cum dilectus. de accusat. quem ibi pro singulari notat Aretin. in secundo notabili. & forte eadem ratione etiam 45 confessio extrajudicialis, quæ est sufficiens regulariter ad torturam, vt dicam paulo infra, non esset sufficiens, si non contineret locum & tempus. Et ita sentit Brunus in tractatu suo, in tertia charta, in tertia columna. quod vltimum non puto quod posset obtineri: quia nemo vnquam ex tali confessione torqueretur. Quis enim ille est qui dum extrajudicialiter fatetur delictum, narret rem ipsam à principio ad finem? verum magis posset procedere in iudiciali, quia ubi interrogatus nescit locum & tempus, videtur confessio raris non verisimilis ex qua nõ deberet posse damnari, 46 iuxta l. fin. C. de probatio. Et de confessione non verisimili ponit Decius in dicto capitulo at si clerici. in primo. column. iij. versiculo, postremo. Roma. consil. cccxc. & habetur per Hippoly. in l. j. in princip. ff. de questio. column. xiiij. & xv. & alibi sepe, & dicat infra in materia confessionis, quæ ob metum procederet reuocatur. Sex 47 tò requiritur quod confessio sit facta coram iudice competente, aliàs non valet, dicto capit. at si clerici. in princip. Et ita etiã non valerit si die feriata coram aliàs competente fieret. Abb. in cap. fina. column. iij. de restitut. spoliat. & in dicto cap. at si clerici. in secundo notabili. Et similiter non valerit si fieret coram solo notario maleficii, vel coram iudice, & non in forma iudicij, vt per Iasonem in l. magistratibus. columna secunda. ff. de iurisdic. omn. iudic. & procedit hoc requisitum etiam in aliis actis, vt non valeant facta à iudice competente, vt per Abbatein in eo. ca. at si clerici. in d. 48 multò minus valet, vt paret ad sensum, & idem etiã captura non valerit, quimodò faciens quem ita detinere punitur, & amittit creditum suum. Bald. in capit. causam matrimonij. in fin. ff. de offi. delegati. & probatur in l. in criminali. C. de iurisdic. omnium iudicium. & in capitulo. si diligenti. de foro competente. & si predicta procedunt dato etiam quod confessio esset decies repetita. Ita Bald. nota. in dicto cap. at si clerici. 49 in princip. nec alij tangunt, & etiam si fieret per clericum eoràm ecclesiastico incompetente. Ita Barbat. in eo. capit. at si clerici. per rationem illius textus quæ est generalis, quod multum extollit Abb. ibi. in tertio notabili. & Aretin. in summario. Ampliatur etiam si confessio fieret coram iudice competente respectu personæ, sed incompetente respectu materie, vt in laico confitente versus coram iudice laico, nam respectu materie non potest puniri. Hæc est decisio Ioan. Andr. in cap. post miseracionem. columna tertia. de vsur. Allegat tamen in contrarium Bald. & eum Baldum sequuntur Felin. & Aretin. in cap. cum sit generale. de foro competente. in ij. col. Ampliatur etiam si confessio facta esset per clericum prima tonsuræ coram seculari. Abb. cap. cum non ab hõ melle. in si. de iudic. ac etiam habet locum si simul clericus fatetur se laicum. Alafan. in capit. quoniam contra. in verbo confessiones. columna 50 na quarta. de probatio. l. limitatur. tamen hoc, quod confessio coram incompetente fit, valet, vt non probatur

cedat quando iurisdic. erat prorogabilis. Angel. in lege prima in princip. C. de confessio. sequitur Decius in dicto capitulo. at si clerici. & idem Alexand. in dicta lege magistratibus. columna tertia. Bald. tamen contrarium dicit in lege criminis. in fin. C. qui accusare non poss. quem refert Felin. in dicto capitulo. at si clerici. in columna secunda. Sed ad aliud, item in contrarium videtur facere doctrina Bartol. in l. non videtur. ff. de iudi. vide Decium in dicto capitulo. at si clerici. columna tertia, versiculo. secundo. dictum Innocent. Limitatur etiam quando caperetur ab incompetente aliquis suspectus de fuga. Et hæc est communis licet articulus sit disputabilis. vt per Iason. in l. j. ff. de iurisdic. omnium iudic. & per Curt. in tracta. sequestrorum, in xvij. que sit. sed loquitur in debitore, non in reo criminis, aliàs confunderetur regula & omnis iurisdic. quia rei criminis, vt plurimum, sunt suspecti de fuga, vt habetur in l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex. & dixi supra, in materia capture. Aduerte tamen quod quæquamuis confessio facta coram iudice incompetente non valet, tamen hoc procedit quoad condemnandum: non autem quoad torturam ad quam sufficit, vt per Iason. in dicta l. magistratibus. Modernos in dicto capitulo. at si clerici. Potest tamen secundum Iason. in dicta lege talis confitens reuocare confessionem suam, etiam non demonstrato errore cum sit confessio nudi facti, iuxta l. error. C. de iur. & facti ignoran. allegat Bald. in l. prima. in penulti. column. C. de confessio. & ampliat hanc decisionem in confessione extrajudiciali, & ad hoc plurimum admouet aduocatos, & sequitur Felin. in eo. cap. at si clerici. in princip. column. sexta. in fin. & ibi etiam videtur sequi Barba. column. quinta. ubi dicit, quod si confessio clerici est facta coram iudice seculari, est nulla ipso iure. & propterea nõ indiget reuocatione, & idem ita videretur tenendum. Veritas tamen est in oppositum, quia fundamentum Bald. & sequentium est quod talis confessio sit funditus nulla, prout videtur dicere text. in dicto capitulo. at si clerici. quod fundamentum est falsum, & communis opinio est, quod etiam confessio clerici facta coram seculari, saltem valet vt extrajudicialis. Et ita dicit esse eorum munem in eo capitulo. Aretin. column. v. & sequen. & Decius ibidem. column. xj. in versiculo. alia opinio principalis. ubi arguit ad partes, & tandem ita concludit dicendo, quod est communis, vt sequitur quod nõ est nulla ipso iure, & consequenter quod simplex reuocatio sine probatione, saltem per torturam nõ debet sufficere. & ita tenet hac ratione. Aret. ibidem dices quod opinio Bald. in dicta l. prima est falsa. Allegat etiam contra Bald. eundem Baldum in d. magistratibus. ubi videtur: quia allegat Innocent. etiam ita tenentem contra ipsum in dicta lege prima. & ita Decius ex eodem fundamento, in dicto capitulo. column. xj. in fin. dices, quod Bald. loquitur in malo fundamento, quod Iaso. male dicit in confessione iudiciali coram incompetente, & pessime in extrajudiciali, in qua res non habet difficultatem. Et certe esset ridiculum aliter dicere si rem bene gisses. & vide omnino Aretin. in dicto capitulo qui ambulando per hanc lucem, considerat casum in quo esset funditus nulla, vt quando deductus fuisset inuitas in iudicium talis confitens, & quando sponte comparuit & confessus fuit: & primo casu vult quod sufficere simplex reuocatio, secundo non. Vide igitur ibi omnino, & eundem in consilio vigesimo sexto, columna fina. & Felin. in capitulo olim. de rescipis. columna secunda. & sequenti. ubi de confessione extrajudiciali. Et vt rem à fundamentis percipias, scire debes

57 quod confessio extrajudicialis sufficit ad torturam. gloss. in lictus fultum. ff. de his qui not. infam. & in l. capite quinto & ibi Bartol. ff. de adulte. Felin. & alij in d. c. ac si clerici. & in dicto capitulo. olim. & ideo licet reuocetur confessio facta coram incompetente remanet indicium ad torturam. ad quod facit dictum licet vulgatum Bald. in l. bona fidei. colum. ij. versu. item quarto de confessione. C. de re. cre. Vbi vult quod si quis fateatur in tormentis, seruatis seruandis, quo casu adhuc non sufficit ad damnandum nisi secuta ratificatione. iuxta not. in l. ij. C. de custod. & exhibit. reor. & in l. qui in aliena. §. Celsus. ff. de acqui. h.redit. si non ratificat, imò reuocet. Tamen quia si remanet indicium ad torturam, iterum tortura repetitur & cogitur ille perseuerare. vnde si confessio fieret plenum preiudicium, & reuocaretur, deberet probari plenè per testes error: & fatuus esset iudex, qui eum torqueret. & ponit etiam in specie Put. in tract. syndic. chart. 93. columna prima. in fine. & sequent. in versu. incipi. nunc videndum de confessione à seipso spontè facta. Et ideo vbi esset casus, in quo confessio facta in tortura valeret sine ratificatione, reuocatio nihil operaretur, vbi non probaretur plenè error, aliter quàm per torturam. & ponit Hippolyt. etiam in l. repeti. columna octaua. versu. lante. ff. de questionibus. vltra quem vide Bald. in l. fin. col. j. C. de proba. sed latius in l. ij. C. de custod. & exhib. reo. & Brun. in tract. torture. char. 11. colum. ij. & xij. col. fin. & seq. Conclusio est igitur: quod facta reuocatio, si remanet indicium ad torturam, cogitur perseuerare, si remanet probatio plena: siue vt melius loquar, confessio clara & inuoluta, requiritur etiam plena probatio erroris per testes, vnde habes septimum requisitum ad confessionem, quod tunc facit plenum preiudicium ad damnandum, quando non fuit reuocata. Ceterum, si confessio dicitur se illam fecisse errore: audiretur, errore probato, secundum gloss. in capitulo. Romana. §. sin. autem. de appellat. in vj. & late Aretin. in capitulo. cum dilecti. de accusat. col. penul. & in col. fin. fin. dicit, quod hæc est communis opinio. Et difficultatem faciebat ille textus in capitulo. cum dilecti. qui dicit, quod confessio non potest periri, sed declarari, & interpretari, tamen solutio patet, quia non dicitur periturus, si errauit vt ibi per Aretin. & late hanc conclusionem, quod confessio possit reuocari allegando errorem, & in primis eum ostendendo, vide per Aretin. in gloss. comparent dicti inquisiti. Felin. in capitulo. cum dilecti. colum. dj. de exceptio. & in ea allegato, cum dilecti. colum. ij. in xj. notab. Alexand. consil. xxxiij. col. j. volu. j. & eod. vol. consil. xc. quod est repetitum iij. volu. consil. cxix. & consil. cxij. eod. volu. colum. iij. in prin. & alibi in eo consil. & ibi etiam quomodo possit reuocari, & consil. cii. in prin. aliquid in consil. xlvij. col. vij. vers. secundò repondo in eo. vol. Homod. in consil. cxv. cl. & consil. clxiiij. & ibi quomodo probatur error. de quo etiam per Aret. consil. cxij. col. i. & vide omnino. Aretin. consil. cxlvij. In his locis, etiam videbis de confessione de liberata sapius repetita iurata, & acceptata per partem & in causa etiam appellationis, & quod omnes possunt reuocari & demonstrari innocentia rei, quando

62 tamen constaret, quod calumniosè quis reuocaret: secus esset, vt per Angel. in dicta gloss. comparent dicti inquisiti. nec tamen requireretur probatio erroris, si incontinenti fieret reuocatio, vt per Iaso. in l. error. C. de iuris & facti ignor. colum. secunda. Vbi etiam ponit, quando dicitur incontinenti. Est etiam necessarium allegare errorem. Ceterum si simpliciter reuoca-

ret confessus, non esset audiendus, text. est in dicto capitulo. cum dilecti, & ibi omnes, maxime Aretin. colum. 65 pen. post Sali. in l. j. C. de cust. & exhib. reo. Item est necessarium errorem probare. Ita omnes volunt ad eod. quod non sufficeret tortura quia nulla ex parte eliditur confessio, iuxta no. per Bal. in d. l. f. & in l. in bona fidei. C. de re. cre. & in d. l. f. C. de probat. & quæ dixi supra, nec vt varius debet torqueri, iuxta nota. per Bar. in l. vnus. §. j. ff. de question. quia Bart. & Doctores ibi & alibi loquuntur existente semiplena probatione, non plena. & ita Put. char. 92. col. ver. quæ sunt vera. Aliquando tamen sufficit absque probatione, vt in minore confessione: nam si nulliter, quia sine curatore factus fuerit, iuxta l. clarum. C. de author. tutor. res est clara, si validè, vt quando cum curatore: tunc sufficit restitutio in integrum, non demonstrato errore, quicquid esset in civilibus. Iaso. in l. nam & postea. §. si minor. colum. ij. ff. de iureiurando. & in dicta l. error. Non obstat dictum Barto. in lautilium. ff. de minor. iuxta textum ibi, quia Bart. & textus loquuntur in eo, qui confessus est se esse aduultum, quia tunc non restituitur: nos verò loquimur in minore confitente se de liquisse, quia restituitur, etiam non probato errore. Hoc tamen procedit, quo ad restituendum, minorem aduersus confessionem per eum factam, circa delictum. Sed quid circa alia? vide text. in dicta lege auxiliium. in principio. Sed quo ad ipsum delictum, an minor, quia minor puniatur mitius, vel prorsus excusetur, vide textum in lege prima. C. si aduersus delict. in lege. si ex causa. §. nunc videndum. ff. de minoribus. qui textus volunt ei non subueniri: & tamen quomodo intelligantur, & an & quando habeatur ratio etatis: vide Alexandr. in consilio Cij. volumine primo. colum. vj. & sequent. de illo Comite, qui erat minor, & qui ideo volebat se excusare. & dicam infra, in titulo de pœn. & dixi etiam supra in rubrica, de decreto, vt non procedatur extrinsecus, quando res habet originem à contractu. Aduerte tamen, si quatuordecim nostrum vult, vt minor quatuordecim annis non possit pœna corporali puniri, ex quo statuto videtur quod ille, qui excedit quatuordecim annos habeatur pro maiore, vt etiam ponderat Soci. consilio. clxvij. colum. quarta, & ita cessare videntur quæcumque dicta sunt ad adiuuandum minorem, vbi pubertatem excessisset, & reuera quo ad processum, vtrū restituatur, vel non & an sit nulla confessio non datur curator & de aliis actis ita obseruari video quotidie, contra d. l. clarum. C. de author. tutor. & contra dicta Doctorum, quod aduersus confessionem non demonstrato errore minor restituatur. Consideratio tamen habetur quo ad pœnā mitigandā, nec allegatū statutu facit, vt minor sit maior, & non mitigetur pœna: sed tantū operatur in casu suo, quod minor quatuordecim annis, vbi alias potuisset puniri corporaliter, de iure tamē nō possit puniri, late eo statutu: abinde verò supra res relinquitur in terminis iuris, & consequenter minor puniatur mitius, sicut iudex cautu reperitur. Et dū supra dixi, quod est etiam necessarium allegare errorem, Aduerte, quia fateor, quod quis non auditur simpliciter dicendo post confessionem. Non est verum, quod confessus sui. Tamen, si per testes constaret de innocentia, magis attendere quæritur veritas, quàm confessio, & absolueretur. Ita Doctor. in c. extenore. maxime Aretin. v. no. extra. de testi. Nemo enim est dominus membrorum suorum. liber homo. ff. ad leg. Aquil. & ita Bar. in l. absentem. ff. de pœn. quarto circa hoc. & in yer. preterea. Cepol. consil. xlj. & consil. lxiiij. colum. iij. Aret. in c. de his in ij. col. in ij. & iij. limita-

ij. limitatione, de accus. & per Ias. in l. j. §. fin. C. de iuram. cal. & est ex mente Bart. & Doctorum in l. ij. §. creditum. ff. si cert. pet. dū tractant an possit fieri concordia inter partem & testem. & in l. scire debemus in prin. ff. de ver. oblig. & ita intellige & declara dictū Bart. in l. si aduultum cum incestu. §. idem Pollioni. ff. de adul. quod error debet allegari, vt nō procedat, vbi tractatur de vita hominis. Vel dic, quod debet allegari, sicut etiam Doctores asserunt post Aret. in d. c. cum dilecti. col. penul. vbi loquuntur in criminibus, si reus ipse voluerit se defendere: sed si noluerit, iudex tamen debet eū absolueret, confitente de eius innocentia. Et procedunt hæc in effectu, etiam post latam sententiam, quæ transiisset in rem iudicatā, l. j. §. si quis vltro. ff. de quest. vbi vide Barto. & Hippo. In facta tamen confessione omnino videtur cessare hæc allegatio erroris, & satis est probare contrarium. Io. And. in additio. ad Specu. in tit. de positionibus. §. nemo. vers. vtruntamen. & dicam infra in materia banaitorum.

73 Posset etiam confessus allegare pro reuocatione confessionis aliam causam, quàm causam erroris, puta, merus dicendo, Et si scriptum est, quod spontè confessus fuerim, veritas est, quod fuit metu extorta propter torturam vel minas torquendi: & ideo reuoco confessionem factam. Vel dicendo, Confessus sum: quia timebā torqueri. & in primo exēplo, quod concernit torturam illatam, & quod differat à secundo, quod concernit torturam inferendam, vide Alex. consil. liij. vol. iij. col. ij. vbi post Anch. in consil. xxij. decidit quod si ille, qui contra se in criminali confessus est, nullis precedentibus iudiciis asserat se propter torturam confessum: quamuis de tortura nihil appareat. Si tamen confitetur confessum tūc fuisse detentum, talis confessio est efficax ad torturam, vtrū non verisimilis. & ita Bal. consil. cccclxxix. volu. v. Contrarium verò, quod imò presumatur spontanea, sicut loquitur scriptura, tenet Bal. in l. j. C. de confess. char. 88. col. j. Creditor enim magis notari & iudici, quàm parti solū, vt per Alex. consil. lxxv. col. j. & ij. vol. ij. & Fel. in c. ad audientiam. col. ij. de prescrip. & alibi sæpe. Et si aliter diceremus, confessio quæ præualeat omnibus aliis probationibus, l. generatim. C. de non nume. pec. & c. per tuas. extra. de prob. dicam in fine huius rubricæ, esset inferior ceteris. vide Brun. late tangentem articulu præcisum in tract. suo. char. 11. col. fin. ver. tertio casu, quando dubitatur. Vbi tandem concludit secundum hanc vltimam opinionem, quod presumitur spontanea, nisi aliter possit conuicti ex natura iudicis, qui confitens torqueretur, etiam sine iudiciis, iuxta dicta Bart. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de oper. no. nūt. Probatur enim tortura coniecturis. Alex. iij. vol. consil. xcviij. col. pe. Et ita teneo, quod nisi qualitas iudicis repugnet, presumatur spontanea, & super ea possit fieri fundamentum ad plenum preiudicium. Est verū, quod si etiā iudex adfuerit iudici ad capiendū, nec aliqua presumptio, iuxta late dicta supra in materia capturæ, quod forte posset oriri contra iudicem talis suspicio, vt confessio videretur elisa: ita quod tunc potius esset ex tali confessione torquendus, quàm damnandus. Et ita intelligit Anch. Alexander in l. qui in aliena. §. Celsus. in Apollilla ad Bar. ff. de acqu. h. ar. Est verum etiam, quod vbi non allegaretur metus, dato quod esset vitium in capiendo, tamen confessio illud omne tolleretur. & ij. de confess. in vj. & Alex. in l. si confessus. ff. de cust. & exhib. reo. sed metu allegato & apparente primo actu iniusto, satis potest oriri suspicio, quod etiam confessionem iudex extorserit: & si mala vita iudicis in

aliis inducit presumptionem metus, vt dicit Bru. multo magis mala vita in eūmet, quæ indebitè & iniuste cepit. Et hæc quo ad primū exemplū de confessio qui reuocat ob metum, quem dicit illatum. quo verò ad allegantem metum inferendum, vide, vt paucis me explicet, Aret. in d. c. cum dilecti. col. pe. & vlt. Vbi dicit, quod talis allegatio admitti debet in reo confessio in tormentis, precedentibus iudiciis, & qui etiā ratificauit, si dicat quod ratificauit: quia sciebat, si ita nō fecisset, quod iterum fuisset tortus, iuxta not. per Bar. in l. vnus. §. cognitur. ff. de quest. dicens, quod est nouū dictū, & quod habet magnā equitatē, & q̄

79 experimento didicit ita esse. In reo verò confessio sine tormentis, qui vult reuocare confessionem, dicit esse in arbitrio iudicis eū admittere, vbi erant indicia ad torquendum contra eum, quæ reus ipse nō ignorabat. & ad vtrunque dictū allegat text. in d. §. si quis vltro. in fortioribus terminis in quibus admittā fuit in seruo reuocatio confessionis propter metum extrinsecum, & non inferendū à iudice, scilicet, quia timebat redire in manus domini admodum seueri. Vult tamē, in hoc secundo casu Aret. sicut in primo, quod debeat probari rem aliter se habere quàm dicat confessio. Sed difficultas est, an sufficiat tortura, an verò teneatur probare plenè per testes: Et certè videtur sufficere tortura. Primò quia fundamentū, vt dixi, vtriusque dicti est super d. §. si quis vltro. & ibi veritas fuit habita per torturā: quia cognita seueritate domini fuit tortus super eo, an motus fuerit propter illā seueritā. Secundò, quia si oritur, vt optime deducitur per Aret. probabilis suspicio metus: ergo confessio remanet elisa & debilitata, & consequenter nō sufficit nisi ad torturā. l. si. C. de prob. & per not. à Bal. in l. si. & in l. in bona fidei. C. de re. cre. & in d. l. si. C. de prob. Est verū quod in hoc secundo casu Aret. nō imponit iudici necessitatē: sed dicit esse illi arbitrariū, vt admittat reuocationem vel nō admittat: cui dicto, si auerem, contradicerem, quia ratio videtur efficax & iuridica per eum allegatam, quare teneatur. Et ideo iuris quæstio non debet esse in eius arbitrio sed facti. l. j. §. calumniatoribus. in ff. ad Turpil. & ita intelligitur l. j. in prin. ff. de iurisdic. omn. iudic. Accedat text. in §. responsa prudentū. in ff. de iure nat. gen. & ciui. & c. erit autem lex. iij. distinct. quod iudex nō debet egredi terminos iuris, & maxime in defendendo. Si tamē reuera bene res consideretur, non militat tam magna ratio metus inferendi in hoc secundo casu, sicut in primo. Item destrueretur clarior modus omnibus aliis in puniendis delictis, scilicet spontanea confessio, quæ minus noceret reo: confessio, precedentibus iudiciis, & sic magis verisimilia dicenti, quàm illi, qui confiteretur absque iudicis, etiam si minus verisimilia diceret. Non mirum igitur, si Aret. dixit, quod est in arbitrio iudicis admittere. Nec ego vnquam vidi ita arbitrari, nec reuocatum confessum defendi nouis his artibus. Possent tamen aliquæ coniecturæ innocentie militare pro eo quæ forte me inducerent ad eum audiendum: sed absque illis nescio an exaudirem. Et aduerte, quia etiam videtur his ambabus conclusionibus repugnare text. in d. cap. cum dilecti. qui non admittit extinctionem confessionis, sed tantum modificationem. Et quo ad allegatum errorem, dic vt supra dixi: sed quo ad hunc infringentem confessionem per metum aliud videtur esse, cogita. Reliqua in materia confessionis vide per Ang. in gloss. comparent dicti inquisiti, & Brun. confitentur totum. & ibi, tan confessio simplex: ut fecatur nō solum ad principale, sed etiam ad qualitates,

& de consistente principale simpliciter, an videatur fieri qualitates, vide ultra Ang. Clau. in l. vt vim. ff. de iust. & iur. col. xxxij. & ibi, an talis qui non fatetur qualitates, possit ex eodē processu damnari. Et de minoribus consistentibus, Ang. in gl. seq. cōparent inquisiti, & partē negant, & partem confitentur, & in glof. qui iudex statuit terminum ad eorum defensionem fac. & in gl. seq. cōparent dicti inquisiti & in termino defen. Non omitto ad instructionem terminorum, a quorū intellectu omnia pendent, quod t̄ cōfessio est melior probatio aliis probationibus: & aded vt admittatur, vbi alius nō possent admitti testes nec instrumēta: vt plenē per Ias. in l. cum te trāfegisse. col. j. & ij. C. de tranfac. & in l. si duo pat. s. idem l. ul. col. ij. ff. de iureiur. Oriā. in c. quoniā cōtra. in ver. confessiones. de prob. & Ias. in l. properandū. in prin. col. si. ver. cetero limitā. C. de iudic. & Aret. in c. cū. P. Manc. in vj. co. extrā. de accus. Dec. in c. at si clerici, in prin. in j. not. de iudi. Non t̄ superat tamen eam, quā fit per rei inspectionē, iuxta latē not. per Ias. in l. si. ff. de in lit. iur. & per Barto. in l. absentem. col. penult. & si. ff. de pō. Et quia vides quod confessio ita debet esse lucida, si debet esse potens ad condemnandum, sicut probatio nes, iuxta l. sciāt cuncti. C. de probat. Ideo ad confirmationem t̄ videnda sunt quā ponit Claud. in dicta l. vt vim. ff. de iust. & iure. circa dicta Bar. in l. non solū. §. sed vt probari. ff. de operis noui nuntiat. col. xv. cum octo sequentibus, maxime in columna xxxij. & sequenti, Et vbi t̄ p̄sumptiū dē refultaret confessio, putā in eo, qui interrogatus de pluribus delictis aliqua negaret tacendo quod ad reliqua, & consequenter tacite confitendo omiſsa, iuxta dictum Bald. in l. siue possidetis. colum. penult. C. de probatio, quod sequitur Felin. in c. nōnne. col. j. de p̄sumpt. arbitrarer viā tutiorem esse, vt propter eam confessionē pōtius torqueretur, quā damnaretur, per p̄dicta: & vbi esset damnandus, quia fieret super p̄sumptionē violenta, esset recurrendum ad c. afferre mihi gladium. de p̄sumpt. & dictum Innoc. in ca. quia verisimile. eod. titu. & dicta Abb. in dicto c. afferre. col. iij. & quā dicam infra, in titulo sequenti, de Conuictis.

Tit. de Conuictis.

SVMMA.

- 1 Natura abhorret illud, quod vitam adimit.
- 2 Delictum probatur per confessionem, vel conuictionem.
- 3 Conuictus solum per testes condemnari potest.
- 4 Conuictus licet neget, & perseueret in negatione: tamen sine alia tortura & confessione condemnari potest.
- 5 Conuictio est illa, quae fit per testes, vel instrumenta, vel indubitata iudicia, vel per argumenta, vel per notorium.
- 6 Conuictus & confessus ita differunt, vt statutum in vno non habeat locum in alio.
- 7 Confessus prorsus sponte mitius punitur, quam conuictus.
- 8 Confessio non dicitur proprie probatio.
- 9 Probationes in criminalibus debent esse luce meridiana clariiores.
- 10 Probationes debent esse luce clariiores, etiam in causa civili excedente decem libras auri. Et vbi agitur de poena applicanda parti, & etiam quibusdam aliis casibus.
- 11 Probationes debent esse luce clariiores tam respectu personarum, quam dicti & interrogationes, quae fieri debent testibus in criminalibus.
- 12 Testes in criminalibus diligentius interrogandi sunt, quam in civilibus.

- 13 Probationes in criminalibus debent esse ita certae, vt non possit illud dissuaderi.
- 14 Testes in civilibus non requiruntur omni exceptione maiores.
- 15 Iuramentum in supplementum probationis non deservit in criminalibus.
- 16 Testes plures duobus non integri non sufficiunt ad condemnandum in criminalibus.
- 17 Testes in civilibus & in criminalibus omnes sunt idonei, praeter eos, quos leges repellunt.
- 18 Testis persona, & dictum consideranda sunt.
- 19 Acta & probationes in causa civili fidem non faciunt in criminali, nisi ita clare probatum esset in civili, vt nihil posset opponi.
- 20 Testes duo non integri, sed qui tamen admitti possint, non probarent plenē in civilibus.
- 21 Numerus testium, aut integritas non supplet vitium alterius testis in criminalibus: hoc quo ad plenē probandum, secus quo ad torquendum.
- 22 Testes in criminalibus debent de facto deponere: nec sufficiunt, quod deponant de circumstantiis, vel iudicis rematis.
- 23 Probationes duae semiplena etiam ad eundem finem tendentes non coniunguntur in criminalibus, nisi adessent alia multitum propinqua adminicula.
- 24 Probatio p̄sumpta, non autem vera, dicitur quae ex teste in tegro, fama publica, & pluribus adminiculis resultat.
- 25 Testes super circumstantiis admodum propinquis deponentes plenam faciunt probationem.
- 26 Testes super p̄sumptionibus, & iudicis rem indubitatae faciunt deponentes, sufficiunt ad condemnationem.
- 27 Indictum potest esse ita indubitatum, vt sufficiat ad condemnationem.
- 28 Indictorum indubitatorum plurima exempla per quos & vbi ponantur.
- 29 Indictum indubitatum sufficiens ad sententiam capitalissimam dicitur, quando lex p̄sumit in causa criminali, & super p̄sumpto disponit.
- 30 P̄sumptio oriens iudici ex qualitate rei & personarum, & reddens rem claram sufficit ad condemnationem.
- 31 Confessio facta legitime per tormenta iuncta facti verisimilitudine, licet non adsit perseuerantia, sufficit ad sententiam.
- 32 Confessio extraiudicialis cum aliis verisimilitudinibus sufficit ad sententiam.
- 33 Confessus legitime per tormenta, praecedente confessione extraiudiciali, potest condemnari.
- 34 Condemnari non debet quis poena corporali, nisi quando lex p̄sumit & iudicat.
- 35 P̄sumptiones siue indubitata iudicia, sufficiunt ad condemnationem pecuniariam tantum.
- 36 Poena pecuniaria & corporalis, quando est leuis, non differunt.
- 37 P̄sumptiones adeo efficaci sunt, ponant veritatem ante oculos, vel efficiunt iuncta cum semiplena probatione directa, sufficiunt ad condemnationem.
- 38 Iudex debet modice & raro condemnare etiam pecuniaria poena, vbi ex p̄sumptionibus proceditur.
- 39 Fama p̄sumptionem violentam diminuit.
- 40 Poena ordinaria delicti non imponitur ex p̄sumptionibus.
- 41 Poena corporalis non potest imponi ex p̄sumptionibus.
- 42 Poena arbitraria minuitur, ubi probatio est p̄sumpta, & augetur, ubi est vera poena, sed a lege determinata firma remanet, etiam si probatio sit vera.
- 43 P̄sumptiones qualescunque non possunt facere, vt quis sit capite pluriendus, vel corporali poena afficiendus.
- 44 P̄sumptionum species ubi optime per veritatem tractetur.
- 45 Indicta nunquam sunt adeo indubitata, quin quandam sollicitam dubitationem recipiant.

- 46 P̄sumptiones ad condemnationem poena ordinaria, non sufficiunt etiam in delictis, quae occulte sunt.
- 47 Probatio p̄sumpta admittitur in occultis criminibus.
- 48 P̄sumptio vehemens non sufficit in occultis criminibus.
- 49 P̄sumptio quo casu sufficit ad suspensionem.
- 50 P̄sumptio violenta sufficit ad condemnationem, vbi civiliter agitur pro crimine.
- 51 P̄sumptio sufficit ad condemnationem in furto.
- 52 P̄sumptio violenta requiritur etiam vbi agatur civiliter in occultis.
- 53 Testis integer & fama non sufficiunt ad sententiam, vbi pro crimine agitur civiliter, licet sit secus in materia merē civili.
- 54 Suspicio nunquam facit se qui condemnationem.
- 55 Argumenta probabilia sufficiunt, vt quis conuincatur in crimine multum atroci.
- 56 Lex, sciāt cuncti. C. de probat. non habet locum, vbi lex p̄sumit dolum.
- 57 Poena mitior imponitur, quando factum per p̄sumptionem solum probatur, quam quando factum clare probatur, sed p̄sumptio solum est super animo.
- 58 Poena mitigatur, vbi coniectura facit dolum non esse ita euidens, casu quo lex dolum p̄sumit.
- 59 Testium dicta facilius debilitantur in criminalibus, quam in civilibus.
- 60 Probatio rei dubia in delictis confundit probationem actoris.
- 61 Reus homicidij probans quod qui occisus est, eum fuerat aggressus, absoluitur: licet illa probatio non sit concludens.
- 62 Probatio actoris plena & directo contraria probationi rei semiplena confundit rei probationem: secus si se iniuriam admittant, quia confunditur actoris probatio, nisi p̄sumptio contra reum militet.
- 63 Conuictio criminis quando probetur per instrumenta.
- 64 Homicidium non potest probari per instrumentum.
- 65 Haresis crimen, & lese maiestatis nunquid argumentis probentur.

Tit. de Conuictis.



VI A capti, siue comparantes, vt plurimum negant, t̄ ex quo natura abhorret illud, quod vitam adimit, vt plenē per Ancharan. consilio xxij. & Barba. consil. lxx. col. ij. in fi. & seq. volum. iij. Ideo postquam vidimus de confessionis, operae pretium est videre de conuictis. Probatur tamen delictum per confessionem, vel conuictionem, vt succinctē dicit & prosequitur Dec. in d. c. at si clerici in prin. in j. not. extrā, de iudic. Et fo- la t̄ conuictio per testes sufficit ad damnandum, vt in iuribus & auctoritatibus per eum allegatis per l. qui sententiam. C. de pōn. & c. ad nostram. vbi Felin. not. col. j. de probat. & ita practicitur. Et ibi Fel. dicit, t̄ quod si est cōuictus, dato quod neget, & perseueret in negatione: tamen sine alia tortura & confessione damnari potest. Quod nota cōtra opinionē vulgi. Et primū dicit, t̄ q̄ conuictio est illa, quae fit testibus vel instrumentis: aded q̄ etiā contra summum Pontificē probatur crimen per duos testes, Ita concludit Dec. in d. j. not. Aded q̄ etiā contra iudicia indubitata fit conuictio, vt in l. sciāt cuncti. C. de probat. & per argumēta, vt ibi praesicē notat Bald. in j. not. dicens, Nota quatuor modos probandi maleficium, per testes, per instrumenta, per indubitata iudicia, & per argumenta

quod quartum non dicitur in illo text. tamen constabit ex infra dicendis. Adde alium modū per viam notorij, vt latē dixi supra sub rub. quo. proce. in cri. not. Secundo dicit, t̄ q̄ est differentia inter confessum & conuictum: & talis, vt statutum in vno non habeat locum in alio. Dec. in d. j. not. Cepo. cautela lxxj. & patet ex his, quae scribit Ias. in l. quod te. ff. si cert. pet. col. xj. & in l. eum, qui. ff. de iureiuran. & ideo etiam mitius agitur cum confessio, quā cum cōuictio, per gl. in l. fin. C. de compet. per l. quisquis. C. ad legē lul. maieſt. & c. nō dicatis. xij. q. ij. quicquid velit. consuetudo, de qua in l. si debitori. ff. de iudic. Et t̄ quod mitius agatur cū confessio, quā cū cōuictio, patet ex dictis per Ias. in locis vbi supra. Videtur tamen intelligē dū quando prorsus spontē & non metu probationū, quis cōfessus fuerit: aliter, si metu probationū, habetur pro cōuictio. Ita Ab. in c. de hoc. de sumo. quidquid dicat idē Abb. in d. c. at si clerici. Facit regula l. si fidei commissa. §. si rem. ff. de leg. iij. de qua per Deci. in ca. cū M. Ferraricis. de cōstitut. col. antepenult. & praeced. Et quod sit differentia inter confessū & conuictū patet, t̄ quia etiam confessio non dicitur proprie probatio, & non cadit in statuto faciente mentionem de probationibus, vt per Ias. in d. l. cū te. col. ij. C. de tranſaction. & Felin. post alios in rub. extrā, de probatio. Tertiū dicit id, quod omnes sciunt, & dicunt, t̄ quod probationes in criminalibus debent esse luce meridiana clariiores, allegatur l. sciāt cuncti. C. de probat. quae dum loquitur de conuictione instrumentorum, addit apertissimorum: & dum loquitur de cōuictione iudiciorum, addit indubitatorum, ac etiam luce meridiana clariorem. Quae lex est canonizata ij. q. vlti. c. sciāt cuncti. Facit l. qui sententiam. C. de pōn. & cap. Epiphanium. v. quae. vj. & quod notatur in c. veniens. extrā, de testib. & ratio est, quia vbi maius est periculum, ibi cautius est agendum. l. j. §. sed & si quis. ff. ad Carbonianum. & non solum tractatur de magno periculo, vbi de vita hominis agitur, l. addictos. C. de episco. aud. sed etiam vbi agitur de minima poena corporali, quia censetur maior qualibet causa civili. l. in seruorum. in fin. ff. de pōnis. Et procedit regula d. l. sciāt cuncti. etiam t̄ in causa civili excedente decem libras auri. Anchar. consil. lxxij. col. ij. & seq. & in causa civili ardua, secundum Doctores in d. l. sciāt cuncti. & Ias. in l. j. col. pe. C. de sum. Trinit. & fide catholic. ac etiam procedit, vbi agitur ad commissionem poena applicandae parti. Alex. in ij. volu. consil. xxxij. circa prin. de quo vide Imol. consil. cxxvij. circa princ. & Cuman. consil. cxxij. col. fin. Item procedit, siue agatur per accusationem, vt loquitur praesicē, siue per inquisitionem. Anan. consilio lxx. col. j. in fi. & ex his procedit etiam sine dubio, non solū si agatur de magna causa criminali, sed etiā de minima. Et aduerte ad id, quod Doctores dicunt per d. l. sciāt cuncti. quod probationes t̄ debent esse luce meridiana clariiores: quia non tantum rationem habent ad conditionem personarum, vt debeant esse idoneae: sicut dicit dicta lex, & consequenter omni exceptione maiores, secundum Doctores in dicta lege, maxime Sal. col. penult. & Bald. ibi, col. ij. Bart. in l. maritus. & in l. j. §. idem Cornelio. ff. de quaestio. Alexand. consilio xj. col. j. volu. j. consil. lxx. colum. iij. & consilio lxxij. col. ij. ambo vbi in volum. j. Baldus iij. volum. consilio cccxxvij. & alibi saepe, verum etiam ad dicta, & ideo requiritur, vt facto se dicant interfuisse, vt dicit Alberic. columna j. in ea lege, &

lege, & non ambulent per coniecturas, quæ tamen
 sufficiunt, vbi civiliter agitur, iuxta dicta Bart. in l.
 prætor ait. §. prætor ait. & ibi Iaf. colum. iij. ff. de ede-
 do. & per Hippoly. in tit. de quaestioni. charta 45. col.
 j. & in l. si quando. C. vnde vi. & in l. videamus. de in-
 lit. iuran. & quod sint interrogati de causa scientiæ, li-
 cet non ita sit in civilibus. l. solam. C. de testi. ita Salicet
 not. in ea. l. col. penult. Alex. consil. xv. col. iij. in
 12 primo volu. & dicit Salicet. vbi supra, quod in crimi-
 nalibus subtilior debet fieri indagatio veritatis, &
 maiori cum subtilitate testes sunt interrogandi, vide
 ibi omnino, & etiam Bal. ibidem col. ij. versic. sed du-
 bitatur, vbi dicit idem quod Salicet. de solertia in
 examinâdis testibus, & subdit quod requiruntur in-
 13 dicia grauiora & maturiora in criminalibus, quam
 in civilibus. Concludendo tandem, quod probatio-
 nes debent esse ita certæ, vt non possit illud probabi-
 liter dissuaderi. allegat d. l. qui sententiam. C. de per.
 & ita hi duo patres Bald. & Salicet. deducunt in ea l.
 sciant cuncti. quemadmodum probatio in criminali
 exceder probationem in civili. Aduerte tamen, dum
 14 clarè sentiunt, quod in civili non requirantur testes
 omni exceptione maiores, sicut in criminali, addu-
 centes exemplum fratris, qui admittitur pro fratre
 in civili, & non in criminali, quod hoc idem explici-
 tè dicit Paul. de Cast. in ea l. & Barb. in c. at si clerici,
 in pri. de iudic. & ita videtur glo. in d. c. in verbo, le-
 gitima probatione, quæ loquitur in criminali: Sicque
 ista videtur veritas: tamen quod imò etiam in civili
 requirantur testes idonei, & consequenter omni ex-
 ceptione maiores, probat text. in c. j. de testib. & in l.
 idonei. ff. de testib. iuncta glo. in §. item verborum. in-
 stituit. de iuri. stipulat. in verbo, idoneos. Reperio
 Decium latè ponentè hoc contrarium in d. c. at si cle-
 rici. & tandem concludentem verum esse, quod in ci-
 uili requiruntur testes omni exceptione maiores, &
 vltra prædicta allegantem text. in cap. licet vnuerfis.
 extra. de testib. & ibi Abb. in terminis. Tamen si non
 15 sunt, suppletur eorum vitia per iuramentum: si scus
 in criminalibus, in quibus non defertur iuramentum
 in supplementum probationis, vt tradunt Bar. & Do-
 ctiores in l. admonendi. ff. de iureiur. Item secundum
 eum, duo testes sine ratione sufficiunt in civilibus,
 non in criminalibus, dicens in his duobus esse diffe-
 rentiam inter probationem civilem & criminalem:
 verumtamen quod etiam in civilibus debent duo tes-
 tes esse omni exceptione maiores ad hoc vt plenam
 probationem faciant. Non quiescit tamen animus, quin
 sit vera opinio Pauli de Cast. Barba. & aliorum: quia
 in civilibus, quando testes deponunt nõ verisimilia,
 requiruntur vt sint omni exceptione maiores. Specu-
 in ti. de prob. §. si circa si. per Fel. in c. quia verisimile.
 de præsumpt. & ratio est, quia sit depositio contra nõ
 verisimile, & ideo debet probari euidentissimis pro-
 bationibus. l. si extraneus. ff. de cond. ob cau. vbi vide
 Alex. post alios & ideo in civilibus nõ videtur verum,
 quod regulariter testes debeant esse omni exceptio-
 ne maiores: sic etiam cum vnus integritas suppleat
 vitium alterius in civilibus & in criminalibus etiam
 16 si plures duobus non integri non sufficiant ad con-
 demnandum, sed tantum ad torquendum, vt per Ia-
 son. in l. prætor ait. §. cogentur. ff. de eden. sequitur
 necessarid, quod in civilibus non requiritur, vt sint
 omni exceptione maiores, sicut in criminalibus.
 Quid tenendum: dicit breuiter quod omnes bene lo-
 qui videtur: & veritatem huius articuli. paucis vide-

tur ponere textus in l. j. in prin. ff. de testi. qui dicit, q
 in civilibus & in criminalibus omnes sunt idonei,
 præter eos, quos leges repellunt. Si igitur lex nõ re-
 pellit testè in civili, videtur posse appellari idoneus,
 17 & omni exceptione maior: quia nulla macula legalis
 eum repellit & si repellit eum in causa criminali, in
 ea non erit omni exceptione maior. Et hæc videtur
 fallacia Doctorum, qui considerat maculam habita-
 ratione ad causam criminalem, dicentes quod ex quo
 admittitur talis in causa civili, quod non requiritur,
 vt sit omni exceptione maior in causa civili. Sed erre-
 re videntur, quia ad ipsam causam nulla est macula,
 probatur hoc meum assumptum ex alio, quia in cau-
 sa matrimoniali contra matrimoniu requiritur quod
 testis sit omni exceptione maior, c. j. de consang. &
 affi. & tamen femina, quæ regulariter non admitti-
 tur. cap. forus. de verb. sign. potest esse omni exceptio-
 ne maior in eo casu. c. super. c. o. l. ij. de testi. & repe-
 rio quod hanc meam consideratione habuit præcisè
 Socin. in consil. liij. in iij. vol. col. iij. & allegat Bal. &
 Salicet. in d. l. sciant cuncti. & Bal. in l. j. col. vj. de sum. Tri-
 & fide cathol. & licet hæc sint colorata, non tamè me
 in hanc sententiam deduxerunt: quia fateor, quod
 vbi non repelluntur, & nulla macula legalis adest, q
 tunc sunt omni exceptione maiores, & consequenter
 quod possunt esse in causa civili omni exceptione ma-
 iores, & in causa criminali scus. Sed difficultas est in-
 telligere, an etiam inhabiles in causa civili sufficiant,
 vel requiratur, quod sint omni exceptione maiores,
 18 vt probetur plenè. Concludo esse considerandam
 personam testis & dictum: quo ad dictum satis dixi-
 mus, quod magis debet esse plenum, quam in civili:
 & depositio debet esse super facto ipso, ac etiam ma-
 ior indagatio fieri debuit, quam in causa civili: &
 19 si ideo acta & probationes in causa civili non faciunt
 plenam probationem in causa criminali, secundum
 Bar. in l. ij. §. hoc edicto. versic. quæro vtrum. ff. vi bo-
 nor. rapt. quia clariore probationes in criminalibus
 requiruntur, vt ibi, & per Doctores in dicto c. at si
 clerici. in pri. maxime Decium col. xvij. versic. secun-
 da conclusio, nisi tamen ita clarè probarent testes in
 causa civili, vt nihil posset opponi, secundum Bald. &
 Salicet. in dicta l. fin. col. ij. & iij. & in hoc nulla est
 20 differentia inter Doctores. Quo ad personam sine
 dubio duo testes ambo non integri, qui tamen ad-
 mitti possint, non plenè probarent in civilibus, vt est
 exemplum in duobus testibus infamibus infamia fa-
 cti, qui & si admittantur in civilibus, secundum Do-
 ctiores in dicta l. j. C. de summa Trinit. & fide cathol.
 tamen diminuitur de fide eorum, & etiam in duobus
 fratribus: qui et si admittantur, secundum Salicet. &
 Bal. in dicta l. sciant cuncti, & alibi sæpe, tamen dimi-
 nuuntur eorum fides, vt habetur in l. parentes. C. de te-
 sti. Sed tamen si non perfecte probarent, saltem cum
 21 integritate alterius id facerent: & ita integritas vnus
 cum alio non omnino integro sufficeret: & etiam nu-
 merus suppleret in pluribus non omnino integris:
 quod non ita est in criminalibus, quia numerus non
 integrorum non sufficeret, nec perfectio vnus sup-
 plet imperfectionem alterius, vt per Iafon. vbi su-
 præ in dicta l. prætor ait. §. cogentur. col. iij. ff. de eden-
 do. loquor quo ad plenè probandum: quia aliud
 quo ad torquendum, vt ibi, & per Bald. consil. ccc-
 xxxvij. volum. iij. vbi vide. Et ideo quatenus verum
 est, quod duo non omnino integri non probant ple-
 nè: sequitur necessarid, vt regula, quæ habet, quod
 in ore duorum vel trium stet omne verbum, nõ pro-
 cedat,

cedat, nisi ipsi duo sint idonei. Quo verò ad id quod
 admittantur etiam non omnino integri, & supple-
 tur vel per iuramentum, vt dicit Deci. vel per integri-
 rat. m. alterius, vel numerum, verum est dicere, velis
 nolis, quod ad plenam probationem in civilibus
 non requiritur vt testes sint omni exceptione maio-
 res, nec in mille annis aliter posses dicere: atque ita
 in effectu vera est opinio Pau. de Castro & Barbat.
 in civilibus non requiri quod sint omni exceptione
 maiores: & magis communis sensus Doctorum ita
 se habet. Nec tamen verum est id, quod dixit Socin.
 in dicto consilio liij. colum. iij. volu. iij. quod vbi adfit
 c. sus singularis, vt mulier admittatur, quod eo casu
 sit omni exceptione maior, vt patet ex notatis per
 Alexandr. in consil. xi. colum. j. in princip. vol. j. vbi di-
 xit notanter, quod licet in crimine læsæ maiestatis
 aliàs inhabiles admittantur, non propterea sunt om-
 ni exceptione maiores, quia diminuitur adhuc de fi-
 de vtri notatur per eum, nisi adisset lex vel statutum,
 quod daret omnimodam fidem illi. Nec Doctores
 allegati per Socin. scilicet Bal. & Salicet. in d. l. sciant
 cuncti. & B. Id. in d. l. j. columna vj. C. de summa Tri-
 nit. illud dicunt: & fortè etiam consilium illud Socini
 potius est allegatio, quam consilium, prout in eo vo-
 lumine infinitæ allegationes pro consiliis posite sunt.
 22 Aduerte tamen dum dixi, quod testes debent depon-
 nere de facto ipso ita quod non sufficeret, si depon-
 erent de circumstantiis, vel aliis indicis remotis, quia
 in contrarium videtur text. in l. j. §. idem Cornelio. ff.
 de question. & quod ibi Bart. dicit per illum textum,
 quod testis integer cum fama publica probat. Si igitur
 testes de fama suppleat testem integrum, etiam
 de re ipsa non deponentes. Sequitur Fel. in c. causam.
 de prob. col. antepen. vers. secundo casu. Contrarium
 tamen verum est eius quod dixit Bart. vbi supra, de
 teste integro cum fama publica in criminalibus. licet
 in civilibus ex illis sequatur probatio plena, vt latè
 ostendit D. Iaf. in repeti. l. admonendi. in 24. chart. ff.
 23 de iureiur. Et fundamentum est, quia t etiam due se-
 miplenæ probationes diuersi generis, & ad eundem
 finem tendentes non coniunguntur in criminalibus,
 vt ibi, nisi etiam adessent alia aduincula. Ita Bal. in l.
 si quis ex argentiariis. in §. j. ff. de eden. vbi omnino vi-
 de. Sic etiam Bart. si illum bene vides in d. §. idè Cor-
 nelio. & Iaf. in d. l. admonendi. charta 22. col. vlt. iun-
 cta columna seq. Abb. in ca. præterea, in fin. de testib.
 gl. in l. ij. in princip. ff. de excusat. tutor. Roman. consi-
 lio vij. & consilio liij. in fi. & Brun. in tractatu de tor-
 tura. in 4. charta. in iij. columna. Hanc conclusionem
 etiam probat text. in d. §. idem Cornelio. & ita etiam
 explicitè tenet Aretin. qui diligentius in hac materia
 loquitur quam al. us, suo more, in c. tertio loco. col.
 iij. vers. l. d. tamen. de probat. qui vltra dictum §. idè
 Cornelio. dicit bene fieri text. in l. quæro. §. fin. ff.
 de adil. edi. Tot enim hoc casu concurrunt, vt possi-
 mus dicere nos esse in casu indiciorum indubitatoru,
 de quibus proxime loquar, ponèdo tamen quod ad-
 uincula debeant esse multum propinqua ipsi delicto,
 adèd vt omnibus iunctis indubitatum resulter in-
 dicium. Et reperio, quod ita tenet Ale. in consil. xxiiij.
 col. pen. in eip. animaduertis, vbi vide, quia hoc mo-
 do, & secundum prædictam opinionem voluit loqui,
 & ita etiam loqui voluit Dec. in c. cum causam. col.
 fin. vers. secundò limitatur. extra. de prob. Nec hoc
 casu tamen adfit testis integer, & fama publica, ac-
 que aliud aduinculum, siue alia duo aduincula,

vel plura, potest dici, quod probatio, quæ resulat,
 24 vera sit, imò præsumpta dici debet. Ita Bal. in c. j. §. cū
 autè. in vlt. col. in penult. qua sit. de controuerf. inuest.
 & in rubr. C. de probat. & Iaf. in d. l. admonendi. char-
 ta 24. col. vlt. vers. item in tota ista materia. quod dico
 ratione pœnæ imponendæ, quia non erit corporalis,
 25 vt infra dicam. Conclusio est igitur, quod etiam tes-
 tes super circumstantiis admittuntur ad plenam pro-
 bationem, modo tamen quo supra dictum est. Verū-
 tamen ipsi testes, vt Doctores volunt, maxime Salicet.
 in dicta l. sciant. debet esse omni exceptione maiores,
 26 imò amplius etiam quod non adesset testis de re ipsa: sed
 omnes loquerentur super præsumptionibus & indi-
 ciis, tamen fieri posset, vt facerēt plenum præiudiciu,
 vbi ita deponerēt, vt redderēt rem indubitata: quia
 etiam ex indubitatis indicis, & luce meridiana clari-
 oribus quis damnari posset. d. l. sciant cuncti. C. de
 27 proba. Et t aliquando potest esse vnum indicium ita
 indubitatum, vt solum sufficiat, vt declarat Aretin. in
 d. cap. tertio loco. col. iij. & ponunt omnes incipiendo
 ab Abb. in eo. cap. & in dicta l. sciant cuncti. maxime
 Bald. & Salicet. imola in l. fi. de har. instituen. & Fe-
 lin. in c. afferte. de præsumpt. maxime in versic. quar-
 tò limita. & solennius, quam alius, Gandif. in titulo de
 præsumpt. & indic. indubitat. Et datur de his indicis
 28 indubitatis multa exempla per Doctores, vbi supra,
 circa quæ omnino vide Fel. in dicto cap. afferte. col.
 iij. ver. & pro intellectu. Brun. in tractatu suo de indi-
 ciis & tortura, charta 4. colum. iij. & pluribus sequen-
 tibus. & Aretin. in d. c. tertio loco. col. iij. & sequenti.
 29 Et pro intelligentia scias, quod interdum lex præ-
 sumit in causa criminali, & super præsumpto dispo-
 nit: & tunc res non habet dubium, quod dicitur talis
 præsumptio violentissima, & quæ facit indicium in-
 dubitatum, propter quod deuenitur ad sententiam
 etiam capitalissimam. l. ei qui C. de adul. & ratio est,
 quia legi ex tali præsumptione res patet, & ideo etiã
 debet patere iudici, vt declarat Bald. in d. l. fi. col. j. &
 30 ita omnes. Aliquando tamen lex onus iudici dimit-
 tit, vt præsumat ex qualitate rei & personarum plus
 vel minus iuxta gradus præsumptionum, de quibus
 latè per Abb. in c. literas. extra. de præsumpt. & tunc lo-
 quitur materia nostra, quod quando apud iudicè adest
 talis præsumptio, vt rem videat apertam & indubita-
 tã potest deuenire ad condemnationem, iuxta dicta
 l. sciant cuncti. His sic præmissis, pone aliud exem-
 plum vltra posita per Felin. vbi supra, in eo, qui legi-
 timè per tormenta confessus est, t quia confessio illa
 31 sine perseuerantia, iuncta facti verisimilitudine, vide-
 tur sufficere ad sententiam, secundum Bald. in d. l. sciant
 cuncti. col. j. in princ. & Brun. de indic. & tortu.
 charta 5. col. j. sed hoc exemplum reprobat Salicet. ibi
 optimo fundamento, vt per eum: vide pone aliud in
 32 eo, t qui extrajudicialiter confessus fuit cum aliis ver-
 risimilitudinibus, vt ostendit Felin. in cap. olim. ver-
 sic. octauò limita. & versic. nonò limita. de rescript.
 33 & t idem in eo, qui legitime confessus est in tormen-
 tis, præcedente confessione extrajudiciali, vt est glo-
 fa in l. capite quinto. ff. de adulter. & Iaf. in l. magistra-
 tibus. col. ij. ff. de iurisdic. omnium iudic. & per Do-
 ctiores in dicto cap. at si clerici. in princip. de iudic. Sed
 hoc etiam patitur responsiones Salicet. datas ad exem-
 plum confessionis extorta, iuncta facti verisimilitudine.
 In nullo tamen ex supradictis exemplis, & per alios
 34 relatis, iudex debet condemnare pœna corporali,
 nisi in casu, quando lex ita præsumit & iudicat, vt per
 Gandinum in loco vbi supra, ad fin. Cepol. consil.
 xxxij.

xxxij. colum. fi. & ibi habes, quod nefas esset recedere ab opinione Gandi. & late Hippoly. vt citò me expeditam, in l. repeti. columna vij. de quaestionibus. in verbo, sed contrarium. & ita seruatur in practica. Sed aduertere, quia Fel. in cap. afferte. ver. quartò limita. de praesump. expressè videtur velle per hanc indubitata iudicia iudicem condemnare poena ordinaria, & sic secundum terminos d. l. sciant cuncti. & indiciorum indubitatorum, quod est contra praedicta. Veritas tamen est, quã dixi, & communis opinio, vt apparet ex dictis Hippoly. & Cepol. in consi. vbi supra, & in consi. vj. col. ij. & alibi. & Brun. in tract. suo de indi. & tortu. vbi supra. Et quod praesumptionibus siue iudiciis in dubitatis, quis possit tantum pecuniaria poena damnari. dicit Bologn. post consil. Anan. li. x. & Alcia. in tract. praesumpt. in ij. regula, in ix. praesumpt. vbi vult, quod d. l. fina. non procedat in poena corporali, sed pecuniaria. & est communis sensus Doctorum. Nec tamè videtur esse differentia inter poenam pecuniariam & corporalem, quando hac est leuis, vt potè fustigationis. Ita Aret. in c. tertio loco. de prob. col. iij. vers. quãdam. Sed loquitur rex. per eum allegatus, quãdo lex praesumit saltè in genere. & ita Brun. in d. tract. chart. col. j. vers. sed tu potes. Nos loquimur in praesumptionibus hominis, in quibus etiam si sint violentissimæ, adhuc procedit dictum Gand. nisi tamen essent adeo efficaces, vt ponerent veritatem ante oculos iudicis. Dec. in d. c. tertio loco, ad fi. Aret. ibi ver. aliquãdo agit. concludit, quod si agit de imponenda poena corporali, etiam graui vel confiscatione bonorum, siue maioris partis, adhuc potest sequi condènatio in duobus casibus. Primo quando cū praesumptionibus concurrat semiplena probatio directa. Secundo quãdo praesumptiones ponunt veritatem ante oculos. & ibi clarè vult, quod opinio in contrariu sit regulariter vera & communis, sed eam ita declarat. & hoc est etiã, quod in effectu voluit Fel. in d. c. afferte. vers. quartò limita. Et licet hæc opinio ponat dictu Gand. vbi supra, in magno discrimine, tamen reuiscit cū alio tẽpramento, quod subiicitur per Doct. ex doctrina Inno. in c. quia verisimile. de praesumpt. vbi dicit hæc verba, quod vbi ex praesumptionibus proceditur, multu debet iudex tẽperare sententiam, & maximè ne cõdemnet, nisi raro & modicè ad poenam vel pecuniariam, vel corporalem, quod dicit colligi ex sententia Salomonis in d. c. afferte. vt per eum, quem omnino vide, & loquitur in violentis praesumptionibus, subdès, quod tamè fama diminuit talè praesumptionem. & allegatur Inno. ad duo. Primu, quod ex praesumptionibus nemo debet puniri poena ordinaria delicti, sic Hipp. vbi supra & Bal. in d. l. si. col. iij. vers. hæc est sententia. & Aret. in d. c. tertio loco. col. iij. vers. dixit tamè Nicol. de Matar. & Abb. in d. c. afferte. col. iij. vbi vide, secundu quod nemo ex praesumptionibus debet corporali poena puniri, sed in pecunia. Primum dictu decidit quaestione, quæ nunc est in facto in quodam, qui ex maximis praesumptionibus cõuincitur de sacramento falso, cuius poena est dupli vltra rei æstimatione. Nam secundum hoc dictum mitior poena est imponenda. Circa secundum dictum, quod nemo ex praesumptionibus debet corporaliter puniri, dic quod Inno. potius videtur dicere contrarium, dum vult vt iudex debeat temperare sententiam non solum in pecuniaria poena, sed etiam in corporali. In se tamen est vera conclusio, quam vult Gandin. vbi supra, & alij communiter. Et scias, quod si poena est arbitraria, & probatio est praesumpta, minui-

tur poena: si vera, augetur: sed si est taxata à lege vel à statuto, etiam si sit vera probatio, statur legi. Bal. in d. l. si. col. iij. vers. & adde. & Brun. vbi supra, & aperit oculos: quia est Felin. vbi supra, limitatione iij. videatur velle, quod possit imponi poena ordinaria super indubitatis iudiciis, etiam ex praesumptione hominis, tamen postea in fin. se tẽperat in effectu secundum Innocen. in dicto cap. & ita dic audacter quod Aretin. & Decius in d. c. tertio loco. loquuntur contra communem opinionem. Et omnibus trutinatis, tandem est cõcludendum, quod nullæ praesumptiones facere possunt, vt quis sit capite punitus, vel afficiendus poena corporali: quinimò quod etiam pecuniaria poena est moderanda per praedicta, nisi vt supra. Et dum Innocen. pro opinione sua ponderat sententia Salomonis in d. c. afferte. dic quod etiam ibi actum erat criminaliter secundum Abbat. ibi & tamen sententia fuit ciuili. quod est mirabile: sed ideo factum fuit eo casu, quia in sententiis regu non consideratur modus agendi, nec solèntas iudiciaria, vt dicam sub titide principe. Vel dic, quod verior est intellectus. Anton. de Butrio, quod ibi erat actum ciuilitè. Ad praedicta vide Alexandr. consilio xv. volum. j. columna tertia. Vide etiam pro declaratione terminorum Felin. in cap. quia verisimile. de praesumptionibus. columna ij. vers. vlti. vbi declarat omnem speciem praesumptionis, dicens quod cõcludit illa, quæ est iuris, & de iure, & iuris etiam, & quæ est hominis, multiplicata tamen, addens quod quando nõ inferri necessariu id quod quaeritur, non probat. Item dum dixi, quod poena ordinaria nõ imponitur, vbi ex praesumptionibus, & c. nota quæ dicit Gandinus in titu. vbi supra, in fi. quod nisi sit praesumptio iuris & de iure, iudicium siue iudicia nõ adeo indubitata sunt, quin quandam sollicitam dubitatione recipiant, quæ verba declarant, vt omnino sit standum in conclusione, quod sit diminuendum è poena etiã pecuniaria. Quæ tamen conclusio non videtur habere locum in poena arbitraria. Ita declarat Innoc. Baldus in d. l. si. co. pen. ibi, & adde quod licet, vbi omnino vide, & Brun. in loco vbi supra, char. j. col. j. in fi. vers. ibi, aut in poenis arbitrariis. Sed est error, quia quo ad mitigationem firma remanet absolutè conclusio, etiam in poena ordinaria, vt nunquam imponatur, sed quo ad augendam eam non potest procedere, nisi in arbitraria poena, quando ad est vera probatio negatiuè loquendo, quia iudex debet remanere contentus determinatione legis. Sic voluit loqui Bal. & Bru. in spidè loquutus est, quem tamen semper vide in èo loco. Sic satis intelligis regulam, quod nemo ex praesumptionibus damnatur, quæ sumitur in l. absentem. ff. de pœ. in prin. Et vltra praedicta procedit etiam in criminibus quæ occultè fiunt: & ideo secundum veritatem super praesumptionibus in crimine falsi non fertur sententia. vt per Dec. in consi. clxxxix. col. j. & in ca. porrecta. de confir. vti. vel inuti. Non obstat quod dicit Ab. in c. præterea in fi. de testi. & Roma. consil. vij. videlicet, quod in criminibus occultis admittitur probatio praesumpta: quia in terminis, in quibus loquuntur, videlicet in teste integro cum aliis administris in quolibet crimine, sequitur plena probatio, vt dixi supra vers. aduertere tamen post Bar. in l. j. §. item Cornelio. ff. de fals. & Bal. in l. si quis ex argentariis. §. j. ff. de eden. & Aret. in c. tertio loco. col. iij. vers. sed tamè. de prob. vbi enim est solum probatio vehemens non sufficit etiam in occultis, vt apparet ex dictis per Dec. vbi supra. Non obstat etiam dicta regulæ,

regulæ, absentem. l. iij. ff. de offic. praefec. vj. vbi imponitur poena fustigationis ex sola praesumptione. quia ideo illud admittitur, quia lex ita vult, vt per Brun. in d. char. v. col. j. ad fin. & hæc locum habent, quando agit criminaliter. Si verò ciuilitè pro crimine, tunc sine dubio, ex violenta praesumptione sequitur sententia, vt per Dec. in crimine falsi, vbi supra, & in furto per Barto. in l. si quis ex argenta. §. j. ff. de edend. quod probatur per fracturam ostij, & fugam famuli, vt etiam per Hippoly. in l. de minore. §. plurimū. col. xiiij. ff. de quaestio. & Ias. in d. §. j. col. iij. Nec tamen Decius & Bartol. loquuntur in praesumptione violenta: & ideo non immeritò posset dici, quod in his occultis, vbi agit ciuilitè, praesumptio possit esse leuicior: quod tamen non puto verum, per not. per Abba. in d. c. afferte. vbi est casus, maximè secundum Domin. Anto. de But. qui intelligit, quod ibi ageretur ciuilitè, & tamè text. requirit violentam praesumptionem, & loquitur in crimine occulto, & ideo generaliter etiam voluit Ana. in d. consi. lix. quod vbi agit pro crimine ciuilitè, non sufficiant testis integer & fama, prout sufficiunt in materia merè ciuili. Sequitur Ias. in d. l. admondè. charta xxij. col. ij. & dicit, quod hoc dictum Ana. nunquam est tradendum obliuioni. Ex praedictis constat, quomodo conuincatur reus per probationem rectam, scilicet per testes de re ipsa loquentes, & quomodo conuincatur per indicia & praesumptiones. De suspitione non loquitur, quia illa nunquam facit, vt sequatur condemnatio, secundum Bal. in d. l. qui, & Felin. in d. c. afferte. vers. quartò limita. Adde id, quod dicebat Bald. prout supra retuli in d. l. sciant cuncti. quod etiam per argumenta quis conuincitur in crimine multum atroci, vt est text. in c. pro homicidi. de homicid. in vj. qui tex. loquitur de assassiamento. Ita Aret. in d. c. tertio loco. & Aug. de Arim. ad dictam gloss. fama publica. & Perus. in eo text. hoc not. vbi vide, & Domi. ibidem col. pen. post antiquos, & Dec. late in consi. clxxxix. col. ij. & vj. vbi vide. Tamen quia text. dicit, argumentis probabilibus, intelligi videtur secundum d. l. sciant cuncti. vt per Felin. in d. cap. afferte. i. iij. limita. ad fi. & seq. quod non credo verum ex atrocitate delicti, & verbis clarus textus ac communi opinione Doctorum sicut vides. Nõ omitto tamen ad terminoru & eoru quæ dicta sunt, declarationem, quod dicit gl. in d. l. sciant cuncti. dum vult, vt illa lex fallat omni casu, quo lex praesumit dolum, & consequenter in casu l. j. C. de sicar. & notatorum per Bar. in l. doli. C. de dolo. & potest poni exemplū in eo, qui trāsigit super delicto, qui faten praesumitur, iuxta notata in l. transigere. C. de transact. & declarat Abb. in c. accedens. el secundo. de accusa. & Dec. in d. c. tertio loco. Sed tamen hæc ideo procedunt, quia constat de facto ipso, & tractatur tantum de animo solo: sed praesens materia versetur, quando factum est dubium, & eius probatio in sola praesumptione consistit, & vide Claud. in l. vt vim. ff. de iustit. & iur. col. xxvij. in eo articulo, quãdo quis fatetur occidisse, sed ad sui defensionem: in quo dicitur eum mitius puniri quia praesumptè constat, iuxta dictum Abb. in c. auditis, de praescrip. Non dicit Claud. & bene, prout etiã retuli supra titu. praecedenti, circa confessionem qualificatam, quod licet ius praesumat contra contententè, & ita videatur esse punitus poena ordinaria, iuxta d. l. j. C. de sicar. tamè mitius punitur quia de facto ipso non constat per confessionem puram (sed conditionalem, quam conditionem lex rejicit praesumendo illam puram esse, secus si factum ipsum esset claru per

puram confessionem, vel per testes, & tantum lex praesumeret super animo. Hinc etiam est quod Aret. con-sultuit in consi. lxxx. colum. penul. vers. confirmatur etiam, quod eo casu quo lex praesumit dolum, si ad-sunt coniecturæ, quæ faciant illum non esse euiden-tem dolum, poena mitigatur. Et an in criminalibus, vbi agit ciuilitè, possit quis ex praesumptionibus dam-nari? Vide quæ dicam infra in tit. de partu supposito, maximè ad finem. & dicam etiam, in tit. de falsis, post principium. & quia dixi supra, quod testes debet esse clari, & deponere directè super ipso delicto, vel per indicia indubitata, Aduertendum est, quod etiã facilius offenduntur & debilitantur eoru dicta, quàm in ciuilibus. Hoc ostendo primò, quia ita dicit Salice. in d. l. sciant cuncti. colum. penul. Item apparet ex dictis Barto. in l. non solum. §. sed vt probari. ff. de ope. no. nuntia. vbi Bart. concludit, quod facilius in criminalibus reus cõfundit probatione accusatoris, quàm in ciuilibus. Et ideo licet velit, quod exceptio ex parte rei ita debeat cõcludenter probari, sicut actio, ex parte actoris, de quo est glo. in clem. ij. in verbo, priuati. de rescrip. & prosequitur Alexand. ibi in eo §. quem legit sub §. sciendum in primis verbis, tamen hæc conclusionem Barto. non vult procedere in delictis, quia etsi probatio rei dubia sit, tamen vult per l. meritò cõ-similibus. ff. pro socio. quod d. cõfundat in effectu probationem actoris, dat duo exempla. Primum, quod si accusatur Titius, quod vulnerauerit Sempronium de mense Maij, & ita probetur: Titius verò opponat, quod potuit illum impunè percutere, quia erat bannitus, & producat bannum latum medio mense Maij, propter quam probationem dubium redditur an talis percussio fuerit delictum, vel quid illicitum, aut non. Et concludit Bart. quod eo casu hæc exceptio ita dubiè probata est sufficiens pro victoria rei accusati: quia cum res efficiatur dubia, debet interpretari, vt non sit delictum, per d. l. meritò. & alia vt per eum. Secundum exemplum ponit de viro nobili, qui non poterat ingredi palatium, nisi tempore consilij generalis. Nam si accusatur, & probetur quod de mente Maij ingredi-fus fuerit palatium: & ex aduerso ipse probet, quod eo mense Maij sit factum consilium generale: quia datur casus, quo licet potuit eo mense ingredi, res dubia red-ditur, & delictum nõ praesumitur. Sic igitur licet reus his duobus casibus non bene concludat, vt patet, rem tamen reddit dubiam atque ita quia probationes non sunt luce meridiana clariore, absoluitur. Et hæc opinio Bart. est communis, vt patet ibi. & per August. de Aret. ad glo. in verbo, de anno praesenti. vbi latissimè. & Felin. in cap. auditis. de praescrip. & alibi sæpe per eum, & per Claud. in dicta l. vt vim. col. xxv. vbi late faciendo regulam secundum Bart. & ponendo sex fallentias, & per Docto. maximè Deci. in capit. in praesentia. extra. de probatio. vers. duodecimò nota. & dicit Alexand. in d. §. sciendum. quod totus mundus sequitur opinionem Barto. est verum quod patitur maximam difficultatem, attamè quia etiam illam Doctores solunt in locis vbi supra, & maximè Deci. in dicto cap. ideo vterius non insistam. Hinc est etiã, quod quauis homicidium sit plenè probatum contra Titium, qui tantum ad sui defensionem alleget & probet, quod qui occisus est ipsum fuerat aggressus, absoluitur ex hac probatione, licet non concludenti. Concludens enim illa est quando post aggressionem incontinenti probatur offensio. Ita Alexand. in dicto §. sciendum. circa finem. & latissimè Claud. in d. l. vt vim. colum. xxv. vers. contra istam communè con-

clusionem. Sed quid iuris est, quando probatum est, quod Titius commisit homicidium, & Titius per vnicum testem probavit, quod ad sui defensionem illud fecit, vel quod vulneratus ex malo regimine decessit. Præmissa enim loquuntur, quando reus plene probavit, licet non concludenter, hic quando concludenter, sed semiplene: de hoc in terminis vide Ancha. consi. cclxxv. colum. fina. vbi ponit exemplum testis, qui solus deposuit, q̄ ex malo regimine decessit vulneratus, & dicit reum esse absolendum. Est verū, quod secundum eum etiam militabat præsumptio, quod res ita esset ex longo tempore, quo superuixerat. Item ponit aliud exemplum testis, qui deposuit concludenter de necessaria defensione: & dicit, quod salua conscientia iudex non possit reum damnare, per l. absentem ff. de p̄onis. Veritas est hoc casu secundum id, quod concludit Bart. in l. admonendi, ff. de iureiuran. quem ibi vnā cum his, qui eum sequuntur refert Taf. char. xxiii. col. vltim. quod vbi probationes sunt directō contrariæ, plena probatio actoris confundit minus plenam ipsius rei: secus si se inuicem admittant. Et ideo vbi reus diceret, Non occidi, & ita probaret debilitatus, nihil faceret: Sed si dicat, Occidi, sed id feci me defendendo, vel vulneraui, sed ipse decessit ex malo regimine: tunc vnus testis integer redderet rem accusatoris vel iudicis inquirētis ita dubiam, quod absolueretur. Fateor, quod vbi militaret aliqua præsumptio contra ipsum reum. & pro accusatore aliud esset per ea, quæ dicit Felin. in d. cap. auditis, dum limitat dicta Barto. in dicto §. sed vt probaui. & est prima limitatio. & sequitur Claud. vbi supra, colum. xxix. & res patet ad sensum absque allegatione: quia reus primò habet nisi vnum testem, secundò habet præsumptionem legis contra se, dicta l. j. C. de scar. Tertio habet etiam extrinsecam præsumptionem, etiam contra se, & ita ego loquor. Restat t̄ vt ponamus de conuictione per instrumenta, iuxta dictam l. sciatur cuncti. in qua materia vide ibi Doctores maximè Salicet. ex dictis cuius habes vnum exemplum clarum, quando facere instrumentum esset delictum, quia per inspectionem ipsius instrumenti constaret de delicto. Habes etiam aliud, quado plures fecissent conuictionem siue cōspirationem aduersus principem, de qua 64 instrumentum confectum esset inter eos: verum t̄ vbi quis vellet probare homicidium vel furtum per instrumenta, non possit, quia testibus probanda sunt talia l. iij. §. quod diuus. ff. de testib. vt latè per eum. Non inuito in hac materia, quia Felin. latè posuit in c. cum in ecclesiis. de maiorita. & obediē. vide etiam Rom. consilio cccxlix. & Feder. consil. xxij. Et quia dixi supra, quod quis conuincitur argumentis in crimine affassinamenti, quæro t̄ quid in crimine hæresis & in crimine læsæ maiestatis? Sed de his vide infra in titulo de hæret. & in tit. de crimine læsæ maiestatis, vbi latè ponam & concludam.

Tit. de Indiciis & considerationibus ante torturam.

S V M M A E.

- 1 Torqueri non debet aliquis, nisi precedentibus indiciis.
- 2 Indicium dicitur signum siue demonstratiuum administratum delicti, vel alterius rei de quo, vel de qua queritur.

- 3 Indicium interdum ad capturam ad inquisitionem, ad torturam nonnunquam ad condemnationem sufficit.
- 4 Indicium & argumentum pro eodem accipiuntur.
- 5 Indicium probatur per vnum testem de maleficio deponentem, & per duos deponentes de circumstantiis.
- 6 Testis solus de ipso maleficio deponens non facit semiplenam probationem, sed indicium tantum.
- 7 Tortura sufficit minus quam semiplena probatio.
- 8 Indicium minus est quam præsumptio.
- 9 Præsumptio an sit maior semiplena probatione.
- 10 Testis debet esse omni exceptione maior, vt in criminibus faciat indicium.
- 11 Testes infames licet in crimine læsæ maiestatis admittantur, tamen non dicuntur omni exceptione maiores, nec vnus sufficeret ad torturam.
- 12 Testis non maior omni exceptione sufficit ad torturam vbi datum est arbitrium iudici tam in condemnando quam in procedendo.
- 13 Index qui potest sola facti veritate inspecta procedere, & condemnare, potest admittere non solum probationes, sed etiam verisimilitudines.
- 14 Testis non omni exceptione maior sufficit ad torturam vbi aliis administratis coadiuuatur.
- 15 Testis circa circumstantias, & remota maleficio deponens, non requiritur vt sit omni exceptione maior.
- 16 Testes omni exceptione maiores faciunt indicium ad torturam, nisi alia coniectura repugnet.
- 17 Indicia ad torturam sufficientia debent esse verisimilia & concludenter probare.
- 18 Indicium remotū probari debet per duos testes etiam quo ad formandam inquisitionem.
- 19 Testis solus super indicio remoto non facit quale quale indicium.
- 20 Duo testes quorum vnus de vno remoto indicio deponit, alter de alio non coniunguntur ad faciendum perfectum indicium.
- 21 Duo testes de auditu à diuersis non coniunguntur ad faciendum indicium.
- 22 Signa etiam leuia licet sufficiant ad probandum quem hereticum, tamen plene probari debent.
- 23 Testes multum notabiles licet singulares inclinare debent iudicem non solum ad torturam, sed etiam ad condemnationem.
- 24 Index habens vehementem opinionem quod aliquis sit reus ex multis circumstantiis, etiam extra processum potest eum terrere.
- 25 Terror qui à iudice reo incutitur licet sit quadam tortura, tamen non habetur pro tortura.
- 26 Index qui tenetur in syndicato si ita torqueat reum, vt moriatur non tenetur si moreretur propter terrorem sibi iniectum.
- 27 Terror, qui potest à iudice reo incui, est quo ad vultum, non si ligetur reus, & elouetur.
- 28 Testis vnus dignior sufficit ad probandum quem esse mendacem.
- 29 Indicium ad torturam est si reus reperitur mendax.
- 30 Indicium an sit tale vt sufficiat ad torturam, vel an plura requirantur relinquitur iudicis arbitrio.
- 31 Testibus etiam singularibus potest fidem dare index ex aliqua causa.
- 32 Tortura debet adhiberi à iudice ex causa.
- 33 A tormentis inchoandum non est.
- 34 Indicium probabile & verisimile est, quando vnus testis omni exceptione maior de re ipsa deposuit.
- 35 Clericus torqueri non potest stante dicto vnius testis, licet omni exceptione maioris, & de maleficio deponētis nisi precedente infamia.

Menda

- 36 Mendacium rei est probabile & verisimile ac sufficiens indicium ad torturam.
- 37 Mendacium rei probatur per vnum testem omni exceptione maiorem & reo digniorem deponentem super eo quod facit reum immediate delinquentem.
- 38 Indicium probabile ad torturam est quando reus trepidat, balbutit, vel variat.
- 39 Varians reus potest torqueri, sed non puniri de falso.
- 40 Variatio rei sola sufficit ad torturam.
- 41 Trepidatio & pallor vultus sunt multum arbitraria, iudici ex qualitate personarum.
- 42 Trepidatio rei quid sit.
- 43 Indicium probabile & verisimile est quando reus extrajudicialiter confessus est, vel coram iudice incōpetente.
- 44 Indicium sufficiens ad torturam est quando quis minatus est, se commissurum aliquod delictum quod postea fuerit perpetratum, arbitrio tamen iudicis considerata qualitate personæ.
- 45 Indicium ad torturam non resultat contra testem ex eo quod antequam testimonium diceret, minatus sit se diciturum falsum contra aliquem, nisi sibi darentur tales pecunie.
- 46 Minarum materia vbi tractetur per Aretin.
- 47 Inimicitia sola non est indicium sufficiens ad torturam, sed coadiuuat alia debilia indicia.
- 48 Inimicitia non est indicium generale ad omnia delicta, sed tantum ad ea que sunt ad alterius iniuriam.
- 49 Fuga ante accusationem vel inquisitionem delicti, vel comminationem prædictorum est indicium sufficiens ad torturam.
- 50 Torqueri possunt omnes, qui sunt in domo in qua reperitur aliquis interfectus quando sunt mala fama omnes: alias illi soli qui male audiunt, & hoc quando non adesset aliud indicium.
- 51 Indicium sufficiens ad torturam est quando cadaver reperitur multum propè domum alicuius qui erat aptus ad committendum homicidium, & aliquid aliud adiungitur tali indicio, item si quis conuenisset frequenter in perviam in qua reperitur cadaver.
- 52 Indicium ad torturam in furto est quando aliquis est vicinus, & habet notam domum eius, cui subtrahita est res, & est mala fama.
- 53 Fuga famuli recedentis sine licentia domini facit indicium ad torturam in causa furti criminalis.
- 54 Fuga famuli sine licentia domini plene probat furtum in causa.
- 55 Indicium ad torturam in furto est quando solum res furtiua reperitur penes aliquem mala vocis in furris, & qui interrogatus à quo habuerit dicat nescire, vel non recordari cum verisimiliter possit, secus si esset bona fama, & diceret quod non cognoscit datorem, etiam quod non esset talis qui soleret mala emere.
- 56 Vtens falso instrumento præsumitur illud fieri fecisse nisi doceat quis illud fieri fecerit.
- 57 Vtens falso instrumento punitur etiam si extet statutum vt nullus corporaliter puniatur nisi lege municipalis canatur, dummodo ad sit aliud statutum disponens vt qui fecerit, vel fieri fecerit falsum instrumentum puniatur.
- 58 Vtens falso instrumento punitur si tempore productionis & usus erat falso, nisi doceat a quo illud instrumentum habuerit, quia tunc excusatur.
- 59 Monetam falsam expendens non excusatur ab usu, secus autem à fabricatione.
- 60 Familiaris alicuius committens delictum, quod concernit utilitatem eius, cui est familiaris, præsumitur illius mandato commississe.
- 61 Præsumitur ille conscius furti, apud quem res furtiua re-

peritur, si solitus est emere res furtiuas, & clam emerit, & tenetur restituere sine pretio rem etiam si non sit alia mala opinio.

62 Indicus accipiens pignori rem quam verisimiliter scit esse alienam, tenetur restituere illam sine pretio etiam stante decreto, vt possit mutare super rebus alienis.

63 Indicium ad torturam est quando instrumentum reperitur penes aliquem cuius solus commodum respicit, licet doctores velint idem esse quando omnino non reperitur instrumentum, vt presumatur non reperiri causa illius cuius commodo cedit.

64 Indicium ad torturam non oritur contra eum qui solus esset successurus ei qui reperitur mortuus, nisi alia concurrerent.

65 Fama multum vehemens contra aliquem in specie super delicto commisso, & qua procedat ab honestis personis, est indicium sufficiens ad torturam, idem si sit infamia in genere iuncta cum mala fama in specie, licet non procedat ita ab honestis.

66 Socius criminis iuncta infamia contra eum sufficit.

67 Vicinus domui in qua commissum est furtum si male audiatur, torquetur.

68 Fama mala interdum sufficit ad condemnandum.

69 Testium numerus supplet circumstantias quæ requiruntur ad probandam famam.

70 Fama mala & opinio non oritur ex eo quod schedula infamatoria clam sint data iudici vel principi.

71 Indicium vt sufficiat ad torturam debet esse multiū propinquum.

72 Indicium in dubio indicandum est, vt non sufficiat ad torturam, nisi magnitudo delicti faceret recedere à regula.

73 Indicia ad cognoscendum homicidam.

74 Indiciorum copia est danda reo ante torturam, & etiā terminus ad ea impugnanda.

75 Indiciorum copia danda est reo etiā si timor esset subordinationis, & male audiret, & ex officio procederetur.

76 Indiciorum copia non est danda ei qui sit adeo insignis maleficus, vt res redacta sit ad notorium.

77 Indiciorum copia datur etiam illi qui argueretur maximi delicti, vt in crimine læsæ maiestatis.

78 Defensio naturalis non tollitur, nec tolli potest.

79 Indiciorum copia peti debet.

80 Indiciorum copia denegari potest vbi apparet manifesta calumnia, & petitionem fieri cause differendi.

81 Indiciorum copia que sunt contra testes non datur parti.

82 Indiciorum copia danda est accusatori, quando datur etiam reo, non aliter.

83 Indicia quomodo elidantur ne sufficiant ad torturam remissive, & quod hoc fit per bonam famam in specie, vbi mala fama erat ex aduerso etiam in specie.

84 Indicium eliditur quando reus dicit se non fuisse vulneratum ab inquisito.

85 Excusatio non valet facta post sententiam cuius robur adhuc duraret.

86 Indicia eliduntur quando reus habet ad sui fauorem alia indicia.

87 Testis omni exceptione maior, non sufficit ad torturam, vbi alia repugnent, sicut testis pro reo facit, vt perfecta probatio accusatoris non sufficiat ad condemnationem.

88 Indicium furti eliditur quando passus furtum dicit factum esse ipso volente.

89 Indicium debilitatur, seu purgatur reus quando accusator qui produxit testes dicit se nolle illis vti, scilicet quo ad præiudicium partis non sufficit.

90 Indicium eliditur per præsumptionem vel indicium contrarium.

- 91 Indicia quomodo elidantur, vel omnino destruantur, ubi tractetur.
- 92 Torqueri potest reus in causa criminali non in leui, sed in grauiore delicto.
- 93 Leuia delicta que dicantur.
- 94 Statutum Mediolani ponit casus in quibus reus torqueri potest, & extra illos prohibet toruram.
- 95 Torqueri non potest reus homo liber in causa ciuili, secus autem seruus.
- 96 Torqueri qui possint ubi tractetur.
- 97 Torqueri potest reus in causaciuii qua habet annexum delictum ut in causa vsurarum.
- 98 Torqueri non potest quis ubi de delicto actum est ciuili.
- 99 Torqueri possunt serui ubi de delicto actum est ciuili.
- 100 Causa merè ciuili non dicitur, sed mixta quādo de delicto ciuili agitur.
- 101 Torqueri potest reus etiam quando delictum per gratiā est sublatum, sed agitur ad interesse partis.
- 102 Torqueri ex regula quilibet potest.
- 103 Torqueri possunt clerici & presbyteri procedente fama, dummodo per funem, & fideiulas non torqueantur, licet Mediolani seruetur ut torqueatur sicut ceteri procedentibus tamen legitimis iudiciis.
- 104 Torqueri non potest miles creatus secundum antiquam solemnitatem.
- 105 Milites creati secundum solemnitatem huius temporis quos equites vulgo appellamus non gaudent privilegiis concessis militibus antiquis propter simplicitatem, sed concessis propter dignitatem, & ideo torqueri non possunt.
- 106 Milites & equites nostri temporis capi non possunt personaliter.
- 107 Militia simplex est dignitas in genere.
- 108 Milites qui stipendia merent, & exercent militiam gaudent priuilegiis militum, sed tamen possunt torqueri.
- 109 Pœna ignominiosa imponi non possunt militibus aut decurionibus.
- 110 Torqueri non potest aliquis in dignitate existens.
- 111 Doctor & advocatus torqueri non possunt & consuetudo in contrarium non valet.
- 112 Torqueri potest decurio de consuetudine.
- 113 Miles vel consiliarius torqueri non possunt in eo territorio in quo creati sunt milites, vel consiliarij, secus in alio territorio.
- 114 Doctor ubique est doctor & nullibi potest torqueri.
- 115 Torqueri possunt persona aliā priuilegiata in crimine lesa maiestatis, falsi priuati carceris.
- 116 Doctor, etiam si in officio preture, vel alio delinquat, non tamen potest torqueri.
- 117 Excessus Consiliariorum, Senatorum, & aliorum, ubi per Parid. Put. ponantur.
- 118 Torqueri non possunt de iure etiam pronepotes decurionum.
- 119 Decretum Mediolani, ut officiales possint puniri in syndacatu decem iudicibus sumis ex quo loco in iure sumptum sit.
- 120 Confessio facta in tortura seruatis seruandis ab his qui torqueri non possunt nil valet.
- 121 Torqueri licet non possint decrepiti, & minores, & alia priuilegiata a persone possunt tamen terreri.
- 122 Ligari non possunt cum minis torquendi eos, & minus eleuari qui non possunt torqueri vel ratione persona, vel ratione iudiciorum debiliū.
- 123 Decrepiti & impubes quo errore terreri possint.
- 124 Terror incui potest reo ubi nulli essent indicia, & sic etiam ubi minus sufficiunt.
- 125 Tortura que leuis, inconsueti, & immoderata.
- 126 Torqueri ut quis possit necesse est, ut precedat formatio inquisitionis, litis contestatio, repetitio testium parte citata, & publicatio processus.
- 127 Inquisitio sepenumero Mediolani non formatur.
- 128 Testes parte non citata examinati sufficiunt ad torturam ubi hoc consuetudine seruaretur.
- 129 Torqueri non potest quis ubi extant probationes, sed solum ubi veritas aliter haberi non potest.
- 130 Torquentes conuictum vel confessum, si sint cauti iudices scribi faciunt protestationem non torquendi eum super his de quibus conuictus sit: sed solum super alijs delictis, nec illum interrogant super illis ita probatis.
- 131 Torquens conuictum iudex potest protestari se deuenire ad torturam, ut reus confiteatur ne postea possit appellari.
- 132 Torqueri regulariter non potest quis non precedentibus iudiciis.
- 133 Torqueri potest inquisitus in banno positus propter contumaciam si velit comparere in termino permissio ad purgandam contumaciam maxime Mediolani.
- 134 Contumacia facit indicium sicut fuga.
- 135 Contumax debet allegare aliquod impedimentum ad excusandum contumaciam suā, & quilibet causa excusat.
- 136 Torqueri an possit quis sine iudiciis in criminibus que secreti sunt vel atrocissimis, & nullum casum esse in quo non requiratur indicium.
- 137 Interrogari potest de alijs delictis de quibus non procedunt indicia tortus legitime super principali delicto & confessus, etiam si alia sint dissimilia dummodo male audiat, idem si non constaret de delicto principali, & hoc de consuetudine, & ad finem indagandi veritatem non condemnandi.
- 138 Interrogari non potest super alijs delictis qui de principali tortus, confessus est quando confessus esset delictum supra triennium paratum, & post illud vitam laudabilem duxisset.
- 139 Confessus delictum de quo principaliter non agebatur an possit in eodem iudicio damnari.
- 140 Confessus delictum de quo non fuit interrogatus, non videtur ex eo posse damnari, & talis confessio presumitur suspecta.
- 141 Iudex etiam in materia arbitraria non potest aliquem torquere ex vehemēti & infallibili conscientia sine iudiciis, licet secus esset si haberet arbitrium procedendi secundum conscientiam, vel haberet aliquod indicium in scriptis, quamuis de se non esset sufficiens.
- 142 Princeps potest ex vehemēti & infallibili conscientia sua sine iudiciis reum torquere.
- 143 Interrogari potest reus de complicibus, siue in tortura siue extra in delictis que committuntur principaliter ad utilitatem committentis, secus si in odium tantum ad terius committerentur.
- 144 Interrogari potest de mandante mandarius conuictus de homicidio & poni ad torturam secundum Barto.
- 145 Interrogari potest mandarius de mandante, & quando mandarius est seruus vel liber non vilis, sed delictum est tale quod sine socijs regulariter non committitur, vel si ob communem salutem sit radicatus extrinsecum.
- 146 Interrogari potest reus de socijs, si est persona libera, & vilis, & delictum possit a solo committi, quando non apparet causa quare id delictum commiserit.
- 147 Testis falsus an possit interrogari de mandante vel investigatore.
- 148 Interrogatus in genere de socijs, si negat scire, & presumpcio sit quod sciat potest torqueri, ubi verò in specie de aliquo interrogetur non valet nisi contra eum esse presumpcio Socijs

- 149 Socius criminis confessus de socio non facit indicium ad torturam, nisi ei iuratur alia presumpcio vel indicium.
- 150 Testes inhabiles ad testificandum qui tamen aliqua ratione admittuntur non sent per se sufficientes ad torturam.
- 151 Socius criminis, & quilibet alius crimine notatus non admittitur in testem, nisi cum tortura, secus si esset aliud indicium ut familiaritatis, & paupertatis.
- 152 Torqueri non debent crimine notati in testes nisi preceat presumpcio vel indicium.
- 153 Exceptiones, que sunt contra testem, licet alias reseruentur post examen, tamen secus est quando testis exarsit naturam cum tortura.
- 154 Mandarius facit indicium ad torturam contra mandantem cum aliquo iudicio vel presumpcione post scriptum mandatum ante verò indistincte.
- 155 Mandatum ad homicidium est ex delictis que secreti sunt.
- 156 Testis falsus qui dicit se fuisse sollicitum ad dicendum testimonium facit indicium ad torturam contra instigantem secundum communem practicā quicquid sit de iure.
- 157 Testis corrupto creditur contra corruptentem.
- 158 Perurium tollit omnem fidem in teste.
- 159 Duo testes afferentes se fuisse sollicitos torquentur licet sint singulares.
- 160 Stupratus cum tortura facit indicium ad torturam contra stuprantem siue sit atatis completa siue non, licet sit aliud respectu condemnationis.
- 161 Testes alias inhabiles admittuntur ubi veritas aliter haberi non potest, & ex natura negotij alij interuenire non potuerunt.
- 162 Presumpciones & coniectura sufficiunt in his que sunt difficilis probationis.
- 163 Testes alias inhabiles non admittuntur ubi ex natura negotij alij testes potuerunt interuenire, licet casu non interuenerint.
- 164 Testi de domo creditur in his que sunt in domo, nisi esset domus magni viri in quam plurimi eunt, & redeunt, & id de quo ageretur factum esset de die.
- 165 Testis domesticus & sanguineus in subsidium facit indicium ad torturam.
- 166 Testis domesticus cum alio iudicio vel presumpcione facit indicium ad torturam non aliter.
- 167 Testes duo domestici faciunt indicium ad torturam.
- 168 Testes idonei sunt quo ad ea, que in capitulo gesta sunt, qui in capitulo interuenere, sed tamen non sunt idonei ad probandum illam qualitatem quod alij non interuenerint.
- 169 Testes inhabiles admittuntur, ubi veritas aliter haberi non potest quando consentit illis, in cuius prauidicium delictum est commissum.
- 170 Testes inhabiles non admittuntur generaliter ubicunque delictum est difficilis probationis, & tamen potuerunt interuenire testes tam habiles quam inhabiles, sed ubi non potuerunt interuenire nisi inhabiles ut ex exemplis doctorum.
- 171 Testis socius criminis vel alijs inhabilis non admittitur ad torquendum & ad damnandum in his quanoctum commissa sunt, licet sint difficilis probationis, licet secus in ciuilibus.
- 172 Testis qui dicit aliquid fieri eum nox esse, naturaliter reprobat, nisi diceret quod lumen erat accensum.
- 173 Testis omni exceptione maior deponens directe de maleficio facit indicium ad torturam.
- 174 Torquere facilius debet iudex in delictis nocturnis.
- 175 Nocturna delicta sunt difficilis probationis.
- 176 Testis inhabilis aliquid operatur.
- 177 Testis inhabilis admittitur ad probandum furtum ubi ageretur ciuili, id est si criminaliter & ageretur de probando furto in domo: quo casu tamen vnus talis non sufficeret ad torturam, nec duo ad condemnationem.
- 178 Falsitas ubi derogatur dicitur potius reuelata quam praefacta.
- 179 Falsi crimen ubi inquiritur magna subtilitas est adhibenda.
- 180 Testis inhabilis non admittitur in crimine falsi.
- 181 Testis omni exceptione maior licet requiratur ad torquendum & damnandum in aliquo crimine, non tamen reuocatur omnis inhabilis in eo crimine.
- 182 Socius criminis facit indicium ad inquirendum.
- 183 Socius criminis quia dicitur, & materia socij criminis ubi remissio.
- 184 Testis laborans eodem crimine quo ille pro quo dicitur est testimonium repellitur.
- 185 Socius criminis in articulo mortis licet possit interrogari tamen facit solum quale quale indicium.
- 186 Mortis articulus non est in multa consideratione, & delictum morientis facit vilem presumpcionem.
- 187 Damnatu an sit captus vel non, nulla est differentia quo ad fidem ei adhibendam.
- 188 Inimico testi nec in articulo mortis est fides adhibenda, & quare.
- 189 Testi inhabili quando in articulo mortis sit fides adhibenda.
- 190 Testis repellitur quia in vinculis detinetur.
- 191 Testis dictum in articulo mortis sub patibulo reuocatum nihil valet Mediolani seruata statuti forma, alijs reuocatio nihil operatur.
- 192 Perseuerantia testis in dicto etiam in morte non operatur ut plus sit credendum quam velint leges.
- 193 Socius itineris si reuocauit ad animum iniuriam non est testis idoneus, alijs secus.
- 194 Testis, qui examinari non debuit an examinatus faciat quale quale indicium.
- 195 Testes qui alijs non essent admissi admittuntur in his delictis que sunt natura probari non possunt, nisi per certum genus hominum.
- 196 Socius criminis admittitur ad deponendum testimonium in crimine lesa maiestatis, & aliter inhabilis, praeterquam inimicus.
- 197 Testis etiam de re ipsa ut sufficiat ad torturam, debet esse omni exceptione maior.
- 198 Indicia sufficiunt debent precedere in crimine lesa maiestatis, & sufficeret testis inhabilis cum alia presumpcione ad torturam.
- 199 Principi minus credendum est circa vitia processus in crimine lesa maiestatis quam in alijs delictis non ita atrocibus.
- 200 Tortura animosius decerni debet in delictis secretis, ut coniurationibus, falsitatis, & c. quam in alijs, & si indicium in illis deficeret aliqua ex parte non esset iudex ita reprehendendus.
- 201 Mandator homicidij puniri potest etiam ex probabili bus argumentis, & ad torturam in tali delicto deueniri non solum ex iudiciis, sed etiam ex suspicionibus verisimilibus ne dum ex presumpcionibus.
- 202 Tortura materia ubi latissime per Afflictum ponatur.
- 203 Tortura ut subiiciatur an quis possit conuentionem facere.

Tit. de Indiciis & consideratio-
nibus ante torturam.



Quia rei quando negant, & non sunt confessi, nec conuicti, interdum tamen in iudiciis grauatur, ex quibus deuenitur ad tormenta. Ideo expedit aliqua dicere in materia torturae, & incipiendo ab iudiciis quae torturam praecedere debent. In principio, & ibi Bart. not. ff. de quaestio. & l. fina. vbi Bart. latet, eod. tit. & per Hippoly. in l. quaestio. vlt. col. ff. de quaestio. Primo quaero quid sit in dicitum in quo vide Ange. Arc. in glo. in verbo, fama. col. ij. & ad additiones ibi, & Gandi. in titulo. de praesumptio. & indic. dubitatis. col. iij. & Brun. qui latius ponit in suo solenni tractatu, in hac materia. col. j. & Fel. in c. quanto. col. j. ad fi. de praesumpt. ex quorum omnium dictis habes quod dicitur signum, siue de demonstratio adminiculum delicti, vel alterius rei de quo vel de qua quaeritur, & est adminiculum siue pars probationis quam lex interdum appellat indicium, interdum argumentum, interdum suspicionem, interdum etiam probationem, vt per Brun. vbi supra.

3 Et adde quod interdum parum indicat, & tamen sufficit ad capturam, quia quilibet informatio sufficit, vt dixi in materia capturae, interdum etiam plus indicat, & sufficit ad inquirendum, vt supra dixi in materia inquisitionis: aliquando etiam multo magis adeo quod sufficit ad torturam, vt pariter dixi in materia inquisitionis, & aliquando etiam tantum indicat quod plene indicat, & sequi potest condemnatio. l. sciant cuncti. C. de probatio. vt proxime dixi, ad qua omnia vide Bartol. in l. admonendi, in quaestione quando dicatur plene probatum. ff. de iur. iurand. dum dicit quod ad perfectam probationem deuenitur per indicia siue argumenta leuia postea per fortiora, vt ibi per eum, ex cuius dictis habes quod indicium & argumentum pro eodem accipiuntur, & quot sunt gradus probationis. Secundum quaero quomodo probetur indicium, & dicitur probari per vnum testem, si deponit immediate de ipso delicto, sed si deponit de circumstantiis, & sic de indicio remoto requiruntur duo. Bartol. in l. fin. col. fina. ff. de quaestio. non tamen facit vnus testis qui de ipso maleficio deponat semiplenam probationem sed tantum indicium, ita glo. in l. cum probatio. ff. de probatio. Brun. vbi supra, col. ij. lat. in repetit. l. admonendi. col. j. chart. xx. vers. x. & Alex. consil. lxxxix. col. j. & ij. vol. ij. Atque ita ad torturam sufficit minus quam semiplena probatio, vt ibi, & per Bal. ij. volumi. consil. cclvj. in fine. & not. in consil. lxxvij. volum. iij. & consil. seq. & consil. cclxxij. col. ij. circa fi. & per Alex. in l. ij. §. j. in ij. col. ff. ex noxa. cau. aga. & ita teneo, quicquid dicat parum considerate Decius igitur sciat mihi in cap. tertio loco. ad fi. de proba. Et an indicium sit minus quam praesumptio vide Dec. vbi supra. Et an praesumptio sit maior semiplena probatione vide omnino glo. in l. fina. ff. de probatio. & Salice. in l. non epistolis. C. de probatio. Et sequendo propositum de teste qui non facit semiplenam probationem in criminalibus, sed solum indicium, Dic quod tamem requiritur vt sit omni exceptione maior. Barr. in l. maritus. ff. de quaestio. & alibi saepe, & dicit Bald. in consil. cclix. in primo volumine, quod talis testis debet esse

inuulnerabilis, & refert Caccialup. in repetit. l. admonendi. char. lxxij. col. ij. vers. vj. & ponit etiam Bald. consil. xlij. in fi. in v. & consil. cccxxvij. in tertio. & notabilis Alexand. consil. xj. circa princip. volumi. j. & consil. cclxxvij. col. ij. volumi. ij. & ij. volu. consil. xlj. col. penult. quod adeo verum est, vt licet in crimine lesa maiestatis specialiter sit inductum, vt infames & mulieres admittantur, vt per Bartol. in l. in quaestio. ff. ad legem Iul. maiesta. tamen non sunt omni exceptione maiores vt patet, & in cap. per tuas. de simo. & sic vnus solus ex eis non sufficeret, ita sentiunt Doctores clare, maxime Ange. in l. si quis alicui. C. ad legem Iul. maiesta. & ita probat ibi glo. si eam bene vides. & hoc consulendo tenet Alex. in d. consil. xj. in primo dubio, quod tamen quomodo intelligatur & torturae vbi tractabitur an sufficiat debilius indicium magis in vno casu quam in alio ad hunc effectum torturae. Secundum intellige quod requiritur quod sit omni exceptione maior, quando iudex debet iudicare secundum meros terminos iuris, scilicet si datu ei sit arbitrium in procedendo. Alexand. consil. lxxv. col. ij. volumi. j. & Dec. in c. tertio loco. col. fi. de probatio. & per Augusti. de Arim. ad Ange. in verbo, fama. dum loquitur Angel. de iudiciis & tortura. Aduertendum tamen est ad intelligentiam huius fallentiae, quod non sufficeret iudicem habere arbitrium in procedendo tantum, quia etiam arbitrium debet esse in ferendo sententiam ex quo probatio non est de processu, sed de decisoria, vt per Fel. in c. quod clericis. in fin. de foro comperen. & Areti. in cap. dilecti. de iudic. col. penult. vbi ita infert in terminis nostris post Bartol. & Bal. per eum allegatos, sic igitur ad hoc, vt arbitrium efficax sit datum necesse est, vt dicatur tam in procedendo quam in condemnando, & ita Bartol. in l. si in lege. in princ. ff. locati. Nec vnum horum aliud contineret, vt per Socin. consil. cxcv. col. ij. lat. in l. j. §. & post operis. col. ij. ff. de oper. noui nuntia. Et quod dictum est de iudice habente arbitrium multo magis locum habet in iudice qui possit procedere sola facti veritate attenda, quia eo in casu probationes minus concludentes, & etiam verisimilitudines sufficiunt, vt per Dec. in d. c. dilecti. & Areti. consil. lxxxij. & ideò coram principe & Senatu, caueat reus a talibus iudiciis & testibus quae etiam secundum meros terminos iuris non sufficerent ad torturam per notata a Decio consilio xj. col. fi. Tertio fallit praedicta conclusio

14 quod vbi testis non omnino integer coadiuuaretur alio adminiculo per notata a Bal. & Modetnis in l. si quis ex argentariis. §. primo. ff. de eden. & ibi lat. col. v. Roma. consil. ccc. l. j. Alexand. consil. v. & xlj. in ij. volu. & consil. xj. in primo. & Cepo. consil. xl. & Ange. consil. iij. Quarto intellige vt procedat in teste deponente circa ipsum maleficio, scilicet si deponeret circa circumstantias, & remota: quia tunc non requiritur, vt sit omni exceptione maior, vt per Brun. char. j. col. m. ij. circa fi. vbi vide Bal. in dicto consilio cccxxxvij. in tertio. Soci. consilio liij. col. m. iij. vers. praeerea. & ij. volumi. iij. post Bartol. & Bal. vt per eum. sed tamen videtur dicendum totum oppositum, quia videmus quod ad probandum crimen lesa maiestatis etiam inhabiles sufficiunt, dummodo non sint inimici capitales, & tamen ad probanda adminicula debent esse integri secundum Bartolum in dicta l. in quaestio. ff. ad legem Iuliam maiesta. ex quo etiam infertur, vt licet ad probandam defensionem non sufficiant testes minus integri, vt dicam infra sub titu. de defensionibus

sonibus reorum, & defensio. impug. post Iason. in l. vt vim. columna secunda. ff. de iustitia & iure. Tamen hoc procedat quando probatur defensio immediata, scilicet si esset mediata, pura, si probaretur absentia a loco delicti, patebit solutio infra in titu. de fauorib. de defensionibus. Quinto dic, quod testis omni exceptione maior facit indicium ad torturam, nisi alia coniectura repugnet secundum Baldum, in l. secunda. Ci. quorum appell. non recip. & l. san. Andr. in cap. cum in contemplatione. de regulis iuris. in vj. in nouella. & magna coniectura est in contrarium, quando non est verisimile id quod dicit, vt declarat Angelus in l. milites. per illam l. C. de quaestio. dando exemplum, quando furti argueretur magni nominis mercator, & ponit Brun. vbi supra. columna prima, in principio & in fin. & facit quae supra dixi de confessione non verisimili, sub rubrica de confessionibus. vnde dicit Bald. volumi. v. consilio ccccxxv. versus finem quod ad hoc vt indicia sint ad torturam sufficientia requiritur, vt sint verisimilia & probabiliter concludant. Et quia supra dixi quod ad probandum indicium remorum requiruntur duo testes, post Bartolum in l. fina. in fine. ff. de quaestio. qui allegat vulgaram glo. in l. fin. C. familiaris. Dic quod haec conclusio est verisimilis, vt per Salice. in l. fin. in ij. quaestione. C. de quaestio. nibus. Alexand. consil. v. col. ij. in fi. volumi. & alibi saepe. Ange. Areti. in verbo, fama. vbi supra. Brunus etiam vbi supra. lat. in l. admonendi, in repetit. charta xxj. ff. de iur. iurand. & Hippoly. in l. j. §. item Cornelio. & in l. vnus §. testes. ff. de quaestio. & eam in tellige vt procedat non solum quo ad probandum indicium valde propinquum quod sufficeret ad torturam, vt videtur sentire Iaso. vbi supra, sed etiam quo ad aliud multum remotum iuxta dicta Bartol. in dicta l. fina. ff. de quaestio. vers. sic. sed quaero verum, & sic etiam si indicium sit ad formandum inquisitionem tantummodo sufficiens, ita volunt Doctores, si eos diligenter inspicias, & maxime Bald. in dicta l. fina. in fi. familiaris. cum allegat Innocen. & Bartol. in d. l. fina. vers. quaero generaliter. iunctis proximè dictis per eum dum loquutus est de iudiciis multum remotis. Vnde infero quod vnus testis super indicio remoto non facit qualequale indicium, quia omne indicium debet probari per duos testes, & ita refert Alex. consilio clxxx. columna secunda, volumine secundo.

20 vnde notabilis infert quod duo testes deponentes de duobus iudiciis remotis non coniunguntur ad faciendum vnum indicium perfectum, & ita latet per Hippolytum in l. vnus §. testes. ff. de quaestio. Et

21 ideò etiam duo testes de auditu singulares, quia audi uissent a diuersis personis non coniunguntur ad faciendum indicium. Alexander consilio lxxxij. col. m. ij. volumine primo, vers. praeerea. Fulgo. consilio clxxxij. col. m. ij. contra tamen id quod dixi de duobus testibus singularibus deponentibus super diuersis iudiciis remotis, tenet Alexander consilio lxxvij. in fin. in primo volumi. sed verius est quod supra dixi, & omnino vide ad hoc Alexand. in dicto consilio clxxx. & facit quod dicit idem Alexand. consilio lxxvij. col. vlt. volum. iij. de duobus deponentibus super duabus confessionibus singulariter qui non coniunguntur, & idem Alexand. consil. x. col. m. ij. volu. iij. & facit quod dicit Innocen. in c. scur. de verbo. signi.

22 quod & si leuia signa sufficiat ad praesumendum quae haereticum, tamen illa debet plene probari, refert Bald. hoc, & reputat notabile in l. in fi. C. de verb. signific. videtur distinguendum prout distinguit Brun. col. ij.

quod si sumus in iudiciis multum propinquis resulet indicium ad torturam ex duobus singularibus, alias non. Sed haec opinio est falsa si consideres Doctores vbi supra, & maxime si diligenter videas Bar. in d. l. fin. iunctis praecedentibus, ibi enim declarat quae essent indicia propinqua, & quae remota, & tamen dixit quod ea omnia exigunt duo testes coeales, nec Bart. impugnant aliqui Doctores, & ita etiam Fel. in cap. cum causam. col. m. pen. de testib. Fateor quod quando de essent testes multum notabiles quod tunc inclinare deberent iudicem non solum ad torturam in se rendam, sed etiam ad condemnationem iuxta d. Pau. de Castr. in materia testium singularium in l. Lucius. ff. de his, qui not. infra. & not. per Modernos in ea materia in l. admonendi. ff. de iur. iur. loquitur de iure, nescio tamen quid facerem in practica, quando viderem duos testes, non dico probare admodum qualitate, sed communes duntaxat qui deponerent etiam singulariter de iudiciis multum propinquis, maxime quia materia est, multum arbitraria, vt inferius dicam. Non est tamen dubitandum quin saltem posset reus terretur, quia iudices quando habent vehementem opinionem quod aliquis sit reus ex multis circumstantiis extra processum, licet in processu non habeant indicium omnino sufficiens, tamen possunt terretur per d. Bal. in l. j. C. quor. app. non recip. refert & sequitur Put. char. 93. col. vlt. vers. sequitur modo. & ponit Hippoly. in l. de minore in prin. ff. de quaest. co. iij. & seq. & Bru. char. 2. col. ij. circa prin. & licet sit terror hic quadam tortura non tamen habetur pro tortura, sicut dicimus de leui febre, vt per Doc. vbi supra, vide plura de hoc in tractatu de minimis. chart. 2. col. iij. & ideò licet iudex teneatur in syndacatu quando torquet immoderate reum & moritur, vel torquet vbi torquere non potest, vt per Bart. & alios in l. quaestio. ff. de quaest. vbi vide Hippoly. pen. & vlti. col. tamen non teneretur si decederet ex tali terrore, quia iudex potest ita terretur fingere quod velit torquere, & non facit actum illicitum, vt per Bart. in l. de minore. ff. de quaestio. in §. plurimum. & supra dixi in materia examinum, sed difficultas est videre qualis esse debeat hic terror, quia vbi talis esset quod diceretur tortura essemus in regula quod a quaestio. inchoandum non est, Dic

27 quod vincire & eleuare non est leuis tortura secundum Bartolum in l. prima §. diuus. Seuerus. ff. de quaestio. & Baldus etiam in dicta l. secunda, dum rationem hanc allegat quod iudex debet se ostendere terribilem loquitur de solo terrore vultus, dicam etiam aliquid infra, vbi in specie ponam post materiam in d. ciorum de ipsa tortura solum, id tamen quod dictum est, vt duo testes requiratur ad probandum indicium remorum non videtur procedere quantum ad hoc, vt quis inueniatur mendax, quod etiam Bartol. connumerat inter indicia ad torturam in l. fina. columna

29 ij. ff. de quaest. quia vnus testis si sit dignior videtur sufficere per dicta Bart. in l. vnus §. testes. ff. de quaest. sed dic vt in proxima quaestione quae est iij. principalis. vbi ponam in specie de indicio mendacii. Tertio quaero quomodo iudex debeat cognoscere an indicium sit tale, vt sufficiat ad torturam, & an sufficiat vnum, vel requirantur plura, Docto. dicunt quod hoc relinquatur arbitrio iudicis per l. iij. vers. tu magis scire debes. ff. de testi. sunt enim probationes arbitrariae, vt per Bar. in l. admonendi. ff. de iur. iur. in eo articulo qualiter iudex ad credulitate deducatur, ad quod omnino est videndus Pau. de Castr. in d. l. Lucius. ff. de his qui notan. infra. vbi dicit ad idem in d. l. admonendi.

31 nendi. † quod etiam iudex potest fidem dare testibus singularibus ex aliqua causa, & ponunt Moderni in d. l. admonendi. Notes tamē semper quod facit Bart. in d. l. Lucius. vbi dicit hoc tamen confuso facit edum ex causa, ita quod appareat, ne postea teneatur ad syndicarum, & ita Feli. in c. cum venissent. col. ij. extra de testib. & Dec. in c. ex literis. de probatio. col. ij. licet igitur res sit arbitraria, an quis sit ponendus ad torturam, vt dicit etiam Bart. in l. fin. col. ij. ff. de question. & Bal. consil. xcv. circa medium. vol. ij. & consil. col. ix. col. ij. vol. ij. & Cepol. consil. xl. col. vij. & ponunt Dōctores in l. fin. c. de quaestio. Tamen † iudex illud debet arbitrari ex causa, & sic neque ex leui indicio, quia arbitrium habet, debet torquere reum, neque ex fortiori remittere torturam, sed arbitrium in hoc consistit quod

32 iudex non habet certam regulam, quia lex solum dicit quod non est ad tormentis inchoandum, nisi praecedant argumenta verisimilia, probabiliaque, vt l. milites. §. prim. cum similib. C. de probat. Debet igitur

33 considerare, † an indicium sit verisimile, probabileque prout est, quando indicium est de re ipsa probatum per vnum testem omni exceptione maiore intelligendo, vt supra dixi in praecedenti articulo. Item in intelligendo nisi essemus in clerico, qui non posset torqueri ex dicto talis testis: nisi infamia praecederet. Doctores communiter in capi. primo. de depof. Alex. in d. l. fin. de quaestio. in versu. veniamus. las. in l. magistratibus. ff. de iurisd. omn. iudic. & Aret. in cetero loco. in fi. & est communis opinio reprobata opinione Abb. in d. c. j. & vide notabiliter per Deci. in c. at si clerici. in primo. de iudic. in iij. limita. Aliud est

34 indicium probabile verisimileque, & sic ad torturam sufficiens quando reus reperitur mendax. l. vnus. §. testis. ff. de quaestio. c. literas. de praesumptio. Bart. in d. l. fin. col. ij. Feli. in d. c. licet. col. ij. Anchar. consil. c. lxxvij. & Pute. in tractatu suo syndica. char. lxxij. col. ij. versu. viso de iudic. & ibi habes quod aliud est quando vnus testis deposuit pro mendace vel aliud indicium ad eius fauorem militat. Nam vna praesumptio tollit aliam. l. diuus. ff. de in integ. restitut. & dicam in articulo sequenti, quomodo elidi possint indicia, & tale mendacium debet esse circa pertinentia sicut dicimus de variatione, iuxta notata per Bartol. in l. eos. colum. pen. ff. de fals. & per Put. vbi supra, chart. lxxij. colum. ij. Bart. tamen non dicit quod faciat indicium ad torturam in dicta l. fina. sed illud sentit dū dicit facere maximam praesumptionem iunctis sequentibus, dum postea tangit, vbi vult quod sufficiat vnum si sit vrgens. Cū ergo velit vt sit maxima praesumptio mendacium, sequitur expressē quod vult etiam vt sufficiat ad torturam, & ita clarē intelligit & tenet Roman. in consilio suo vulgarissimo ad hoc quod est centesimum, & Brunus vbi supra, chart. iij. Alexand. vero in consilio lxxvij. volumi. j. hoc non explicat, sed dicit quod facit indicium, & similiter Anchar. in dicto consilio c. lxxvij. Feli. vero intelligit Barto. quod ad indicium ad torturam in dicto cap. literas. & ita videt semper illud dictum interpretari quicquid dubitet Put. vbi supra, & Roman. etiam sequitur Augustin. de Arimi. in verbo. sam. super quaestione, an vnus indicium sufficiat, vel plura requirantur, & ita etiam Bartol. consilio xliij. columna quarta, volumine primo. faciunt quae scribit Alberic. in dictionario suo, in verbo mendacium, & Firmia in eodem verbo, & Soci consilio xv. col. v. Sed difficultas est quomodo probetur

37 tale mendacium, † an sufficiat vnus testis, vel requi-

rantur duo, & videtur vnus sufficere si dignior sit, per d. eum Bart. in dicto §. testes. in contrarium videtur esse in l. fin. c. de quaestio. & quae supra dixi in proximo praecedenti articulo, quomodo probetur indicium, & ad dictum Bart. potest responderi quod loquitur in teste quod ex huiusmodi dicit nihil scire, & non inuit fuisse negotios, & ideo vnus dicitur contra eum debet sufficere, quia deponit super falsitate contra eum negationem, & sic vnus dicitur de se ipsa non inuenire, & illud vnus casu de mendacio nihil aliud est, nisi conuincere de falsitate, igitur vnus sufficit si sit omni exceptione maior, & aliter dicitur Aliter data eosum paritate, verumque dicitur non suaderetur, vt sentit clarē Barto. in dicto §. testes, pro quo, facit quod Bart. ponit in l. de minore. §. plurimum. columna vj. versu. quarto quid si probata. ff. de quaestio. & quod dicit Aretin. consil. xij. colum. x. & Alexan. consil. lxx. col. ij. vol. ij. de vno teste qui altero non radicit, quicquid videatur velle Aret. in consilio lxxij. colum. v. Conclusio igitur est hac declarando Barto: sicut dixi quod respectu rei vnus testis contra eum non sufficit, nisi deponeret de eo quod immediate faceret ipsum delinquentem. Et ideo si reus diceret, Non transui, per illam plateam, vbi Titius fuit occisus, & testis contrarium deponeret, non probaretur mendacium. Aduerte tamē quia in contrarium, quod imo vnus testis sufficit ad mendacium ostendendum allegatur Alexan. consil. lxxvij. columna ij. versu. nec ad hoc obstat. volumi. j. Sed dicit, quod loquitur primo quando testis non tractat de commodo suo, sicut facit pars contra quam deponit, quae ad sui exonerationem loquitur. Secundum quando dicit testis id quod sibi factum fuit, ibi enim deponit quod Ser Andreas sibi dederat quandam notam, quo casu etiam fuit opinio quod tali testi esset credendum, vt per las. in l. admonendi. ff. de iure iuran. in sectura: charta antepenultima, columna tertia, & in l. prima. C. de summa Trinitate & fide catholica. in penulti. colum. quae opinio eo magis procederet quando persona testis esset probatae qualitate, iuxta dictū Pauli de Castro in l. Lucius. ff. de his, qui notant. infra, & in dicta l. admonendi. quae qualitate cessante facile esset substinere contrarium contra opinionem Alexand. quod imo vnus non sufficit licet concurrant requisita de quibus supra, quia communis opinio est, quod etiam vni non credatur, dato quod deponat de eo quod ipse fecit & non tractet de aliquo suo commo, vt dicam infra post publicationem processus.

38 Aliud indicium probabile verisimileque est, & sic ad torturam sufficiens quando quis trepidat, balbutit, & variat, quo casu iudex debet talem sermonem in actis scribi facere, quia sibi non crederetur. capit. quoniam contra de probatio. & hoc erit sufficiens ad torturam, etiam sine aliis indicis. Barto. in dicto §. plurimum. in j. colum. Ange. in verbo. fama publica. char. xxij. versu. nono quareo: Put. char. lxxij. colum. j. & ij. vbi tamen in vtranque partem allegat: tamen practica ita seruat vbi circa substantialia cadit variatio. Sed aduert

39 te ad aliqua. Primum quod pars varians, licet torquetur tamen non potest puniri de falso per decisionem Alexand. in l. j. ff. de bon. eor. qui mort. sibi consciue. habetur in cap. j. de rebus cogen. & per Put. vbi supra, colum. ij. & dixi aliquando supra in materia examinationis. Secundum aduertet, quia Barto in dicto §. plurimum. loquitur copulatiue quod debeant intervenire trepidatio, & variatio, & ita videtur loqui text. in dicto §. plurimum. Angelus vero vbi supra, expressē vult vt sola variatio sufficiat, & ita practicer, quod

quod etiam vult Barto. in l. vnus. §. reus. in fine. ff. de quaestio. & Put. charta 91. versu. fin. & columna sequent. vsque ad finem. & satis hoc constat ex notatis in l. repen. ff. de quaestio. dicam infra in decima quaestione principa. vbi late an variatio sufficiat ad torturam, & quomodo intelligatur, & quid differat a variatione, & hoc quo ad variationem, † quo vero ad trepidationem, & pallorem vultus crederem hac esse multum arbitraria, & considerandum esse qualitatem personarum: sunt enim aliqui ita timidi, vt quāprimū videant se ante latrūcatorem, maxime qui sit solus vti seueritate, prout faciebat Buserus, prae nimio timore immingant, iuxta illud Iuuenalis Saty. 14.

Cuius ad effigiem non tantum meiere fas est, &c.

Et refert Paris vbi supra talē vidisse. sunt etiam aliqui ita de proprio honore, & eius conseruatione solliciti, vt cū primū se videant in carceribus, nihil aliud agitent, nisi quam labem sit ipsis ea incarceration allatura, & quae futura sit hominum opinio de eis ob suspicionem criminis pro quo detenti sunt, atque ita perditis se, re sensibus delirant & videntur semistulti, & tamen erunt innocentes. iudex igitur debet animaduertere qualis sit persona, & ita in effectu tenet Baldus in l. presbyteri. columna secunda in principi. C. de episcop. & cleri. & Brun. char. iij. colum. vlti. Nec loquitur Bal. de variatione, sed de mutatione vultus.

42 & trepidatione † quae trepidatio nihil aliud est, quam quando deponit dubitando, trepidando, vel sudando. Aliud indicium probabile verisimileque est, quando reus extrajudicialiter confessus est, vel coram iudice incompetente id de quo quaeritur secundum Bal. Anglum & Modernos in l. magistratibus. ff. de iurisd. omnium iudicum, & glo. in l. capite quinto. ff. de adult. r. vbi Bart. in dicta l. magistratibus. vbi facit regulam & fallentias. Put. omnino, chart. viij. col. vlti. Feli. in cap. olim. col. ij. & sequent. de rescrip. vbi declarat & limitat, & eundem in c. at si clerici. in prin. columna quarta. & sequentibus. de iudic. vbi omnino vide Aretin. & Dec. & Corn. primo volumi. consil. xl. colum. vj. & vide Ange. in gl. nec non ad denuntiam. versu. quareo in confessione facta, & ibi in apostillis. & talis confitens cogitur perferre per torturam sicut dixi, siue reuocet, siue non, vt supra lae posui in titulo de confessis. vbi etiam aliqua notanda dixi circa hoc.

44 Aliud indicium verisimile, probabileque est quando quis minatus fuit velle delictum illud committere, quod postea fuit perpetratum, si tamen minatus sit homo male conditionis, in eodem genere mali, & solitus mittere minas executioni, haec est communis opinio Doctorum in l. metum. per glo. ibi. C. quod met. caus. & in l. ff. de heredi. instituen. & per las. in l. si super. C. de transactionib. & omnes criminalistas in suis tractatibus, & fundamentum in effectu est super l. vnica. C. si quis Imperatori maledixerit. vt ibi ex personis hominum dicta pensamus, & vide omnino Put. in charta lxxij. columna tertia. versu. & an si quis, vbi ponit casum cuiusdam mulieris, quae cū esset ad fenestram, & videret inimicum suum, dixit alta voce. Faciam vt breui tibi crura incidantur, quod audiens quidam inimicus illius, contra quem prolatae fuerunt minae, cogitauit eum grauiter percutere sub spe quod iam dicta mulier esset infamata, atque ita cogitationem res ipsa coprobauit. Na dicta mulier fuit capta & tortura, & confessa, & tandem morti tradita, licet esset innocens & ideo in effectu ipse Put. vult hoc esse arbitrium iudici dicens post Bal. per eum allegatum, quod

oculus iudicis praestat arbitrium ad torturam: quae opinio non differt a communis secundum quam etiam iudex habet considerare qualitatem personae, & vt supra dixi, & in hoc versatur arbitrium eius. Et ex his infero quod si testis antequam testimonium perhiberet minatus sit dicere falsum contra aliquem, nisi sibi darentur nonnulla pecuniae, & postea deposuerit, tamen ex hoc solo non est arbitrandum resultare contra tellem indicium falsi sufficiens ad torturam, & ita Alexand. consilio lxxix. columna secunda. versu. praeterea. in ij. volumi. vbi adducit vltra praedicta carmen illud.

Sape minus faciunt homines &c.

Quem etiam adducunt alij supra allegati, Est tamen suspectus hic testis, & ei non crederetur. l. in bemus. C. de probationibus. cum vulgaribus, † & ad praedictam materiam minatur, vide Aretinum in capi. tertio loco.

47 de probationibus. columna an repenultri. Aliud indicium probabile, verisimileque, & sic sufficiens ad torturam videtur esse inimicitia capitalis secundum Decium in consilio clxxxix. columna nona. Feli. in cap. asserere. columna vltima. de praesumptionibus & ita in effectu Brun. charta iij. columna vltima. allegat Bartolum in l. fina. ff. de quaestio. Specula. & Roma. vt per eum Hoc tamen nequaquam puto verum, vt hoc solum sufficiat ad torturam, & assumo mihi Bartol. in dicta l. finali. vbi in versu veniamus, dicit se velle ponere indicia ad torturam dādo eam doctrinam quam potest quod facit vsque ad versu. sed quareo. in quo ostendit quod superius noluit praecise determinare omnia indicia per eum supra posita esse sufficientia ad torturam, sed quod tantum erant indicia siue signa maleficij, & ideo decidendo in eo versiculo. Sed quareo suam principalem quaestionem consistentem in ostendendo quae essent sufficientia ad torturam, dicit quod indicium multum propinquo sufficit ad torturam, sed remotum solum non sufficit, nisi cum alio adiuncto, nec in indicio multum propinquo ponit Bartolus inimicitiam capitale, & si poneret leuiter loqueretur contra suum solium, quis enim dubitat quin indicium inimicitiae sit remotum? & eo maxime, quia potest quis habere centum inimicos quos nemo sciet, praeter eum ipsum qui offendit, imo etiam ipse interdum decipitur, putans aliquem sibi esse amicum, & erit inimicus vt experientia docet. Dicant igitur multi Doctores quicquid velint de quibus supra, & alij vt per Puteum charta nonagesima, columna tertia, in fine. & Angelus in lege finali. C. de quaestio. Hae est veritas, & ita etiam tenet Gaudinus, quem sequitur Augustinus de Arimi. ad Angelum in verbo, fama, & ita practicer, & si aliter diceremus esset in facultate cuiusvis mali hominis facere, vt inimicus suus torqueretur offendendo eius inimicos. Fateor quod multum operatur in coadiuandis etiam indicis debilibus, sed vt sola operetur hoc non arbitror verum, imo si essem iudex, & tantum suspicio criminis contra aliquem oriretur propter nudam inimicitiam, non formarem inquisitionem contra eum, verum examinarem, si compareret, vel etiam eum detinerem vbi aliter haberi non posset. Ad quod vltimum etiam plurimum est aduertendum, ne aliquando sequeretur infamia contra virum aliam bonae famae. Et pro intelligentia aduert

48 te † quod hoc indicium inimicitiae non est generale in omnibus delictis. Nam tantum procedit in his, quae sunt in alterius iniuriam, vt sunt homicidia, vulnera & similia, non autem in his quae sunt

ad

ad commodum facientis vt rapina, furtum, raptus, fallum, & similia, ita Bartolus in l. repeti. §. primo. ff. de quaestioib. & in l. licitatio. §. quod illicitè. ff. de pu-
 49 blica. Aliud iudicium verisimile probabileque resul-
 tat contra fugientem antequam accusetur de delicto
 vel inquiratur, & antequam comminetur sibi hæc
 vel alterum eorum. Hæc est communis opinio vt per
 Iasonem in repetitio. l. admonendi ff. de iureiurando.
 charta xvij. columna iij. & sequentib. vbi ferè facit tra-
 ctatum de fuga, & quia etiam alij ibi latissimè loquun-
 50 tur de hoc vltimus non me extendo. Aliud iudiciũ,
 vt supra videtur esse in homicidio quando reperiun-
 tur plures in eadem domo in qua inuenitur homo in
 terfectus, vt licet ignoretur quis occiderit, & propter
 eã sint omnes absoluedi, iuxta notata per Bartolum
 in l. fina. columna tertia. ff. de scariis. Alexand. consilio
 xv. in primo volumi. consilio xiiij. columna tertia, &
 consilio xlvj. volumine iij. & alibi sæpè per Doctores.
 Tamen possunt omnes tot queri ad veritatem eru-
 dam, ita Angelus post Doctores per eum allegatos in
 verbo, fama publica, charta xx. colum. iij. versicu. quid
 autem si sint quinque, sequitur Hippoly. in l. j. in prin-
 cip. charta iij. colum. vltima. ff. de quaestioibus. post
 Salice. in l. fina. C. de quaestioibus. colum. vltima. &
 Iserniam qui etiam hoc sentit in capitu. j. §. publici la-
 trones. ad fin. de pace tenenda. intellige tamen quan-
 do omnes sunt malæ famæ, aliàs ille solus qui malè
 audit torquetur, ita Salicet. in l. fina. C. de quaestio.
 & sequitur Decius in l. fauorabiliores. ff. de noxa. iur.
 loquitur quando solum militaret iudicium quod ibi
 reperti essent, secus si alia, & à quo esset inchoandum,
 vide Augustinum ad Angelum vbi supra. & Hippoly-
 51 rum in dicta l. prima. vbi supra. Aliud iudicium, vt su-
 præ, etiam videtur esse in homicidio quando reperi-
 tur aliquis mortuus, iuxta domum alterius. Bartol. in
 l. ij. ff. de via publ. Sed hoc intellige vt procedat tan-
 tumcũ alio adiuncto, ne esset in facultate inimici, &c.
 & vt dixi supra circa iudicium inimicitie, & ad hoc al-
 legato Barto. in dicta l. fina. ponderando eius verba, &
 deducendo sicuti circa iudicium inimicitie fecimus,
 & ita Angelus in eo verbo, fama. & ibi idem Augusti-
 nus quem vide, quia allegat alia, & idem tenet quan-
 do reperitur quod quis multum frequentauerit viam
 in qua repertus est homo mortuus, & bene propter
 doctrinam Bartoli in dicta l. fi. quam sequuntur Ab-
 bas & communiter Doct. in c. tertio loco. de prob.
 & ita intelligo Alexand. in eadem l. fi. in gloss. quæ in-
 cipit. l. capite quinto. Parum igitur caute loquutus est
 Areti. in dicto capite tertio loco. qui simpliciter sequu-
 tus est Bart. in dicta l. ij. intelligo tamen hoc iudicium
 ita declaratum, vt procedat quando reperitur mul-
 rum contiguus domui, aliàs non, vt declarat Put. char-
 ta lxxxj. colum. iij. versicu. si quis est iuuentus, intelli-
 go etiam quando aliàs reus aptus esset ad committen-
 dum illud maleficium, vt per Alexand. consilio v. co-
 52 lumna quarta, volumi. j. & de eo qui inuenitur in iti-
 nere iuxta locum delicti, vide Bald. & Modernos in c.
 proposuisti. de appellationib. & Feli. in cap. præterea;
 de testibus. Aliud iudicium probabile, verisimileque
 videtur in furto quando erat vicinus, & habebat no-
 ram domum, quia ibi conuersabatur. l. dominus hor-
 reorum. ff. loc. Barto. ibi. & in d. l. fi. per Put. chart. 90.
 col. ij. & Roma. consi. viij. colum. ij. sed intellige quan-
 do esset malæ vitæ, aliàs non. Bal. in d. l. dominus hor-
 reorum. Iaf. in l. in actionibus. colum. pen. ff. de in lit.
 iurand. & in l. quando. columna octaua. circa finem.
 C. vnde vi. & Bartolus met in dicta l. fina. colum. pen.

requirit hæc duo, vt in domo conuerteretur, & sit ma-
 53 lus. & vide omnino Brun. charta ij. colum. ij. qui dicit
 quod saltem omnes possunt terri. Aliud iudicium,
 vt supra, in furto resultat contra famulum sine licen-
 tia domini recedentem, vt per Brun. vbi supra. char. ij.
 columna ij. circa finem. & credo eum verè loquitur
 quia fuga sola sufficit in genere, in omni delicto secun-
 dum communem opinionem, vt dixi supra, tum quia
 præsumitur contra familiares, maximè tales fugien-
 tes per id quod in proximo præcedenti iudicio dixi,
 & facit quod Doctores dicunt de officiali fugiente
 ante syndicum, vt per Iaf. in d. l. admonendi. in mate-
 54 ria fugæ. imò amplius videtur quod hæc fuga famu-
 li plenè probet furtum, ad eò quod rem faciat mani-
 festam. gloss. in §. si verò etiam quidam, in authentica
 de exhib. reis. & clarè vult hoc Barto. in l. si quis ex ar-
 gentariis. in §. j. ff. de edendo. & in l. si quando. C. vnde
 vi. loquitur tamen Barto. vbi ciuilitè agitur, vt etiam
 expressè Hippolytus in l. de minore. §. plurimum. ff.
 de quaestioibus. charta xlv. versicu. item pro prædi-
 ctis. & super hæc ratione est fundatum statutum no-
 strum Mediolani sub rubrica qualiter domicellus vel
 familiaris teneatur pro furto vel rebus subtractis, vbi
 statutum stat iuramento domini, famulo absque licen-
 tia recedente, & sic esset probandum & quod ille ef-
 fer famulus. l. diuus. vbi Barto. de testamen. milita. & l.
 si quando. vbi Iaso. C. vnde vi. & quod esset famulus
 tempore recessus, quia qualitas adiecta verbo, &c.
 per regulam l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxa. &
 aduerte, quia si fuga sufficit in ciuili: ergo in crimina-
 li sine dubio facit iudicium ad torturam, ita Barto. in
 l. fina. ff. de in lit. iuran. Aliud iudicium vt supra, in fur-
 55 to est, quod quando reperitur res furto subtrahita penes
 aliquem. Barto. in dicta l. fina. in versicu. sed quæro. cir-
 ca finem. & hoc si etiam est homo malæ vocis, in eo-
 dem mali genere, vt per Alexandrum in consilio v. in
 primo. & Doctores maximè Bald. & Imolan in l. fi. ff.
 de heredib. in istuen nisi ostendat à quo habuit. Cæ-
 terum si ostendat hoc elidit iudicium. glo. in l. inci-
 uilem. C. de furt. & Barto. in d. l. fina. & Ang. in verbo,
 vestem caelestem. in quaestione, quæro an eo ipso. &
 vt intelligas in d. l. inciuilem. ponitur quaestio, quan-
 do non apparet de titulo, & sic non docetur author,
 ita proprie Bal. ibi format quaestioem. & in dicta l. fi.
 & eo casu præsumitur furtum per illum factum alio
 auctore non ostenso, si tamen sit malæ famæ, vt di-
 ctum est, nec solum sufficit quod non doceat aucto-
 rem vt volebat Placentinus in eadem l. inciuilem. ve-
 rum etiam requiritur quod sit malæ famæ, sed si post-
 ea ostendat auctorem tollitur suspicio. l. maiorem. C.
 de falsis. & l. ciuile. C. de fur. & Barto. in d. l. fina. & Do-
 ctiores supra, & Brun. char. ij. colum. iij. versicu. item si
 post. vnde in effectu paria sunt quo ad euitandam tor-
 turam, vel quod sit bonæ famæ, licet non ostendat à
 quo habuerit, vel etiam sit malæ, & ostendat à quo.
 Nam quando est bonæ famæ, & interrogatur à quo
 habuerit, & dicit quod non cognoscit emptorem
 non incidit in suspensionem, quia tollitur per bonam
 famam, & ei creditur maximè cum iuramento, & vi-
 de Anan. in cap. qui cum fure. colum. ij. extrà, de furt.
 versu. quæro vltimus. & omnino Salicetum in d. l. fin.
 C. de quaest. vbi dicit debere attendi qualitatem per-
 sonæ, vt si sit bonæ famæ & emptor vestium attrita-
 rum postea pluris vendat, vt sunt hi quos ipse straza-
 rolos, nos vulgò paterios appellamus, qui ab ignoto
 consueuerunt emere, tunc licet dicat nescire venditro-
 rem, tamen non fit iudicium aduersus eum, quia hoc
 casu

casu ei creditur, & ita expressè sentit vt non sufficiat
 quod sit bonæ famæ, nisi etiam persona sit eius condi-
 tionis cui verisimiliter sit credendum, ratione exerci-
 tij sui vt in dictis propolis siue paterijs dicimus. Do-
 ctiores tamen supra videntur, quod imò bona fama
 solum sufficit ad excludendum iudicium, licet nõ sit
 persona quæ soleat emere, vt postea vendat tales res.
 tamen puto quod Salic. optimè loquatur, & possit o-
 pinio eius cum aliis concordari, quia aut ille penes
 quem est res, qui non est propola dicit quod non co-
 gnoscit venditorem & creditur sibi propter eius bon-
 nam famam, aut dicit quod non recordatur quis sit, &
 tunc non crederem maximè si factum fuit recens, iux-
 ta glo. & Docto. in l. j. C. de ser. fugit. & consil. Areti.
 lxxj. colum. ij. facit dictum Bal. in l. presbyteri. C. de e-
 piscopo. & cler. De eo qui dicit non recordari id quod
 verisimiliter memoria retinet, & idè cum Salic. tenet
 Put. in tra. & syndic. char. lxxxj. col. iij. versic. si quis
 est inuenus: nã in hoc casu ita declarato bona fama
 non est sufficiens ad tollenda hæc duo iudicia, vide-
 licet quod res reperitur penes eum, & idem quod
 dicat non verisimiliter: forte tamen non oritur iudiciũ
 ad torturam per ea, quæ dicam infra in iij. quaestio.
 proximè sequenti, quomodo elidantur iudicia. Alia
 56 tamen præsumptio, quantumcumque debilis coadiu-
 uat ad torturam inferendam. Et hæc præsumptio, que
 oritur ex ea re reperta penes aliquem iuxta fama mala,
 aliquando etiam oritur absq. mala fama, vt si sit instru-
 mentum falsum, quo ille vtatur: quia eo ipso quod vtitur
 instrumento falso, nisi doceat à quo habuerit præsum-
 ptio est, quod ipse illud fecerit, vt declarat notabili-
 ter Anan. in dicto c. quicũ fure. col. ij. vbi vide omni-
 no, & vide Salic. & Bal. in d. l. maiorem. & Bald. dicit,
 nota ex hoc text. quod qui vtitur falso instrumento,
 præsumitur ipsum fecisse fieri, nisi nominet qui fieri
 fecerit, de quo etiam per Abb. in c. inter dilectos. in v.
 not. de excel. prelat. & Bal. in l. iudicemus. §. sanè. C. de
 sacrosanct. eccle. & Angel. in §. quia verò. & tertio in
 authen. de non alienan. Abb. in c. fina. de crimine falsi
 circa medium. Alexand. in l. si quis obreperit. ff. de fal-
 sis. Anan. in cap. ad falsarium. col. iij. de crimi. falsi.
 Salic. in l. si falsos. ad fin. vbi vide. C. de falsis. Alexan.
 j. volumi. consilio lxxvij. colum. ij. quod est repetitum
 volum. iij. consilio lxxij. & Decium consilio clxxv. col.
 iij. vbi vide. Et per prædictam conclusionem per di-
 ctam l. maiorem. habui in facto in quodam Papiensi,
 57 qui produxerat instrumentum falsum, & dicebatur
 quod nõ erat puniendus pœna corporali. ex quo nõ
 aderat statutum puniens producentem falsum instru-
 mentum, nec eo vtetem, iuxta statutum, quod Papiæ
 & alibi vt plurimum viget, quod nullus puniatur cor-
 poraliter, nisi lege municipali caueatur. Dixi ego,
 quod ex quo vtetur instrumento falso, erat præsum-
 ptio quod illud fecisset, vel fieri curasset, qui casus cõ-
 prehendebantur in statuto Papiensi. Aduerte tamen
 58 quia debet constare, quod qui arguitur, vñs fuerit
 instrumento falso, & quod esset falsum tempore vsus
 & productionis. Ita loquitur dicta l. maiorem. & Do-
 ctiores supra. Et idè si produceretur instrumentum,
 vel chirographum, quod reperiretur falsificatum, &
 non constaret, quod esset ita falsificatum tempore pro-
 ductionis, non essetum in ea. nec in terminis Docto-
 rum, nec posset accusari de vñs abstinendo. l. si falsos.
 C. de falsis. nec de confectioe, quod fecisset, vel fieri
 curasset: quia requiritur illa qualitas tempore vsus, vt
 dictum est. Et si dicas. Nos habemus aliam regulam,
 quod quando reperitur aliquid malè factum, præsu-

mitur ab eo factum, de cuius comodo tractatur. l.
 ij. §. si quis in suo. & ibi Alber. ff. ne quid in loco publi-
 co. Respondeo, quod etiam ibi textus requirit vñs, id
 est, quod postea aliquis vtatur illa re malè facta, ibi eũ
 enim videtur factum habere, qui vñs eius aquæ ha-
 beat. Et ad prædictam opinionem datur euidencia,
 quia potuit post productionem pars aduersans, vel al-
 lius inimicus, apponere manum ad falsificationem: &
 ideo in hoc essent examinandi notarij, an tempore
 productionis, &c. Item aduerte, quia videtur, quod
 cũ is, qui arguitur, doceat à quo habuit, sit excusatus
 etiam ab vsu: vt videtur voluisse Ange. in d. l. minorẽ.
 inferendo ad expendentem falsam monetam, & pon-
 derando textum & glossam ibi. & ita Barbar. consilio
 59 l. j. col. iij. & sequen. volumi. ij. sed verum non dicit, vt
 ponam infra in materia falsæ monetæ, & vt per Bal. &
 Salicet. in d. l. maiorem. quia non tenetur quidem de
 fabricatione, nec quia fieri fecerit, sed tamen non ex-
 cusatur ab vsu. Loquitur tamen Barbar. audacter, sed
 reuera inaduerter, & ex nimia animi affectione,
 quam habuit ad causam eius, pro quo consultuit. Et fa-
 60 cit, quod si familiaris meus aliquid committat delin-
 quẽdo, quod concernat vilitatem meam, id videtur
 fecisse mandato meo. Alexand. consilio lxx. colum. ij.
 volum. ij. de quo dicam infra in materia mandati ad
 occidendum quomodo præsumatur. Sed iuxta prædi-
 61 cta necessariò videndum est. An quando reperitur
 res furtiua penes aliquem, qui ostendit à quo habuit,
 vel etiam non ostendit, quia dicit ignorare hominẽ,
 iuxta dictam l. inciuilem, & tamen aliàs est bonæ fa-
 mæ, an licet non præsumatur, quod furto subtraxerit,
 falsè præsumatur quod sit conscius furti, id est, quod
 sciẽter emerit, ita vt teneatur furti. hæc est materia d.
 l. inciuilem. & ibi gl. vult ita præsumendum esse, si est
 solitus emere res furtiuas. Bartolus ibi addit debere
 considerari pretium, & an clam emerit, & ita Angel.
 in glossa fama publica. charta quadragesima secunda,
 columna vltima. post Imolan in l. finali. de hæredi-
 bus instituendis. vide Fulgo. consi. clxxv. colum. ij. &
 quicquid sit, vbi non concurrat alia sinistra opinio, fal-
 tem debet restitui res sine pretio, dicta l. inciuilem.
 quam legem limita vno modo notabiliter, vt per Ce-
 62 pollam cauto. xvij. & Firmian. in verbo, emptor rei
 furtiua. de qua tamen limitatione vide quæ dicam in-
 fra in titu. de furtis. & hoc procedit etiam in Iudæo
 accipiente rem alienam pignori, quam verisimiliter
 scit esse alienam, etiam stãte decreto, quod possit mu-
 tuare super rebus alienis, quia talis Iudæus tenetur
 restituere pignus illud liberè sine pretio. Ana. consil.
 lxx. per Alex. in l. feruus cuiusdam. ff. de condi. indebi.
 post Bald. ibi. De quo decreto vide Cremon. singulari
 lxxxj. & Feli. in c. causam quæ. col. viij. de testibus. &
 Iafon. in dicta l. feruus cuiusdam. Aliud iudicium, vt
 63 supra in materia furti, est quod quando reperitur illa res pe-
 nes te, quæ ad te pertinet, & cedit tuo comodo, pu-
 tà, si reperitur instrumentum obligationis, in quo mihi
 obligatus es ad centum penes te. Nam ex hoc solo, si
 allego quod furto subtraxisti, resultat contra te iudicium.
 ita optimè probat tex. in l. ij. §. ille autem nouissimus.
 C. de Latina liber. tollen. Barto. in d. l. fina. & vide tex.
 & ibi Alber. in d. l. ij. §. si quis in suo. ff. ne quid in loco
 publico. & vide Deci. in consilio clxxv. col. iij. Et ad-
 uerte, quia si reperitur penes te tale instrumentũ, res
 planè procedit, vt sit contra te furti præsumptio, nisi
 diceros quod ego spontè tibi dedissem. & ita loquitur
 text. in dicto §. ille autem. Nam concurrat duplex iu-
 diciũ: primò, quod reperitur penes te: secundo, quod
 cedit

cedit tuo commodo. Sed tamen Barro. in d.l. fina. & Doctores infinitis in locis allegatis eum, loquuntur quando non reperitur res, vel instrumentum: quia praesumptio est contra illum, ad cuius commodum credit. & ita clarius probat textus in dicto §. si quis in suo. & ibi vide Albericum. debet tamen continere solum commodum vnius. Ita praecise loquuntur Barro. & Doctores: alia ratione incertitudinis suspicio cessaret. l. duo sunt Titij ff. de testamen. tutel. Et primum indicium, quando reperitur penes te instrumentum vel alia res, qua agitur, credo, vt dixi, esse sufficiens ad torturam: secundum non, quia est indicium magis remotum, si bene consideres, iuxta ea, quae superius dixi, super indicio inimicitiae. Et ex his etiam infero, quod si reperiat mortuus aliquis, cui ego solus eram successurus, tamen contra me non oritur tanta praesumptio, quae sufficiat ad torturam, nisi aliis concurreribus, vt mala fama, vel inimicitia capitali. Aliud indicium, vt supra, & generale quo ad omnia delicta, Test fama multum vehemens. Barro. consilio excj. vbi tamen habeat originem ab honestis personis, vel aliis verisimilibus concurrentibus, vt per predictos, & Aretin. in dicto cap. cum oporteat. columna pen. & in cap. praeterea. in secundo notab. de testib. & Alexand. v. volumi. consilio. cl. columna vj. & statum arbitrio iudicis, an sit vehemens, vt per Bartolum & alios vbi supra: loquitur de fama in specie contra aliquem, quod commiserit delictum, non autem de mala opinione, quam de eo homines habent: quia illa solum coadiuuat aliud per se non sufficiens. Barro. in dicta l. fina. vers. sed quareo. per Bald. consilio lxxvij. in tertio volumi. & in cap. j. §. iniuria. columna ij. de pace iura. firman. & Gandin. in tit. quo, vel a quibus poss. fam. in cap. colum. ij. vers. sed pone quaestionem imo etiam quod haec mala opinio esset in eodem genere mali, adhuc non sufficeret, vt in dictis locis, & per Bartol. si illum bene vides, in dicta l. fi. colum. ij. Alexand. consilio v. columna ij. volumi. j. consilio xcij. columna ij. & iij. volumi. consilio. xiiij. circa tertiam columnam. Est verum, quod iuncta hac infamia cum fama in specie quae non sit fundata, vt supra, sufficeret ad torturam, per id quod dixi: & ita Gandi. vbi supra, in ea quaestione, sed pone quaestionem, quae saepe occurrit. Sequitur Bru. char. 4. columna j. vers. an fama. Et facit ad hoc, quod socius criminis etiam in causis specialibus non sufficit, sed iuncta hac infamia sufficeret; iuncta dicta Salic. in l. fin. C. de quaestioib. & qua dicam infra de opposi. contra processum post publica. Et facit etiam quod dixi supra de pluribus reperis in domo, in qua factum fuit homicidium: quia qui male audit, torquetur, post Salic. in d. l. fi. & Decium in l. fauorabiliores. ff. de reg. iur. Et patet in vicino domus, in qua commissum est furtum, vel in domestico ipsius domus: quia si male audiat, torquetur, vt dixi supra, iuxta nota in l. dominus horreorum. ff. loca. imo amplius non solum quo ad torturam operatur haec mala opinio, sed etiam quo ad condemnationem: quia facit vt interdum Senatus mittat ad terribes eum, quem alius non transfunderet, vel aliam poenam imponat, vt dixi late supra in materia inquisitionis, dum traetatur de indicio fame ad inquirendum: & plura etiam ibi posui quo ad bonam & malam famam. Aduerte tamen ad duo circa praedicta, primum quod numerus testium suppleret tot qualitates, quae requiruntur ad probandam famam, vt per Sociu. in tertio volu. consilio liiij. columna penultima & vlti. Secundum, quod mala opinio & fama mala non oritur ex eo, quod

aliqua schedula infamatoriae clam sint datae iudici vel principi, vt est text. in cap. inquisitionis. §. tertie dubitationis. & ibi Doctores, notant, maxime Marian. de accusationibus. Et ideo parum est curandum in ciuitate Romae de Pasquino. Posui haec pauca indicia ad cognitionem aliorum, quae infinita sunt, vt scias bene arbitrari, An & quando sufficiant ad torturam, Quam tamen cognitionem paucis ostendit Barro. in ca. l. fi. dicens, quod indicium ad hoc, vt sit sufficiens ad torturam, debet esse multum propinquum, aliter quod requiruntur saltem duo, quem sequuntur communiter Doctores ibi, & in locis supra allegatis, & in cap. tertio loco. de probationib. In dubio tamen potius esset iudicandum, vt indicium non esset sufficiens ad torturam, quam aliter, per regulam l. si de interpretatione. ff. de pœnis. & ita Ange. in l. ij. in fine. C. de quaestioib. nisi magnitudo delicti faceret nos recedere a regula, iuxta dictum notabile Abb. in cap. at si clerici. in vltimis verbis principij. de iudic. De quo vltimo vide infra in septima quaestio. vbi quaeram, an aliquo casu minus legitimum indicium sufficiat ad torturam: vide duo alia miranda indicia ad cognoscendum homicidium relata per me infra in tit. de homicidio. videlicet quando exit sanguis e vulnere occisi, vel e naribus, aut ore suffocati ad praesentiam homicidae. ibi vide. Quareo quareo, tan indiciorum copia sit indistincte danda reo ante torturam? Barro. dicit simpliciter debere dari, quia super indicis est disputandum, in l. fina. penultima quaestione. ff. de quaestioib. Sic Angel. in verbo, fama publica. columna tertia, versic. item aduertas. Cepol. consil. lxxvj. in secunda colum. in fine. & consilio lxx. Alexan. consil. lxxvij. in primo, & consilio iij. in secundo volumi. & per Brun. in sexta quaestione principij. notatur in l. ij. C. de edendo. & in cap. qualiter. el secundo §. debet. & in cap. cum oporteat. de accu. Et simul dandus est terminus ad illa purganda, vt per Abbatem in c. cum in contemptatione. de regu. iur. Et ita seruat etiam quo ad capitaneum iustitiae, licet habeat arbitrium in procedendo, quod etiam iuris est, vt per Alexand. late in consil. lxx. volumi. j. Barba. in consil. xlvij. volumi. j. & Alexand. in consil. lxxij. volumi. ij. Fulgo. in consilio lxxix. super quaestione formata. & Pute. charta lxxxij. versic. & an si quis. colum. ij. & per Hippol. in l. prima. charta ij. columna vlti. in vers. modo. ff. de quaestio. proceditq. hoc etiam quod datur copia indiciorum, posito quod imminere possit periculum subornationis, sicut dicimus quod imminet, quando admitterentur testes post didicita testificata, iuxta c. fraternitatis. extra de testib. & ita explicat etiam Barba. in eo consil. charta tertia, columna tertia, versic. & si dicatur. quod tamen forte non procederet, quando iudex in suspicionem veniret subornationis ob qualitates hominis, qui in eo loco esset vir potens opibus, & amicorum numero. Et hanc considerationem habuit Alexander in eo consilio lxx. columna tertia, versic. accedit. volumi. primo. quod ego tamen non seruarem, & potius vellem errare dando copiam, quam denegando: quia per negationem possit sequi, vt innocens occideretur, per l. absentem. ff. de pœnis. Item sicut simpliciter subornatio non habetur in consideratione, vt dixi, ita nec hoc casu, vbi maior quodam modo ratio subornationis militare videtur, per regulam l. prima. ff. de aleatorib. & ita quotidie video seruari, quod copia indiciorum datur & magnis & paruis, & omni generi personarum. Nec etiam eo quod ex officio procedatur, vel quis male audiat, si copia denegatur, quicquid voluerint

rint aliqui, vt late apparet in apostillis ad Angelum in dicto verbo, fama. ad verficulitem aduertas. & ad glossam in verbo, mero officio. & per fundamenta iuris haec declarati in materia inquisitionis verficulo, conclusio igitur est, quod debet precedere infamia, declarando cap. j. de officio ordinar. Et vltra ibi dicta adde Aretinum in cap. qualiter el secundo. charta 4. columna vlti. de accusatio. vbi dicit quod Angel. in l. si vacante. super quo se fundant contrarium tenentes, male dicit: & quod opinio communis est, quod quando ex officio proceditur, debet precedere fama, & dari copia eius. Sic etiam esset valde inconueniens, vt ex eo quod quis male audiret ei denegaretur copia indiciorum, quia possit probare bonam famam. Et haec omnia etiam late dicit & concludit Barro. in dicto consil. Fateor quod quando quis tam male audiret, vt possit dici insignis maleficius: eo casu omnia cessarent, vt per Hippol. in d. l. j. in prin. char. 2. col. vlti. vers. primo quando ageretur. & Paris in suo tractu. vers. primo quando ageretur. & an si quis. & col. seq. in vers. tamen magna curia. quod intelligo, quando adeo fama eum insignem fecit in maleficiis vt res redacta esset ad notorium, aliter non esset neganda copia indiciorum, vt se defendere possit, dato aliquo dubio. Et 77 idē dico, etiam quod quis delatus esset maximi delicti, quia ei non debet denegari omnis defensio, donec sit cognitum, quicquid dicat Hippol. in d. l. j. & videatur dicere Paris in d. char. 82. Defensio tenim naturalis, nec tollitur, nec tolli potest, clem. pastoralis. de re iud. & ita Barb. vbi supra. Pro qua opinione vide text. & Doct. in l. si quis alicui. C. ad leg. Jul. maiest. vbi lex loquitur de crimine laesae maiestatis, & glo. & Doct. ibi expendunt illud crimen in hac materia indiciorum, sicut caetera, vt etiam per Alexand. in consil. xj. col. j. in pri. Patet etiam, quia licet in extrauaganti, ad reprimendam detur ampla facultas procedendi in crimine laesae maiestatis, tamen semper Bartol. ibi vult, vt denegetur defensio, & hoc in mille locis: & ideo l. quisquis. C. ad leg. Juliam maiesta. quae prohibet, ne qui pro reis tentent interuenire in casu dictae legis, loquitur in iam damnato. Ita in effectu Bartol. in l. furti. §. ope. columna secunda. ibi, fallit in eo. C. de furtis. & Salicet. in l. vnica. C. de raptu virginu. colum. v. in fine & princip. sequen. & dicam infra in titu. de crimine laesae maiest. in specialibus eius criminis. Et in fortioribus terminis habes decisionem Bald. in consil. xc. volumine primo; secundum interpretationem Mediolani qui loquitur in crimine haereticis: & sic multo magis procedet in crimine laesae maiestatis; quod est contra hominem. Et hoc argumentum etiam facit Aretinus in l. Pantonijs. §. rei perduellionis col. j. de acquir. haeredit. nescio tamen quomodo bene seruaretur haec opinio, quauis sit iuris, imo omni die video in atrocissimis delictis prius denegari ad quaestiones, quam detur copia processus: & superiores nostri hoc permittunt, imo interdum praecipiant, vt ita fiat. Aduerte tamen, quia peti debet copia haec indiciorum. Ita Put. in tractatu syndic. charta 88. columna secunda, versic. cum iudex, & probat text. in dicto cap. qualiter. el secundo. iunctis notatis ibi per Aretin. colum. ij. & est communis mens Doctorum, vt supra explicui, sub rub. de confes. vbi late circa l. & si non defendatur. ff. de poen. & ei respondeo tenendo hanc opinionem communem, & ita praedictatur, & tene; quicquid dicat Barbat. in dicto consilio xlvij. charta 3. colum. iij. versic. praeterea. Aduerte etiam, quia vbi iudex videret manifestam

calumniam & petitionem factam animo differendi, tunc eam possit denegare, vt puta si allegaretur talis defensio, quae probata nihil releuaret, per ea quae notat Paul. de Leaz. in cap. quamuis. colum. vlti. de deposito. & ideo D. Alex. in dicto consil. lxxv. volu. j. consuluit quod copia indiciorum iure fuit negata cuidam Ser. Petro causidico, & in iure perito, cui saepius lecta fuerant, & ostensa per iudicem, qui perebat, vt si vellent aliquid dicere vel allegare ad sui defensionem, illud exprimeret, dicto Petro nunquam dicente qualem defensionem haberet, nec per quas probationes vellent se defendere: sed simpliciter, quod illa indicia non erant vera, sed falsa, vt ibi per eum. Et tamen Alexander protestatur, quod quicquid dicebat, erat ad excusandum iudicem a syndicato: & quod si res fuisset integra, non solum dedisset vnam dilationem, sed etiam plures, ad ea indicia purganda. Et pari modo idem ego facerem, & potius, si reus doctor esset, quam si alius: Na Doctores in rebus propriis minus sciunt quam caeteri. Haec procedunt quo ad indicia, quae contra reum militant. Sed si contra testes, tan eorum copia prius sit danda? Vide infra in x. quaestione principali, in fi. vbi distinguo, concludens tamen quod si agitur de varietate vel mendacio testis, iudex ipsi a seipso considerat non aliter admissa disputatione aduocatorum super his, & consequenter non data copia indiciorum, iuxta dicta Bart. in l. fin. circa fi. ff. de quaestio. & certe cum ratione, quia differendo, & disputando veritas magis occultaretur ex instructionibus ipsorum testium, quae eo casu fierent. Et quid iuris quo ad copiam indiciorum dandam accusatori, quando datur reo? Dic quod dari debet, vt dicam in vndecima & vltima parte in hac materia tortura, ad finem. vbi vide. Sed quando non datur reo, nunquam est danda actori, per regulam, non debet actori. ff. de regul. iuris. l. peteda. C. de temp. in integ. reit. per. quod iuuat contra illos accusatores, qui etiam non adueniente tempore, quo possit dari copia reo, ipsi eam petunt pro interesse sibi. Facit l. fauorabiliores. ff. de regul. iur. & cap. ex literis. de probat. & ita seruatur. Quinto quaero, quomodo elidantur indicia, ita vt non sufficiant ad torturam, quae tamen per se erant sufficientia: in hoc vide Barro. in d. l. si. ff. de quaestio. in versic. isto tamen. & latius Brun. in suo tractu. char. 3. vers. circa quintam quaest. ad quem te reuocio, quia satis plene in hoc loquitur. Adde tamen, dum dicit, quod indicium eliditur per laudabilem famam. Alex. consil. xiiij. volu. iij. col. iij. versic. ad defensionem. & Hippol. in l. de minore. §. plurimum. in xj. col. ver. ite fama. ff. de quaest. & hoc si bona fama sit in specie, vbi mala fama vel indicium erat etiam in specie, vt dicit Alex. consil. lxxvij. in pri. & consil. lxxij. col. ij. in fin. & sequen. in tertio. & alibi saepe, vt late dixi supra in materia inquisitionis, in v. recedat quia dixi de mala fama, & vide vltra ibi dicta Cepol. consil. xl. col. viij. in prin. & Barb. consil. xlvij. col. xv. volumi. j. & dum dicit Brun. quod eliditur indicium, quando vulneratus dicit se non fuisse vulneratum ab inquisito. Adde Felin. in cap. j. circa finem. de praesumpt. Alexand. consilio xxiiij. volumi. ij. colum. v. & per Iason. in l. j. in principio, colum. ij. ff. de eo per quem facerit. vbi vide. Veritas tamen rei tolleret hanc excusationem, vt dicit Brunus ibi, & in fine: Ex hoc vltimo sequitur, quod si essent post latam sententiam, cuius robur duraret, iuxta dictum Bald. in l. ita demum. C. de procuratorib. & qua dicam infra in titulo de bannitis, circa literas ad nouas

defensiones excusatio nihil valeret: & de iure etiam testis reuocatio in mortis articulo extraiudicialiter non habetur in consideratione post sententiam. Felin. in cap. cum in tua. de testi. & circa dicta morientium vide Alciat. in tractatu presump. regula iij. presump. iij. maxime numero 7. & 8. Item dum vult Brunus, quod si elidantur indicia, quando reus ad eius fauorem habet alia indicia: adde quae supra dixi in tertia quaestione circa indicium mendacij, dum posui, quod vnus testis pro medace illud tollit. Adde etiam quod supra dixi in secunda quaestione, in versic. v. dic vbi

87 late quod si testis omni exceptione maior sufficit ad torturam, nisi alia coniectura repugnet post Bald. in l. ij. C. quor. appella. non recip. Et facit in fortioribus terminis, quod etiam vnus testis pro reo contra perfectam probationem pro accusatore ad illam destruit, vt non possit damnari, iuxta solenne consilium Ancharani cclxxxv. & dicta Bart. in l. admonendi. columna antepenult. versic. quare quid si actor. ff. de iureiurand. & dixi supra sub rubrica de conuictis. &

88 vltra Brunum si eliditur indicium furti, quando passus furtum dicit, quod se volente factum est. Alexand. in dicto consilio xxiiij. in ij. columna vij. Fit etiam de

89 bilitatio hac, si imo potius purgatio eo ipso, quod pars, quae produxit testes, interrogata respondet nolle illis vri. l. si aduersarius. C. de fide instrumentorum. quae tamen lex loquitur quo ad praedictum partis, non ficti, vt etiam in effectu sentit Bartol. in quaestione, iudex malefactorum. columna iij. in princip. & colum. fin. Faciunt dicta per Aretinum in cap. cum venissent. de testibus. colum. iij. versiculo, tertio vtrum. & Felin. ibidem etiam columna iij. & not. per Iaso. in l. ait prator. la prima. in prin. col. fi. in prin. versic. secunda p. principalis. ff. de iureiuran. Adde etiam ad

90 praedicta, quod si indicium eliditur per praesumptionem contrariam, vel aliud indicium. Ias. in l. j. ad fin. C. commu. de legat. & si in specie velis scire, si quomodo vnumquodque indicium elidatur, vide supra in tertia quaestione, quae dixi circa indicia principia: quia singulis ferè eorum accommodatur propria medicina vel expressè vel tacitè: & haec quo ad elidenda indicia, quo verò ad ea omnino tollenda, quod fit per demonstrationem innocentiae, vide infra sub rubrica de defen. reorum, &c. Sexto quaero, an sit semper deueniendum ad torturam, videlicet in omni causa contra omnes personas, in qualibet parte iudicij, & siue adsint indicia tantum, siue etiam crimen sit probatum. Et ad primum an in omni causa: Dic quod in causa criminali, non in leui delicto, sed in grauiore

92 si reus torqueri potest. l. edictum. ff. de quaestio. & ibi Bart. & communiter Doctores & ita Bru. in suo trac. post Papien. in sua practica Gandin. in titu. de quaestio. col. ij. versic. ex quibus. & Bal. consil. cccclxxj. col. ij. volum. ij. & Socin. consil. ccxix. col. vlt. & Ang. in l. fi. C. de quaest. versic. quarto nota. qui dicit, quod etiam in consuetudinem venit. & sequitur Curt. in l. j. C. de iuram. calum. in vlt. notab. licet aliter quo ad

93 consuetudinem attestetur Alber. in d. l. edictum. Et si quae dicantur leuia delicta, ponit Brun. in dicto trac. vltra quem vide Felin. in cap. cum illorum. col. iij. ver. in ea glo. de sent. excom. Cepol. consil. xj. col. vj. & sequen. in additio. ad Ang. Aret. in tractatu suo, in prin. charta 3. col. iij. & per Aretin. consil. cxvj. circa finem, & alibi saepe. Praedicta tamen difficultates cessant

94 propter statutum nostrum, quod in specie ponit casus, in quibus potest deueniri ad quaestiones, excludendo alios: in quo etiam enumerantur camplores &

mercatores, qui decoxerunt, quod etiam iuris est, vt per Hippol. in l. diuus. ff. de quaestio. vbi est materia.

95 In causa si verò ciuili reus non torquetur, si sit liber homo, sed absoluitur auctore plenè non probante. l. qui accusare. C. de eden. secundum tamen terminos l. admonendi. ff. de iureiur. licet aliud sit in seruo, qui aliquando torquetur auctore etiam plenè non probante, vt declarat Sali. in l. fi. C. de quaest. col. ij. versic. tertio quando. & est text. quod in causa pecuniaria serui torquentur, in d. l. diuus. vbi vide Bar. declarantem. loquitur si quo ad torturam rei, non quo ad torturam testium. De ea enim dicam infra in x. & vlti. q. in hac materia ponit Salicet. in dicta l. fin. versic. tertio quando. Ang. in l. i. C. de quaestio. Alberic. omnino videatur in rubrica C. de quaestio. est materia Bartoli & aliorum in l. ex libero. ff. de quaestio. intelligit

97 si in causa merè ciuili, quod reus homo liber non torquetur, non in ea, quae habet annexum delictum. c. j. de deposito. Hinc est, si quod habet locum tortura in causa vsurarum. Socin. in dicto consil. ccxix. col. vlti. reprobato Angelo, qui aliter tenuit, & videtur etiam, quod vbi de delicto agitur ciuilitè, possit interuenire tortura. Et ita Alexand. consilio lxxvij. col. penult. versic. non obstat praedictis. volum. j. & loquitur in crimine falsi. Hanc opinionem etiam tenet Brun. in suo tractatu, chart. 6. colum. j. allegat. l. sicut. C. de falsis. & decisionem Bal. ibi. Quam opinionem fortius probat text. in l. damus. C. de falsis. & ideo facile esset hanc opinionem tenere in practica, maxime apud iudices rigidos: arbitror tamen, quod vera non sit, quia videtur nimis absurdum, vt postquam pars elegit viam procedendi ciuilitè, possit petere reum torqueri, nec vnquam vidi hanc opinionem practicari: verum centies vidi obseruari contrariam, quae res non caret auctoritate: Nam ita tenet Bald. in consil. cclxxxj. col. ij. volum. ij. & consil. vj. volum. v. Et ad d. l. sicut. & l. damus. respondeo quod loquuntur in casibus habilibus, iuxta l. vt gradatim. ff. de muner. & honor. & sic in seruis, in quibus potest interuenire tortura. d. l. damus. & ita declarat glossella parua in d. l. sicut. Quae declaratio etiam congruit d. l. damus. Non obstat dictum c. j. de deposito. quia ibi agebatur contra negantem depositum eo modo quo poterat agi, & sic ciuilitè, quia criminaliter agi non poterat: & ideo ex quo illa causa habet annexum delictum conceditur tortura: secus est autem, quando quis elegit vnam è duabus viis, videlicet viam agendi ciuilitè, vbi poterat agere etiam criminaliter. Quae opinio èd magis tenenda est, quia

99 si hoc non negatur facultas iudici ex officio criminaliter inuestigandi veritatem, iuxta ea quae dixi supra sub rub. de accusat. ad fin. Si autem teneatur opinio Alex. & Bald. in l. sicut. & Bruni, dic quod leuior tamen fiet quaestio, vt declarat Bald. in d. l. sicut. & dicitur

100 cit dicta l. damus. Adde tamen, si quod d. licet ciuilitè agatur, causa non est merè ciuili, sed mixta, vt ponit Aretin. in ca. testimonium. in ij. not. de testib. Tamen

101 etiam solutio patet ex dictis ibi per Aretin. Et iuxta praedicta quaero si quando est sublatum delictum per gratiam, an tamen si pars agat ad interesse suum iuxta glof. cum ibi not. per Iason. in l. venia edicti. C. de in ius vocan. & imol. in l. defuncto. in notabilibus. ff. de public. iudic. possit reus torqueri. Paris de Put. pof se dicit late, charta 84. versic. pone quod aliquis commisit plura delicta, quia remanet nescio quid criminale, licet impunitum, iuxta illud c. j. de deposito. & ideo in gratia concipienda est aduertendum, vt non solum respiciat poenam, sed etiam processum, prout dicunt

dicunt gratia facta superioribus diebus in fauorem militum: quia secundum casum qualitatem interdum volunt, vt non possit miles puniri crimine, nec aduersus eum procedi criminaliter. Aliquando etiam volunt, vt solum sit remissa poena: veruntamen quod processus possit fieri criminalis ad veritatem eruendam pro interesse priuato. Et aduerte, quia et si Paris loquatur, quando gratia superuenit post testes examinatos, & factum processum criminaliter, tamen idem esse cenfeo, quando gratia superuenit ante accusationem: quia ex quo nulla est via agendi, nisi ciuilitè, potest interuenire tortura propter annexum delictum, iuxta ea quae dixi supra, ante hanc quaestio. Item gratia loquitur de remissione poenae tantum, ergo remanet ius omne saluum parti in exteris, atque ita quo ad processum. Circa secundum,

102 si an qualibet persona torqueri possit? Dic regulam esse, quod possit: tamen multi excipiuntur, vt per Ang. in tractatu suo in verbo, fama. versic. sexto quaero, quae personae possint torqueri. & ibi late in additionibus. & per Hippol. in l. edictu diui. August. ff. de quaestio. & Brun. in suo tractatu, char. 6. col. vlt. & sequen. Et

103 dum plures dicunt, si quod clericus in sacris constitutus non potest torqueri, sicut nec miles, qui torqueri non potest. l. milites. in princ. C. de quaest. quia & ipse dicitur miles caelestis militia. Dic veritatem esse in contrarium, vt omnes clerici, etiam presbyteri possint torqueri, iuxta text. in c. j. de deposito. & in c. si constitut. de accusatio. & est communis opinio secundum Abb. in cap. cum in contemplatione. de regul. iuris. & per Doctores in l. miles. in princ. ff. de re iudic. & in l. Centurio. ff. de vulgar. Est verum, quod debet praecedere fama, & non sufficeret aliud indicium solum, vt est dictum Abb. antiqui in d. c. j. sequitur Abb. in d. c. cum in contemplatione. licet aliter dixerit in dicto cap. j. sequitur etiam Ioan. And. in d. c. j. & in d. c. cum in contemplatione. & Aretin. in ca. tertio loco. ad fin. de probat. Nec eius remissio in Ioan. And. obstat: quia, vt dixi, Ioannes And. tenet hanc opinionem. Sic etiam Alex. in l. si ad versic. Bart. veniamus. ff. de quaestio. vbi dicit, quod ita tenent communiter Doctores in dicto cap. j. Est verum, quod non ita torquendi sunt, sicut ceteri per funem vel fideiculas, vt dicunt Abb. & Doctores in dicto cap. cum in contemplatione. & in dicto cap. j. Tamen neque hoc, neque quod proxime de fama diximus, seruatur in hac ciuitate Mediolani, quia legitimis indiciis praecedentibus, sicut ceteri, torquentur, & respectu fama, vide Hippol. in singul. l. v. qui Felinum allegat in variis locis. Et diu dicunt quod milites non torquentur, per d. l. milites.

104 scias, si quod lex illa & Docto. loquuntur de militibus antiquis, qui creabantur cum maxima solemnitate, de qua habes pulchram glossam in l. milites. ff. ex quib. cau. maiores. & ita omnes, sicut & alia multa priuilegia habent hi milites, circa contractus, & vltimas voluntates, ac iudicia, de quibus in l. licet. C. de pact. & in dicta l. Centurio, & in l. j. C. de iuris & facti ignorant. & in toto titulo, ff. & C. de testament. milit. Sed an milites nostri temporis hoc idem priuilegium habeant, vt torqueri non possint? Est difficultas: attamen idem communiter concluditur, quinimo idem concluditur, etiam quo ad alia priuilegia, nisi data fuerint ratione ignorantiae. Ita late Alexander in dicta l. Centurio. in prima colum. & sequenti. & Iason in dicta l. miles. in prin. ff. de re iudic. Et aduerte, quia non loquitur quaestio de militibus nostri temporis, qui se exercent in armis, & modò sub hoc, modò

sub illo praefecto stipendia merent, quia hi milites non sunt, quicquid aliter vell: videatur vsus communis loquendi. Non enim creantur solemniter milites secundum antiquam consuetudinem, de qua in 105 dicta l. penultima. nec si secundum nouam obseruationem, iuxta quam ad imitationem antiquae creantur milites, de quibus loquitur quaestio, quos vulgò appellamus, equites: non sunt tamen hi, qui fulgeant illa equestri dignitate, de qua in titu. de equestri dignit. C. libro xij. sed fulgēt militari dignitate. Et ideo Caesar quādo hos equites facit, dicit, Miles esto. Et ita etiā dū eis scribimus, appellamus eos milites. Sed difficultas quare videretur, quod torqueri possent, èd proueniebat, quia armis non se exercent. Attamen ita statuitur, prout supra concludum est, quia aliqua priuilegia concessa fuerunt militibus antiquis propter simplicitatem, quae à cōtinuo armorum vsu procedebat. Et haec priuilegia nolunt Doctores communiter vt dentur his, de quibus loquimur: quia cessante causa priuilegij cessat priuilegium. l. criminarios. C. de testam. cum concor. de quibus ibi in gl. vltra Iaso. ibi in fine. Aliqua etiam priuilegia concessa fuerunt propter dignitatem, vt est hoc, quod torqueri non possint. Et ea etiam dantur his nostris militibus. Datur

106 tur & aliud eadem ratione, vt nec personaliter capi possint, vt per Ias. & Alexand. vbi supra. Et hanc considerationem, quod omnia regi debeant à causa priuilegij, habuit Bald. in dicta l. penult. & sequuntur, vt dixi, communiter Doctores: sic ergo milites etiam non creati, iuxta glof. in dicta l. milites. de secundum vsum temporum nostrorum, & non edicti armis nō torquentur. & ita Ias. in l. j. colum. ij. C. de iuris & facti igno. Et ita extendit l. milites. super qua iacet b

107 sis. C. de quaestio. & licet non sit si militia simplex dignitas secundum glo. in dicta l. j. C. de equestri dignit. libro xij. Bartol. in l. ex eo tempore. ff. de testam. mili. & Galia. in l. Centurio. allegata, num. xix. Tamen ita volunt Doctores, quia est dignitas in genere, vt dicit Pla. in dicta l. j. C. de equest. dignit. & habetur

108 in l. j. C. de dignit. lib. xij. Quo verò ad eos, si qui stipendia merent, & se in armis exercent, & quos communis vsus, vt dixi, milites appellat, qui neque seruatis antiquis solemnitatibus, neque nouis, in militiam proficiscuntur, scias Alexandrum in dict. leg. criminarios. C. de testam. milit. tenere. quod gaudent priuilegiis militum: quia satis est, quod effectu se armis exercent. Socin. in dicta l. Centurio. colum. ij. dubitat, & dicit, quod in castris omnino gaudere debent, extrā verò idem etiam tandem tener, quando militant pro Caesare, ecclesia, vel republica, quae superiorem non recognoscit. Credo absque dubio, quod hoc priuilegium, vt non torqueantur, cesset, ex quo hi nulla sunt in dignitate, nec in specie, nec in genere. Et ideo quotidie video milites hos torqueri: imò nunquam vidi aliquem super hoc dubitare. Quo verò ad priuilegia quae dantur, quia militant, vide in d. l. Centurio. Dixi quod militibus datur priuilegium, vt non torqueantur

109 tur ratione dignitatis. Adde etiam si quod eadem ratione non imponuntur poenae ignominiosae militibus aut decurionibus. d. l. moris. §. iste. l. decurionum. C. de po. iuncta l. milites. l. diuo. Marco. l. decurionas. C. de quaest. vnde cum decretum habeamus in hoc dominio, vt officiales cuiuslibet generis in syndicato possint etiam affici decem ictibus funis, Ideo idem etiam debet ceteri dispositum quo ad torturam pro inquirenda veritate, iuxta gl. in l. si quis seruo persuaserit. C. de furt. & quae late tradit Ias. etiam in p

nalibus, in §. ex maleficiis. char. 3. columna secunda, in 110 institut. de actio. Adde etiam, quod hoc privilegium procedit quo ad quemlibet in dignitate existentem. l. omnes iudices. C. de decur. lib. x. Et propterea quod Doctor, qui est in dignitate. cap. quanto. de magistris. vbi Abb. Galia. in litera e. num. 10. non torquetur. & ita omnes in dicta l. Centurio. maximè Galia. numero 25. qui etiam loquuntur in aduocato. & ita Bartol. in dicta l. omnes iudices. Firmian. in ver. tortura. Roman. singulari ccclxxj. milites & Doctores. Brun. in tractatu suo tort. chart. 7. colum. prima. l. in l. miles. columna ij. ff. de re iudic. Hoc tamen quo ad aduocatos quomodo intelligatur, ponit Pla. in l. libertorum. C. de dignitat. lib. xij. vbi omnino vide. nec valet consuetudo in contrarium. d. l. omnes. vt est communis opinio in locis, de quibus supra licet aliud sit quo ad decuriones ciuitatum: quia adest consuetudo, vt torqueantur, & torqueri possunt, vt per Doct. Roch. in tractatu consuetud. folio 12. columna j. vbi vide. Et in 113 prædicta locum habent, quando delictum fieret in eo territorio, in quo quis esset miles creatus, vel à consiliis: secus si delictum patratum esset in alio dominio: argumento l. in ff. de iurisdic. omnium iudi. & cap. vt animarum. de constitut. in vj. & eius quod dicit Bartol. de notario creato ab vna ciuitate, qui in alia non est in effectu notarius, in l. cunctos populos. versic. septimo. de sum. T rinit. Ideo etiam hi possent in alio dominio personaliter pro debito detineri: & aliter dicere esset absurdum. Non ita procedit in Doctore, qui creatur autoritate Imperiali: quia per vniuersum imperium vires suas extenderet, iuxta notata in dicta l. cunctos populos. & in l. j. C. de hered. instituent. non tamen in omni delicto locum habet vt prædicta persona & similes priuilegiata torqueri non possint: quia in crimine læsæ maiestatis, in crimine falsi, in priuato carcere cessat priuilegium, vt per Brun. vbi supra. Cui adde, quod etiam cessat priuilegium, vbi in officio delinquit: quia tunc etiam subditus eadē possent, vt per Pute. in tractatu suo synd. chart. 4. columna iij. versic. excedunt consilij principum. in pri. Dubito tamen de hac limitatione per dictum Bartol. in l. milites. C. de quaestio. vbi loquitur de officiali tempore syndicatus, & sic quo ad delicta commissi in officio: & quia nimis fuissent ignari Doctores, maximè in materia syndicatorum, qui de hoc non fuissent memores, cum præsertim vt plurimum si torquendi sunt Doctores, hoc eueniat ex causa erroris commissi in officio. Non obstat dictum Pute. quia loquitur quo ad poenam. Pro dicta limitatione facit tamen text. in cap. fin. de immu. ecclie. qui vult vt delinquens in ecclesia sit indignus priuilegiis ecclesiar: & regula, quod frustra implorat auxilium legis, qui committit in legem, vt in eo cap. & in l. auxilium. in fine. ff. de minorib. Sed respondeo, quod procederet contrarium, si is Doctor faceret contra officium Doctoris, vel aduocando, vel faciendo torqueri alium Doctorem. Et hæc solutio apparet ex declaratione regula præallegata, quam facit glos. in cap. quia frustra. de v. iuris. quam Abbas ibi sequitur, quamuis etiam dici possit, quod sit materia brocardica, vt dicit Abb. in dicto cap. quia frustra. Ego sentio cum Bartol. in d. l. milites. Non obstat in primis dictum Pute. quia id quod allegat, scilicet litem apud Labconem. §. idem ait. cum glos. ff. de iniur. & l. qui explicandi. C. de accusatio. non dicunt hoc, nec ipse Pute. hoc dicit, sed solum quod qui promittunt præsidem vel principem laturum sententiam, subditus caduntur. Decretum

etiam Mediolani, de quo supra, quod tamen solum procederet in hoc dominio, non loquitur de personis in dignitate existentibus, licet loquatur per verba ampla, iuxta regulam l. vt gradatim. ff. de muneribus & honor. Percurrendo tamen omnia loca inuenio declarationem in terminis, quod vbi positi in dignitate delinquant in officio, possunt torqueri. Pla. in dicta l. omnes. C. de decurion. lib. x. per l. quilibet. C. eodem. & hoc omnes notant in dicta l. quilibet, incipiendo à glos. quod intelligitur habito respectu ad dignitatem illius officij. Exemplum, Præses, vel senator, vel thesaurarius delinquit in suo officio præsidis, senatoris, vel thesaurarij, certè quia committit contra eam dignitatem, ex qua vult se tueri, poterit torqueri. Sed vbi committeret vnus ex prædictis delictum in suo officio, & præter munus illud, haberet etiam aliam dignitatem, puta, quia esset eques, nõ propterea amitteret priuilegium militis, vel alterius dignitatis. Et ita voluit loqui Bartol. in dicta l. milites. dum eius fuit sententia, vt prætor in syndicatu non torqueretur, ex quo erat miles, atque ita considerata dignitate militis, & non administratione, quam habebat: secundum quam intelligentiam, quæ plana ostenditur, est decisio in terminis pro hac mea opinione. Facit optimè glos. in cap. quia frustra. quod si quis committit contra legem, non tamen est indignus alia lege, sed ea tantum cõtra quam committit. Ex his habes, quod Doctor, etiam in officio prætoris delinquat, non tamen potest torqueri, quia non committit contra legem doctoratus. Nec dicas, quod quando creatur Doctor, iurat seruare leges, & ideo quod facit contra officium doctoratus, quia intelligitur in his, quæ immediate ad eum vti Doctorem pertinent, vt legendo, vel aduocando, prout etiam superius exemplum posui, aliàs regula, quod Doctor non possit torqueri nunquam haberet locum: & licet viderim sub Christianissimo rege prætorem Nouocomi Neapolitanum torqueri, & fustigari: Tamen verum est, quod non constat de qualitate doctoratus. Et si vis scire, in quibus excedat consiliarius, siue senator, vide Parid. de Pute. in suo tractatu syndie. de excessibus consiliariorum. vbi etiam de excessibus aduocatorum, militum, principum, Cæsarum, Regum, & aliorum: & dum ponit in tit. de excessibus consiliariorum, quando propalat secreta, vide quæ dixi supra. tit. de carcere. vbi latè qua pœna tales puniantur. Adde, quod hoc priuilegium non torquendi decuriones extenditur ad pronepotas, vt per Ioan. de Plat. in l. cum adoprimum. C. de decur. lib. x. Adde, quoque, quod decurionem de quo supra, vt officiales in syndicatu possunt puniri etiam in decem scitis funis, fuit sumptum ex text. in auth. vt iud. sine quoquo suffrag. in §. si quis autem. vbi text. loquitur de iudicibus in dignitate constitutis: & vult si in eo officio aliquid iniuste egerint, quod etiam in corpus plectantur, per quem text. non minus est fundata limitatio, de qua supra per d. l. quilibet. quam per ipsam legem. Adde etiam, quod confessio horum, qui torqueri non possunt, facta in tortura, etiam seruatis seruandis, nihil valè, vt in repertorio Hippol. in l. edictum diui Marci. ad fin. ff. de quaest. etiam quod perseverent in ea confessione. Sic Ioan. de Pla. in l. feuera. C. de dig. lib. xij. Aduerte autem, quia licet inter personas, quæ torqueri non possunt, ponantur decrepiti & minores, de quibus Doctores non disputant, nec vti iuris, nec consuetudinibus: tamen hi terri poterunt. l. j. §. impubes. & l. exicipiuntur. ff. ad Sillan. & ideo Bald. in l. ij. C. quor. apprehen-

pel. non recip. dicit quod licet non omnes, nec omni casu possint torqueri, tamen terri possunt. allegat §. talem verò, in auth. de mand. prin. Quæ decisio non solum probat, quod minores & decrepiti possunt terri, verum etiam omnis alia persona priuilegiata, de qua supra. Pro quo est decisio Io. de Pla. in l. sententia. C. de dig. lib. xij. probatque quod etiam eo casu quo indicium non est multum sufficiens, tamen suspectus terri possit, vt est eo casu, quo iudices habent vehementem opinionem etiam extra processum, quod aliquis sit reus. Et sequitur cum multis aliis Put. in d. char. 93. colum. vi. versic. sequitur modò. & ponit etiam Brun. char. 2. col. vlt. & Hippol. in l. de minore. in princ. colum. iij. & seq. ff. de quaestioibus. Est materia in effectu Bart. in d. l. de minore. §. plurimum. ff. de quaestio. vbi loquitur de fictione, quam iudex facere potest aduersus reum, vt veritatem eruat. Non est tamen dictis casibus, in quibus tortura interuenire non potest ratione personæ, vel tenuitatis indiciorum, quis vincendus cum minis torquedi eum, nec eleuandus, quia hoc est torquere. Ita Bart. in l. j. §. diuus Seuer. ff. de quaest. & ita voluit loqui Bald. in d. l. ij. quia dicit in dicti sui ratione, quod iudex debet se ostendere terribilem: & sic loquitur de solo terrore vultus & verborum, intelligendo tamen, vt dicam infra in vij. quæst. princ. in prima parte illius quaestiois, vbi queram, quid sit quaestio, & quis dicatur terrore, & qui leuis terrore. Et an ultra impuberes etiam decrepiti, & existentes in dignitate possint terri, & quo terrore: & ad ea te reicio. Facit l. obseruandum. ff. de offi. præsi. qui tamen terrore etiam fieri possit, vbi nulla essent indicia, nedum vbi essent minus sufficientia. Bart. in d. §. diuus. & vbi supra. & vide Alex. in dict. §. diuus. & in repertorio Hippol. in l. j. in princip. char. 3. col. ij. ff. de quaest. Et t. de tortura leui, & leui terrore, & in consuetu. tortura, & immoderata, vide Bartol. & dictum repertorium in l. quaestiois. ff. de quaest. & Bald. conf. lxxvij. in iij. vol. & dicam infra in vij. q. prin. in hac materia, vbi de ipsa tortura loquar. circa penultimam partem quaestiois, an in omni parte iudicij sit ad torturam deueniendum? Dic, quod requiritur vt litis sit contestata, scilicet formata inquisitio, & ei responsio facta, & quod testes sint repetiti siue examinati post litis contestationem citata parte. Barto. in l. si quis adulterium in princ. de adul. & in l. j. in princ. ff. de quaestio. requiritur etiam publicatio processus. Bart. in l. vnus. ff. de quaest. & per Brun. de his vbi supra char. 1. col. iij. & Bart. in l. si in vlt. q. ff. de quaest. Hæc tamen malè obseruantur, imò sæpenumerò hic Mediolani non formantur inquisitiones. Non sufficeret ergo, de iure loquendo, vt etiam testes essent examinati citata parte, sed requiritur vt hoc sit post litem contestatam, & publicatum processum: id tamen, quod de citatione dictum est, non procederet, vbi obseruatio esset in contrarium. Alex. consilio lxxv. col. pen. in fi. vol. j. per Felin. in ca. ij. de testib. col. iij. versic. tertio limita. & col. xij. & Soc. conf. eclij. col. ij. & Corn. vbi videtur primo volu. conf. lvij. & ideo multò magis sustineretur practica torquendi nõ facta litis contestatione, & non publicato processu. Circa vltimam partem, an etiam existente probatione quis sit torquendus? Dic non esse torquendum, & quod in subsidium tantum iudex torquere debet, videlicet, vbi aliter veritas haberi non possit, aliàs tenetur in syndicatu. l. edictum diui Augusti. & ibi Bart. ff. de quaest. & Hippo. in eo. tit. in l. j. char. 1. col. ij. est text. etiam in l. j. in fin. C. de iura. cal. Sed vbi secus fiat se-

quantur duo inconuenientia ex ea tortura: Primum est, quod qui conuictus est, & qui vna vice puniri deberet iuxta l. qui sententiam. C. de pen. punitur bis. Secundum, quod hoc modo per indirectum reus liberatur, vt dicit Alber. in d. l. edictum. Cauti tamen iudices, quando conuictum vel cõfessum torquent, redigi faciunt in scriptis protestatione, qua dicunt nolle eum torquere super conuictis & confessis, sed tantummodo interrogare super aliis delictis, iuxta ea quæ dicam in vij. q. prin. quæ erit immediatè sequens. Et ad hæc, maximè circa dictam protestatione vide Cepol. consil. xxxij. col. pen. & vlt. & tunc cauere debent iudices, ne eos interroget super cõfessis & probatis, dicit ipse in tortura quicquid velint. Possent etiam iudices protestari, quod ad torturam deueniunt, vt confiteatur, ne postea possit appellari, & non ad aliud finem. & ita Bal. in l. j. & ij. C. quor. appellat. nõ recip. & sequitur Cepol. vbi supra. Hæc tamen cautela est periculosa, vt etiam patet ex dictis per Hippol. in l. j. in princ. ff. de quaest. versic. quarto. & Curt. in d. l. j. C. de iur. cal. in vltimo notabili. Septimò querò, an sine indicij interdum possit deueniri ad quaestiones, & an de aliis delictis reus in tortura possit interrogari, & an de complicibus, & qui sint casus, in quibus minus legitimis indicij existentibus quis possit torqueri? Circa primum, tan sine indicij id fieri possit, Dic non posse. l. j. in princ. ff. de quaest. & l. milites. §. oportet. C. eod. & tex. in ca. cum in contemplatione. de reg. iur. Fallit secundum Brun. in l. prius. ff. ad Silla. vbi seruus torquetur super morte domini in domo occisi. Et super intellectu illius Lipsæ Brun. multa effundit verba, neficiens quod se vertat: & ideo breuibus dic quo ad hoc de seruo: An & quando sine indicij torqueatur, siue examinetur, vt reus, siue vt testis, vt eruditè proficitur Sali. in l. si. col. ij. in princ. C. de quaest. vbi vide, Bal. & Sali. in d. l. milites. vbi vide. Fallit etiam secundum Bru. respectu inquisiti, qui fuit positus in bano propter contumaciam: quia etsi velit comparere in termino permissio ad purgandum contumaciam, tamen poterit poni ad torturam, vt est dictum Bald. in l. j. §. sequitur videre. iuxta si. C. de her. insti. Qui casus tamen ad rem non faceret propter contumaciam, quæ facit indicium, sicut dicitur de fuga, & sicut ipse met Bal. ibi ostendit, sequitur Hippo. in l. pen. col. vlt. ff. de quaest. Sed dum volunt Hippo. & Brun. vt reus in banno existens comparere possit ita demum, si permittatur à statuto, forte quia innuat, quod Bald. loquatur pendente termino ad purgandum bannum, vt possit torqueri comparens in termino, Aduerte, quia hæc illatio videtur inepta: quia si compareret in termino, nulla debet illius contumacia haberi ratio l. j. §. fin. vbi Bart. notat. ff. de req. reis. Paul. de Cast. consil. xxxij. in pri. per Felin. in c. ex literis. de constit. char. 10. incipiendo in principio voluminis, col. iij. versic. & per istu. text. & per Dec. ibi char. 6. co. j. Si verò cõparet post terminu ante secundum bannum, & sic ante sententiam: tunc videtur quidem quod possit torqueri eo maximè fundamento, quia etiã aliàs videretur, quod potuisset eodem nari propter fictam confessionem resultatam ex eius contumacia, super qua etiam declaratum fuit, dū deuentum est ad primum bannu, iuxta l. eius qui delator. & ibi Bart. ff. de iure sis. iuxta d. consil. Pau. de Ca. xxxij. & dictu Bal. in lita demu. C. de procu. & l. j. C. qui test. fa. non pos. vbi est text. & ibi latè per Iason. & dicam latè loco suo infra de ficta confessione: & consequenter saltè poterit torqueri, dato quod statutum permittat, vel obseruantia, vt iteru possit cõparere. Atque

ita dictū Bal, intelligitur secundū hunc vltimū casum quando preteritus esset in bāno, & deorsum omne tēpus ad illud purgandū: quod maximē procedet stāre obseruatione nō tra, quōd semper quisque auditur ante sentētiā, absque eo q̄ doceatur de innocentia. Nam tunc non est ineptum dicere, q̄ possit torqueri, 135 etiam non data alia infamia personae: propterea t̄ qui cōparet post terminum debet esse cautus, ostendēdo aliquod impedimentū, quo excusetur eius contumacia: nam quaelibet causa excusat, iuxta gl. in l. vnica in gl. si. ff. si quis ius dic. non obtempe. & potest dicere, q̄ fuit citatus ad locum non tutum, iuxta cle. pastoralis. de re iudic. vel q̄ iam multis annis non habitauit, vbi fuit citatus, vt per Comen. consi. cxlvj. Simon Elias. 136 col. ij. & Bal. consi. ccxlv. in v. Et an in criminibus, quę secretō sunt, vel delictis atrocissimis, vt in crimine lesē maiest. possit quis torqueri sine iudiciis, videbimus in si. huius vij. q. Et an sint alij alij casus, in quib. sine iudiciis, &c. vide per Bru. vbi suprā. & Hipp. in l. j. in princ. col. ij. & in l. vnus. §. in ea causa in prin. & in l. pe. in vlt. col. ff. de quaest. & per Aug. de Ari. ad Ang. in gloss. *Che hai tradito la patria.* & si percutras omnes casus, nullum inuenies, in quo non requiratur iudicia. Quod etiā clarius patebit infra. Videtur tamē accipiendū secundam partem huius quęst. principalis, quę est, an de aliis delictis quis possit interrogari, q̄ vnus casus adit, saltem ex consuetudine, quādo quis torquetur p̄cedētibus iudiciis respectu alicuius delicti, quia t̄ poterit etiam de alio delicto interrogari, cuius nulla adint iudicia, iuxta dictum Aug. in versi. fama. in si. Est pulchra quęstio de iure: nam vbi iudicia non p̄cedunt, interrogari quis nō debet: & ideo talis confessio nihil valet. & ita Alex. consi. li. col. j. ver. nec oportet aggredi. vol. li. Seruat tamē consuetudo, vt interrogatur de aliis delictis, vt per Aug. vbi suprā & Gād. Cepol. & Card. ibi in additionibus allegatos, quos etiam refert & sequitur Dec. in c. tertio loco. in vlt. col. de prob. qui ita intelligi debet. scilicet secundum consuetudinem, licet inaduerterent simpliciter loquatur. Et aduerte, quia procedit consuetudo, quando tortus confessus est delictū, pro quo principaliter ponebatur ad torturam. Et hic est cōmunis sensus Doct. & ita intellige p̄fatiū Deci. qui etiam ad hoc nō aduertit. & Put. in tract. suo synd. char. 84. colum. vlt. ver. si sic vult tex. super quo se fundat in ca. debeat de reg. iur. & in l. nō omnes. §. à barb. ris. ff. de re mil. sic etiam vult regula, super qua fundatur, qui semel malus, &c. de qua in l. Calsius. per Bart. in si. ff. de senat. & Fel. in c. cum in iure. de off. dele. ver. quartō fallit, & in c. p̄fentiū. §. de testib. col. ij. vbi etiam Arct. secundum quā t̄ regulam ambulādo cess. ret p̄dicta cōsuetudo in eo, qui confessus esset delictū patratum supra trienniū, qui postea duxisset laudabilem vitam. quia ita limitatur d. re. qui semel malus. vt per Fel. vbi suprā & Cur. in tract. de sequest. in vj. q. col. j. ver. circa p̄dicta. tamē etiam Doctores loquuntur de aliis delictis dissimilibus, iuxta d. c. debeat. & ita seruatur apud capitaneum iustitię, & alios in hoc dominio, vt de omni delicto etiā non cōformi interrogetur, quando habetur mala opinio de eo, vt etiam tandem concludit Bru. in suo tract. char. 10. col. vlt. Est verum, q̄ dicta consuetudo sine dubio magis procederet, vbi de delictis cōstaret, super quibus sit interrogatus, & quorum nulla adint iudicia, vbi verō nō cōstaret, adhuc tamē cōsuetudo ita obseruat, vt interrogetur in genere de aliis delictis: & est bona consuetudo, postea quā ille diffamatus est, & legitime in tormentis positus, nō ad finē

multa solemnitates in hoc crimine, non tamen sunt remissa quæ concernunt defensionem, vt centies repetit Bart. ibi, & licet requiratur, vt testis sit omni exceptione maior: tamen vnus inhabilis cum alia presumptione que suppl. ret illam inhabilitatem, sufficeret, licet alius secus, & ita in effectu res redigetur ad id quod satis est, & facit quod magis in hoc crimine lese maiestatis sunt dandæ defensiones quàm in alio, ¶ & minus est credendum principi circa suppletionem defectuum processuum quàm in aliis delictis, non ita artocibus ita probat text. in clem. 3. in pa. toralis. de re iudi. col. lum. fin. verfica. nec prædicta suppletio, & ibi Doct. communiter notant, vt etiam per Auchara. consilio 200. cclxxvij. colum. final. est tamen verum quod vbi sumus in delictis secretis, vt coniurationibus, falsitatibus, & similibus, tunc iudex potest animosus arbitrari esse deueniendum ad torturam, quàm in aliis. ita Brun. in tract. suo, charta 12. colum. prima. versicul. tercio nota. post Bald. vbi vide in l. iij. C. de episcop. audi. Alexand. in l. fin. ff. de quaestio. in gloss. quæ incipit, ad de quod dixit Barto. circa fin. & consil. lxxij. colum. secundum, volum. iij. & Curt. consil. v. col. vj. & loquuntur in crimine falsi Alexan. & Curt. ponit que Alexan. eadem exempla quæ ponit Bald. in dicta l. iij. quo ad delicta occulta, & quæ sint vidistis supra in genere & in specie quo ad aliqua & cum hæc materia sit multum arbitraria, quia certa lex non datur, poterit, vt dixi, iudex arbitrari magis audacter in his casibus deueniendo ad tormenta quàm in aliis, atque ita si in his, vt dicam deficeret indicium aliqua ex parte, iudex propter eandem esse reprehendendus. Ita ego declaro hanc materiam. Nolo tamen omittere vnum casum, in quo propter crudelitatem criminis lex etiam ad condemnationem contenta est, non solum confessione, siue cõuictione per testes de re ipsa, & omni exceptione maiores, sed etiam probabilibus argumentis, vt in mandatoribus homicidiorum propter lucrû, iuxta ca. pro humani. de homi. in vj. ita est text. ibi, qui clarè loquitur, quem & si Felin. in capitulo. afferre. de presumptione in tertia limita. intelligat iuxta terminos iuris, in aliis delictis, iuxta l. sciant cuncti. C. de prob. Tamen communis opinio videtur hæc, quam tenet Aretin. in capitulo. tertio loco. de probatio. Augusti. de Arim. in verbo, fama publica. Perus. & Gemi. in dicto capitulo. pro humani. & Deci. in consil. clxxxix. col. ij. & iij. vbi vide, & ita 201. Bal. in l. sciant cuncti. allegata. Et fideo multo fortius ad tormenta deueniendum est etiam quod indicia non essent ita nitida solum ex suspicionibus, nedum presumptionibus: quando tamen sunt verisimiles, & dixi supra in materia conuictionis circa d. l. sciant cuncti. Non omitto etiam quod Afflictus latissimè ponit materiam torturæ in titu. de pace iuram. fir. §. iniuria puni. tur. in iij. notabil. & ibi de infinitis indicibus ad torturam, vide Deci. l. nemo videtur fraudare. de regu. iur. & ita remanet hæc vij. pars bene, vt arbitror, dotata.

Tit. de Tortura.

SVMMAE.

- 1 Tortura materia, & modi vbi & per quos tractentur.
- 2 Tortura dicitur vbi adest tormentum & dolor corporis.
- 3 Confessio metu tormentorum facta, licet esset inuoluta, tamen confessio non dicitur proprie tortus.
- 4 Confessio metu tormentorum dicitur quando quis est ligatus ad torturam, cum minus torquendi eum, vel etiam

- 5 Terror leuis quando dicitur inferri.
- 6 Terrendi reum mandatum habens potest eum eleuare.
- 7 Terror leuis dicitur quando quis conductus in locum tormentorum sine minus confessus est.
- 8 Confessio metu tormentorum non dicitur qui conductus solum ad locum tormentorum confessus est, licet iudex non soleret ad illud locum conducere, nisi eos quos torqueret vellet.
- 9 Consuetudo examinandi reos in loco tormentorum etiam si non sint in casu torture valet.
- 10 Terror confitit in verberibus ferula illatis, & qui non possunt torqueri possunt tamen illa interdum cadi.
- 11 Questio non est quodlibet tormentum cum dolore.
- 12 Tortura grauior est, quàm vtriusque manus abscisio.
- 13 Igne sæpe torquentur rei.
- 14 Tormentum proprie dicitur magnus dolor corporis, & magna afflictio.
- 15 Tortura leuis non dicitur tortura.
- 16 Tortura est leuis, grauis, & grauisima.
- 17 Tortus leuiter potest repeti.
- 18 Confessio metu asperioris torture licet non possit dici tortus, nisi leuiter, tamen dicitur metu tormentorum confessus.
- 19 Torqueri qui non possunt tamen verbis & vultu terri possunt.
- 20 Senes decrepiti, & milites qui torqueri non possunt, nec etiam ferula cadi possunt.
- 21 Clerici ferula cadi possunt, & ita torquentur.
- 22 Confessio metu tormentorum extorta dicitur quando quis in loco torture spoliatus fuit sine vinculis & minis.
- 23 Confessio an metu tormentorum facta dicatur, non potest certè a doctrina dari propter varietatem personarum quarum aliqua debilis animi sunt, alia non.
- 24 Confessio si dicatur metu tormentorum confessus, & tamen non appareat de errore illato, an presumatur pro eo remissus.
- 25 Confessio quando dicatur metu tormentorum facta per quos tractetur remissus.
- 26 Inchoari sicut non potest a tormentis ita nec ab eo actu per quem quis tortus dicitur.
- 27 Tortura debet fieri moderatè.
- 28 Torquens indebitè & de facto sine indicibus, vel illis purgatis, presumitur dolose torrisse, & si sequatur mors extortura puniatur pena homicidij.
- 29 Torquens præcedentibus indicibus, sed non sufficientibus vel excedens modum per ignorantiam puniatur pro modo culpa, & in dubio culpa presumitur, nisi dolus appareat.
- 30 Torquens vt debuit ita vt nec culpa, nec dolus interuenit non puniatur aliqua pena, licet mors sequatur.
- 31 Tortura indebitè illata ex qua non sequitur mors irrogat iudici penam extraordinariam.
- 32 Torquens omnino de falso animo tortum occidendi puniatur pena capitis.
- 33 Torquens indebitè ita vt debilitatio ex torture sequatur tenetur ad damna, & interesse vltra alias penas.
- 34 Tortura quando adhibetur a iudice vt priuato, & quando iurisdictione se ad id non extendit, licet iudex torquatur vt iudex quomodo puniatur.
- 35 Iudex indebitè torquens quomodo puniatur.
- 36 Iudex quàm circumspectus esse debeat in torquendo, vt potius minus faciat quàm plus.
- 37 Tortura quomodo probetur.
- 38 Tortura quomodo presumatur.
- 39 Tortus quando in tormentis videtur dormire que via sit adhibenda, vt fateatur.
- 40 Torquens reum non debet vti instrumento insolito ad

neli non interrogatur nisi ei, qui dedit causam morti, vel habuit animum occidendi, ut per totum illum titulum, qui etiam loquitur in his, qui sunt in magistratu, dicta l. j. in pri. & dicta l. lege Cornelia in pri. Non obstat l. decuriones. C. de quaest. quia loquitur in eo qui ratio ne qualitatis suae non poterat torqueri. Et est casus specialis, quicquid ibi velit Bal. Fateor, ut dixi, si constaret, quod animo occidendi illum torfisset, quod tunc tenetur poena capitis. Qui casus posset contingere ex aliqua inimicitia intercedente cum iudice, vel corruptio ne eius, & magnitudine torturae. Loquor, ut vides, ubi omnino de facto fit tortura, sed si precedentibus indicibus non legitimis vel cum excessu, ubi etiam praecedant legitima, tunc si mors sequatur, arbitrariè puniatur, sicut supra conclusum est, & si non sequatur pro modo culpa, mitius tamen ex quo mors est secuta. Et hic est casus, qui frequentius ceteris contingit, & si sequitur debilitatio, ultra alias poenas tenetur iudex ad omnia dāna, expensas, & interesse, ut de se patet, & per Brun. in suo tracta. char. 9. col. ij. ver. sed pone. Reliqua vide ibi char. 8. col. ij. & sequētib. char. 11. col. 34. iij. ubi etiam quando iudex torquet ut priuatus, & quando ut iudex, tamen non se extendit iurisdicōne ad hoc, iuxta notata in l. imperiū. ff. de iurisdicōne omnium iudi. & quando torquet, ut sedetur tumultus populi, & quid in illis militibus, vel potius latronibus, qui torquent pauperes personas ad extorquendū pecunias: Vide Sali. in l. si quis ab hostibus. in fi. C. de cap. & postlim. reuerf. & dixi supra in materia capturae. Vide etiam ad praedicta de iudice indebitè torquēte, Homod. in tractatu suo syndi. char. 8. col. j. verfi. quod autem. Fel. in c. qualiter. §. ad corrigendum. col. iij. de accu. & in c. cum non ab homine. col. fin. de iud. Ang. in verbo, fama. qu. est. vij. & vij. & ibi in apofillis. Ange. in l. lege lul. ff. ad legē lul. de vi pub. & Catal. in tracta. syndi. q. iij. Per supra dicta tunc iudex multum considerat deueniens ad quaestiones habendo ea semper pro oculis. Nec etiā obliuiscaris verborum Augustini de Ciuitate Dei, lib. xix. c. vj. sub ru. de errore humano rui iudiciorū, cum veritas later: qui inter cetera dicit. Cum queritur vtrū reus sit nocens. cruciatur, & innocens, & luit pro incerto sceleratissimas poenas, non quia id commississe detegitur, sed quia non commississe nescitur: ac per hoc ignorantia iudicis, id est, nescientia facti, est calamitas innocentis. Sed quod intollerabilius est, magisque plangendum, rigandumque, si fieri posset fontibus lacrymarum, cum propterea iudex torquet accusatum, ne occidat nesciens innocentem, fit per ignorantia & nescientia miseriam, ut & tortū & innocentem occidat, quem, ne innocētem occideret, torferat. Sed secundum eum ibi circa fin. hec non facit iudex voluntate nocendi, sed necessitate nesciē di, ac etiam necessitate iudicandi: unde si iudex pie sapit, clamat ad Deum, De necessitatibus meis erue me. Tutius igitur est minus, quam plus facere. Successiue querendum esset, quomodo probetur tortura, & quomodo praesumatur. Et circa primum vide Hippo. in l. j. §. diuus Seuerus. col. j. & in l. de minore. §. plurimum. col. xij. de quaest. Al. x. in consil. xcviij. col. pen. vol. iij. Put. in tracta. syndi. char. 8. col. ij. Catal. in tracta. syndi. char. 11. col. j. Homod. in suo tractatu syndi. char. 12. col. sequenti & sequentibus. & alios in locis, de quibus supra, maxime Brun. Circa secundū vide eundem Brun. in eo tractatu, char. 9. col. ij. in fi. & prin. sequentis. Alex. iij. vol. consil. ij. col. fi. & per Fel. & Arc. in cap. cum dilecti. de accus. & dixi supra in materia confessio nis. Bar. in l. de pupillo. §. si quis ipsi praetori. col. iij. ff.

de ope. noui nunt. Put. in tract. vbi supra, char. 85. col. iij. & omnino sal. in l. interpositas. C. de transac. Quae ro etiam quando rei videtur dormire in tormentis, quae via sit adhibenda, ut fateantur: Et in primis est considerandum, an adsit aliquis defectus de latere interrogatoris, quia non fuerit facta omnis diligēs inquisitio circa interrogatoria, iuxta ea, quae ponit Put. in suo tracta. char. 81. char. fi. ver. & aduertendum. Deinde sunt consideranda omnia instrumenta ad torquendū, ut vtatur iudex, quod magis videtur aptum, de quibus per Hippoly. sanē egregium tortorem, in d. l. in pri. ff. de quaest. Aduertat tamen, ne vnquam vtatur instrumento insolito, quia si sequeretur mors, faceret iudex litem suam, iuxta notata per Bal. in l. j. C. de emen. ser. uor. & Angel. in l. nemo carcerem. C. de exact. tri. libro x. Salicet. & alios in dicta l. Gracchus. C. de adult. Item sunt videnda dicta Put. in suo tractatu syndi. char. 84. col. iij. in verbo, tortura grauior. & char. sequen. in versic. de repetitione. col. ij. & e contra. ibi etiā ponit modos, quibus obdurescant corda reorum, ne fateantur, ibi vide. Taceo tamen mille incantationes, quas vsu multorum didici circa vtrūque, tam vt fateantur, quam vt taceant, quia prohibita sunt. Sunt etiam videnda dicta Bruni in charta 10. colum. fin. in versicul. sextō principaliter querō. dum loquitur de variatione instrumentorum. Vltimō quaerendum est de repetitio ne torturae, tan & quando possit tortus iterum repeti in tortura: qui articulus est triuus, & in eo semper recurrat ad Bar. in l. vaius. §. reus. ff. de quaestio. Sali. & Docto. in l. i. C. de custod. & exhib. reor. Ang. Are. in verbo, fama. vbi l. t. simē per eum, & in Apofillis, & ad repertorium Hippoly. in l. repeti. ff. de quaestio. Summa haec est, tam secundum iuris dispositionem, quam secundum practica, quod non est licita repetitio in tortura, nisi quando non fuit vti debebat, tortus, vel noua indicia superueniunt, & id, q. non fuit vti debebat, tortus duobus modis potest contingere, vel considerata magnitudine indiciorum, super quibus fuit tortus, vel etiam quando erant aequalia, tamē iudex videns quod non timebat torturam, illum dimisit anino eam repetendi, & cum tali protestatione. Quod verō dictum est, quādo noua indicia superueniunt procedit in nouis indicibus differentibus à primis specie & substantia: non si eadem coadiuarentur testibus, limitando tamen, vti supra proximē. Et haec sunt secundum ea, quae dicuntur magis communiter Doctores, vbi supra, solum viderit dubitari propter auctoritatem Sali. in d. l. ij. ad fin. & Alexand. consil. quinto, vol. i. j. Quando tortus confessus reuocat confessionem, dū dicitur ad acta pro ratificatione, iuxta ea quae dicam in sequenti & nona quaestione princip. An sine aliis indicibus possit repeti tortura? Communis tamen opinio etiam hoc casu est, vt repeti possit, prout dicit Bar. in l. vnus. §. reus. in fi. ff. de quaest. vbi per Doctores per fundamentum Bald. in l. in bona fidei. columna tertia. C. de reb. credit. per Alexand. in dicto §. reus. & in l. j. §. diuus. in apofil. ac in omnem casum per fundamentum variationis, quod sufficit ad torturam, vt declarat Put. in tracta. syndi. charta 91. columna fin. versicu. visō de repetitione. & ita practicitur vbi que absque vlla hesitatione. Imō perseuerando in tortura, vt prius dixerat, & perseuerando etiam in sua variatione extra torturam, video repeti tormenta sepius, & dicunt latrunculares, quod toties possunt torquere, quoties variant. Nunquam tamen vidi torqueri ultra trinam vicem, nisi à carnificibus. Quod etiā sauis defenditur ex cumulatis in repertorio Hippoly.

polyt. in dicta lege repeti. Et facit quod dicam infra in decima quaestione. circa torturam testium, t. quando multi & multi testes, qui praesumunt scire veritatem, iuxta l. vnus. §. reus. ff. de quaest. & not. per Bald. in l. presbyteri. C. de episco. & cleri. illum tacent. Nam eo casu non omnes torquentur, sed duo vel tres, quia tortura est refrēnanda. Bald. in l. data opera. C. qui accular. non possunt. & in l. quoties. C. de naufrag. libro 46. x. Ex qua opinione etiam potest limitari id, quod supra dixi, succedentibus nouis indicibus ita demum posse repeti torturam, si differunt à primis specie vel substantia, vt non habeat locum quando variatur à praecedenti dicto etiam circa idem, & hoc, t. t. quāquam hoc indicium variationis, quod ex ore proprio procedit, & sit ceteris potentius, non omitto tamen, t. quod & si iudices dum volunt reum repetere, eum dimitunt cum protestatione, vt supra, tamen etiam sine ea repetere possunt in casibus, de quibus supra. Quia ex Doctore supra allegatis non apparet talem protestationē esse necessariam, sed satis est, imō etiam magis vt ex actis appareat non fuisse, vti debebat tortum. Non etiā t. omitto, ne erres in terminis, vbi reuocans allegaret errorem, tunc nullam esse difficultatem, quin audiretur demonstrato errore, quia nec repelleretur contra spontaneam confessionem, si ita allegaret. Et nos non loquimur hoc casu sed vbi quis dicit, Quicquid dixi, fuit per metum tormentorum. Et an etiam aliquando si ita praesumatur ex defectu indiciorū, vel aliter? Vide Areti. in c. cum dilecti. de accusationib. colum. penult. & fin. vbi etiam Fel. & dixi supra late in materia confessionis spontaneae, & per Alexand. in l. qui in aliena. §. Cellus. ff. de acquir. heredit. ad Bartol. ac in leclura. Et facit textus in l. j. §. si quis vltro. ff. de quaestio. imō est principalior textus in materia.

Tit. de Confessis per torturā, ac effectu torturæ.

SVMMAE.

- 1 Confessio metu tormentorum facta, vbi legitima indicia praecedebant cum perseuerantia sufficit ad sententiam condemnatoriam.
- 2 Confessio in tortura praecedente confessione extraiudiciali sufficit absque alia perseuerantia, licet dicat non vidisse seruari in practica.
- 3 Confessio in tortura, vel cum perseuerantia, vel cū alio adminiculo sufficit ad veritatem.
- 4 Probationes duae semiplena eiusdem generis coniunguntur in criminalibus.
- 5 Iudex puniens confessum in tortura absque alia perseuerantia videtur excusandus in syndicato.
- 6 Confessio in tormentis non praecedentibus indicibus emanans nihil valet, licet in ea reus perseuerauerit, & iudex haberet arbitrium, & supenuerissent indicia.
- 7 Perseuerantia, qua requiritur in confessione rei requiritur etiam in dicta testis.
- 8 Confessio sine tortura, seu dolo iudicis extorta, si praecedant indicia requiritur perseuerantia: si non praecedant, nihil valet, etiam si mille perseuerantia interuenissent.
- 9 Promissio liberationis seu impunitatis facta reo a principe vel a iudice, habet a licentia a principe, si fateretur delictum omnino est seruanda.
- 10 Contrarius cum principe facti sunt omnes bona fidei.
- 11 Promissio impunitatis facta reo a iudice, si confiteretur delictum, non valet.

Bossius

- 12 Confessio rei est valida, siue iudex prius illi dixerit, vt narret veritatem, quia nihil mali sibi eueniet, siue dixerit quod liberabitur, si vltra non possit dolo se agendo.
- 13 Confessio praecedente promissione impunitatis per iudicem facta, si postea reuocet confessione, & dicat se confessum propter promissionē illā iudicis, potest torqueri, sed moderatē.
- 14 Perseuerantia in confessione praecedente promissione impunitatis a iudice facta, debet esse sine repetitione eiusdem promissionis, imō admonito confesso, quod nulla sit habitatio talis promissionis ad hoc vt valeat.
- 15 Confessio non praecedentibus indicibus, sed praecedente promissione impunitatis a iudice facta, si reuocauerit confessionem, mitius torqueri debet.
- 16 Confessio praecedente promissione impunitatis facta per iudicem, qui instet, vt fateatur, quia non sit alius modus euadendi, dicitur extorta dolo malo.
- 17 Confessio per torturam extorta praecedentibus legitimis indicibus, si reuocetur, tortura sequitur, si non praecedebat indicia, & reuocetur, nulla est, vbi vero perseueretur, non praecedentibus indicibus nihil operatur, praecedentibus sufficit ad plenam fidem, nisi appareret confessum perseuerasse sub spe promissionis impunitatis.
- 18 Confessio sub promissione impunitatis emanans, in qua perseueretur, si appareat quod sub spe illius promissionis non sequatur perseuerantia, valet.
- 19 Impunitas non conceditur a lege ei, qui reuelat socios vel latrones regulariter.
- 20 Promissio indēnitatis a parte facta reo si reuelat socios, & rem explicet, quomodo se habuerit, tenet quo ad intē esse partis.
- 21 Confessio dolo & artibus iudicis extorta, secuta postea reuocatione, potens est ad torturam, sicut confessio tormentis extorta, & postea reuocata.
- 22 Confessio quando non est omnino nitida & clara sequitur potius tortura, quam aliter.
- 23 Contumax licet ex forma statuti Mediolani habeatur pro conuicto, & confesso, si tamen deueniat ad manus iudicis, & res ex qualitate indiciorum non sit omnino clara, non damnatur, sed torquetur.
- 24 Ducis Ludouici dictum, Si reus est damnatus propter contumaciam, non morietur.
- 25 Confessio debet esse inuulnerabilis, sicut debet esse inuulnerabile indicium, quod sufficit ad torturam.
- 26 Tortura effectus est, quod per eam purgantur indicia.
- 27 Tortura fidem addit est criminē notato, & etiam inimico capitali ad inquisitionem formandam.
- 28 Deferens reum etiam cum indicibus non consequitur praemium a statuto praesum probanti maleficium, si reus fateatur propter torturam.

Tit. de Confessis per torturā, ac effectu torturæ.

NON, quia vidimus de ipsa tortura, que fit vt habeatur veritas per confessionē, posteaquam non potest reus conuincit: ideo opere pretiū est videre de ipsa confessione, quae in tormentis fit, quemadmodum etiā supra visum fuit de confessione sponte facta in titulo speciali. Et quoniam materia nota est, & tractata per Doctores ad saturitatem, ideo paucis me expedio, & in primis vide Bar. in l. j. §. diuus Seuerus. ff. de quaest. vbi ponit de hac confessione facta in tormentis siue metu tormentorū in effectu, accō modādo exēplā ad eas, & cōcludendo, q. cum perseuerantia postea talis confessio sufficit ad sententiā, & aliter non: & loquitur vbi tamen ante torturā praecedebant indicia le

m 3

gitima, ut ibi in fi. Et conclusionē hāc latissimē exor-
 nat & approbat. Iaspōit alios in l. qui in aliena. §. Cel-
 sus. col. v. ff. de acqui. hered. vbi vide. Et quando dica-
 tur confessio facta per tormenta, vel metu tormento-
 rum, vide in quaestione praecedenti à principio ad fi-
 nem, vt scias an absque perseverantia sufficiat ad sen-
 tentiā, ¶ quando etiā procedente confessione extraiudiciali quis in tortura fatetur, nō videtur, quōd tūc re-
 quiratur alia perseverantia. Put. char. §. i. col. fi. ver. quia
 cōmuniter. & est gl. in l. c. v. ff. de adul. quā ad hoc alle-
 gat, & sequitur Ias. in l. magistratibus. col. ij. ff. de iuris-
 omni. iudi. & sequitur Fel. in c. olim. de rescri. in versi-
 octauō fallit. post Tinda. in suo dialogo. ad quam opi-
 nio. omnino est videndus Bal. in l. fi. col. j. C. de prob.
 dum ¶ concludit confessionē in tortura, vel cū perseve-
 rantia, vel cū alio adminiculo ad veritatem sufficere.
 4 Et facit etiā ad hanc opinionē, ¶ quōd dux semiplene
 probationes eiusdē generis coniunguntur in crimina-
 libus ad plenā fidem. licet scus sit, quando sunt diuer-
 si generis, quicquid sit in ciuilibus, vt not. in l. admo-
 nendi. ff. de iureiurā. ex quibus iudex, qui absque alia
 perseverantia talē confessum puniret, videretur om-
 nino excusandus in syndicato, arbitrater tamen eum
 malē facturū, quia agit de vita hominis. quo casu re-
 quiruntur probatiōes luce meridiana clariōres. I. sciat
 cuncti. C. de proba. & negari non potest, quin aliquid
 dubij apud iudicem prudentem remaneat. Nā prima
 est extraiudicialis, quae potest esse facta gloriose, alia
 in tortura, quae potuit fieri ob metū torture, item vna
 est spontanea, alia in tortura, & consequenter proba-
 tio dicitur praesumpta, & magis diuersi generis, quam
 euidentem, & ideo nunquā opinioes has vidi seruari in
 6 practica. Si ¶ verō iudicia nō precedebant, & sine eis
 saltem legitimis fuit tortus, tunc nullū fieri debet fun-
 damentū de ea confessione extorta in tormētis, licet
 perseverata. Ita latē Ias. in d. §. Cellus. per tex. in l. pen-
 secundum vnam lecturam, vt ibi no. Barr. ff. de quaest.
 & procedit hāc cōclusio, etiā quōd iudex haberet ar-
 bitrium, & dato, quōd postea superuenirent iudicia.
 Ita Dec. vt paucis agam, in casu si clericus in pri. col. iij.
 7 ver. octauō limitatur. de iud. vbi vide. Amplia autē pri-
 mam conclusionē, quae requiratur perseverantia, etiā
 quod praecedant iudicia, vt procedat non solum in
 reo, sed etiā in testis, quia testis, qui potest torqueri,
 iuxta Lex libero. ff. de quaest. & ibi Bar. Tortus debet
 perseverare in suo dicto, aliter de eo nō fit fundamē-
 tū. Bar. in d. l. pen. ff. de quaest. Soci. cōsi. cclij. col. ij. per
 Ang. in l. fi. col. ij. C. de quaest. & dicā in quaestione de-
 cima principali, quae sequitur, vbi de tortura testium
 8 verba faciā. Adde tamen ¶ & valde notabiliter amba-
 būs conclusionibus, tam quando praecedentibus indi-
 ciis sequitur confessio in tortura, quam etiā quando
 sine iudiciis, quōd nō solum procedunt in confessio-
 nibus torturae extortis, sed etiā dolo iudicis, quia si pra-
 cedebant iudicia, requiritur perseverantia: si non pre-
 cedebant, centū perseverantia nihil videtur prodes-
 se. Imola, si illū consideras, consil. cix. dat exemplū in ca-
 su, super quo cōsuluit, quando reus prius negauit. de-
 inde confessus est iudice sibi dicente, vt fatetur, quia
 promittebat liberationē, nec aliter erat modus, quo li-
 berari posset. Et in idē reincidit Put. in suo tract. char.
 92. ver. sequitur quaestio quotidiana. & Hipp. in reper.
 suo singul. ccj. & in l. §. quaestio. in fi. ff. de quaest. &
 quia materia hāc est admodū vtilis, & malē declara-
 ra, ideo dic duplicē esse quaestione. Prima, an promissio
 liberatiōis quae fit reo, si fatetur delictū, valeat, &
 9 sit seruanda. Secunda, ¶ an saltem confessio nulla red-

atur, an verō teneat? Circa primam dic, quādo iudex
 ceps promittit reo impunitatem, si fatetur delictū, vel
 iudex ipse noīe principis, habita licentia ita promittē
 di à principe talē promissionē esse seruandā, & hoc per
 tex. in epistol. inter claras. C. de sum. Trin. vbi inquit
 tex. nihil esse quod magis praevalgat in principe, quā
 recta fides. Hinc est, quōd princeps tenetur seruare fi-
 dem hosti, nec licet sibi allegare illud Virgilianū. *Do-
 lus an virtus, &c.* vt notatur in l. conuentionum. ff. de
 pact. & in l. j. §. nō fuit. ff. de dolo. Facit text. in c. decer.
 10 de reg. iur. in vj. Facit etiā, ¶ qd oēs contractus facti cum
 principe habēt naturā bonae fidei: quia in principe ma-
 ximē debet exuberare bona fides. Bal. in ti. de pac. C. 6.
 stā. in ver. supra verō, & Ias. in l. cū fundus. in ij. col. ff. si
 cer. per. & ideo etiā pactū nudū coram principe habet
 executionē paratā. Alex. in l. iurisgētū. §. Sed cū nuda.
 prope si. ff. de pac. Itē in ore principis firmior esse de-
 bet veritas, quia est Dens, & lex aīata in terris. Cur. cō-
 si. lxvj. col. vj. & ita semper video seruari. Nō ob. q. iu-
 dex pōt finger, vt veritatē eruat. l. de minore. §. pluri-
 mū. & ibi Bar. & Doct. ff. de quēst. quā aliud arbitror in
 pīncipe, cui non conueniunt fictiones, per praedicta:
 maximē quando nō vitur verbis generalibus tantū,
 sed promittit impunitatē. Non obstat exemplum, quōd
 adducunt Doctores Alex. in d. Pontificis tertij, cui cū
 quidam episcopus secretō confessus fuisset se episco-
 patum simoniacē adeptum fuisse, promissit illi veniā &
 impunitatem, si factum publicē fateretur: quo secuto,
 eūdem postea episcopatū priuauit. Quod exemplum
 refert Fel. in c. afferte. extra. de praesumpt. & in c. acce-
 dens. ij. vt lit. non contest. & Deci. in l. ea est natura. ff.
 de reg. iur. & alibi saepe, & est fundatum super gl. in c.
 dominus noster. xxij. quaest. ij. & in c. cupientes. in pri.
 in verbo, malignantium. de elect. in vj. quia gl. illa in-
 digent multiloquio, vt dicit Felinus, vbi supra. Praeter
 ea non merebatur eo casu fatuus ille episcopus, vt si-
 bi promissio obseruaretur: quia cum videret iam prin-
 cipem scire, ex quo rem ei secretō dixerat, & tamen
 nō acquiescere, sed velle vt illud publicē fateretur co-
 ram eo, & in concilio, non debuit nisi credere id fieri
 vt deciperetur vnde succedit regula, quōd volenti
 & scienti non fit dolus neque iniuria. iuncta regula legis
 quod te. ff. si certū petatur. quae paria facit, quōd quis
 11 sciat, vel scire debeat. In iudice verō ¶ fateor promissio-
 nem non tenere, quia nec etiā potest promittere,
 licet sit publica persona. Ius publicum ff. de pactis.
 vbi Iason in specie ampliat etiā in publica persona.
 Pertinet enim hāc impunitatis promissio ad solum
 principem, imō ad supremum. I. delegati. ff. de penis.
 & dicam infra sub rubrica de remed. ex sola clemen-
 tia principis. Et ideo necessariō est annectenda secun-
 da quaestio, ¶ An confessio taliter expressa valeat, ad
 hoc vt si reus nō possit se tueri vigore promissionis,
 saltem possit se defendere vigore nullitatis dictae con-
 fessionis: Et dic in hac quaestione regulariter talem cō-
 fessionem debere existimari validam secundum Do-
 ctōres magis communiter, & hoc sine dubio, quādo
 iudex dixit, Narra veritatē, quia tamen nihil mali eue-
 niet tibi iuxta textum in d. §. plurimum. & Bar. ibi. Sed
 si etiā promittit, quōd liberabitur, adhuc magis eō-
 munis est valere, quando vltra dolo sē agendo nō pro-
 cedit, vide Dec. & apostil. ibi in d. l. ea est natura. & cō-
 gnosces quōd tenet confessio etiā in hoc vltimo ca-
 su, & ratio potissima est, quia iudex etiā ita potuit
 fingerē ad veritatem erūdendā, iuxta notata in d. §. plu-
 rimū. Et ideo hīc cadere nō deberet distinctio, de qua
 in sequenti casu, quādo vltērius procedit iudex dolo sē
 agendo

agendo an perseveret postea vel non, quia habetur
 pro pura & spontanea confessione, iuxta ea quae dixi
 supra in titulo de confesiss, in prima quaestione. Tu-
 tius tamen est, vt dicamus: requiri perseverantiam, &
 est ex mente Doctōrum, & cum ratione, quia negari
 nō potest, quin confessio hāc sit obumbrata, & non
 clara, sicut Sol, vt requiritur. l. sciant cuncti. C. de
 probationibus. Hinc est, quōd etiā dubitatur, an
 sit necessaria perseverantia in omnino pura & spon-
 tanea confessione vt dixi in dicta prima quaestione.
 13 Et ideo si is, ¶ qui praecedente impunitatis promissio-
 ne factus est, reuocet postea confessionem, dicen-
 do, veritas aliter se habet, & confessus sui propter
 promissionem, deueniendum erit ad torturam, iux-
 ta notata per Bald. in l. in bonae fidei. C. de reb. credi.
 & in l. fin. C. de probat. Tortura tamen hāc debet
 esse moderata, non dico minus quam fat est, sed non
 ita grauis, nec toties repetita, prout fuit his diebus
 praeteritis contra quendam notarium Biuientem,
 qui in tali casu existens & reuocans, fuit trina vice va-
 riis temporibus crudelissimē tortus contra omnem
 humanitatem, & not. in l. reperi. §. j. ff. de quaestio. &
 quae dixi in proxima quaestione principali. Aduerten-
 dum tamen est summopere, ¶ quia dicta perseveran-
 tia debet fieri cessante repetitione promissionis, &
 nulla eius habita ratione: & postquam reo significa-
 tum erit, quōd non habebitur aliqua ratio dictae pro-
 missionis, aliter esset error nouissimus peior priore,
 & militante eadem ratione in perseverantia, quae mi-
 litabat in confessione principali, non posset super ea
 fieri fundamentum, sicut dicimus in confessione tor-
 mentis expressa, vt not. Barto. in l. j. §. diuus Seuerus.
 ff. de quaestio. & per Doctōres in d. §. Cellus. Est etiā
 14 aduertendum, ¶ quōd si talem confessionē non pra-
 cessissent aliqua iudicia, adhuc res in fauorem reuo-
 cantis redderetur clarior, & tortura salte debet esse
 mitior, per ea quae dixi supra sub dict. rub. de confesiss,
 circa fin. vbi latē posui, quando confessus absque indi-
 ciis reuocat sub fundamento merus illati, vel infe-
 rendi, quae in fortioribus terminis sunt adiumento
 reo. Si verō vltērius procedit iudex instando vt fatea-
 15 tur, & quōd ¶ aliās non est modus euadendi, tunc con-
 fessio extorta dolo dicitur, & malo dolo, vt consu-
 luit Imola in dicto consil. cix. & sine perseverantia, quia
 sequatur reuocatio, super ea non potest fieri funda-
 mentum, vt per praefatos Doctōres, quibus adde qd
 nullum prorsus fieri potest fundamentum etiā ad
 torturam, quia robur solum oritur secuta ratificatio-
 ne ex ea. Nam prima confessio fuit iniusta, iuxta fun-
 damenta Imole in dicto consilio: & ideo non secuta
 ratificatione corrumpit omne fundamentum. Et super
 17 hoc casu principali consuluit Imola. Hinc est, ¶ quōd
 in confessione extorta per torturam praecedentibus
 legitimis iudiciis, quia oritur semiplena probatio, vt
 milleis dixi supra si sequatur reuocatio, sequitur etiā
 tortura ex iudiciis praecedentibus: quōd si legitima
 non praecedebant, corrumpit penitus dicta confessio, vt
 dixi. Sed vbi reus perseveret in confessione, vt supra,
 per iudicem extorta, tunc si non praecedebant indi-
 cia, Imola sentit quōd nihil operetur illa perseveran-
 tia, sicut in secunda conclusionē, quam supra feci de
 confessione tormentis extorta: praecedentibus verō
 iudiciis legitimis sentit Imola, quōd sufficiat ad ple-
 nam fidem. Et in hoc secundo casu, quādo praede-
 bant iudicia, perseverantia tollit omnem maculam,
 & sufficit talis confessio ad condemnandum. Aduer-
 tendo tamen semper ad modum, quo fuit interroga-

tus, vt sit talis, quōd reus non possit dici inter spem
 & metum, sicut dixi, Et ita Imo. clarē sentit in dicto
 consilio. Ceterum si quoquomodo esset dubium, au-
 sub spe promissionis etiam fecerit ratificationē, nul-
 lo modo vellem, vt illa sufficeret ad condemnandum,
 quia super confessione prima dolo extorta non po-
 test fieri fundamentum, vt dixi, sicut potest fieri super
 extorta per quaestionem praecedentibus legitimis indi-
 ciis, toto titulo. ff. & C. de quaestio. & dixi supra. In
 primo verō casu, quando nulla praecedebant iudicia,
 videtur quōd Imola non bene sentiat, dum tenet, vt
 dixi, quōd adhuc super ea non possit fieri fundamen-
 18 tum. Nam ¶ militat eadem ratio hoc casu, sicut in pra-
 cedenti: loquor semper, vt dixi, quando ex verbis in-
 terrogationis iudicis, & responsionis rei, non possu-
 mus probabiliter dubitare, quōd perseveret sub spe
 promissionis, & timore. Neque obstat aequiparatio,
 quam facit Imola de confessione per torturam; ex-
 tortā ad hanc, de qua agimus, quia in cōfessione tor-
 turae militat timor iniustitiae, quando sine iudiciis, &
 contra ius tortis. In hac verō volo, quōd ex qualitate
 interrogationis & responsionis cesset omnis timor.
 Sic ego declaro hanc materiam, in qua infiniti Do-
 ctōres loquuntur, transientes tamen inconsideratē
 per verba, & fundamenta generalia. Et hāc adde ad
 ea, quae dixi supra in istamet materiā, in rubr. de exa-
 minibus reorum, versus fin. vbi ferē eram similis aliis.
 19 Et an lex ipsa concedat impunitatem socio criminis,
 vel non socio, qui reuelet socios, vel latrones? Di-
 cam infra in titulo de remed. ex sola clemē. princip.
 &c. Et conclusio est non concedere. l. j. §. cum quis
 latrones. ff. de quaestio. Fallit in casu l. non omnes. §.
 finali. ff. de re milita. vt per Bartol. in dicto §. cum
 20 quis latrones. Ex praedictis potes inferre ¶ nullum
 videri dubium, quin teneat promissio, quam pars fa-
 cit vni ex furibus de conseruando eum indemnem, si
 reuelet socios, & quomodo se res habuerit: loquor
 tamen quo ad interesse ipsius partis: quia respectu
 iuris publici ex praedictis resultat clara conclusio non
 valere eius promissionem. hāc tamen pendet à no-
 tatis in l. transigere. C. de transacionib. & pariter
 21 ex praedictis collige, ¶ quōd sicut confessio in tormen-
 tis secuta negatione est potens ad reiterandam tor-
 turam: ita etiā confessio extorta dolo & artibus
 praedictis secuta negatione & reuocacione: distin-
 guendo tamen, vt supra dixi, quod facit offuscatio
 22 confessionis, quando senim omnino non est nitida &
 clara per eam potius reus est torquendus, quam ali-
 ter: & hoc patet ex his, quae dixi supra in dicto titulo
 de confesiss. dum loquor de confessione qualificata,
 Occidi, sed feci ad mei defensionem, in versis sextō &
 vltimō aduertē. vbi volo, quōd talis ad mortem non
 possit damnari, sed torqueri, post Baldum in l. j. C. de
 confesiss. columna xj. & alios, vt ibi: & patet etiā ex
 his, quae ibi dico in articulo, Quando confessus re-
 uocat alia ratione, quam erroris, puta, merus: & nulla
 penitus praecedebant iudicia etiam ad capiendum, in
 versicu. est verum. vbi teneo talem confessionem so-
 lum sufficere ad torturam: patetque ex textu in l. j. §. si
 quis vltro. ff. de quaestio. & ex his, quae dicit Aretin. in
 cap. cum delicti. col. m. penulti. de accusatio. & quae
 dixi vbi supra circa fi. Ex quibus colliges, qd vbi cōfes-
 sio aliquatenus offuscatur, siue eliditur, tūc eligitur tor-
 tura: patetque hāc cōclusio ex his, quae scribit Claud.
 in l. vt vim. ff. de iust. & iur. circa dicta. Bar. in l. nō solu.
 §. sed vt probari. ff. de operis noui nuntiatio. maximē
 23 col. xxxij. & sequenti. ¶ Et hāc mirum in modū cōfir-

matur à practica, qua utimur in Senatu quo ad dam-
 narum ex contumacia vigore statuti, quod contumax
 habeatur pro confesso & conuicto : quia si talis de-
 uenit ad manus iudicis, & ex qualitate indiciorum
 res omnino non sit clara, non damnatur sed torquetur.
 Quæ practica tamen non caret autoritate, quia
 eam tenet Ang. Arer. in tractatu suo in verbo, Caium
 Sempronij, col. j. Et fundamentum est, quia est dam-
 natus propter contumaciam, & non propter delictum,
 iuxta notat per Bart. in l. si ideo. in pri. ff. de eiusd. Et
 eandem opini. tenet Marianus Soci. in capitulo quali-
 ter. *el secundo.* de accusationibus. in artic. xj. principa-
 li, in xxj. qua. vbi dicit opinionem hanc esse multum
 æquam : & quod aliter non obseruaret, nec obser-
 uandum cõsuleret, quia agitur de magno præiudicio,
 lizer de iuris rigore possit aliter dici : & dicã in frã in
 tit. quid admittantur bñiti, in illo articulo an facta re-
 24 cognitione possit illico de eis supplicium sumi : † &
 ita etiam obseruabatur tempore ducis Ludouici, qui
 semper dicebat, Non morietur, si est damnatus pro-
 pter contumaciam, Si igitur offuscatio hoc facit quo
 ad confessum vigore statuti, & damnatum; multo mag-
 is quo ad solum confessum : & in summa dicendum
 est, sicut diximus supra in secunda principali quaestio-
 25 ne in hac materia torturæ de indicio ad torturam, † q
 sicut illud debet esse inuulnerabile, ita confessio de-
 bet esse inuulnerabilis, allegauit Baldum in consi. cclix.
 in primo volumine. Sequitur modò, vt de secunda
 parte rubricæ aliquid dicamus, scilicet, de aliis effe-
 ctibus torturæ. Nam confessio, quæ ex tortura proue-
 nit, est principalis effectus, & ad hoc etiam deuenitur
 ad eam toto titulo ff. & C. de quaestio. Cuius loco si
 26 sequatur negatio, siue in negatione perseverantia, † se-
 quitur alius effectus torturæ, quod purgantur indicia,
 & non solum indicia, sed etiam ipsa probatio. l. edi-
 ctum diui Augusti, & ibi Alberic. ff. de quaestio, & dixi
 supra in sexta quaestione principali, ad finem, vbi lo-
 quor de protestatione, quam facere solent iudices,
 dum torquere volunt existerè plena probatione, for-
 tè vt manifestent socios & mādatores, iuxta latè di-
 cta supra per me in septima quaestione principali, in
 versiculo, sequendo materiam rubricæ. Et sic vides
 27 duos effectus torturæ. Alius est effectus, quod dicitur
 crimine notato propter torturam additur fides, l. ob
 carmen, §. si ea rei conditio. ff. de testibus. & §. licet. in
 authent. de testibus, Areti. in l. qui testimonio. §. qua-
 eunque. colum. ij. ff. de testamen. & ideo etiam inimi-
 cõ capitali cum tortura videtur credendum ad for-
 mam inquisitionem, vt dixi supra in materia in-
 quisionis, in versic. quæro quid in inimico capitali,
 vbi tamen reproban hanc opinionem, & dixi etiam
 supra in dicta septima quaestione principali, dum lo-
 quor de socio criminis, an faciat fidem, in versiculo,
 iuxta prædicta, vbi omnino vide. Et ideo testi vario
 creditur quo ad deposita in tortura, Barto. in l. si po-
 stulauerit, §. sed & si negauerit. ff. de adulter. Angel.
 in l. finali. colum. j. & ij. C. de quaestio, & dicam in de-
 cima quaestione, quæ sequetur, vbi latè de hoc tracta-
 bo, quia sequens est quaestio, videlicet, an magis in
 teste sit danda fides dicto in tortura, quam extra tor-
 28 turam, Et an præmiunij fidei qui debeat, qui aliquis
 nomen cum indicis detalic ex quibus ille positus ad
 torturam factus est maleficius, sante statuto, quod
 det præmiunij probanti illud maleficius ? Dic conse-
 qui non debere : quia etsi secuta sit confessio, & pro-
 batio, tamen magis prouenit ex inquisitione iudicis,

quàm partis. Ita Brun. in tractatu suo, charta. 11. ver-
 ficul. nonodecimò nota. post Bal. per eum allegatum.
 Quod perpetuò tenementi.

Tit. de Tortura testium.

S V M M A.

- 1 Torqueri non debent testes, nisi prius precedant indicia con-
 trarium.
- 2 Torqueri non potest testis liber homo, etiam si vilis sit nisi
 vacillet, vel presumatur scire id quod negat.
- 3 Testis liber homo, sed crimine notatus, vel aliis infamis infa-
 mia iuris vel facti, admittitur in testem cum tormentis tamen.
- 4 Testis liber homo vacillans, etiam si in dignitate, vel nobilitate,
 vel officio seculari esset positus, torqueri potest.
- 5 Clericus torqueri potest, sicut quilibet alius.
- 6 Presbyter testis & varius torqueri potest, etiam si non præ-
 cedat fama.
- 7 Torqueri non possunt in dignitate existentes siue rei, siue
 rei testes examinentur.
- 8 Torqueri quando non possit testis liber homo.
- 9 Testis vilis, qui non citatus se ingerit ad dicendum testimonium
 suspectus est, & torqueri potest.
- 10 Testis conuictus de mendacio ex dicto alterius dignioris, licet
 solus, potest torqueri.
- 11 Torqueri possunt domestici negantes fuisse furtum, vel scire
 quis fecerit.
- 12 Vacillare testis dicitur non solum quando in iudicio modò
 vnun, modò aliud dicit, sed etiam quando in iudicio deniat ab
 eo, quod extra iudicium dixerat, & torqueri potest.
- 13 Testis vacillans non torquetur, nisi etiam dicat se facto in-
 terfuisse.
- 14 Torqueri non potest testis liber homo vacillans in causa ciuili.
- 15 Serui possunt torqueri tam in causa ciuili, quam criminali, &
 quando tam cõtra dominum, quam contra extraneum torque-
 ri possint.
- 16 Testis varius, contrarius, vacillans quis dicitur.
- 17 Testis vacillans non solum testimonium reddit nullum, sed
 etiam ipse punitur.
- 18 Testimonia quæ dicantur falsa, diuersa, aduersa vel contraria.
- 19 Testis varius vel contrarius potest torqueri.
- 20 Testis varij dictum vltimum in tormentis præuadet.
- 21 Tortura repeti potest, quando quis dicit vnun, & postea re-
 petitus dicit aliud, & repetitur tortura toties quoties variat.
- 22 Variare quando dicitur quis.
- 23 Testis non dicitur varius, si incontinenti se corrigat, allegatio-
 do iustam causam erroris, & ita iudici videatur.
- 24 Testi debet iteratò legi dictum suum postquam deposuerit, &
 per talem lectionem tollitur error.
- 25 Testis correctioni incontinenti facte non statuitur, sed iudex de-
 bet modum correctionis attendere.
- 26 Testis incontinenti dicitur se corrigere, quando nondum exiit
 in conspectum iudicis, & quando exiit, sed nondum est par-
 tem allocutus, nisi aliud qualitas persone suadeat.
- 27 Varius testis dicitur, quando varietas est in facto principali,
 non si sit in accessoris.
- 28 Testi vario in accessoris diminuitur de fide.
- 29 Testi suspecto super impertinentibus interrogato, quod tunc
 licet, fides in totum tollitur si variat.
- 30 Testis non suspectus interrogatus circa non essentialia, licet
 variet, non tamen potest torqueri.
- 31 Testis falsitate admittens in non substantialibus quò punitur.
- 32 Varius non dicitur testis, quando in modico est contradictio.
- 33 Testis falsus deponens super pertinentibus ad causam, pua-
 nitur, aliis non.

- 34 Testis semel examinatus, si iterum examinari velit, quid agere
 debeat, ne in contrarietatem incidat.
- 35 Testes si hinc inde sunt contrarij & pares, nemo punitur de falso.
- 36 Testes instrumentarij si contradicunt instrumento & nota-
 rio, punitur notarius de falso.
- 37 Testis varius si torquetur, cui dicto sit standum : & si varia-
 tum pluries per eum fuerit remissum.
- 38 Copia indiciorum dari debet testi, vt disputetur, an sit torquen-
 dus, si questio sit, An seruis vel liber sit.
- 39 Indiciorum copia dari nõ debet testi, vbi dubium sit an varius,
 mendax, vel contrarius sit, an non.
- 40 Torqueri non potest crimine notatus, si refricetur in dubium
 an torquendus sit, vbi qualitas criminis non tangit causam :
 vbi verò tangit, tunc absque disputatione est torquendus.
- 41 Testes torqueri non possunt, vbi plenè probant, licet qualita-
 tes ad sint, quæ aliis illos torqueri facerent. Testes non debent
 torqueri, vbi aliqua bona ratio naturalis eos excusat.
- 42 Torqueri quis non debet, vbi aliis plenè constat de delicto.

Tit. de Tortura testium.



E c i m o est videndum de tor-
 tura testium : & licet ordo vellet,
 vt viso de tortura rei, modò po-
 neremus de tortura actoris : attam-
 è quia hæc testium est magis vilis,
 & frequens, ideo prius de ea vi-
 deamus : & post eam vndecimò &
 vltimo de tortura actoris dicetur, quam paucis expe-
 diam. Et primò est sciendum † non esse deuenien-
 dum ad torturam testium, de qua infra nisi prius
 præcedant indicia cõtra reum. Casus est in l. j. in prin.
 ff. de quaest. & ibi Bart. expressè circa fin. notat, & di-
 cit tenendum esse menti. & sequitur Brun. in tractat.
 suo tort. char. 6. col. iij. versic. dixit etiam Barto. quod
 multum nota contra ecclesiasticos iudices in reeris
 ecclesiæ, qui etiam sine indicis contra reos imme-
 diatè torquent testes. Est verum, quod si pro testibus
 examinandi iam confessi essent aliquod delictum :
 tunc reperirentur casus, in quibus possent interrogari
 contra alios : de quibus casibus dixi supra in hac mate-
 ria in vij. q. prin. in vers. sequendo capita huius quaest.
 2 principalis. Secundò est sciendum liberum † homi-
 nem non torqueri, cum vt testis examinatur, nisi va-
 cillet, vel presumatur scire id quod negat, etiam quod
 persona sit vilis. Ita Bar. in l. ex libero. ff. de quaest. Et
 circa regulam adde, † quod Bar. dum loquitur de de-
 portato, & vult vt nõ torqueatur, sentit hoerum ho-
 minem etiam crimine notatum non torqueri. Cõtra-
 rium tamen probat tex. in l. ob carmen. §. si ea rei cõ-
 ditio. ff. de test. qui vult, vt persona crimine notata vbi
 admittatur ad perhibendum testimonium, admitti so-
 lum debeat cum tortura. Quam cõclusionem pro in-
 dubitata posui supra in vij. q. prin. vers. iuxta prædicta
 tractado in materiam socij criminis, an faciat interdum
 indicium. Pro concordia Areti. in c. testimoniu. col. vij.
 extra, de testi. dicit, quod aliquæ persone sunt viles &
 inhonestæ ob qualitatem criminis, vt sunt pugnantes
 ad bestias, histriones, ioculatores, & similes, & eis sine
 tormentis nõ creditur. Et de his loquitur d. §. si ea rei
 cõditio. Aliquæ vero sunt persone quæ quamuis sint
 turpes propter aliquod crimen, de quo damnate sint,
 non tamen sunt turpes ratione cõmunis status & eo-
 rum exercitij : & tunc vbi admittuntur, sine tortura ad-
 mittuntur. & ita procedit dicta Bar. in l. ex libero. hæc
 suam opinio fundat in l. diuus. §. si ff. de quaest. vbi est
 casus clarus, Deportatus, qui pro teste producit, &

qui est infamis infamia iuris, & facti, non debere tor-
 queri, iuncta dict. l. ob carmen. §. si ea rei conditio. qui
 text. loquitur in arenario, & similibus. In contrarium
 tamen est glof. in l. iij. §. lege Julia. in verb. palam. ff.
 de testi. quæ vult vt turpes non admittantur sine tor-
 mentis, & loquitur generaliter sic etiam gl. in cap. per-
 tuas. in verb. adminicula. extra, de sumo. sic Alexan. in
 consi. xj. col. ij. vol. j. vers. quimò. & Cepol. consi. lxxj.
 col. ij. vers. præterea. & apertius Alex. in d. l. ex libero.
 vbi omnino vide, quia expressè loquitur de infami-
 bus & iuris & facti infamia, & de crimine notatis, &
 Fulg. consi. clxxij. col. j. qui loquitur in socio criminis :
 & hæc est communis opin. quod per te ipsum videre
 potes ex autoritatibus Doctoru allegatis hic, & su-
 præ in vij. q. in d. versic. & aliis per eos citatis. Et ideo
 quotidie video sub hoc fundamento poni ad torturã
 socios criminis & infamis, in casibus, in quibus ad te-
 stimonium admittuntur, concurrentibus tamen iis,
 quæ faciunt eos idoneos ad torturam, iuxta latè su-
 præ tradita in d. vij. q. & quæ dicit text. in c. in fidei. de
 hæreti. in vj. & text. & glo. in d. ca. per tuas. de sumo. ne
 tortura ineptè inferretur, cõtra l. j. C. de iur. cal. & l. j. §.
 si quis dicatur. ff. de quaest. vbi Barto. Et ideo vide pro
 confirmatione Flo. in d. l. iij. §. lege Julia. super dict. gl.
 in verbo, palam. qui expressè vult infamem infamia
 facti constituto tamen de facto admitti, sed cum tor-
 mentis. Sic etiam Doctores, dum volunt infamem in-
 famia iuris in subsidium admitti, dicunt cum tortura,
 vt per Iac. in l. j. in prima lectura. C. de sum. Trin. col.
 pe. & vide omnino Bar. in d. l. j. C. de sum. Trinit. col.
 v. qui clarè tenet, infamem infamia iuris nullo casu si-
 ne tormentis admitti. & ad hoc adducunt tex. in d. §. si
 ea rei conditio. qui conuenit, quia loquitur in infami
 infamia iuris. De infami autem infamia facti non vult
 vt passim torqueatur, sed ita demum quando est val-
 de vilis, & ignotus. Et consequenter resultat clara
 conclusio, quod non solum arenarij & similes, qui ex
 illo exercitio sunt infames, torquentur, sed etiam alij
 infames propter condemnationem alicuius criminis,
 iuxta l. j. ff. de infa. Sic etiam alij crimine notati infa-
 mes infamia facti torqueantur. Nõ obstat tex. in l. diuus.
 §. si, quia noluit ille tex. aliud dicere, nisi hoc solum, quod
 cum talis deportatus non amiserit libertatem, sed ci-
 uilitatem tantum, de eo vti de seruo nõ est quaestio ha-
 benda, quia superius in eadem l. loquutus fuerat de
 quaestione habenda à seruis. In ceteris igitur, id est,
 circumscripca dubitatio, an vti seruis in quaestio-
 nibus esset habendus, lex relinquit eum sub lege loquen-
 te de aliis infamis. Facit regula l. qui testimonio. in
 princ. ff. de testamen. & text. in cap. j. in fi. de atar.
 & qual. Et quod sit verum textum illum ita loqui, ap-
 paret quia simul dubitat de statuliberis. Aduertendum
 tamen puto, quod d. saepe, imò quasi semper sumus ex-
 tra has difficultates, quia prius negant, postea fatentur,
 vel aliter variant: quò casu postea sumus non in regu-
 la, in qua laboramus, sed in fallentis, de quibus mo-
 dò dicemus. Regulam igitur sic declaratam, liberum
 hominem pro teste examinatam non torqueri, limita-
 ta : Primò, per ea quæ dicta sunt, non procedere in-
 eo, qui est crimine notatus : quod sine dubio pro-
 cedit in infami ex natura delicti : procedit etiam in
 infami propter condemnationem, vt demonstrauit
 procedit etiam in infami de facto, & crimine notato
 simpliciter, secundum magis communem opinionem
 licet Barto. addat, si tamen sit vilis admodum, in d. l.
 j. C. de sum. Trinita. & fide catholice. Procedit etiam
 non solum in teste, sed etiam in accusatore, vt dicam
 in vn-

in vndecima & vltima parte huius tractatus. Secun-
 4 dō limitat, vt non procedat, vbi testis vacillaret. d. l. ex
 libero. in princ. Quae limitatio procedit, etiam si sit
 positus in dignitate, vel nobilitate, vel alio officio se-
 culari. Ita Bartol. in dicta l. ex libero. qui dicit, quod
 presbyter etiam examinatus vt testis, & vacillans tor-
 queri nō potest, allegat l. presbyteri. C. de episcopis &
 cleric. vbi est casus. Et loquitur Barto. in presbytero
 non in clerico, de quo clerico est text. in dicta l. qui
 5 ¶ vult ita torqueri, sicut quemlibet alium. & d. l. pres-
 byteri. est canonizata v. q. vlt. in c. presbyteri. *el primo.*
 Non seruatur tamē hęc lex in eo, quod prohibet pres-
 byteros vacillantes torqueri de iure canonico secun-
 dum gl. in eo cap. & communis est contra Bart. quod
 6 ¶ clericus etiā presbyter torqueri potest, vt dicit Abb.
 in cap. cum in contemplatione. de reg. iur. & loquitur
 Abb. non solum in presbyteris, qui de seipsis interro-
 gantur, sed etiam de iis, qui vt testes cōtra alios exa-
 minantur, vt patet in vers. quinto. iunctis iis, quae di-
 cit in vers. & ex praedictis. & vide Salic. in dict. l. pres-
 byteri. qui dicit priuilegium presbyteri esse vt non de
 facili torqueatur, & ita loqui illam legē: sed si tamen
 cōtra eum militent magna indicia potest torqueri.
 cap. j. de depof. & hęc est optima cōcordia, quae com-
 probatur ex dicto Abb. in d. c. cum in contemplatio-
 ne. dum vult tamē non torqueri, nisi fama preceden-
 te, quod sequitur Alex. in l. fin. ff. de quaestio. ad Barto.
 super verbo, veniamus. dicens etiam ita communiter
 teneri in d. cap. j. prout esse verum cōstat ex reperto-
 rio Hippo. in l. pe. col. ii. ff. de quaestio. etiam quod ad
 alia indicia. Et hęc adde ad ea, quae dixi supra latē de
 hoc, & aliis in dignitate constitutis, in vj. q. princ. in
 ver. circa secundam. & ad Marian. Soc. in ca. qualiter.
el secundo. in xj. artic. quaest. xcv. & vide etiam latē Pu-
 te. in tractatu syndi. char. 90. col. j. vbi tandem dicit
 clericos & presbyteros in casibus à iure permisis tor-
 queri secundum obseruantiam, addens se vidisse ta-
 les tortos pro veneno dato consanguineis: & quia
 corpora sepulta exhumauerant, & vestibus, cum qui-
 bus fuerant sepulta, spolauerant, ac annulis vt per
 eum. Et nota omnino secundum praedicta, quod pres-
 byter varius torquetur, ita demum si etiam precedat
 fama cōtra eum: de quo dubito: quia quod dicitur de
 fama, accommodatur, quādo in se ipsum torquetur su-
 spectus alicuius criminis. & ita loquitur tex. in ca. j. de
 depof. & Doctores ibi: sed si examinatur vt testis, &
 sit varius, nescio quae fama in hoc casu debeat praece-
 dere. Arbitror tamen fuisse mētem Doctorum loqui
 generaliter: & sic etiam quod vt testis examinatur, vt
 patet in dicto Salic. vbi supra. Et dictum Abb. quod al-
 7 legatur, est generale, ¶ quod non reperit clericos posse
 torqueri, nisi sint infames. De positus verō in digni-
 tate vide latē supra in d. vj. quaest. vbi plenē dixi. & per
 Modernos in l. centurio. ff. de vul. & pup. & conclusio
 est ibi non posse torqueri: sed tamen Bart. in l. ex libe-
 ro. supra allegata, videtur declarare hęc cōclusionem,
 vt non possint torqueri, quando examinantur vt rei,
 secus si vt testes, quia tunc vult vt nulla habita ratio-
 ne ad dignitatem si vacillant, non autem ex alia cau-
 sa, torqueantur, per l. nullum. C. de testib. & Bart. se-
 quitur Brun. in suo tracta. charta 76. col. ij. & Hippol.
 in suo repertorio in d. l. ex libero. reprobato tamen
 Bart. in officiali, qui non potest conueniri, vt per eum.
 Abb. not. in c. cum in contemplatione. vult, si bene vi-
 des, quod non torqueatur etiam vt testes, in versic.
 quinto, iuncto vers. ex praedictis. maximē ibi dum di-
 cit, tantum dixi de liberis constitutis in militia, vel

dignitate. Per quae verba clarē & apertē vult nō tor-
 queri tales etiam vt testes, dato quod variēt. Et idem
 apertē Ioā. And. & alij Canonistae. Nec obstat textus
 allegatus per Bar. in l. nullum. C. de testib. qui loqui-
 tur quo ad pœnam, à qua nulla dignitas eum excusa-
 re habet. & ita Bald. Salic. & communiter Doctores
 illum text. ibi intelligunt. Salic. in l. si. col. ij. C. de qua-
 tenet praecisē opinionem Bart. vt vacillans torquea-
 tur, non obstante dignitate aliqua, non tamen alia ex
 causa loquendo in teste etiam quod cōiūceretur de
 mendacio, sicut proprie loquitur Bart. & considera-
 tē admodum videtur loqui. Alber. not. in rubrica. C.
 eodem titulo de quaestio. simpliciter vult, non tor-
 queri, distinguendo postea in aliis non constitutis in
 dignitate, an vacillent vel non, sicut faciunt Cano-
 nistae in dicto cap. cum in contemplatione. Idem tenet
 Azo in summa de quaestio. in princip. Idem Gandi.
 in titu. de quaestio. & tortu. in j. colum. vbi vult, vt
 testis vacillans torqueatur, postea excipit inter ceteros
 positos in dignitate, & ideo dicat Bart. quicquid
 velit, & qui illum inaduerterter sequuntur, maximē
 Salic. in dicta l. finali. Veritas, & communis opinio
 Doctorum est, nullo casu posse torqueri personas in
 dignitate existentes, siue vt rei, siue vt testes exami-
 nentur, nisi in criminibus exceptis: & vt dixi, textus
 per Bart. allegatus in dicta l. nullum. loquitur quo ad
 pœnam, & ideo in ceteris remanent leges illa sa. Et
 hęc adde ad ea, quae supra dixi in d. vj. q. in versic. cir-
 ca secundum. Et per hęc remanet insulsa dubitatio
 Hippo. in d. l. ex libero. qui conatur ostendere contra
 Barto. officialem torqueri non posse in casu variatio-
 nis: nam propter dignitatem suam indistinctē torque-
 ri nō potest. Nūc postquam explicitum est, quid iuris
 sit quo ad crimine notatos, & constitutos in dignitate:
 8 videndum est etiam de aliis liberis hominibus, ¶ an
 & quando, dum examinantur vt testes sint torquen-
 di, & Barto. in d. l. ex libero. cōcludit admitti sine tor-
 tura, non solum si sint diuites, & bonae opinionis, sed
 etiam si sint homines viles, licet villibus non adhibea-
 tur tanta fides: Excipit tamē tres casus in quibus vult
 posse eos torqueri: Primus est, si vacillant: Secundus,
 si conuincantur de mendacio: & has duas fallentias
 ponit, quando persona sunt diuites & honestae, addit
 tertiam, quando persona est vilis, videlicet, quando
 spontē accedit ad dicendum testimonium, vt notatur
 per eum, & cum Bartol. clarē tenet Marian. Socin. in
 cap. qualiter & quando *el secundo.* in xj. artic. quaestio.
 xcv. de accus. vbi vide, & Salic. in d. l. fin. C. de quaest.
 col. ij. & alij communiter, vbi supra. Et circa tertiam,
 vt ordine retrogrado procedamus, dic quemlibet,
 9 ¶ qui vltro se ingerit non citatus ad dicendum testimo-
 nium, facere se suspectum, vt ponit Iason in l. prae-
 tor ait. *la prima.* in primo notab. ff. de iureiur. ergo
 magis vilis persona: & ita hoc modo resultat indi-
 cium, quod requiritur etiam ante torturam testis,
 iuxta dictum Bartol. in l. j. in pri. circa fin. ff. de quaest.
 10 Circa verō secundam, quando ¶ conuincitur de
 mendacio, exemplum est in eo, qui negat interfuisse
 factō, & conuincitur, per text. in l. vnus. §. iudex.
 ff. de quaestio. Nam praesumitur cum hoc suo menda-
 cio velle occultare veritatem, & ita potest torqueri,
 & sufficit si conuincatur ab vno solo in hoc casu, si sit
 dignus. Ita Barto. in dicto §. iudex. de quo mendacio
 (quod supra posui inter indicia ad torturam in ij. q.
 prin. col. ij.) ibi vide, quia distinxit circa modum pro-
 bandi illud, an loquamur cōtra reū, an contra testem,
 & cū ratione, vbi latē. Et adde, quod saepe cōtingit hęc
 limita-

limitatio in illis delictis, quae committuntur à vicis
 manu prompris: quia etiam quod committantur in
 platea ad praesentiam populi, tamen cum maxima dif-
 ficultate potest haberi veritas, non audentibus homi-
 nibus veritatem deponere ob metum illorū. Et ideo
 iudex vbi videt, & scit talem testem interfuisse, qui ta-
 men negat se aliquid vidisse, potest eum torquere, nō
 possit tamen torquere omnes, qui interfuerunt, sed
 duos vel tres secundum Alex. post Bal. in d. l. ex libe-
 ro. Bru. & alios communiter, vbi supra. Hinc est etiā,
 ¶ quod quando sit futurum vel aliud maleficium in do-
 mo, quoniam qui in domo habitant, verisimiliter fe-
 cerunt, vel saltem sciunt à quo factum fuerit, ipsis ne-
 gantibus potest aduersus eos iudex deuenire ad tor-
 menta, vt traditur in l. dominus horreorum. in princ.
 ff. loca. vt ibi per Bald. & etiam Bar. Pute in tract. suo,
 char. 84. col. ij. & idem quo ad eos, qui domū frequē-
 tabant, Alex. in j. vol. consil. l. j. co. v. & vide ad hęc Ias.
 in l. si quando. C. vnde vi. col. viij. circa fin. & intellige
 quem admodum declarat Bal. in d. l. dominus horreo-
 rum. & in l. j. C. loc. & Ias. in l. in actionibus. col. j. ff.
 de in lit. iuran. Circa primam, ¶ quando testis vacillat
 pone exemplum, non solum quando in iudicio vacil-
 lat, modo vnum, modo aliud dicendo, in eodem iu-
 dicio, sed etiam quando deuiat in iudicio ab eo, quod
 dixerat extra iudicium. Ita Alex. in consil. l. xij. vol. j. vbi
 est videndum & Cepol. consil. l. xj. col. j. & ij. non dico
 prout dicit Bart. q. hoc casu puniatur de falso, in l. eos.
 ad fi. ff. de fals. sed posse vt vacillatē torqueri: nam
 reprobatur Bar. in d. l. eos. quia talis nō potest de falso
 puniri, vt per Doct. in cap. cum in tua. de testi. Alex.
 con. cluij. col. pen. in v. vol. & per Tindar. vbi omnino
 vide in tract. de testi. in iij. ca. & per Dec. in c. per tuas.
 11 col. fin. extra de proba. Et aduertendū est, ¶ quia non
 videtur sufficere vacillatio, nisi etiam testis fateatur se
 interfuisse. Ita gl. in l. vnus. §. testes. ff. de quaest. Io. An.
 & Abb. in c. cū in contemplatione. de reg. iur. & Alex.
 in d. con. l. xij. de quo dubitari possit, quia Barto. in d.
 l. ex libero. simpliciter dicit vacillantem torqueri, &
 item quando conuincitur de mendacio, in hoc secun-
 do casu intelligens text. in l. vnus. §. testes. ff. de quaest.
 per quem glo. ibi asserit id, quod dixi. Sic etiam intel-
 ligunt multi alij secuti Bar. vbi supra. propter quae ver-
 ba de facili vnusquisque ita credere possit & opinari
 hanc esse opin. communem. Nihilominus arbitror ve-
 riorē opinionem esse glo. in d. §. testes. vt non suffi-
 ciat simplex vacillatio, nisi etiā dicat se factō interfuisse.
 se, moueor per tex. in d. §. testes. qui factus est ad hoc:
 & quia Doctores communiter in d. c. cū in contem-
 platione. ita volūt: sic etiam Doctores relati per Alex.
 in d. consil. l. xij. maximē Cyn. in l. fin. C. de quaest. qui
 omnino vidēdus est, & ipsemet Alex. in eo consil. Mo-
 ueorque etiam, quia non reperio gl. in d. §. testes. esse
 ab aliquo reprobata, ita vt nec Barto. ibi quicquam
 pungat eam, imō reperio Alberic. ibi clarē dicentem,
 quod dicta duo requiruntur, & reuera non videtur
 quod aliqua ex parte debeat haberi in consideratione
 vacillatio, nisi ille interfuerit factō: quia eo casu po-
 test existimari quod veritatem velit occultare, non
 autem quando non interfuit, vt de se patet: & nō sine
 ratione ego dixi. Et dicunt Doctores, quod ipse hoc
 debeat attestari: quia vbi alij hoc asserant, ipse negan-
 te, tunc sine dubio est torquendus ratione mendacij,
 secundum Bart. & communiter Doctores supra rela-
 tos dantes etiam hunc sensum ad d. §. testes. qui etsi
 non multum conueniat, tamen in se verus est, vt ma-
 ximē patet ex his quae dixi supra in ij. q. princ. in ij. col.

loquēdo de indicio, quod resultat è mendacio, & aliis
 paulō antē dictis. Item aduertēdum est praedicta pro-
 14 cedere in causa criminali: ¶ in causa verō ciuili testes
 etiam vacillantes non torquentur. Ita probat tex. in l.
 diuus. in fin. ff. de quaest. iuncto pri. text. qui aliud vult
 quō ad seruos, & ita Bar. in d. l. diuus. Si tamē essent vi-
 les, & vacillarent, possent torqueri. Ita Cyn. in l. fin. C.
 de quaest. refert & sequitur Ias. in l. imperiū. in xij. col.
 vers. sed aduerte. ff. de iuris. om. iudic. & ita de liberis
 15 testibus dixi. De ¶ seruis verō, an & quando possint
 torqueri tam cōtra extraneum, quā dominum pre-
 sentem, vel praeteritum, vide Abb. & alios in d. c. cū
 in contemplatione. de reg. iur. & Salic. in l. fin. col. ij. &
 in l. interrogari. C. de quaest. Angel. in l. j. C. de quaest. &
 Albe. in eodem tit. in rubrica, & alibi saepe nec fit dif-
 ferentia, an simus in criminalibus, vel ciuilibus. dict. l.
 diuus. in princ. quia genus eorum admodū fordidum
 est, vt dicit Ang. in d. l. j. & Doctores vbi supra. verum
 qua, vt vides, liberi vacillantes & in criminalibus &
 in ciuilibus torquentur, Vbi tamen in ciuilibus sine
 etiam viles, operapretium est aliqua dicere ad verā
 intelligentiam huius termini vacillationis, & an disse-
 rat à variatione, & contrarietate. In quo breuiter dic-
 16 differre, ¶ quia testis dicitur varius, cum nulla causa
 assignata dicit contrarium eius, quod primō dixerat.
 & dicitur extra, de tempo. ordin. Contrarius verō est
 cum dicit duo, quae simul esse non possunt: vt si primō
 dixerat contractum fuisse Romae die tali celebratum,
 postea dicit se illo die fuisse Narbonae. Sed vacillans
 dicitur, qui timendo & dubitando variē loquitur. l.
 17 eos. ff. de fals. & in l. j. cum similib. ff. de testib. & ¶ tes-
 timonium talis non solum non valet, verum etiam
 ipse puniatur. l. nullum. C. de testib. Hanc declaratio-
 nem tradit Specul. in titul. de teste. §. j. versicul. item
 quod testes sunt varij. vt est vltra Specul. de vacillan-
 te glo. expressa in capit. si testes. §. j. in verbo, vacill. nt.
 iij. quaest. iij. quam allegat & sequitur Alber. in dict. l.
 ex libero. & vltra Speculat. etiam expressē ita decla-
 18 In hoc in c. praererea. in fi. de test. co. qui dum loquitur
 de vacillante, & dicit illum esse, qui dubitando loqui-
 tur, Subdens etiam, item & qui variē loquitur, vo-
 luit simul vtrumque iungere, sicut facit Spec. & sequi-
 tur Spec. & Innocentium Bar. in d. l. eos & ¶ quae di-
 cantur diuersa testimonia, & quae falsa, & quae aduer-
 sa, & contraria, ponit idem Bart. in d. l. eos. col. penul-
 vide etiam in tractatu Claud. char. 51. & omnino vi-
 de Tindar. in tracta. suo solenni de varietate testium.
 in 13. char. col. j. vbi ponit primō, quae dicatur falsa tes-
 timonia, & quae non, & hoc in c. incip. transeamus. ij.
 in c. seq. quod incipit, varia. ponit quae dicantur varia,
 aduersa vel contraria. Ex quibus sequitur dum Bart.
 clarē vult in d. l. ex libero. & Abb. & Doctores in dict.
 19 ca. cum in contemplatione. de reg. iur. vt testis etiam
 vilis non torqueatur, si sit liber, nisi vacillet, hoc pro-
 cedere in ipsa vacillatione, non autem quando sim-
 pliciter est contrarius, vel varius: & ideo etiam l. nul-
 lum. C. de testib. quae vult testem posse torqueri, &
 puniri si falsitate non caret, intelligitur à Doctorebus
 procedere in vacillante. vide ibi Cin. & alios, & quod
 solum si vacillat testis sit torquendus, etiam sentit
 Alexand. consil. l. xij. volum. j. Nam in primis facit regu-
 lam quod testis vacillans potest torqueri, postea ostē-
 dit eum, qui primō vnum dixit extra iudicium, po-
 stea contrarium in iudicio, esse in casu vacillationis,
 & aliter non esse torquendum. Contrarium tamen,
 scilicet vt testes varij & contrarij sint torquendi, sen-
 tit Bartol. in dict. l. eos. versicul. & ideo pro declara-
 tione

tione. & in l. j. §. questionibus. ff. de questionibus. & in l. si postularit. §. sed si negauerit. ff. de adulteriis. imò nihil videtur magis t. notum, quam vt subiciatur tormentis testis varians, & qui sibi ipsi sit contrarius, & tunc statur ultimo dicto in tormentis, secundum Bartol. in locis proximè allegatis & Doctores in cap. cum in tua. extra. de testibus. maximè Felin. columna 21 penult. & idè t. dicimus quando quis in tortura vnù asserit. postea repetitus dicit aliud, posse repeti torturam, imò toties quoties ita variat, per dicta Bartol. in l. vii. §. reus. in fin. ff. de questionibus. & melius & magis ad rem in l. de minore. §. plurimum. columna j. ff. de questionibus. Angel. consil. xxij. & per Angel. Aret. in glossa in verbo. fama. in materia tortura. in ix. quaestio. & Put. in tract. Syndic. in chart. 91. columna fin. versicu. viso de repetitione, vbi omnino vide. Ad confirmationem primæ opinionis quòd testis debeat vacillare, adduco text. in dict. l. ex libero. & quòd aliter torqueri non possit, tenet Soci. in consil. cclij. columna secunda, versic. præterea. & Bald. in l. presbyteri. columna secunda in pri. C. de episco. & cleri. Barto. & Doctores in d. l. ex libero. & Abb. & Doctores in cap. cum in contemplatione, de regul. iur. & puto esse veritatem ipsam, vt requiratur vacillatio, quia lex ex libero, & doctores ibi, & in dict. cap. cum in contemplatione, non possunt euitari, & Bart. etiam ita vult in d. §. plurimum, si bene vides. Tamen Doctores quò ad hunc effectum tortura habent pro vacillante omnem qui variat modo vnum modo contrarium dicendo, Hoc elicio ex dictis Bart. in dict. l. eos. in dict. versic. & in d. §. questionibus. ac in d. §. sed si negauerit. & ex dictis Doct. in d. c. cum in tua. & amplius hoc elicio ex dicto consil. Alex. lxxij. in princ. quia consuluit quem dici vacillatem ex eo solo quòd primò extra iudicium vnum dixit, & postea in iudicio contrarium, qui tamen non dicitur vacillans secundum diffinitionem de qua supra, imò licet etiam non diceretur vacillans, sed solum varius, & contrarius tamen debet torqueri, vt late consuluit in terminis Cepol. consil. lxx. columna prima & ij. vbi omnino est videndum. & ita practatur, & hæc non sunt considerata in repertorio Hippoly. in sing. cccij. qui est ita clarè vult, tamen locutus est oculis clausis. Et ad declarationem prædictorum scias t. quòd testis non dicitur variare qui repetitus addit dicto suo, Dec. consil. 100. col. v. nec etiam ille qui primò dixit quòd omnes, postea quòd maior pars, Dec. ibidem, col. penult. circa prin. & quid de eo qui primò asserit vnum vt certus, postea in alia depositione dicat quòd non erat bene certus, nec habebat bonam memoriam, vide Felin. in ca. si autem. colum. ij. in prin. de rescript. & Pau. de Cast. in l. glo. C. de dolo. & ibidem Alex. ac Alex. omnino in l. ij. col. ij. ff. quòd quisque iur. & econtra quando quis primò dixit nescire, postea scire. Vide Bartol. & Alex. in l. qui bona. §. si quis stipulatus. ff. de dam. infe. & ibi in apostillis impressis, & quid in eo qui primò dixit scire, postea credere. Aret. consil. xliij. col. fin. Feli. & Aret. in c. quoties. extra. de testi. & Ias. in rubr. ff. de iureiur. & omnino vide Tinda. in d. tract. de varietate testium, in dictis versic. char. 13. vbi late quòd dicitur falsa testimonia, varia & aduersa, & quando non, ac etiam char. 10. col. ij. versic. narrabam. vbi quaerit quid quando primò dixit, Credo, postea per verbum, veritatis. & in versicu. seq. qui incipit sequentè, vbi quid quando primò dixit mihi videretur, sequentè per verbum affirmatiuum. & versic. seq. qui incipit post hæc de teste qui primò dicit dubitando, postea affir-

mando, & sequen. de teste qui primò dicit nescire, postea scire, ac seq. de eo qui dixit primò non recordor, & secunda vice, scio vel recordor, & de aliis, vt ibi est factus tractatus ille ad hoc. & Doctor est solènis, vnde ad eum semper recurre in hac materia variationis testium. Non tamen est omittendum, t. teitem non dici varium si incontinenti se corrigat allegando iustam causam erroris & correctionis, & ita iudici videatur, vt per Bart. in d. l. eos. col. ij. versic. item oppono. & refert & sequitur Aret. in cap. per tuas. colum. ij. extra. de testi. vbi declarat procedere in variatione, non in additione, & suppletionem. contra hoc dictu Bartol. adduco eundem Bartol. in l. quicquid astringendè. ff. de verb. oblig. circa fin. versic. fateor tamen. vbi vult simpliciter quòd in teste licita sit variatio antequam primum dictum habeatur pro perfecto, & ita Firm. in verbo. testium repetitio. versic. ix. & x. vbi omnino vide, quòd est antequam testis fuerit à iudice dimissus, vt dicit præfatus Firmian. post Bald. per eum allegatum in l. lecta. ff. si cert. petat. Et ad hoc posset allegari notabile dictum Bal. in l. si. C. plus vale. quòd 24 agi. vbi per illum text. dicitur quòd postquam testes deposuerunt debet iterato eis legi eorum dictum, vt per lectionem depositio compleatur, & tollatur error, & sequitur Felin. in cap. per tuas. columna penult. de testibus. quam practicam obseruari vidi à maximo Doctore D. Hieronymo Castelloneo, vnde Bartol. in d. l. eos. est intelligendus post dimissionem antequam cum parte esset locurus. Credo opinionem Bar. in d. l. eos. esse veram simpliciter quòd & dum examinatur, & post antedimissionem non sit licita variatio nisi iuxta modum per eum traditum in d. l. eos. & ideo 25 Innocen. in ca. præterea. de testib. cogen. dicit t. quòd quando testis incontinenti se corrigi non statur correctioni simpliciter, sed debet iudex attendere modum correctionis, & refert & sequitur Felin. ibi, col. fin. in prin. & sic loquitur, & in ipso actu, & post antequam fuerit dimissus, & vide omnino Abb. in eo cap. præterea. in vlti. notab. in versic. dicit tamen multum notab. liter hic Innoc. vbi dicit post Innoc. iudicem debere diligenter attendere modum & causam correctionis. cap. cum dilecti. extra. de accusatio. & nisi cognoscat eum posse probabiliter se corrigere, incidit in suspicionem & vacillationem. ff. de testib. l. in testibus. & per d. cap. cum dilecti. & cum hoc dicto conformi dicto Bartol. in d. l. eos. etiam Abb. ibi, & Doctores volunt vt incontinenti dicatur, t. & quando nondum exiit conspectum iudicis, & antequam allocutus fuerit partem, nisi aliud velit qualitas personæ, & nemini dubium est, quòd etiam incontinenti dicitur, imò multò magis dum testis examinatur, atque ita videtur præcisè loqui text. in d. cap. præterea, si illum bene vides, & omni casu quo dicitur incontinenti, volunt Doctores vt procedat dictum Inn. & Bartol. in d. l. eos. & Bartol. in d. l. eos. etiam late sequitur Tinda. in suo tractatu. charta 2. versic. alteram exceptionem, vbi profequitur postea illud per ij. col. nec Firmiam. dicit contrarium, si bene vides, quamuis de eius autoritate & dictis per modum repertorii parum esset curandum: Nec obstat practica Bald. in d. l. si. C. plus vale. quòd agitur, quia conuenit eum declaratione Barto. in d. l. eos. & dicam etiam infra in rubr. de opposit. contra testes. Non obstat dictum Bartol. in d. l. quicquid astringendè. quia solum dicit quòd potest variare in ipso actu, sed an etiam requiratur allegatio correctionis nullum verbum, & ideo debet conuenire cum hoc alio dicto communiter approbato,

probato, & vide omnino Aret. in dicta l. quicquid astringendè. qui colum. ij. disputando an Bartol. ibi bene loquatur, inquit communiter solet dici admitti correctionem, quousque non transtulit tempus quo potuit loqui cum parte, & tunc sine dubio secundum communem sententiam debet allegari causa correctionis, aliàs vti varius est puniendus. Leos. cum similibus. ff. de falsis. & de prædictis an & quando dicatur varius, & possit testis se corrigere, vide quæ dicam in materia falsi circa articulum, quòd falsitas debet concludere & esse inexcusabilis, & in rubrica de publica. 27 procel. circa finem. vbi latissimè. Item t. non est varius, nisi quando est varietas in facto principali, secus si sit in quibusdam accessoriis. Bartolus in dicta l. eos. versicu. pro huiusmodi. Abb. post Innocen. in c. fraternitatis. de hæretic. Iaso. in l. j. §. in apostillis nouis. ff. de oper. noui nunt. & alibi sæpe, & non solum procedit in teste sibi ipsi contrario sicut loquitur Bar. sed etiam in duobus sibi contrariis. Dec. consil. 100. col. ij. circa 28 finem. & seq. Diminuitur tamen testi de fide. Dec. consil. cv. col. vj. qui allegat Bal. & Soci. & quando testis est suspectus t. quo casu licet super impertinentibus eum interrogare, quinimò debet iudex eum inuolueri, si potest, vt per Dec. in c. licet causam. col. v. versicu. octauo nota. extra. de proba. fides penitus tollitur. Alexan. consil. cluij. col. ij. in fin. volu. v. & Soci. consilio xcviij. circa fin. colum. j. loquitur tamen Bartol. in d. l. eos. quo ad puniendum de falso, non quo ad torquendum, imò tales interrogationes fiunt & admittuntur in testibus suspectis, vt demum via tortura veritas aperiarur, vnde vbi non sumus in teste suspecto, sed tamen in t. eo qui interrogatus circa non essentialia variat, credo talem variationem non sufficere ad torturam, quia Barto. in ead. l. eos. dicit non esse variatum, & sic cessat indicium, sine quo torqueri non potest. Bart. in l. j. ad finem principij. ff. de questionibus. & dixi supra, & clarius hoc vult Tinda. in dicto suo tracta. de varietate testium. charta 13. versic. varia. columna 13. in illa charta vbi dicit talem varietatem minimè nocere debere testi, vel facere testem variatum, adeo quòd iura de testibus variis loquentia nõ habent locum hoc 31 casu, & vide omnino in hac materia testis t. qui falsitatem admittit in non substantialibus. Ias. in l. ij. col. vj. C. de bono. possess. secundum tabu. & ibi etiam habes quo modo puniatur talis, & quando dicitur impertinens, & nihil facere ad causam id super quo falsitatem intetserit, in quo vltimo concludit satis esse quòd aliquo modo faciat ad causam, pro quo est text. in c. quoniam. & ibi Bald. not. & sequitur Felin. ibi col. j. extra. 32 de testib. & subdit Ias. in d. l. ij. adhuc t. nõ dici variatum si in modico est contradictio. Videtur tamen si testis iurauit dicere veritatem super facto principali & appendicibus, quòd tunc aliud sit, & dubium mouet Ias. vbi supra. qui etiam sentit quòd semper testis ita iuret, & plus ultra non procedit, sed ad hoc vide Bal. in rubr. de contro. inuest. colum. ij. & in l. si ex falsis. col. vj. C. de transact. & Aret. in c. in nostra. de testib. col. ij. dicam in rub. de oppositionibus contra testes. In præsentia tamen mihi communis videretur cum dictis Bar. 33 in d. l. quòd t. aut deponit falsum in his quæ pertinent ad causam, aut non, vt supra retulit, & vltra Iaso. in dictis locis etiam idem ponit Iaso. in l. si duo. parroni. §. idem Iulianus. colum. si. ff. de iureiurata. in versicu. & circa prædicta. in l. prima. in principio. colum. x. ff. de offic. eius. & Felin. in dicto capitulo. fraternitatis. de hæretic. colum. fina. In his locis apparebit hanc esse communem opinionem, & ita etiam obseruatur. Non ta-

men est omittenda cautio Barto. in d. l. eos. per quam 34 testis potest effugere hos inexplicabiles modos: t. nõ cum iterum examinatur potest dicere, dico sicut aliàs deposui, & si iudex nolit admittere hanc responsionem, sed velit, vt re narret, potest dicere, Legatis mihi dictum meum. & tunc iudex debet legere, & subdit Bar. quòd tamè si iudex sibi legat dictum suum, tamen ad abundantem cautelam debet testis dicere quòd si appareat se prius aliter dixisse, ex nunc corrigit dictum suum secundum, & se refert ad primum cum eo tempore melius recordaretur, & satis incontinenti dicitur, & cum causa se corrigere, iuxta dicta supra, facit quòd quando me refero ad aliquam scripturam, si in referente aliquid reperitur quòd nõ sit in relato non attenditur, sed tantum consideratur relatium, & illud tantum dicitur dictum, vt per Decium late consil. lxxij. columna 13. & in teste est consil. Alexand. lvi. colum. ij. volumi. ij. & alibi vt in repertorio Hippoly. in dicta l. eos. & de teste vario vide Alcia. in tractatu præsumptionum. regu. ij. præsumptione xxix. & præsumptione xxxj. Erat etiam animus aliqua dicere ad declarationem vltimi dicti Bart. in dicta l. eos. dum vult vt illa lex, eos. procedat in eodem teste, qui sibi ipsi contradicit, non in diuersis testibus sibi inuicem contrariantibus, qui sunt redigendi ad concordiam: sentiens clarè testem sibi contrarium non redigi ad concordiam, sed puniri de falso, sed ne idem sæpius reperam te reicio circa dictam materiam testium ad rubricam de qua supra sæpe mentione feci, vide tamen in præsentia Alexand. & Ias. in l. duobus. §. fina. ff. de iureiur. 35 qui dicunt, t. quando testes hinc inde sunt contrarij neminem puniri de falso, & infert Ias. quòd testes instrumentarij vbi contradicant notario, & instrumentato, nec ipsi propter notarium, nec notarius propter testes poterunt puniri de falso, qui tamen loquuntur vbi pares contra pares, aliàs in actu non reiterabili plures & digniores vincunt, & victi remanent falsi. Ita loquitur Bald. in dicto §. fina. & traditur in cap. ex literis. de probationibus. & in capitulo. licet causam. eod. titulo de probationibus. & expressè Aret. in consil. xliij. charta 3. columna secunda. & ita intellige eundem Aretinum in consilio lxxj. columna penultima, dum adducter videtur velle in duobus sibi inuicem contradicentibus, vt vterque puniatur de falso, & ita se habere communem opinionem loquendo in eodem actu, ita vt concordare non possint, quia vel noluit dicere aliud quàm quòd neutri credatur, & detur materia iudici intelligendi an alter vel ambo dicat falsum vel male loquitur, & dum Ias. etiam posuit exemplum 36 t. de testibus instrumentariis contra notarium, & de notario contra testes somniauit, quia imò notarius punitur de falso iuxta late dicta in capitulo. cum Ioannes. de fide instrument. & in l. secunda. §. si quis neget. ff. quemadmod. testamen. aperian. & in l. in exercendis. C. de fide instrument. De eodem teste an possit fieri concordia, ponit Feli. in cap. cum tu. in prima conclusione. de testibus. & dicam de omnibus in dicto titulo. de oppositionibus contra testes, & de exemplo somniato Iaso. dicam in titulo. de falsis. & ibi amplectar falsi materiam non solum notariorum, sed etiam partis & testium instrumentariorum & aliorum quorumci n- 37 que. Hic etiam caderet materia t. quando testis est varius & torquetur, cui dicto sit standum, distinguendo tres casus, quia aut sumus in eodem iudicio, aut in diuersis, aut quis in iudicio dicit contrarium eius quòd dixit extra iudicium, vt facit Bartolus in dicta l. eos. sed dicam in materia testium sub dicta rubrica de op-

positionibus contra testes, & ibi forte dicā quid quando variavit quis sepius, vt fecit notarius de Biumio in causa cuiusdam falsitatis, qui vno die dixit vnum, alio die contrarium, & sequenti reuertus est ad primum dictum, & alio die affirmavit secundum, sic variando etiam in aliis examinibus sequentibus, & cum tortura, an nulli dicto credatur, siue steror, attentis torturariis & vacillationibus, an verò illi steror dicto quod videtur coadiuuatum aliqua verisimilitudine, iuxta consil. Socin. cclij. & quæ ponit Tinda. in dicto suo tracta. de dicto magis verisimili. In presentia tamen vide in hac materia Felin. in cap. cum in tua. de testib. vbi facit regulam cum fallentis. & Aret. in cap. sicut nobis. de testib. Deci. consil. clxxxix. colum. iij. & Tinda. in tracta. suo. in iij. parte principali. charta. 1. & sequentibus, vbi realitum dicta Bart. in l. eos. Vltimò quæro, quando testis qui vt vacillans vel varius, vel aliter suspectus torqueri debet, vt dixi. An si petat copiam indiciorum sibi sit decernenda, antequam torqueretur? Dic copiam indiciorum dari, vt disputetur super ea. l. custodias. vbi gloss. & Doctores. ff. de publicis iudiciis. & ideo si quis sit torquendus, vbi sit feruus, & vbi sit liber si non sit torquendus, iuxta l. ex libero. & l. diuus. ff. de quæstionibus. prius hæc exceptio an sit liber vel feruus examinanda erit. dicta lege custodias. cum ibi notatis. & est textus in dicta l. si quis ne quæstio. & in l. j. §. si quis dicatur. ff. de quæstionibus. Aretin. in cap. ex parte. colum. vj. extra. de testib. Sed si est torquendus ex aliquo indicio quod resulet ex dictis, quæ causam principalem tangant iuxta dictum Barto. in l. prima. ad finem principij. ff. de quæstionibus. quia sit mendax, iuxta l. vnus. §. testes. ff. de quæstionibus. vel vacillans, iuxta l. ex libero. ff. de quæstio. siue varius vel contrarius, iuxta larè dicta supra, & tunc licet hoc sit discutiendum, tamen solū iudici hoc committitur absque aduocatis. ita declarat Bartolus in d. l. vnus. §. testes. vbi omnino est videndum, & sequitur Brun. in tractatu suo. charta 6. colum. iij. & nemo quem viderim contradicit, nō video tamen quomodo bene probeatur intentio Bartoli, qui ad hoc allegat textum in dicto §. testes. l. is cui. eod. titu. §. si vero ignoti. in authent. de testibus. & l. nullum. C. de testibus. quæ leges & alia ad idem, & si dicant testem in suis casibus esse torquendum, non tamen illud dicunt vbi sit dubium super indicio absque disputatione commisso solum negotio iudici, & ideo videtur quod si mus hoc casu in teste sicut in reo, & vtrique sit danda copia indiciorum, iuxta notata in l. vnus. §. cogniturum. ff. de quæstionibus. & in d. l. custodias. & quæ dicit Barto. in l. fin. ad finem. ff. de quæstionibus. Video tamen seruari opinionem Bartoli quando testis est varius, vel testes sunt varij siue contrarij, & sic indicium oritur ex dicto suomet. Non tamen semper quando est mendax ex dicto vel dictis aliorum: quia tunc si petitur, datur copia, verum tamē placet indistinctè opinio Bartoli, quæ est, vt totum onus, an sit mendax, vel non: an sit varius, vel non, siue vacillet relinquitur iudici, ne detur materia differendo & disputando palam, & cum aduocatis & causidicis instruendi testes & veritati nebulas offundendi, & satis hoc etiam colligitur ex iuribus per Barto. allegatis, si illa diligenti oculo vides, & ex mille delictis nouemcentum, vbi admittetur hæc disputatio, & datur copia suspicionum contra testes, remanent impunita, contra lita vulneratus ff. ad legem Aquiliam, quæ lex pti est vltimissima tamen ratio eius quæ est, vt multa pro communi utilitate sint recepta contra strictum ius, satis

imò plurimum facit, & ad hoc etiam accommodantur aliquæ rationes ad denegandam copiam indiciorum adductæ per Alexand. consil. o sexagesimo quinto, volumine primo. & de copia indiciorum danda reo, vel non ante torturam dixi in quarta quæstione principali supra, & secundum prædicta vbi quis est torquendus, quia crimine notatus sit, aut hæc qualitas nihil ad causam attinet, vt puta si dicatur quod est arenarius vel aliter infamis, & super ea disputandum est etiam aperto Marte, vbi de hoc dubitetur, aut tangit causam, quia sit varius, iuxta ea quæ dicit Cepolla in dicto consilio sexagesimo primo, columna secunda, & tunc secus, & ideo si fateatur se esse socium criminis absque aliadisputatione, super hoc erit torquendus, vbi aliàs sit in casu, iuxta dictum Salicet. in l. final. C. de accusationibus. Vltimò tamen est sciendum in hac materia torturæ testium, quod etiā si adsint qualitates quæ aliàs faciunt, vt testes torquentur, nihilominus vbi plenè probant non sunt torquendi sed sequendi, Bald. v. volum. consilio trecentesimo octogesimo quinto. Item iudex debet à tortura abstinere vbi aliqua bona ratio naturalis excusat testem. Bald. primo volumine, consilio centesimo primo, columna prima, in fine. & etiam adde quod vbi plenè constat de delicto, non est procedendum ad torturam. Bart. consilio cxj. columna iij. in principio.

Tit. de Tortura accusatoris.

S P M M A E.

- 1 Accusator licet de iure in carceres ponatur sicut accusatus, sed tamen est de consuetudine.
- 2 Accusator interdum aliquis esse potest qui non potest esse testis.
- 3 Accusatoris & testis ordo pari passu ambulat.
- 4 Accusatus absque aliis iudiciis in carcerem committitur, nisi esset crimen in accusatione pro quo dimittendus esset præstita fideiussione.
- 5 Accusatio non procedit, nisi postquam constiterit de delicto.
- 6 Accusatori creditur.
- 7 Accusator crimine notatus non admittitur sine tortura.
- 8 Accusator torqueri potest omni casu quo possit contra eum procedi, vel ad penam talionis, vel actione iniuriarum, vel de falsa accusatione.
- 9 Accusator vilis & ignobilis, & nulla indicia vel probationes ostendens ad verificationem accusationis in casibus tamen quibus contra eum proceditur torqueri potest.
- 10 Copia processus dari debet accusatori petenti sicut & accusato datur.

Tit. de Tortura accusatoris.



NDECIMA, & vltima pars hæc erit de tortura accusatoris, postquam vidimus de tortura rei, ac testium, vt nihil pro viribus meis omitatur, & hæc vltimo loco relicta fuit, vt minus vltima. Ad cuius cognitionem scias, & accusatorem ita poni in carceres sicut accusatum. Casus est in l. finali, & ibi Bartolus & Docto. notant, C. de accusa. & hoc

& hoc eoa ita tractatur de periculo vitæ suæ, sicut & accusati propter penam talionis, vt ibi, quæ tamē hodie cessat ex consuetudine secundum Bartolum, in l. penult. §. ad crimen columna prima, in ff. de public. iudi. Ang. de Malef. in glo. necnon ad querelam, vbi latissime materia accusationis in versicu, quartò requiritur. & Marian. Socin. in cap. veniens. char. 2. colum. ij. de accusatio. Scies etiam quod & si interdum possit esse accusator aliquis qui non possit testimonium perhibere. l. ij. ff. de accusatio. iuncta l. iij. in principi. ff. de testib. & per gloss. in §. consequens. in fine. de suspect. tutor. Tamen aded multi ob diuersas qualitates reddentes eos suspectos repelluntur ab accusando, exemplo testium in quibus debet esse sincera & fidelis vox, iuxta d. l. ij. cum similib. vt per Angel. Aretin. in dicta gloss. Gandi. in tracta. suo. in principi. & Specu. in titu. de accusatio. §. ij. vt meritò possimus dicere, sicut dicit Specu. in dicto §. ij. qui incipit, tertio, in versic. & notat quod accusatoris ordo, vbi concludit ordinem accusatoris & testis pari passu ambulare, & clarè apparet in pluribus capit. iij. quæstio. v. cap. j. & successiue in immediatè sequentibus, maxime in c. accusatores. dum dicit, inoffensus igitur accusator & testium affectus est, & nō suspectus. & ad idè etiam sunt iura allegata per Speculat. & per Salicet. in l. ij. C. qui accusa. non poss. vbi omnino est videndum. tractatur enim de maiori periculo in accusatore quàm in teste, propter dictam penam talionis, vt per eum. Vnde & tertio sciendum est, ac notandum t̄ absque aliis iudiciis accusatum in carceres committi, nisi tamē esset crimen pro quo dimittendus esset præstita fideiussione. ita probatur in d. l. finali. C. de accusat. & ita clarè sentit & vult Speculat. qui melius scripsit in hac materia quàm alius, in titu. de accusatione. §. j. colum. iij. versic. & nota quod accusatus & eorum sequen. versic. cum autem. & sequentibus iuncto versicu. deinde. colum. vj. vbi postea vult vt assumantur indicia, & fiant probationes, & probatur in text. cum ibi nota. in l. prima. ff. de custo. & exhib. reor. & in l. prima. C. eodem titu. & patet hoc esse verum, quia si ex debilibus iudiciis, imò sola suspitione quando proceditur ad querelas nostris temporis, siue ex officio quis detinetur, vt dixi sub rubri. de captura. ergo multo magis id fiet procedente accusatione, in qua admittenda, magna consideratio habetur maxime qualis sit accusator, & an sit suspectus vel non, & ita etiam Gandi. post Azo. in tractu. in titu. quid sit agendum reo præsentè. colum. iij. in versic. & eo ipso quod quis accusatur. & ideo t̄ etiam non procedit accusatio, nec admittitur, nisi constituto de delicto, per ea quæ dixi supra, in prima parte de delicto, & ita expressè Gandi. in titu. qualiter fiat accusatio. colum. ij. versic. item vt dictum est, Ex his non mirum est si text. in cap. illi. qui. v. quæst. vj. dicit quod nonnullæ personæ suspectæ. quæ aliàs repellentur ab accusando Episcopum in criminibus exceptis, iuxta capit. per tuas. de simonia. cum similib. admittuntur t̄ & eis creditur cum tortura tamen: Nam etiam accusatoribus creditur vt vidisti, & dicit etiam clarè text. in c. accusatoribus. iij. quæstio. v. verum vt supra in x. quæstione principali, larè dixi, t̄ testi crimine notato non creditur sine tortura, ita nec accusatori, & sic intelligas hunc textum quem etiam ita intelligit Inno. in capitul. cum in contemplatione. de regulis iuris, in fine. & Ioan. Andre. ibidem quos vide, quia sic in effectu volunt dicere dum de tortura accusatoris loquitur, hunc tamen intellectum non potest recipere. l. si quis alicui. C. ad leg. iul. maiesta. vbi etiam habes accusatorem, sicut accusatum torqueri, quia loquitur in omni accusatore etiam crimine non notato, sed dic ibi esse speciale, vt postquam contra reum adsunt indicia illius criminis, & tortus in negaria per seuerat, tunc ipse accusator etiam ad fraudem detegendam, ex quo possit colludere cum accusato pariter torquetur, vt ibi declarat Salice. & quem tex. allegat glo. xv. quæst. vj. in summa. vbi omnino vide, quia ponit de tortura rei & testium, & subdit etiam accusatorem interdum torqueri, & allegat d. l. si quis alicui. Ego verò dicere quo ad torturam accusatoris t̄ quod omni casu quo potest procedi contra accusatorem, vel ad penam talionis propter calumniam, vel actione iniuriarum, de falsa accusatione, iuxta dicta Barto. in l. si quis obrepserit. ff. de falsis. & Bald. in l. vbiunque. C. de ser. fugiti. & quæ dixi supra, sub tit. de accusatio. & nota. per Alexand. consilio xj. volum. j. Socin. consil. cxvij. colū. penult. & vlti. Bar. in l. athletas. §. calumniator. ff. de his qui notant infam. Felin. in c. ij. de calum. & Ange. Aret. in suo tract. in verbo, necnon ad querelam, etiā tunc deueniri possit ad quæstiones seruatis his quæ seruantur contra reum per text. & ibi not. in l. fina. C. de accusatione. quia etiam dum proceditur actione iniuriarum, vel de falsa accusatione ex l. Remia. contra accusatorem, reus est. placet etiam summopere quod dicit Put. in suo tracta. syndic. in vltima charta. versiculo quidam. qui larè loquitur de tortura accusatorum, & concludit t̄ accusatorem si sit vilis & ignobilis, & nulla indicia vel probationes ostendat ad verificandā accusationem in iudicio torquendum esse. & ego intelligo vbi procedatur aduersus eum super falsa accusatione data querela per accusatum, iuxta l. Remiam, vt dicit Bar. in l. fi. C. de accus. iuxta vt dixi not. in l. si quis obrepserit. & in l. vbiunque. vel ex officio vbi sic procedi possit, vel si essemus in casu. l. si quis alicui, vel etiā si procederet de iniuria, vel etiā ad penam talionis vbi possit procedi, & non esset plenè constitutus, & sic omnia intelliguntur, & cum fundamentis, non omitendo quod etiam accusator aliàs inhabilis propter eius vitam non admittitur sine tortura sicut supra dixi xi. Absoluta materia torturæ, t̄ quia confessio, vel conuictio etiam non publicato processu ad se defendendum datur copia processus. l. vnus. §. cogniturum. ff. de quæstionibus. & l. prima. §. si quis vltro. eodem tit. & dixi supra in titu. de confessis. & illi contra quem adsunt indicia datur copia indiciorum, vt dixi supra in hac materia torturæ, in quarta quæstione principali. & eodem modo & in consequentiam etiam in dictis casibus datur copia omnium accusatori, si illam habere voluerit, ad impugnandum per prædicta, & per regulam quod in iudiciis est seruanda æqualitas, l. finali. C. de fructib. & lit. expens. & l. penult. C. de temporib. in integrum restitut. per. & regulam, in iudiciis. de regulis iuris. in sexto. secundum primum exemplum gloss. ibi, & regulam, non debet actori. de regulis iuris. gloss. fina. in capitul. ex tenore. de testib. maxime, quia sumus in medio causæ iuxta glossam in capitulo cum ad sedem. de restitutione spoliator. & quia actor dicitur reus dum responderet exceptioni, l. prima. ff. de exceptionibus. habetur in capitulo primo de probationibus. & in l. fina. C. de eadem. & per Felin. in proemio Decretal. Alexand. & Modern. in l. prima. §. si procurator. ff. si quis ius dicem. non obtemperat. text. & ibi Deci. numero 14 in l. secunda. C. de eadem, vbi vide. Ideo nō ab re erit, sed admodum vile hæc aliqua subiicere concernentia modū, tam se defendendi, quàm piam defensionem pro veritate impugnandi.

Tit. de Defensionibus reorum, & de defensionum impugnationibus.

SVMMAE.

- 1 Confessio considerari in primis debet a defensore, an dolo vel propter sollicitationem fuerit extorta, ut possit reuocari.
- 2 Confessio rei, si sit qualificata, debet capitulari & probari qualitas.
- 3 Qualitas in confessione addita probari potest per unum testem, ut elidat probationem querelantis.
- 4 Confessio rei simpliciter potest tamen ex intervallo se excusare, ubi generalitas iuramenti excusatione non admittit potest reuocare docendo errorem, & licet non reuocasset, sed negasset simpliciter tamen probando innocentiam admittitur.
- 5 Confessio metu extorta reuocari potest per confessum, & an tortura sufficiat ad probandum metum ubi desicerent testes.
- 6 Confessio in tormentis prolata etiam precedentibus indicio potest reuocari coactio de errore & metu ueneriaris torturae.
- 7 Conuictus per testes capitulare debet contrarium, & probare per testes, ut se defendat & stabitur uel pluribus numero, uel dignioribus.
- 8 Index potest magis credere testibus actoris quam rei, dum tamen exprimat causam in actis ne teneatur in syndicato.
- 9 Rei testibus magis adhaerere index iustus debet quam actoris etiam si testes actoris plus in aliquo praualeant testibus rei.
- 10 Probatio rei imperfecta directe contraria probationi actoris nihil operatur, secus si tendat ad probandum quid diuersum, ut quod ad defensionem homicidium factum sit, uel quod mortuus sit, ex malo regimine vulneratus.
- 11 Rei probatio imperfecta, & tendens ad probandum quid diuersum a probatione actoris offuscatur probationem actoris, ita ut possit reus torqueri non damnari.
- 12 Probatio dubia ex parte rei sufficit ad illius defensionem.
- 13 Probatio debet esse concludens etiam in materia fauorabili.
- 14 Directe capitulare quando quis dicatur, uel indirecte.
- 15 Testes rei uolentis probare directe se non fecisse delictum, debent remouere actum a sensu, non sensum ab actu.
- 16 Negans aliquid magni momenti factum in aliquo loco, quia dicat se fuisse presentem in eo loco & non uidisse, si reus id quod uerisimiliter est sibi notum, dicitur sufficienter probasse etiam si non addat rationem quod fieri non potuisset quin ipse uidisset.
- 17 Negatiua ut recte probetur restringi debet ad certum locum & tempus.
- 18 Negatiua nisi sit multum restricta ad tempus repellitur.
- 19 Negatiua debet restringi ad breue tempus per testem, aliter est suspectum de falso.
- 20 Negans aliquid factum esse a certis mensibus citra, dicitur de nimis uago tempore deponere nisi natura actus de quo testis deponit aliud suaderet.
- 21 Negatiua potest & implicite & explicite proferri, & semper dicemus esse in negatiua, nec refert quod etiam affirmatiue proferatur.
- 22 Negatiua quando sensibus corporeis probari possunt, factis est illas simpliciter proferre, nisi testis interrogaretur de ratione.

- 23 Depositi facta super negatiua iuncta affirmatiua ex qua negatiua percipi potest sensu corporis, & de necessitate concludit, ualeat, ac si super mera affirmatiua deponeretur.
- 24 Testes deponere uolentes aliquem tali die non fuisse in tali loco sed alibi, debent deponere quod continue per id totum tempus fuit in illo alio loco alioquin non concluderent, nisi distantia loci tanta esset, ut sufficeret dicere illum fuisse in tali loco.
- 25 Diuus Ambrosius eodem mane & fuit Mediolani, & Roma sacrum celebravit.
- 26 Testes de hora deponentes ut quod aliquis tali hora erat alibi, debent diligenter interrogari quomodo recordetur de illa hora, & quomodo sciunt quod esset talis hora.
- 27 Testis deponens quod aliquis erat tali hora, uel circa in aliquo loco non concludit, nisi absque dubio in depositione comprehenderet tempus delicti.
- 28 Circa particulam denotat modicum ante, & modicum post arbitrio iudicis.
- 29 Testis deponens accusatum alibi fuisse, concludit etiam si non interrogatus rationem non reddat.
- 30 Testis deponens Titium fecisse ad sui defensionem homicidium quod commisit absque alia ratione concludit.
- 31 Testibus super negatiua loco & tempore coarctata deponentibus non minus creditur quam deponentibus super affirmatiua.
- 32 Testibus rei super negatiua coarctata deponentibus in dubio magis creditur, quam testibus accusatoris super affirmatiua deponentibus.
- 33 Negatiua per quam falsitas actus indirecte probatur.
- 34 Testes super negatiua non coarctata loco & tempore deponentes sunt suspecti, non tamen puniuntur de falso nisi in duobus casibus.
- 35 Falsitas debet ex necessitate concludere.
- 36 Testis deponens super negatiua non coarctata, etiam si ostendatur mendacium in aliquo, uel si deponat quod quis semper possedit per aliquod tempus, & probetur aliqua parte illius temporis non possidisse, non puniuntur de falso.
- 37 Pars qua se fundat in negatiua non coarctata redditur suspecta.
- 38 Reus non confessus nec conuictus, sed qui solum indicia contra se habet in defensione debet elidere indicia.
- 39 Ignorantia excusat reum siue confessum siue conuictum, siue indicia contra se habeat a poena delicti, & etiam a poena in quam incideret, quia contravenisset uoluntati testatoris, nisi poena tertia persone applicaretur ex dispositione testantis.
- 40 Ignorantia qua habet culpam non excusat a poena.
- 41 Dolus quando presumatur uel non.
- 42 Modi probandi contra presumptionem doli.
- 43 Hareticus quis sit proprie.
- 44 Haretica uerba considerandum est quomodo sint prolata, quo ad euitandam poenam ignis.
- 45 Hareticorum fautoribus & defensoribus possunt imponi poenitentiae omnia poena ordinaria.
- 46 Testes crimine notati admittuntur ad accusationem, non autem ad defensionem in crimine haresis.
- 47 Hareticus quis presumitur potius quam aliter ad poenitentiam iniungendam.
- 48 Rebellionis crimen ut quis dicatur commisisse necesse est, ut fuerit infidelis principi cui est subditus in his, quae pertinent ad rempublicam & imperium.
- 49 Rebellionis crimen non incurrit non subditus committens contra personam & dominium alicuius principis, sed tamen hostis sit.
- 50 Hostis potest impune occidi.
- 51 Bannitus potest impune offendi.

Filius

- 52 Filius potest impune occidere patrem hostem.
- 53 Hostis captus seruandus est, & non occidendus.
- 54 Hostis ductus intra praesidia non potest occidi.
- 55 Exploratores hostium quare suspendantur.
- 56 Hostis captus potest occidi & rebus spoliari in casu alicui licito ante declarationem.
- 57 Hostis potest offendi in territorio principis cuius erat hostis, non autem extra territorium.
- 58 Hostis supremi domini non potest offendi per ipsum dominum, nec suos in terris infeudatis alicui cum omnimoda auctoritate, & omnimoda separatione ab imperio, ut est dux Mediolani, sed potest a feudatario petere ut e i licentia det in terris suis, & si non discesserit poterit offendi.
- 59 Feudatarius a domino requisitus si hostibus domini licentiam non dederit in suo territorio potest priuari feudo.
- 60 Rebellis ante declarationem non potest impune occidi quando non esset periculum in mora, secus in transfuga, & quando subest periculum in mora.
- 61 Hareticus non potest impune occidi ante declarationem.
- 62 Occidens rebellem ante declarationem in quo non subest periculum propter moram, an excusetur ob decissionem Batto.
- 63 Assassinus non potest impune occidi nisi precedat declarationem.
- 64 Occidi qui possint impune.
- 65 Occidi an possint in foro conscientiae ille quem statutum permittit impune occidi.
- 66 Occidere qui potest aliquem per se, non potest per alium.
- 67 Homicidium casu factum sine aliqua culpa est impunitum.
- 68 Homicidium casu commissum, interueniente aliqua culpa puniuntur pro modo culpa poena pecuniaria uel exilii.
- 69 Falsum sine dolo non puniuntur l. Cornelia, & in dubio error praesumitur.
- 70 Falsitas non nocibilis, uel qua necessaria non sit falsitas non est punibilis poena ordinaria, licet esset dolosa.
- 71 Furtum non committitur sine animo furandi, & qualibet iusta ratio, & bona fides etiam ex temerariis causis orta a furto & rapina excusat.
- 72 Dolus non praesumitur licet quis errauerit in iure, & in quibus casibus non habeat locum regula.

Tit. de Defensionibus reorum, & defensionum impugnationibus.



LN primis si est confessus reus, & debet eius caudicus uel aduocatus aduertere, an confessio fuerit extorta dolo propter aliquam sollicitationem, ita ut indigeat reuocatione, iuxta consilium. Imo. cix. dixi de hac confessione sub rubr. supra de examinationibus reorum. vers. scias etiam. & in materia torturae. in ix. quest. princ. ubi uide, quia instruos te quomodo valida sit uel non talis confessio. Secundo si confessio non est simplex, sed qualificata, quia dixerit, feci, sed ad meam defensionem, quonia reus potest damnari uel torqueri si per ea confessione debet capitulare & probare, si tamen ita ueritas se habeat, dicta qualitate, aliter poterit reus danari ex tali confessione citra mortem tamen, & torqueri, ut dixi supra sub rubr. de confess. in vers. secundo intel ligo. quibus adde Deci. in l. vi. vim. ff. de iust. & iur. qui tamen ex quo sequitur Soc. in l. no. utique. ff. de except. remanet damnatus quem admodum etiam damnauit Soc.

Bossius

- 3 ibi, & sufficeret vnus testis in probanda defensione ad elidendam plenam probationem homicidij, quia non est probatio contraria probationi querelantis siue curia, ut declarat Anch. consil. cclxxv. col. fi. & dixi sub rubr. de conuictis. supra circa fi. ubi uide, & secundum ea quae ibi dixi, ita etiam hic loquor & repeto, & dicam etiam paulo infra in defensione qua conuictus facere debet.
- 4 Tertio debet aduertere quod quauis confessio sit simplex a principio, tamen ex intervallo potest confessionem excusare, & dicere se fecisse ad defensionem per eum cum delicti. de acqu. & ubi non liceret ratione iuramenti amplius quod fecisset reus, posset saltem reuocare. Aret. in d. c. vi. dixi in rubri. vers. secunda conclusio, & tunc deberet docere errorem secundum gl. in c. Romana. & sin autem de app. in vj. Aret. in d. c. cum delicti. col. pen. & si. & in fine dicit quod haec est communis, dixi late supra d. vers. secunda conclusio, & licet erraret reus in non reuocando, quia simpliciter negaret id, quod falsus fuerat, tamen ubi admittitur ad probandam in nocentiam per testes, absolueretur, illa patefacta. Aret. in c. ex tenore. de testi. in v. notab. dixi ubi supra, in vers. & dixi supra, Quarto debet aduertere an inductus alioquo metu illato, uel inferendo confessionem fecisset reus quia etiam tunc posset illam reuocare allegato metu, iuxta text. in l. j. §. si quis uero. ff. de quaest. dixi late supra in vers. posset etiam confessus. ubi uide, & ibi an tortura sufficiat casu quo testes desint ad probandum talem metum, an uero requiratur probatio per testes, uide ibi, multaque aliis animaduersionibus & modis confessio rei eneneratur, ut patet in eo. tit. per totum, & in materia torturae, in ix. q. princ. paulo ante fi. & non minus ex ibi dictis scies quomodo impugnetur reus & offendatur quam quomodo defendi possit, & protegi, quia materiam totam amplexus sum, & consequenter tam partes accusatoris, quam accusari & rei. Et tunc quado ex ipsa scriptura uideatur confessio spontanea, si uero uideretur secuta propter quaestiones, tunc ad sustinendam eam, & eam destruendam sunt uidentia supra scripta in materia torturae, in ix. q. princ. & ultra ea non dubito quin facta reuocatione talis confessionis in tortura factae, etiam precedentibus legitimis iudiciis constituto, de errore, & metu seuerioris torturae, quam cogueret reus debet absolui, arguendo a fortiori a confessione spontanea ad extortam. Nam tortura debet esse moderata & immoderata iuxta qualitate indiciorum, ut late dixi in viij. q. princ. in materia torturae, & ideo si probaretur metus maioris, & illicitae torturae, idem dicendum putare quod supra in confessione, quae apparet spontanea. Secundo si reus cognoscat se testibus conuictum, & sic aduersum se plenam probatum iuxta l. qui sententia. C. de p. & late supra tradita in tit. de conuictis. & sit innocens debet directe capitulare contrarium, & probare pro uiribus intentione suam, & stabitur postea testibus suis, si erit digniores, & uerisimiliora deponerent, siue etiam si erit plures numero. c. in nostra. de testib. ubi etiam gl. & Doc. aliam stabitur testibus accusatoris siue actoris dignioribus, & uerisimiliora deponentibus etiam contra reum, loquor etiam in causa criminali. ita explicitum Fel. in d. c. cum in nostra. col. ij. vers. & ipodera. & ubi ad sit paritas in dubio iudicandum est pro reo. praualentibus eius testibus secundum gl. in d. c. in nostra. & Doc.
- 8 ibidem. Est tamen in facultate iudicis tertia magis credere testibus actoris exprimendo causam maioris credulitatis in actis, aliter posset molestari in syndicato ira Fel. in d. c. in nostra. & Dec. in c. ex literis. col. ij. vers. sic. tertio nota. extra, de prob. imo amplius etiam quod in aliquo testes actoris praualeant ad huc pro reo. iu

n 3

dicandū est per gl. notab. in c. clericis. lxxxj. distinc. vbi
 9 duolacit qui deponunt ad fauorem rei, praferuntur
 duobus clericis qui stabant pro accusatore, & sic qua
 litas clericatus non tollit reo praerogatiua abfolutio
 nis. & ita Abb. in d. c. ex literis. & in c. ad nostra. eo. ti.
 de proba. & alibi saepe, & in effectu, licet Aret. ibi, in d.
 c. ex literis discrepet, Tamen in causa criminali Deci.
 hanc opi. sustinet propter praesumptionē l. meritō. ff.
 pro soc. quod in dubio quis nō praesumitur deliquisse,
 & ita etiā loquitur praecise dicta gl. & Abb. in c. cū
 P. circa fi. de accus. & dicam infra in tit. de fauorib. de
 fensionis, est tamē vt dixi in facultate iudicis magis cre
 dere testibus actoris, si vult, allegata causa in actis, &
 ex hōc omnia sustinentur, sed in dubio vbi nō magis
 inclinēt in vnā partem, quā in aliam procedēt regu
 la, vtrum vbi atrocitas delicti, qualitas accusati, & na
 tura testiū faciāt eū inclinare pro accusatore, illi ad
 haerebit, & habebit rationē non solum eius testium
 vbi excedant, sed etiā vbi nō excedant testes accusati,
 loquor in iudice iusto, si verō sit iniustus vt multi saepe
 reperiuntur, haec cōclusio Doctorū, quod res sit ei
 arbitraria, nō solum nō sustinet omnia, imō ea dānat
 10 & deturpat. Sed ponē qd reus non plenē probēt
 intentionē suam, an aliquid tamē operanti hęc imper
 fecta probatio? Dic nō operari, vbi vna probatio sit di
 rectē alteri contraria, secus si probatio rei tendat ad
 probandū quid diuersum, putā, probatio homicidio
 contra accusatorem, reus probet per vnicūm testem
 fecisse ad sui defensionē, vel mortuū esse illum ex ma
 lo regimine, ita Bar. & cōmuniter Doc. in l. admonē
 di. ff. de iure iur. col. pen. vers. quid si actor, & ita magis
 expressē in terminis cōsultuit Ancha. consi. cclxxxv.
 col. fi. quem ad hoc etiā proximē allegauit, & dixi su
 11 pra in tit. de conuictis. col. fi. vbi vide. Non tamē tū
 dico quod plenē probetur defensio, ita vt ex ea proba
 tione sit reus absoluentis, sed dico quod conuictio
 remanet taliter offuscata vtnō possit dānari, & si ego
 essem iudex torquerē eū, quia negari nō potest, quin
 remaneat pars probationis homicidij simpliciter ad
 uersus eum. Et pro cōfirmationē huius cōclusio
 nis sumptae ex doctrina Bart. in d. admonēdi. & cō
 sil. Anch. vbi supra, omnino sunt videnda & cōfide
 randa dicta Bart. in l. nō solum. §. sed vt probari. ff. de
 12 op. no. nu. maxime in posterioribus exemplis. Ex
 quibus elicitur conclusio qd quod ad defendendū reū
 conuictū etiā probatio dubia ex parte rei, & nō ple
 nē cōcludens sufficit, & ideo etiā creditur testibus
 cōsanguineis, imō fratribus ad defensionem, vt infra
 dicam sub dicta rubri. de fauoribus defensionis, & ad
 hęc etiā sunt videnda latē dicta per Claud. in repē. l. vt
 vim. ff. de iusti. & iur. circa dicta Bar. in d. §. sed vt pro
 13 bari. & Ia. in d. §. & alibi saepe, & aliquid dixi supra, in
 tit. de conuictis. circa dicta Bar. in d. §. sed vt probati.
 quae notabilia valde sunt, & miranda. Est tamē aduer
 tendum ad id quod dicit Dec. post Alex. in l. non hoc.
 C. vnde legi. col. ij. vers. & supra dicta. dū allegat Alex.
 qd quod tū etiā in materia fauorabili probatio debet esse
 cōcludens, & ad ea quae ponit idē Dec. in c. in praesentia.
 de proba. in x. & xj. notab. circa dicta Bart. in d.
 §. sed vt probari. Cadit hic quaestio, si reus allegat nō
 commississe delictum quomodo hanc negatiua pro
 14 babit, & dicat, aut directē vult ostendere quod eo tem
 pore & loco quibus dicit testes eum commississe deli
 ctum illud nō fecit, aut indirectē probādo falsitatem
 testiū qui contra se deposuerūt per absentiam suam
 a loco commissi delicti, tunc temporis quo deponūt tes
 tes eum vidisse, iuxta l. optimam. C. de contumend.

& commit. stip. §. item verborum. insti. de iuri. stipu.
 & c. ex tempore. de testib. & gl. nota. declarantem quan
 14 do dicitur directē capitulare. & indirectē. in clem. ij.
 15 de testi. in verbo, indirectē. Primo casu dicit, quod tes
 tes debent remouere actum a sensu, non sensum ab
 actu, quia debent dicere quod illa die & hora qua di
 citur fuisse factum testamentum, vel quid aliud in ta
 li loco non fuit factum, quia ibi fuerunt praesentes, &
 nō potuissent fieri quin vidissent, & audiuisent; ita
 vt non sufficeret si dicerent quod non viderunt, nec
 audiuerunt illud fieri, quia non remouerent actum a
 sensu, sed sensum ab actu, & sic non concluderent ex
 quo ipsis non animaduertentibus fieri potuissent, & ita
 declarant Bal. & Paul. de Castr. in l. ij. C. de bo. pos. se
 cund. tab. vbi omnino vide & Bal. in d. l. optimam. &
 etiā non interrogati testes debent modo quo supra
 dictum est deponere, quia vera ratio testis negatiua
 deponentis est illa quam dixi, videlicet quod non po
 16 tuisset fieri quin vidissent & audiuisent, vt per Dec. in
 c. tertio loco. de proba. col. v. & consi. c. j. col. penul. &
 in d. l. ij. ad fi. & Alex. in l. j. col. j. ff. si quis ius dicen.
 non obtempe. Recipit tamen hac cōclusio declarationē
 17 vt etiā sufficiat simplex negatio absque dicta ra
 tione super eo quod verisimile est deponēt notum,
 quia tunc sufficit eum fuisse praesentem, & non vidisse
 fieri, ita notabiliter Aret. in d. c. tertio loco. per illum
 tex. & sequitur Deci. in d. l. ij. sequitur etiā Fel. in d.
 c. tertio loco. col. iij. alia allegas, & re ipsa etiā idē
 Dec. & ideo si deponerent negatiuē aliqui Senatores
 de re qua in Senatu facta diceretur, eis crederetur si
 ne hac ratione loquendo tamen de re magni ponde
 ris, non si esset parui momenti, quia & si veniunt ad
 Senatum pro his omnibus quae ibi sunt, tamen saepe
 accidit vt non omnes ad ea animū aduertant quae
 parum referunt, & ita in re magni ponderis loquuntur
 Aret. in. & alij. & text. ipse in d. c. tertio loco. Et quia in
 18 exemplo dato negatiua restringitur ad certum locū
 & tempus, dicit quod aliter non concludit testis per ra
 tionem de qua supra, ex quo actus non remouetur a
 sensu, sed cum dicta restrictione concludit, & dicitur
 tunc per sensum corporis testificari id super quo de
 ponit, quo casu valet depositio eius, & ita Bal. & Do
 19 ctōres in l. actor. C. de probat. vnde etiā dicunt Do
 ctōres quod si negatiua non esset multum restricta
 quo ad tempus adhuc repelleretur testificatio, quia
 etiā si dicerent a mense citra talis non possedit, nec
 aliter posset esse quin vidissemus, tamen non cōclu
 20 derent, quia saltem tempore quo dormierūt non vi
 derunt, & ita Barto. in l. j. hoc interdicto. vers. vlti
 rius quaro. ff. de iure. actūque prius. & Bald. in d. l.
 actor. col. ij. & seq. Alex. consi. xliij. col. ij. vers. iij. & co
 lum. iij. vers. quartus verō. & explicitē dicit Bal. in d.
 l. actor. tempus vnus mensis esse nimis vagum, & ad
 hoc etiā vide Alex. consi. cxlj. col. v. vers. dictus Pau
 19 lus. vol. j. qui dicit qd testem qui se non restringit depo
 nens super negatiua ad breue tempus esse suspectum
 de falso, est verū quod hoc etiā limitatur per Aret.
 20 in d. c. tertio loco. vt dato quod dicant a certis mē
 sibus citra, prout necessario intelligit Aret. ibi textum
 loquentem, absq; tempore, eorū depositio valet, quia
 loquuntur de actu qui nō fit omni tempore, & omni
 loco, & quo tempore fit etiā, fit signo praecedente,
 & ideo si bene consideras etiā dicitur satis cōficta
 ta loco & tempore. Nam si dicunt a mense citra nō
 fuit factus contractus inter talē & talē, est nimis
 vagum hoc dictum, sed si dicant loquendo de his quae
 sunt in consilio nos semper ab aliquibus mensibus
 citra

citra fuimus in consilio, & nunquam fuit tale quid ge
 stum, certē non dicitur vagum tempus habita ratione
 ad hoc quod in omni parte diei & noctis non fiunt
 talia, sed solum quando fit congregatio, quae etiā fit
 solenniter, & ideo illi qui sic deposuerunt super nega
 tiva, & qui non erant ex capitulo in d. cap. cum in ec
 21 clesia Sutrina. fuerunt reiecti, vt ibi in text. & non re
 fert ad hoc, vt sumus praecise in materia metā nega
 tiva, an implicitē proferatur, putā quod electio tan
 tum spectat ad illos, & consequenter non ad alios, an
 explicitē quod electio non spectat ad alios. tex. est in
 d. c. cum ecclesia Sutrina. Bart. & Alex. in l. j. in prin. ff.
 si quis ius dicen. non obtempe. Item etiā non refert
 quod negatiua affirmatiuē proferatur, putā, fuit Ti
 22 tius qui exoneravit tormentum non autem Sempronius.
 Bal. in d. l. actor. col. penul. & Fel. in c. quoniam
 contra. de probat. col. i. Et ideo vtroque casu requiritur
 restrictio de qua supra, & ratio aliter non concludit,
 22 quia non cadit in sensum, vt supra dixi. Sunt tra
 ctatae aliquae negatiuae, quae percipi possunt sensibus
 corporeis, putā, si dicerem, Non fui citatus personali
 ter. Bal. in d. c. tertio loco. in prin. & text. vbi Bald. nor.
 in l. nec is. ff. de acquir. heredita. & Curt. in tracta. de
 testib. in ij. quaest. & ideo satis est dicere, non fui cita
 tus, nisi vltius interrogaretur de ratione. iuxta l. so
 lum. C. de testib. cum ibi nota. Reliqua in materia ne
 gatiuae, vide per Abb. in cap. bonae. el. primo. de elect.
 vbi gloss. pinguis in materia, & per Curt. in dicto tra
 23 cta. quaestio. ij. xliij. xxv. xxvj. & xxvij. & nota tū omni
 no quando sit depositio non solum super negatiua,
 sed etiā super affirmatiua ex qua affirmatiua per
 cipi potest negatiua per sensum corporis, & de ne
 cessitate concludit, tunc valet depositio, ac si super
 metā affirmatiua deponeretur, vt per Abb. in d. c. cum
 ecclesia Sutrina. col. v. & Alexand. in l. j. col. j. & ij. &
 ff. si quis ius dicen. non obtempe. & ponunt exemplum
 quando deponitur Titium nunquam possedisse in de
 cem annis, sed possedisse semper Sempronium in il
 lis decem annis. Aliud exemplum habes quando tra
 ctaretur de probando quod in Senatu fuit factum, &
 aliqui Senatores deponerent non fuisse factum, &
 quoties fuit habitus sermo de hoc tempore quo dicitur,
 ipsos semper interfuisse, & semper Senatum con
 tradixisse. tex. in c. tertio loco. de probatio. & ibi Dec.
 col. iij. in v. notab. Aut reus vult probare negatiua
 24 indirectē, putā, quod tali die nō fuit in eo loco, vbi
 per ipsum fuisse commissum delictum eo die testes ac
 cusatoris deposuerant, sed quod alibi fuit, & tunc vt
 sui testes concludant, debent dicere quod continē
 per id tempus totum de quo deposuerunt testes accu
 25 satoris, ipse fuit in alio loco. ita Ioan. Andre. & reliqui
 in c. ex tenore. de testib. & re ipsa Bald. in d. l. optimā.
 super verbo, die. & probat. tex. in glo. in §. item verbo
 rum. insti. de iunil. stipul. alioquin non concluderēt,
 vt de se patet, quia potuissent ire & redire, quod tamen
 solum procedit vbi locus in quo dicit se fuisse, parum
 abesset, ita vt potuissent ire & redire: nam si tantum di
 stabat, vt fieri nullo modo possit quod ibi esset, & de
 26 lictum etiā commiserit, vbi testes accusatoris depo
 nunt factum fuisse, tunc satis esset si dicerent, quod ta
 li die in eo loco reperiebatur, & ita vltra quod pateat
 ad sensum, declarat Albericus in l. optimam. C. de
 contrahen. & commit. stipu. & hoc nisi fieret miracu
 27 lum, sicut fecit diuus Ambrosius, qui vno & eodem
 mane, Mediolani & Romae sacrum celebrauit secun
 dum Bal. in d. l. optimam, & quando testes deponunt
 de hora, putā, hora prima noctis, est multum aduer

tendum ad interrogationem testium ad defensionem
 26 deponentium, quod illa hora erant alibi, quomodo
 praecise recordentur de illa hora, & quomodo sciant
 quod erat prima, & non prima cum dimidia vel vl
 27 terior, & ideo tētiā si dicerent tales testes quod ho
 ra prima noctis vel circa erat, alibi non concluderēt
 per decisionem Anton. de But. in cap. fina. de despo.
 impube. & consi. Corn. cxxxix. colum. fina. volum. iij.
 28 quia denotat iudicio, circa, modicum ante, & modicum
 post, arbitrio iudicis. Alexand. in l. & si post tres.
 ff. si quis cauit. & consi. lxxxvij. colum. vj. vol. v. v.
 sent tamen adhuc testes sic loquentes concludere
 comprehendendo, absque dubio tempus commissi
 homicidij, putā, si dicerent quod ab hora prima vel
 circa vsque ad horam sextam, vel circa vbi loqueren
 tur testes accusatoris, de hora tertia. & haec per ea que
 ponit Ia. in d. l. & si post tres. colum. iij. & Deci. in c.
 in praesentia. de probatio. char. 3. vers. quarto limita
 29 tur. Sed tamen hi testes indirectē probates intentionem
 rei debeant assignare rationem etiā non interroga
 ti sicut dictum est de his qui directē illam probant,
 videlicet quod ibi stetit continuē, ita vt nunquam re
 cesserit nec recedere potuisset, & c. vel quod ibi stetit
 continuē, & homicidium non commisit nec commit
 30 tere potuisset, & c. certē videtur nō debere assigna
 re hanc rationem: quia haec affirmatiua quod erat a
 libi, habet in se hoc consequens necessarium, quod
 non erat in loco vbi deposuerūt aduersarij, & ita per
 cipi potest negatiua, & cōcludenter probatur, vt de
 clarat Alexan. in d. l. j. col. j. & ij. ff. si quis ius dicen.
 non obtempe. & ita in terminis videtur velle Bald. in
 d. l. optimam. dū vult vt quando directē vult probare
 negatiua, debeat dicere, vt dixi supra, nec aliter po
 31 tuisset esse, & c. sed quando indirectē per absentiam,
 tunc aliud non requirit nisi vt probetur praesentia in
 alio loco, & est ex mente aliorum ibi, Felin. tamen vi
 detur velle contrarium post alios Doctores in d. cap.
 ex tenore. Tamen re vera puto quod mens Doctorū
 fuerit in eo. c. ex tenore. dum volunt vt debeat addi il
 la ratio quod aliter non potuisset, & c. loqui quando
 deponunt directē contra testes accusatoris. nam etiā
 inferunt ad illud, non autem quando sufficit probare
 praesentiam in tali loco, quia satis est, vt deponat sem
 per ibi stetit, & patet ratione in cōuincibili. Nam se
 32 quitur necessario quod alibi non potuerunt esse, iux
 ta dicta Alexan. in dicta l. prima. ff. si quis ius dicen.
 non obtempe. & satis comprehenditur haec conside
 ratio ex dictis Anton. de But. in dicto cap. ex tenore.
 vbi equiparat, vel quod testis dicat, nec aliter potuisset
 esse, quin vidissem aut audiuissem, vel quod tale
 quid deponat, ex quo idem resultet ex necessitate. &
 haec est veritas, & Doct. ibi hunc sensum habuerunt,
 licet verba Felin. ibi aliquantulum sint implicata, & ma
 30 xime hoc dicendum est, quia etiā satis est, quod
 testis deponat per haec verba, Titius homicidium
 quod fecit, fecit ad sui defensionem absque alia ratio
 ne. Baldus in l. solam. C. de de testib. post Barto. consi.
 cvij. quidam Maciolus. & Baldus in l. multis. C. de li
 31 bera. caus. quae conclusio est notabilis, quod valet di
 ctum testis qui deponit ad defensionem sine ratione
 quando non est interrogatus, ad quam adde Baldum
 iij. vol. consi. cclxxxvij. post princ. & Corne. notabil.
 vol. consi. cxlij. col. ij. & eodem volu. consi. cxiij.
 31 columna tertia. Vidimus quomodo debent depo
 nere testes super negatiua. sed expedit scire, an
 magis credatur affirmantibus, quā pluribus negan
 tibus, prout asserit glossa in lege diem proferre. §. si

plures ff. de arbit. quæ allegatur quod magis creditur duobus affirmantibus quam decem negantibus, & dic non magis credi paucioribus affirmantibus quando est coactata loco & tempore, ex quo parem vim habent isti sicut super affirmatiua deponentes, ita consi derauit Iaf. in l. vi. vim. col. v. ff. de iustit. & iure. & in rubri. ff. de iur. iuran. col. penult. in d. t. magis etiam hoc casu creditur testibus negantibus dato quod testes accusatoris in aliquo exce dant. glos. est. notab. in c. clerici. lxxj. dist. iij. Deci. in l. fauorabilior. ff. de reg. iur. & in c. ex literis. de proba. Arer. in l. hæredes palam. in prin. ff. de testamen. & in l. j. ff. in iij. col. ff. de ver. obl. & hæc in dubio, quia posset ex causa iudex adhuc minus credere testibus rei, vt dixi supra vers. secundum si reus cognoscat. vide ibi. Alium notabilem modum ¶ & exquisitum probandi falsitatem actus indirectè habes in tex. d. c. tertio loco. vt si dicatur quod in Senatu à tanto tempore citra non fuit expeditum quoddam negotium, & Senatores adducti in testes deponant, se per id tempus semper fuisse in Senatu, & quoties habitus fuit sermo de illo negotio, semper Senatuum contraxisse, & ita Deci. ibi in v. notabi. Terigi de testibus deponentibus negatiuam, ¶ Aduertet quia si deponant meram negatiuam nõ coactatam loco & tempore, aliqui Doctores dicunt quod puniuntur de falso, vt Ange. & Fulgos. & quod ideo debent præcauere sicut ab igne, ne sic deponat. Hos refert Iaf. in l. prima in prin. col. iij. ff. si quis ius dicit non obtemp. Concludit tamen quod quauis sint suspecti non puniuntur de falso, & hæc est communis, vt latè tenet Alexan. in l. ij. ff. quod quisque iur. qui tamen concludit quod extrã ordinem puniuntur, sunt tamen duo casus in quibus puniuntur de falso. Primus est quando scienter ita deponerent contra veritatem secundum Alexan. in d. l. ij. Secundus quando deponerent super mera negatiua omnino improbabili, puta, quãdo esset capitulatum absoluitè quod Titius nunquam deliquit, vel contraxit, quia sine dubio abest scientia quæ requiritur in teste, vt dicit Bal. in d. l. actor, de probatio. in prima specie negatiuæ, & ita Abb. in c. cum ecclesia Sutrina. de cau. pos. & propria. col. vj. vers. & credo. secus si deponerent super negatiua probabilis, scilicet, coactata loco & tempore, deponendo tamen merè negatiuam, quia etiam tunc tueri se possent. Nam falsitas debet, ex necessitate concludere, vt not. in l. iur. gentiũ. §. quod ferè. ff. de pact. ita Abb. vbi supra, & aduerte quia volunt Doc. q. ¶ hoc casu non solum non incidant in falsum, alio nõ demonstrato in contrarium, sed nec etiam si ostendatur mendacium aliqua in re, exemplũ quando dicunt quod per decem annos, vel annum integrum Titius nunquam possedit, quia & si probetur contrariũ quo ad aliquod tempus, tamen non sunt falsi, nisi scienter contra veritatẽ ita deposuissent, vt dixi; imò amplius si affirmatiuè deponunt, quod semper possedit per dictum tempus; tamen si ostendatur per aliquod tempus non possedisse, excusantur à falso. Bar. in l. j. col. v. ff. soluto matrimo. Felin. latè in pro. om. Decreta. in verbo, rex pacificus. & Tinda. in suo Dialogo de contrarietate testium, in 13. charta. vers. transeamus. col. m. ij. qui fortius dicit, quod etiam si testes deposuerint, quod nec præterit hora, quin Titius possederit, tamen non incidunt in falsum probato, consuetudo quò ad aliquod tempus, sunt tamen tales testes suspecti multum; & ego si essem iudex, ponerem eos ad torturam potius, quàm extraordinariè punire: sic etiã pars, quæ fundat in negatiua non coactata loco & tempore su

pecta est: & est vnus modus, per quem iudex cognoscit, quod debet eam repellere, tanquam calumniosè excipientem. Alex. consil. lxx. col. iij. volum. i. Tertio si reus cognoscit se nõ esse confessum, vel conuictũ iuxta casus præcedentes, ¶ sed tantummodo indicia contra ipsum adesse: tunc ad ea eneruãda, vbi nõ possit ostendere crimen non commissum, iuxta præcedentia, recurrat ad modos elidendi indicia, quos supra tra didi in materia torturæ in v. q. prin. ¶ Quarto, si confessus siue conuictus sit, siue indicia contra se habet, est aduertendum, an ignoranter delictum commiserit, vel scienter: quia ignorantia excusat à pœna & delicto, ca. cognoscentes. de constituto. c. ij. eo. in v. j. Metrodorum. ff. de pœ. & latè Deci. in d. cap. cognoscentes. in j. lect. in col. iij. & in ij. lect. col. j. & ibidem Felin. & alij, Bar. in l. semper. §. hoc interdictum. ff. quod vi aut clam: & in l. labeo. ff. si quis testat. li. i. i. i. f. i. & latè Alex. ibi in A post illis, in vers. & facit; & aded excusat, vt non incidat in pœnam, si contraueniat voluntati testatoris, puta si præcepisset hæredi, vt domum suam magnam non alienaret, aliter quod perueniret in hospitale, iuxta l. vnicam. C. de his quæ pœ. no. & §. si. in tit. de lega. tra. sentit Alex. in terminis in consil. lviij. col. j. volu. ij. & in consil. cxxxvij. col. pen. volu. j. Sic Alber. in d. l. vnica. col. pen. & ideo Bald. per illum tex. in c. j. de controuer. int. do. & emp. in v. lib. feud. dicit in omni alienatione procedere, vt ignorans non incidat in pœnam. In contrarium videtur facere quod decidit Alex. in l. Marcellus. §. res quæ in quarta limitatione. ad Trebel. iuxta l. in. §. si. ff. de lega. ij. maxime iuncto consilio Pauli de Castr. ibi per eum allegato, qui expressè loquitur, & quod dicitur Iaf. in ij. lect. in §. diui. in l. filius familiaris. ff. de lega. j. in ij. conclusione, vbi est videndũ. Sed dicitur quod in casu Alex. & Iaf. nõ erit proprie pœna, ex quo applicabatur tertie personæ fauore ipsius. Prædicta verò procedunt, quãdo est proprie pœna, quia applicatur in odium contrafacientis, iuxta verba Socii in l. pœnam. in prin. ff. de his quæ pœ. no. & quando sit, quod fauore tertij applicetur illi, vide in d. §. diui. in tex. & per Paul. de Castr. ex cuius dictis eris clarus. Est tamen aduertendum, ¶ in ignorantia habet culpam, vel nõ, vt in d. cap. cognoscentes. maxime per Dec. post alios. & quando requiritur dolus vel etiam culpa sufficiat, vide Barto. in l. prima. §. non autem. ff. si quis test. lib. esse ius. & Docto. in d. cap. cognoscentes. Alexan. in d. §. non autem. & alibi sæpe. Est materia, quæ etiam tangitur in l. j. ff. de legib. vbi etiam vide Iaf. & ibi ponitur etiam de ignorantia, & ¶ quando est in culpa, & quãdo est sine culpa, ¶ quomodo probetur dolus vel præsumatur, vel nõ præsumatur, vide textum in l. dolum. C. de dolo. & gl. quæ ponit exemplum Hispanorum, qui dabat vinum album quasi aquam rubeo mixtum inuitatis ad prandium, vt inebriarentur, & inebriati postea pro eis fidei iuberent, ad demonstrandas insidias perspicuas, de quibus in text. & vide omnino doctrinam Bart. ad hoc quãdo præsumatur, & quando non, ibidem in dicta l. dolum. & Alexandr. consilio centesimò tertio, columna penultima, volumine primo, textus in capitulo primo, de præsumptionibus. vbi Abbas & alij. & notat per Gandin. in titulo, de homicidio. columna fina. in vltima quæst. vbi ¶ de modis probandi contra præsumptionem doli. & ponit Cepol. consil. xxxj. col. m. pen. vers. decimo & vltimo. vbi est videndum in hac materia, & Cepol. consil. xxxij. col. ff. vbi quando quis spontè confessus est, & omnino vide Felin. in c. si. circa ff. de homi. de præsumptione doli, & contraria contra dolum,

lum, & per Dec. consil. ix. col. j. vide etiã Iaf. in l. si quis cum aliter. col. iij. ff. de verb. obl. & dicam infra in materia homicidij, & dixi etiam supra in materia inquisitionis, declarando verba inquisitionis scienter & dolosè. Et vltimò ad defensionè reorum, & econtra, est aduertendum in quo genere delicti sumus. Nam si sumus in crimine hæresis, in primis est considerandum, ¶ an sit proprie hæresis: quia proprie ille est hereticus, qualiter sentit de articulis fidei & sacramentis ecclesie, quàm Romana ecclesia. Abb. in c. firmissime. de hæretic. prolata, quæ nullam in se habet excusationem, sit prolata ludendo, vel iracundè, vel ex magna simplicitate, & hoc quo ad euitãdam pœnã ignis, de qua per Abb. & Doct. in c. ad abolendã. de hæret. Sic Imo. in cle. ij. col. pen. super glo. in ver. illicitè. de hæretic. ibi ¶ quod è etiã defensoribus & fautoribus hæreticorum, non tamen hæreticis omiã pœna ordinaria, possunt imponi per eorũ iudices pœnitentiæ, vt pauperibus ex bonis suis aliquid dent, vel aliud opus pietatis faciant. Est quoque considerandũ in eo crimine hæresis quales testes sint quærendi tã ad offensionè, quàm ¶ pro defensione. Nam tã ad offensionem admittuntur testes etiã criminibus notari. c. in fidei. in fin. de hæret. in vj. ad defensionè verò non admittuntur. c. filij. in fin. de hæret. in vj. licet contrarium videretur dicendum per terminos vulgatissimos. Sed hoc procedit propter immunitatem criminis, iuxta reg. l. si hominè. ff. mand. & ideo etiã præsumptione iuris quis nõ præsumatur deliquisse. l. merito. ff. pro soc. tamè quis ¶ præsumitur hæreticus potius quàm aliter quo ad pœnam iniungendam, vt habetur in c. accusatus. in prin. de hæret. in vj. In finitãq; aliã cõcernentia tam offensionem, quàm defensionè hæretici habebis infra in tit. de hæreticis, quæ subiciam ad perfectam declarationem & instructionem defensionis, & offensionis, in qua sumus. Et pariter ad eundè finem ponam multa de crimine rebellionis, de crimine homicidij, falsi, furij, & duertorum aliorũ delictorum magis frequentium, ea separatim collocando sub suis rubr. Si sumus in crimine rebellionis, & dicatur, ¶ Talis fuit infidelis suo principi & suis, iuxta l. j. cum pluribus seq. ff. ad leg. lul. ma. ¶ icita. & l. quisquis. eo. tit. C. Est considerandũ, ¶ an illa infidelitas, siue inobediencia fuerit commissa in his, quæ pertinent ad tempus, & imperium. ad hoc Bar. in extrauag. qui sint rebellando. in ver. rebellando. in prin. & not. And. de Iser. in rit. quæ sint regaliz. in §. & cõmittentium crimen læsæ maiest. col. vj. vers. animaduertendum est. & ideo decidit quod simpliciter occidere vel offendere aliquem à consiliis, vel assisitetem lateri principis nõ est incidere in l. quisquis. C. ad leg. lul. maiest. Sed requiritur, vt id sit factũ, vt offendatur dominium, vel persona principis. Est etiam considerandũ, ¶ an suspectus huius criminis sit subditus principi offenso, quia non subditus non incidit in tale crimen. clem. pastoralis. vulgatissima ad hoc de re iudic. est verum, quod è etiã non incidat in dictum crimen, tamen sit hostis, vt per Bald. in l. ij. C. de vind. lib. & hostes possunt impunè interfici. l. ij. §. transfugas. ff. de sicar. Hinc est q. videmus exploratores etiã aliarum nationum non subiectarũ furcis suspendi. Quomodo tamè intelligatur hoc, quod dictũ est de subiectione, & nõ subiectione, & an clericus dicatur omnino non subiectus, qui committit tale crimen contra dominum suæ ciuitatis, & an qui solum sortitur forũ ratione originis, nedum etiam ratione domicilij dicatur ad hunc effectum subditus, dicam infra in materia sua. Si su-

mus in crimine homicidij, est aduertendum, ¶ an occisus potuerit impunè interfici, puta, vt dictum est, si erat hostis. Et ad hoc vltra d. §. transfugas. est videndũ, ¶ dum Doc. dicitur ¶ bannitũ posse impunè offendi, quia id volunt ratione statuti illud permittentis, & indicentis bellum bannitis, ac eos facientis hostes, vt per Bal. in l. j. C. de hære. in lit. & Felin. in c. quæ in ecclesiis. in ij. col. de consil. ponunt Bar. & Doc. in l. vi. vim. ff. de iust. & iur. & ¶ aded licitũ est hostẽ interficere, vt etiã liceat filio patrè hostẽ occidere. l. in minimè. ff. de relig. & sump. fun. & gl. in c. fortitudo. xxij. q. iij. vbi tamen hostis esset ¶ captus, seruandus esset, & non occidendus, Bar. in d. §. transfugas. vbi idè dicit de bannito capto, prout etiã latè per Fel. vbi supra. & in c. c. iuramento. ¶ ad si. de homi. & ¶ ideo etiam hostem iam ductũ intra præsidia non licet occidere, vt per Ang. Arer. in §. ferui. in lit. de iure perf. & ad hæc vide Doc. in d. §. transfugas. Et per hæc vides etiã rationè, quare ¶ exploratores hostiũ suspèdãtur: & si dicas ea q. dixi proximè circa captos seruãdos, potius facere in contrariũ. R. s. p. deo q. illa procedit quo ad priuatũ, nõ quo ad iustitiã, maxime propter periculũ tã prauis officij, sicut dicimus in ¶ transfuga, vt declarat Bar. in d. l. vi. vim. col. j. & ¶ potest hostis etiã offendi, & occidi in casu aliã licitò ante declarationem, vt patebit infra, dũ idè dicam de rebelle. & ¶ pariter, & ¶ multò fortius potest spoliari, & priuari rebus suis intra territorij tamen illius principis, contra quẽ hostiliter se gerit, alibi nõ: quia tũc dominiũ alterius principis præbet ei securitatẽ. hæc latè per Soc. in l. j. in prin. col. ij. ff. de acqui. pos. quo ad territorium tamen ¶ principis cuius erat hostis, adhuc homicidij & spoliatio sunt impunita. dixi supra in tit. de for. comp. Sed quid dicemus de territorio dicti principis, cõtra quẽ exercetur hostilia, in feudato tamè alteri cum omnimoda separatione ab imperio principis, & omnimoda autoritate, ita vt talis feudatarius habeat iura imperij in suo dominio, & se exerceat in cognitione omnium causarũ, primarũ, secundarũ, & vltimarũ, & re ipsa sit talis, quæ Doc. dicant esse in dominio suo non solũ parè Cæsaris, sed etiã maiorè Cæsare ipso, vt de duce Mediolani traditur, & dicã infra in crimine rebellionis, an talis hostis sit securus in terris dicti feudatarij, ita vt supremus dominus nõ possit immediatè, absq; requisitione feudatarij, in illũ iniicere manum. Ad hanc difficultatẽ in primis consideranda sunt verba Bal. in d. l. j. C. de hære. in lit. dũ tractat ad quẽ loca se extendat bannũ. & ibi vult q. quoties à lege imperatoria securũ est bannum, & diffusio personæ, prout de hoste facit lex. d. §. transfugas. talis per totũ imperium potest impunè offendi, & est tex. clarus in d. §. transfugas. & sic videtur, quod talis nõ sit securus, quia Imperator retinet ius superioris, & dominiũ directũ in dictis locis in feudatis, sed ecotrã videtur, quod sit securus: quia extrã territorij talis securus est, vt per Soci. vbi supra in d. l. j. in prin. ff. de acqu. pos. & feudatarius ipse est dominus territorij, quia terret ipse, & nõ Cæsar, & omnimoda iurisdictione exerceat. & ideo Doct. Moder. Iaf. & Dec. in l. si. ff. de iu. om. iu. faciunt hæc cõclusionè, q. bannitus qui extra territorium non potest impunè offendi, nõ possit etiã in territorij loci exèpti, id est, in loco, in quo iurisdictione est abdicata ab ordinario, & in quo ordinarius iurisdictionem exercere non potest. Et videtur decisio in fortioribus terminis, quia tamen ordinarius, quauis exercere nõ possit iurisdictione, remanet tamè pleno iure dominus, quo d non est in casu quæstio. nõstrè. Si essemus in terris feudatis, esset recurrendũ ad l. non dubito. ff. de capt. & Barto.

Barth. ibi, & Bar. in l. cunctos populos, in viij. quæstio, princip. circa princip. C. de summa trinitate, & fid. cath. & Ia. in d. l. h. in xv. limita, & postremò ad formam fæderis, iuxta c. portò de priuil. & c. j. de duob. fratrib. à cap. inuest. in vñb. feud. Sed in præsentia placet vt dicamus quòd dominus superior non potest per se & suos immediatè hostem in loco, vbi supra offendere, licet feudatarius ipse requisitus tali teneatur licentiam dare, non dico eum occidere, vel deprædari. Et quòd dominus ipse non possit offendere constat ex abdicatione, & separatione imperij, quam ipsemet fecit, per l. h. ff. de iurisd. om. iudic. iunctis iis, quæ dicunt ibi Moder. sicut dixi. Quòd verò feudatarius etiam non possit eos deprædari, vel occidere, nisi prius eis diffidatus, vbi non recederent, patet, quia separatio territorij fecit eos securos, & præbuit eis securitatē. Fator, vt dixi, quòd feudatarius ꝑ ipse requisitus maximè à suo superiore, illi tenetur licentiam dare: & vbi non exequeretur posset privari feudo, cap. j. versic. sed nec alia. in titul. quæ fuit prima causa beneficii. amit. & per Bald. in præmò Feud. in versic. dixi quòd. & si esset subditus feudatarius, posset aduersus eum procedi de rebellione. l. iij. in prin. ibi, qui vè opè hosti tradiderit. 60 ff. ad leg. lul. maiest. Et etiam aduertendum, quòd occisus rebellis esset, quia rebellis etiam non declaratum, licet occidere Bartol. in extrauag. qui sūt rebelles. in versic. rebellando. col. ij. Ancha. consil. cclxxvij. vñ diligenter. col. iij. & vñ Alexan. consil. ciiij. col. vlt. vol. j. Curt. consil. lxx. dux Philippus. versic. accedo ad quartum, & Alex. in l. j. col. pen. C. de hære. in lit. & si licet occidere, multò magis spoliare, vt in dictis locis. Et quamvis Doctores præallegati ita velint, quòd etiam absq; declaratione hoc liceat, Tamen ego valde dubito, quia in crimine hæresis, quòd est grauius requiritur declaratio, etiam quo ad hanc executionem facti ita Gemin. & Francus, & alij communitè in c. præfidentes. de hæreti. in vj. & etiam aliis rationibus, vt in frà dicam in crimine hæresis, dum loquar de pœna hæreticorum, & infra à proximè. Non obstat tex. in l. iij. §. rransfugas, quia ille text. non simpliciter loquitur de rebelle: sed de transfuga, vnde dicit Barto. in dicta l. vt vim. col. j. quòd ille casus est specialissimus propter timorem reuelationis secretorum, & Bart. sequuntur ibi alij. Et hanc considerationem etiam habuit Bart. in d. extrauag. in verbo rebellando. col. iij. dum vult vt sufficiat declarare post mortem, quia allegat l. de pupillo. §. toties. ff. de oper. noui nuntiat. quæ allegatur ad hoc, quòd recedimus à regulis iuris, quando periculum est in mora, senties clarè, quòd propter tale periculum reuelationis secretorū licet occidere: & ideo si effemus in casu, in quo nō esset talis timor, vt quando cessasset bellum, vel suspicio eius, vel aliter, esset necessaria declaratio. Et credo, quòd Bart. & eum sequentes aliam mentē non habuerint. Et facit ad hanc opin. optimè tex. in l. si quis filio ex hæredato. §. hi autem. ff. de iniur. sup. vbi permittitur iudici exequi sententiam suā criminalem pendente appellacione, etiā quæ non recipiatur per eum, ex iusta causa quando periculū erat in mora, dato quòd alijs debuisset scribere prius superiori, & expectare responsū. Pone 62 tamen, ꝑ quòd quis occiderit rebellem, contra quem non militaret talis timor, consilij autoritate Bar. & eum sequentium, an esset excusatus, iuxta gloss. in l. Titio, in glo. maior ad ff. de conditio. & demonst. & not. per Feli. in cap. cum contingat, in l. col. de rescrip. cogita. Aduertatur etiam, an occisus esset hæreticus: quia hæreticum licet occidere vt diffidatum apud o-

mnes gentes, athen, Gazaros. C. de hæretic. Gemi. & alij in cap. præfidentes. de hæretic. in vj. Verum requiritur declaratio præcedens, vt ibi per Doctores, & di 63 xi supra, & dicam loco suo. Si ꝑ etiam esset assassinus, licuisset eum occidere. c. j. de homicid. in vj. quia summus Pontifex ibi assassinos diffidat in omni populo, præcedente tamen declaratione, vt dixi supra in titu. de foro comperenti, vbi multa alia addidi circa hoc genus nefandorum hominum. Sunt etiam multalij, 64 quos ꝑ lege permittente licet occidere, de quibus per Angel. vbi vide, in consilio xiiij. colum. ij. circa finem. De bannitis, qui possunt impunè offendi vigore statuti, vide infra in titu. quid amittant banniti. & quia etiam pax sæpe est causa remissionis delicti, vel ex statuto, vel ex aliqua gratia generali: ideo nō incongruū esset hic de pace aliqua dicere. Verum quia sum posturur titulum de remedijs ex sola clement. prin. & c. in quo tractabo de gratijs, quæ à bonis principibus non conceduntur absque remissione partis. Ideo magis a- 65 pertè sub eo ti. & seq. hanc materiam ponam, ibi vide. Gratia vitæ sustinenda: etiam priuato licet occidere. l. vt vim. ff. de iust. & iure. & latè dicam infra in ti. de homicid. mō gratia rerum. l. j. C. vnde vi. dicam vbi supra. Ac gratia honoris. l. j. §. item diuus. ff. de fideiuss. in pri- 66 mo responso. Etiam licet patri occidere adulterum cum filia repertum, ac marito quo ad mitigationē pœ- 67 næ d. §. item diuus. l. si adulterium. §. i. imperatores. & in l. nec in ea. cum l. sequen. ff. de adulter. Hippolyt. in suo repertorio. in l. patre vel marito. ff. de quæst. Et in istis hoc idem licet in foro conscientiarum, vide in dicto repertorio, ac Feli. in c. quæ in ecclesiariarum. in col. in- 68 cip. & hanc limitationem. extr. de constitut. Ex per- 69 missione etiam statutorum nostrorum in alijs casibus permittitur homicidium. Est tamen sciendum ꝑ tales non posse hoc facere per alios, quia ipsi solis tantum permittitur, vel cum focijs ad hoc adhibitis. Ita latè in l. j. §. si. col. ij. & seq. ff. de oper. noui num. & ibi habes quòd etiam socij tunc impunè occidunt. Homicidium 67 ꝑ casu factum sine tamen aliqua culpa etiam est im- 68 punitum. l. absentem. in fin. ff. de pœn. c. lator. extra. de homicid. vbi Card. & Feli. præ cæteris. Barto. in l. respi- 69 ciendum. §. delinquant. ff. de pœn. & dicitur sine cul- 68 pa protus, quando à principio sit actus licitè & lege permittente: quia postea non refert, si sequatur mors ad exclusionem totius pœnæ. Ang. in l. contrahit. ff. ad leg. lul. maiest. & Dec. in consilio ix. in fine. Et optimè facit decisio Bart. in l. quæstionis. la prima. ff. de quæst. Est verum, quòd in hoc iudex debet esse multum cir- 68 cumspectus, considerando an tamen in illo actu licito esset admixta aliqua culpa: quam cōsideratione etiam 68 habuit Angel. vbi supra. Si verò ꝑ interueniret culpa, tunc puniretur pro modo culpæ, etiā criminaliter pœ- 69 na pecuniaria, vel ad exiliū, vt in d. §. delinquant. per Barto. & in l. j. ff. de legi. & alibi sæpe. & ita seruatur: & paucis ab hinc diebus fuit seruatum in senatore, qui fuit multatus pœna ducentorum aureorum, & dicā 69 in materia homicidij. Si summus in crimine falsi, in pri- 69 mis est considerandum, an ꝑ dolo sè gestum fuerit id, de quo arguitur: quia sine dolo non est falsum com- 69 prehensum in lege Cornelia de falsis. l. in princip. ff. de falsis. & l. quid sit falsum. ff. de falsis: & ibi Barto. & Cepol. consilio xxij. colum. iij. & in dubio præsumi- 69 tur error, quoties. §. primo. ff. de hæredib. in lit. & ibi 69 Bart. not. Secundò est considerandum, an falsitas sit nocibilis, dato quòd sit dolosa, quia aliter non puni- 69 tur, saltem pœna ordinarij legis Corneli. l. damus. cū ibi nota. C. de falsis. Item est considerandum, an falsi- 69 tas

tas ex necessitate concludat: quia si fieri potest, vt nō sit falsitas, non est falsitas. Nam possibili veritate in esse posita, nulla sequitur necessariò falsitas. Bald. cap. primo. §. notandum. de not. feud. gl. in l. iurifigentium. §. quod ferè. ff. de pactis. & ibi la. larè, & ego dicam latè in materia falsi. Si summus in furto, consideran- 71 dum est, ꝑ vtrum animo furandi factum sit id, de quo quæritur: quia maleficia ex proposito & voluntate de- linquentis distinguuntur, vt si interuenit rei amotio, non animo furandi, non dicitur furum. l. qui iniuria. in principio. & l. verum. ff. de furtis. intelligendo tamen d. l. qui iniuria. vt notabiliter per Alexan. in con- 72 silio ciiij. volumi. j. colum. v. versic. tertio non obstat. & versic. sequen. & vide omnino tex. in §. primo. in lit. vi bono. rap. vbi licet quis illicitè capiat, si tamen non animo furandi, non committit furtum, & l. si quis v- xori. §. si quis a sum. in fine. ff. de furt. & Alex. consil. cxxxv. colum. iij. volum. primo. & an requiratur vt a- nimus furandi interuenierit à principio, an etiam suffi- 73 ciat, vt superueniat: vide l. Pomponius. ff. de acqui- rer. do. & ad excludendum dictum animum. est con- siderandum, an aliqua ratione iusta vel iniusta motus fuerit, quia tunc cessat dolus. l. igitur. §. j. ff. de libera- cau. qui tex. semper allegatur, quòd bona fides etiam quæ prouenit ex iniustis & temerarijs causis, excusat à dolo. Et ita Bal. in l. j. ad fi. C. vbi caus. stat. per gl. ibi. Et commentatur hanc regulam latè Parpa. in l. si quis maior. in vj. quæstio. C. de tranfact. vbi ponit quomodo 74 practiceretur, & intelligi debeat, intelligèdo tamen hanc regulam, quòd quælibet causa, & c. vt per Areti. consilio lxxx. colum. ij. in princip. & Alexand. vbi est videndum, consil. ciiij. colum. iij. vol. j. Quæ considera- 75 tiones etiam applicatur & militat in rapina, vt dicam loco suo latè. Et ita considerando cætera delicta, & recurrento ad ea, quæ particulatim circa ea dicam, inuenientur & defensiones & offensiones. Et vltimò sciendum est cum dolus sit anima pœnæ, vt dicam infra in materia homicidij, ꝑ quòd nō præsumitur quis in dolo, licet errauerit in iure. l. si quis id, quod, cum 72 simul. vbi Alexand. ff. de iurisdiction. omnium iudic. nisi tamen ius resisteret actui, quia tunc præsumitur dolus. Barto. in l. sed si lege. §. scire autem. ff. de peti. hæ red. & Feli. in cap. de quarta. de præsump. colum. x. Et quando dicatur lex resistere, ponit Bart. in l. cum lex. ff. de fideiussoribus. & Bald. in l. non dubium. C. de legi. colum. pen. vbi alij. Item præsumitur in dolo, vbi errat in iure naturali, vel quasi, Ange. in l. ex consen- 73 su. §. fin. ff. de appellatio. vbi Comenl. & Imol. & idem si in iure ciuili notorio, vt per la. son. & Dec. in l. venia. C. de in ius voc. Alexand. in dicta l. si quis id, quod. & secundum hæc intellige regulam, quòd quælibet cau- 74 sa, dicta l. igitur. §. j. ff. de liber. caus. & quomodo pro- betur iste error, vide Barto. in l. non fatetur. ff. de con- fessis. Curt. consil. lxxj. colum. ix.

Tit. de Hæreticis.

SVMMAE.

- 1 Hæreticus quis dicatur.
- 2 Testes in probando crimine hæresis qui admittantur.
- 3 Testes, qui admittuntur ad probandum crimen hæresis, non admitterentur ad defensionem hæretici.
- 4 Duo testes integri licet in crimine hæresis sufficerent, nō tamen sufficerent duo criminibus notati, & ex illis, qui alias fuissent admitti ad probandum tale crimen.
- 5 Probationes leniores sufficiunt in crimine hæresis, dum

- modò per duos testes contestes talis probatio probetur.
- 6 Leuis & modica præsumptio sufficit ad procedendum con- tra hæreticum per accusationem, denuntiationem, vel inquisitionem.
- 7 Proceditur contra hæreticum summarè simpliciter, sicut in crimine læsæ maiestatis.
- 8 Publicatio testimonij in crimine hæresis non fit, vbi immi- neat periculum.
- 9 Copia indiciorum aut defensio deneganda non est ei, qui hæresis arguitur.
- 10 Iudex secularis non potest se intromittere in processu de crimine hæresis, nisi quo ad exequendum sibi commissā ab ordinario & inquisitore.
- 11 Officium inquirendi contra hæreticos spectabat ad epi- scopum, antequam inuentum esset officium inquisitorum.
- 12 Inquisitor & episcopus possunt in aliquibus diuisim pro- cedere, in aliquibus omnino simul debent procedere in crimine hæresis.
- 13 Secularis princeps non potest se intromittere de crimine hæresis, nisi ex tali crimine sequeretur perturbatio do- mini, vt hodie in ijs, qui Lutheri sc̄tam sequuntur, quia posset dare suum iudicem, qui de perturbatione cognosceret.
- 14 Secularis princeps non potest se impedire de personis ec- clesiasticis, nisi adiuvando ecclesiasticum iudicem.
- 15 Hæreticus quomodo damnatur factò processu contra eum.
- 16 Hæreticus punitur pœna ignis corporalis & confiscatio- nis bonorum.
- 17 Hæreticus non punitur pœna mortis, si abiurauerit hæ- resim, sed deponitur, & perpetuò in carceribus detine- tur, vel iubetur ire per mundum toto tempore vitæ, & etiam remanet confiscatio bonorum.
- 18 Hæreticus, qui abiurauit, an possit ad triremes trans- mitti.
- 19 Hæresis inquisita si facta abiuratione reincidat in hæ- resim, reincidit etiam in suas pœnas absque spe veniæ, & degradatus creditur curia seculari.
- 20 Abiurans hæresim euitit pœnam mortis, non salum si abiurauerit ante condemnationem, sed etiam si post.
- 21 Leuiter suspecto de hæresi, leuiter indicenda est pur- gatio.
- 22 Contumax in suscipienda purgatione excommunicatur, & si in excommunicatione per annum maneat iudica- tur vt hæreticus.
- 23 Purgationem suscipiens, & in ea deficiens, vt relapsus subiacerit pœna hæretici.
- 24 Relapsus quis dicatur.
- 25 Suspectus leuiter de hæresi, si suscepta purgatione inci- dat in hæresim, non subiacerit pœnis ordinarijs, sed alijs, licet grauius.
- 26 Hæretici bona habentur pro confiscatis absque alia sen- tentia priuante eum, sed secuta tantum declaratione.
- 27 Hæreticus habetur pro excommunicato.
- 28 Sententia priuans hæreticum non requiritur ad hoc vt executio fieri possit contra personam ipsius & bona, sed sufficit declaratio.
- 29 Assassinus potest impunè offendi, secuta tamen decla- ratione.
- 30 Sententia declaratoria potest ferri contra hæreticū mor- tuum, & pœna transeat in hæredes.
- 31 Mortuus non potest damnari crimine læsæ maiestatis.
- 32 Tempus, intra quod possit contra hæredem hæretici pro- cedi.
- 33 Hæretici bona propter quasdam constitutiones Pontifi- cius applicantur partim iudici seculari, partim episco- po & inquisitori, partim ecclesiæ Romanæ, licet per ca- nones

- nones applicarentur fisco principis, cui subditus erat haereticus.
- 34 Bona haeretici, qua applicantur domino seculari in terris infuadatis, non applicantur primo domino, sed feudatario.
- 35 Poena haereticorum non possunt per iudicem seculari mutari, ad quem transmittitur sententia, seu effectus sententiae, ut executioni mittatur.
- 36 Poena haeretici potest etiam esse pecuniaria.
- 37 Poena ultimi supplicij haeretici imponitur tam per legem civilem, quam canonicam, & consuetudinem.
- 38 Haeresis materia per quos tractatur.
- 39 Libri haereticorum non possunt penes se teneri.

Tit. de Haereticis.



QUONIAM promissionum memor sum, & ca intendo pro viribus exequi, ideo ad veram cognitionem, qualiter reus defendi, & eius defensio impugnari possit, tractare aggrediar de singulis delictis. Et primò accipiam materiam haereticis. Sciendum est autem, quòd est multus & multis modis quis dicitur haereticus, ut per glo. in capitu. firmisimè, extra, de haeret. & in l. secunda. C. eodem. & per Hostien. in summa de haeret. & per omnes Doctores, maximè Canonistas in locis suis, & Feudistas, maximè Aluarot. Afflic. in titu. de statu. & consuetu. contra liber. eccles. &c. & Federic. de Senis, qui est videndus in consilio celiij. & Vital. in tractatu suo maleficio. sub rubric. de haeretic. & alibi saepe, Tamen proprie & strictè quis dicitur haereticus duobus casibus tantum, videlicet quando sentit aliter de articulis fidei, quam Romana ecclesia. xxiiij. quæstio. j. in capitu. hæc est fides. & quando male sentit de sacramentis ecclesie. capit. ad abolendam. in principio, de haeretic. ita Abb. post alios communiter in dicto capit. firmisimè. & sequitur Dec. consilio clj. columna secunda, volut. ij. & Felin. in rubric. de haeretic. vbi tamen dicit, quòd ad hoc vt possit estimari proptiè haereticus in dictis casibus, debet esse pertinax in sua opinione, dum corrigitur. & ibi ponitur quid de foralego, vel dante pocula amatoria cum inuocatione demonum, & quid de celebrante diuinum missæ sacrum hostia non tòn fectata. Secundo, si vis scire quæ probationes sufficiant in crimine haeresis, vide tex. in ca. in fidei. de haeret. in vj. qui dicit admitti excommunicatos participes, & socios criminis, ita tamen vt ex numero testium, & equalitate personarum, tam deponetium, quam earum, contra quas deponunt, ac aliis circumstantiis, deponentes falsa dicere non præsumantur: & ideo resti inimico capitali inimicitia nõ crederetur in hoc crimine, Feder. dicto consilio celiij. circa finem, & Bart. in l. in quæstionibus. ff. ad legem Iuliam maiest. Non admittuntur tamen tales testes ad defensionem, licet totum contrarium videretur dicendum: casus est in ca. filij. in fin. de haeret. in vj. Nec duo testes ex his etiam sufficiunt ad probandum hoc crimen: casus est in d. c. in fidei. licet ex regula sufficiant. Ita Aretii. de vtroque in c. in fin. extra, de test. hoc modo ad concordiam reducens in hoc vltimo opinionones: quia aliqui volut, vt requirantur saltem tres; & aliqui, vt sufficiat duo, vt per Gemin. in c. vt officium. §. verum. de haere. in vj. Et facit ad hoc, vt sufficiant duo integri testes etiam in hoc crimine, quòd ad damnandum summum Pontificem in quolibet crimine duo sufficiunt, vt dixi supra

in tit. de conuictis. col. j. Adde, quòd plures probationes requiruntur in hoc crimine quam in alio. Ita Gemin. in d. §. verum. & Ioan. And. in nouella ibidem. & ita Anto. de Butt. in c. excommunicamus. el primo. in fi. de haeret. Archid. in dicto c. in fidei. & in d. c. vt officium. Et fundamentum est in l. ij. C. de haeret. vbi dicit, quòd leue argumentum sufficit ad conuincendum haereticum. Sed procedit ille textus quo ad inducendam suspicionem, per quam sequitur purgatio, iuxta tex. in d. c. excommunicamus. el primo. in §. qui autem inuenti. ita gloss. in cap. literas. de præsump. & in effectu Abb. Imol. Anto. de Butt. & communiter Doctores dâtes etiam alias solutiones ad dictum textum. sic etiam Felin. in d. cap. literas. colum. pen. volunt tamen, quòd illud leue argumentum, siue leue indicium, quod sufficit, probetur per duos testes cõtestes, iuxta gl. in l. fin. C. fam. ercisc. & non sufficiant singulares, vide in prædictis locis, maximè in dicto c. vt officium per Gemin. & Ioan. And. in nouella. Non potest tamen negari, iudicio meo, quin minores probationes sufficiant in hoc crimine, per d. c. in fidei. qui text. si esset factus ad solam suspicionem inducendam, parum nobis prodesset, & Doctores ibi eum intelligunt quo ad plenam fidem criminis, & Aret. in d. cap. fi. quod etiam patet, quia præsumptio violenta sufficit ad condemnandum, quæ aliàs non sufficit. tex. est in c. cum contumacia. de haeret. in vj. & ibi in glo. & Felin. in c. sicut. de sumo. vbi vide. Sic etiam in crimine læsæ maiestatis admittuntur crimine notati passim. tex. est in cap. licet Heli. & ibi Abb. colum. ij. in penultim. notabili, extra, de sumo. & Abb. in c. per tuas. col. j. in ij. notab. extra eod. & Barro. in l. in quæstionibus. ff. ad leg. Iul. maiesta. & dicam infra in tit. de crimine læsæ maiestatis, & an sufficiant ad condemnandum, sicut alij duo integri testes, ex prædictis videtur eos sufficere. Sed cõtra per l. sciant cuncti. C. de proba. iunctis dictis per Alex. in consi. xj. col. j. & ij. vol. j. vbi dicit, quòd tamen non sunt in hoc crimine integri testes. Ego in præsentia credo, quòd sufficiant cõcurrentibus, de quibus in dicto c. in fidei. iunctis præcedentibus pro hac parte. Et ad prædicta vide etiam Imol. in clem. ij. col. pen. de haeret. vbi vult, quòd vnus testis & fama non sufficiant ad plenam fidem. sed non discrepat, quia me reduco ad d. capit. fidei. qui etiam contentus non est hac probatione. Sed quomodo procedèdum est in crimine haeresis? Dicitur leui & modica præsumptione posse procedi contra aliquem vti haereticum: ita probat tex. in c. accusatus. in prin. de haeret. in vj. & ibi nota. per Modernos & Abb. in c. literas. de præsump. in verbo vehementi. dicit, quòd leue argumentum, iuxta d. l. ij. C. de haere. sufficit ad inquirendum de haeresi, & procedi potest nõ solum per accusationem, verum etiam per denunciationem: & inquisitionem. capit. licet Heli. iuncto cap. sequen. & capit. qualiter & quando. el secundo. de accusatio. Est verum, quòd non requiritur, vt præcedat inquisitionem omnino ille clamor & infamia, de quibus in dictis capitulis. Sed leuis & modica præsumptio sufficit, per prædicta. Et hæc adde ad ea, quæ dixi supra in tit. de inquisitione. Et proceditur quomodo cunque, vel per accusationem, vel vt supra, summa rîe, simpliciter, &c. prout etiam in crimine læsæ maiestatis, iuxta text. in extrauagan. ad reprimendum. text. est in cap. fi. de haeret. in vj. & talis ita suspectus in carceres conicitur, & interdum ponitur in compedibus, vel etiam committitur custodiae fideiussoris, quando crimen haeresis est graue, vt in clem. j. de haeret. in c. vt inquisitionis. & ibi per Anchara. de haeret. in vj. & dum

dum examinantur duæ religiose, & notarium debent interuenire duæ religiose, & discrete persone propter pondus criminis, text. est in d. cap. vt officium. §. verum. Est etiam aduertendum, vt dicta testium & accusatorum non publicentur vbi ex hoc eis imminet periculum, vt in d. c. fi. de haeret. in vj. non tamen est neganda copia indiciorum, tradit Bal. in cõsi. xcv. vol. j. & dixi supra in materia torturæ in iij. quæ. princ. Nec etiam defensio, dato quod possit procedi simpliciter de plano, &c. vt habes per totum commentarium Bar. ad d. extrauag. ad reprimendum. si bene vides. & aliàs dixi, & hoc etiam ponderaui. Non potest autè in processu huius criminis se introumittere secularis iudex, nec princeps secularis, sed tantum ecclesiasticus: quia crimen haeresis, est crimen merè ecclesiasticum. Casus est in c. vt inquisitionis. de haeret. in vj. & ibi dicitur, quòd tantum se introumittit in exequendo ea, quæ sibi iniunguntur ab ordinario & inquisitore, alioquin est ipso iure excommunicatus, hæc est materia c. cum sit generale. vbi Abb. & alij. de fo. comp. Et tãntquam esset inuentum officium inquisitoris, ad episcopos spectabat hoc onus inquirendi & puniendi haereticos. ca. ad abolendam. in fi. de haere. &c. excõmunicamus. el primo. §. si eo tit. Sed hoc tempore t si in eodem loco addit episcopus & inquisitor, simul procedere possunt, & diuisim etiam, nisi quo ad ardua, vt ad torturam & sententiam, quia simul debent expedire, de hoc est tex. in c. i. de haeret. vbi ponuntur primò quinque quæ vnus sine altero potest, & deinde tria, quæ vterque debet simul expedire, & vide Anan. ad hanc in d. §. fin. Et quia dixi, quod crimen haeresis est merè ecclesiasticum, & quod princeps secularis nullo modo potest se de eo introumittere, Scias quod dum superioribus diebus incidisset sermo in Senatu de modo puniendi eos, qui Lutheri sectam sequuntur: quia ex tali excessu proueniunt perturbaciones dominij, vt videmus in diuersis regionibus, dixi ego quod ratione huius perturbationis Senatus poterat dare iudices, & adducebam notata per Bar. in l. diuis. ff. de fidei. quado quis committit vnum delictum, & incidit in aliud, quod de vtroque punitur. Concludendo, quod de haeresi iudex ecclesiasticus debet procedere, de seditione verò & perturbatione secularis. Adducebam etiam notata per Abb. in c. cum tertia. de elect. vbi quamuis princeps secularis nõ possit se introumittere in electione ad aliquod beneficium, tamen potest eicere talem electum vti suspectum à dominio suo. Quæ decisio obseruata fuit saepe per Senatum nostrum contra religiosas personas seditionos, & malè viter: & placuit hæc mea cõsideratio. Ego tamen veritati hoc casu assentio, quam puro esse in contrarium: quia vnum non potest ab altero separari: & ideo non debet princeps secularis se introumittere, nisi adiuuando ecclesiasticum, per prædicta facto processu per inquisitorem, vel episcopum, vel vtrumque simul. Considerandum est etiam, tãnt constet de crimine plenè per testes, vel confessionem: quia tunc si pertinaciter perseueraret in haeresi, datur, tex. est in c. ad abolendam. in prin. de haere. & ij. q. j. c. nos in quinquã. ad cuius haeresis condensationem interuenire debet consiliu peritorum. c. fi. de haere. in vj. Damnatuque traditur curie seculari puniendus debita animaduersione. c. excommunicamus. el primo. §. j. & c. excommunicamus. el secundo. §. j. de haeret. facta prius degradatione, tãnt quo ad clericos, vt in dictis iuribus: & poena huius damnatu est ignis corporalis, & publicatio omnium bonorum. de poena ignis corporalis habes per Abb. Felin. & Doctores communiter in d. ca. ad abolendam

lendam. de publicatione bonorum habes ibidem in text. & in dictis iuribus in c. vergentis. co. titu. & in c. cum secund. m. de haere. in vj. & tãnt deuenitur ad hanc poenam mortis, nisi se purgauerit, abiuratione facta de haeresi, quia tunc euitatur dict. cap. ad abolendam. in princip. non euitatur tamen poena depositionis, & perpetui carceris. d. cap. excommunicamus. el secundo. §. si qui autem. eo. titu. potest etiam imponi alia poena, puta, vt omni vitæ suæ tempore per orbem incedat, vt fit interdum: quæ tamen poena potest mitigari hodie. c. vt commissi. §. nec non. de haeret. in vj. & cõuertit in poenam pecuniariam, vt notatur in dict. §. & alibi saepe. An autem possit qui haeresim abiurauit, maximè clericus, transmitti ad tritemes? Videtur non posse: quia faciliè sequitur mors, quæ poena est reprobata secundum Canones: hinc est, quòd etiam reprobatu poena ferrearum cauearum, vt per Felin. in c. qualiter. §. ad corrigendos. num. 24. de accus. sed dic quòd sine dubio hæc poena cauearum dicitur reprobata, quando ex ea verisimiliter sequeretur mors, vt quando ibi poneretur quis perpetuo, vel etiam ad tẽpus, & non cooperiretur die nec noctu, maximè tẽpore hyemis, aliàs si ad tempus, & moderatè non videretur reprobata, & idem de tritremibus & ideo etiam poena perpetui carceris pro hoc crimine non est reiecta, vt ibi supra, nisi ibi poneretur, & victus sufficiens non daretur. Et ita vidi seruari Cremonæ, nec etiam recuperat bona per dictam abiurationem, nisi recuperaret ex cap. vergentis. de haeret. & ibi latè Felin. col. j. & ij. qui tandem ita se firmat ex dicto textu & aliis, maximè ex regula, id quod nostrum est. ff. de regul. iur. Si tamen reincidat in haeresim, tunc etiam reincidit in suas poenas, absque spe veniæ & datur curia seculari, degradatione facta. ca. super eo. de haeret. in vj. & c. accusatus & c. ad abolendam. §. illos quoque. Et id, quod dico de abiuratione, tãnt etiam procedit secuta condemnatione, vide Dec. in c. at si clerici. in princip. extra, de iudic. dum loquitur de delictis degradatione dignis, in versic. ad tertium. Sunt enim in hoc variæ opinionones, vt per Abb. in c. excommunicamus. de haeret. & Abb. in hoc se firmat ibi, col. iij. & ita seruat, & causa varietatis Doctorum est, quia tex. in d. c. ad abolendam. dicit, quòd continuò postquam fuerit deprehensus debet eum poenitere: tamen sic, vt dixi, concluditur & seruat. & licet etiam tex. in eo. ca. ad abolendam dicat quòd spontè debet venire, tam è intelligitur ibi etiã quòd sit vocatus. Hæc procedit, tãnt vbi quis conuictus vel cõfessus esset de haeresi. Ceteru tãnt tantum remanet leuiter suspectus, tunc incidenda esset purgatio: & vbi esset contumax in illa suscipienda, excommunicaretur: in qua excommunicatione si perseueraret per annum, iudicaretur vti haereticus. text. est in d. c. excommunicamus. el primo. §. qui autem inuenti. Si verò superet purgationem, & deficeret in purgatione, esset censendus vti haereticus, & subiaceret poenæ haeretici. d. c. ad abolendam. §. qui verò inuenti. & declarat Abb. in d. ca. excommunicamus. iudicatur enim relapsus, sicut in præcedenti casu, quando esset cõfessus vel conuictus, & reincideret in haeresim. Et tãnt quando quis dicatur relapsus vide tex. & ibi not. in c. cum verò. in prin. de haeret. in vj. C. id. in consi. ij. in tit. de haeret. & de intellectu d. tex. & eorum, quæ notantur ibi, vide etundem Cald. in eo. tit. cõsi. v. & Dec. consi. cxxxvij. colum. iij. & in his locis apparet, quòd non dicitur relapsus, qui poenitentiam sibi iniunctam postabiuratam haeresim non impleuit. In quo vltimo dixi mihi seruari contrarium inquisitor ciuitatis no-

stra Mediolani, qui hoc idem attestatus est etiam esse de iure & nihil valere rationem Dec. Aduerte tamen, dum dixi suspectum suscepta purgatione, ¶ si incidat in heresim, dici relapsum, & subiacere pœnis, de quibus supra, quod hoc non procedit, quâdo suspicio fuit leuis: quia tunc nō subiacet pœnis ordinariis, sed aliis pœnis, licet grauib. tex. est in c. accusatus. in fi. prin. de hæret. in vj. & in illo tex. est clarum quod etiam solum suspectus debet abiurare heresim: & quia dixi q̄ damnatur hereticus etiam in confiscatione bonorum, Dic ¶ hodie bona heretici haberi pro cōfiscatis, & non est necessaria alia sententia priuans eum, sed tantum declaratio. tex. est in d. c. cū secundum. de hæret. in vj. Sic etiam ¶ hereticus habetur pro excommunicato. tex. est in c. excommunicamus. el primo. in princ. & in ca. excommunicamus. el secundo. in prin. & in d. c. ad abolendam. in princ. Quo ad pœnam personalem aliud non videtur immutatum, & sic videtur ¶ requiri priuatio per sententiam, ad hoc vt executio fieri possit cōtra personam, iuxta reg. generalē l. si confessus. ff. de cult. & exhi. reor. non sic est in persona rebellis, quia habetur pro rebelle absque alia sententia priuante eum. text. est in extrauag. qui sint rebelles. & hoc assumptū meum videtur ostendi in d. c. cum secundum. quod solum de bonis loquitur. Veritas tamen est, vt idem sit quo ad personam, vt habeatur pro damnato, & sit diffidatus apud oēs gētes, auth. Gazaros. C. de hære. cū declaratione tamen, iuxta d. c. cū secundum. ita Frac. & alij communiter in c. præfidentes. de heret. in vj. volentes vt quilibet priuatus possit deo hereticū occidere, declaratum tamen: & loquuntur Doct. in occisione & spoliatione bonorum: ¶ & idem est dicendum in assassino, vt possit impunē occidi, præuia declaratione. Alex. consi. c. xj. vol. vij. & dixi supra in tit. de fo. compe. & idem in offendente cardinalem, iuxta ca. felix. in vj. de pœ. in quo tex. etiam talis diffidatur, & tamen requiritur declaratio, vt ibi per Gemi. col. iij. ver. & idem videtur in pœna diffidationis. & idem quod Gem. tenent etiam communiter ibi Doct. vt apparet, ex dictis Franchi. In rebelle xerō Bart. in ver. rebellado. in extrauag. qui sint rebelles, vult vt possit occidi, & deinde patefieri rebellio, & declarari: & videtur cōmunis opi. cum Bar. vt dixi supra sub rubr. de defen. reor. & defen. impug. & dicam in tit. de cri. læsæ. maieft. qui immediatē subiicitur: contra quod tamen est text. in d. c. felix. vbi offendens cardinalem punitur vt reus criminis læsæ maieft.: & amplius etiam diffidatus est: & tamē quo ad offensioem facti requiritur declaratio, vt dixi: & propterea fortē Bar. inaduerterter loquutus fuit, & ceteri, qui secuti sunt eū. Ad hæc etiam facit dictū ca. pro humani. cū declaratione, de qua supra, quod eo etiam in casu requiritur declaratio. Et magis etiam facit quod dictū est de heretico, arguendo de maiori delicto heresis, & sic in Deum, ad hoc crimen læsæ maieft. in hominem, defendi tamen potest: & Doctores eum sequentes, vt dixi supra sub rubr. de defen. reor. & c. in ver. erit etiam aduertendum an vocatus rebellis esset. vbi vide omnino. Sed ¶ an sit necessarium, vt declaratio contra hereticū sequatur ante mortem heretici? Videtur esse necessaria, & quod aliter pœna non transeat in hæredes, ex dictis per Iaf. in l. iij. §. quod autē ait. vbi omnino vide. ff. quod quisque iur. allegat d. c. cū tantum. & text. & Bar. in leius qui delatorē. ff. de iure fil. & alia, vt per eum. Sed dic cōtrarium, q̄ potest fieri declaratio etiam post mortem, declarando tali tempore commissum delictū, ex qua sequitur cōfiscatio bonorum à die commissi de-

licti d. c. cū secundum. cum ibi not. & ratio, quia potest fieri post mortem, est quia de crimine potest tractari post mortē, sicut ante, secundū Ang. in l. p. C. ad leg. Iul. maieft. gl. in summa xxiiij. q. ij. & gl. in cap. neque. lxxxvij. dist. tex. & ibi Doct. in c. si quis episcopus. extrā de hæret. c. accusatus. §. in eo. de hære. in vj. Matth. in tract. de prin. in ti. de sic. conclus. c. lviij. & text. in l. Manichæos. C. de hære. & latē Fel. in ca. cū nobis. col. iij. & v. extrā, de præscript. & alibi s. p. & ita declarat Abb. in c. vergentis. ver. & aduerte. extrā, de hæret. & in c. cū nobis. & satis patet in c. ij. de præscrip. in vj. Super quo tex. se fundat Ab. vnde ¶ cum in crimine læsæ maieft. non possit procedi contra mortuum, nisi in casu l. si. ff. ad le. Iul. maieft. quamuis bona ipso iure sint confiscata, tamen post mortē non potest probari crimen, & successiue declarari. Ita Dec. in consil. cccc. & loquitur in fortiorib. terminis, quia loquitur in casu decreti, per quod bona rebellis erant ipso iure confiscata, etiā absque declaratione, & tamē vult, vt non profite dicta declaratio legis, vbi sit probādū delictum post mortem, quia non erat in casu d. l. si. ff. ad le. Iul. ma. & dicit Dec. ibi, quod hoc est d. vj. Vt tamen bene intelligas hæc, vide quæ dicam infra in tit. de sent. in ver. sententia materia sequēdo. & ad ea te reicio.

31 Sed ¶ infra quantū tēpus possit procedi post mortem contra hæredes heretici: vide in c. ij. de præscri. in vj. & per Fel. in d. c. cū nobis. de præscript. col. iij. & seq.

32 Scias etiam ¶ quod bona heretici pertinent in terris Pōtificis ad eius fiscū, & in terris Imperatoris ad fiscū Imperatoris, & sic de aliis principibus secularib. c. vergentis. de hære. Hodie tamē per quasdā constitutiones Pontificias diuiditur in tres partes: vna est iudicis secularis, alia officialium, id est episcopi & inquisitoris, tertia reseruat ecclesie Romanæ pro tuitione officij, vt dicit Doctores in d. c. cū secundum. vbi vide, & Anchar. in consil. xv. col. iij. Dixit tamen mihi inquisitor hæresis, quod nihil pertinet ad episcopū, & q̄ de hoc est extrauag. Bonifacij, nec principi seculari, nisi suscipiat onus militum, & aliarum impensarum ad perniciem talium scelestorum. Et adde, ¶ q̄ stante cōsuetudine vel cōstitutione, vt aliqua pars sit dominij temporalis, si aliqua bona sint in loco infeudato in dominio Mediolani, vel Sabaudie, talia bona non applicabuntur primo domino, & sic duci, sed feudatario. Ita Matt. in tra. de princip. in ti. de sic. conclus. xxiiij. vbi vide. Adde etiam, ¶ q̄ pœnæ hereticorum transmissio processu à iudicibus ecclesiasticis cū sententia licet tamen seruetur, vt sola sententia transmittatur, imō solus effectus sententiæ ad officiales seculares, vt exequantur, & hereticos comburant, non possunt per eos officiales laicos, nec principē secularē mutari cōtra Bar. in l. diuus. ff. de cult. re. & l. nam & magistratibus. ff. de iur. om. iud. Ita est cōmunis opi. in d. l. nam & magistratibus. & in ca. ad abolendam. vt ibi per Fel. in fi. Et fundamentum est in c. vt inquisitionis. de heret. in vj. vbi disponitur, q̄ secularis nullo modo possit se intromittere sub pœna excommunicationis, propter quod nescio quomodo potuerit statui, vt omnes causæ hereticorum referantur ad Senatum nostrum, prout statutum fuit: & circa dictam mutationem pœnæ communis est, vt dixi q̄ non possit fieri, vt apparet ex dictis Mari. in capitulo cum sit generale. de foro competent. quicquid ibidem voluerit Dom. Anto. de But. & Barb. Adde quoque, ¶ quod quamuis ex regula non sit alia pœna heretici, quàm pœna vltimi supplicij, tamen etiam quandoque imponi potest pœna pecuniaria, vt per Imol. in clem. j. col. pen. super glo. in

glo. in ver. illicitē. vbi vide, de hæret. quod tamē non videtur faciendum ad tollendam suspicionē, in quam incurreret inquisitor. Item adde, quod ¶ in pœna vltimi supplicij imponenda regulariter heretico conuenit lex ciuili, diuina, canonica, & consuetudo, & modus est per ignem. Ita Abb. in c. ad abolendam. & quod sit de iure ciuili pœna vltimi supplicij, est tex. in l. qui- que, ad fi. C. de hæret. cum distinctione tamen, vt ibi, & ita glo. in cap. excommunicamus. el secundo. in princ. de hæret. Aliāque pœnas iuris ciuiliis ponit tex. in l. Arriani. & per totum C. eod. quæ leges ciuiles & omnes leges conditæ cōtra hereticos in fauorem fidei sunt approbate à Pontifice. c. inquisitionis. de hæret. in vj. Host. & Abb. in c. excommunicamus. el primo. col. iij. ad fi. ext. de hæret. Reliqua vide ¶ in directorio inquisitoris, in malleo hereticorum, in lucerna inquisitoris, in syluestrina, & in Tabiena, ac in aliis auctoritatibus super hoc crimine editis. Et quia nunc apparent multa sectæ hereticorū in Germania, quot fuerint autē, ponit tex. in c. fi. xxiiij. q. iij. Et ¶ caue semper, vt non legas, nec teneas penes te libros damnatos de hæresi. l. damnato. C. de hæret. & vide de hereticis, qui sint & quomodo puniantur per Io. Bernard. in sua practica canonica criminali, cap. cvj.

Titul. de Crimine læsæ maieftatis.

S V M M A.

- 1 Læsæ maieftatis crimen incurrit, qui contra reipublicam Romanorum, vel eius securitatem aliquid committit.
- 2 Læsæ maieftatis crimen quis incurrat, & eius capit.
- 3 Adulterium committens cum uxore Cesaris vel Regis non incidit in crimen læsæ maieftatis.
- 4 Furti faciens principi non incidit in crimen læsæ maieftatis.
- 5 Committens contra personam principis, vel astantis lateri eius, incidit in l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiefta.
- 6 Capita legis Iulie maieftatis multa sunt.
- 7 Lex Cornelia de sicar. & fals. habet multa capita.
- 8 Leges, quæ puniebant offendentem personam principis, vel astantis lateri eius ante l. quisquis. C. ad l. Iul. maieft.
- 9 Occidens magistratum principis non astitentem lateri eius non incidit in l. quisquis. C. ad leg. Iul. maieft.
- 10 Committere aduersus securitatem populi Romani dicitur, qui frangit securitatem hosti concessam, & incidit in crimen læsæ maieftatis, vel etiam qui in dedecus & offensioem principis alicui rumpit securitatem.
- 11 Offendens federatū principis in excidium reipublice incidit in crimen læsæ maieftatis commissum in principem.
- 12 Litteras mittens ad hostes in damnum reipublice incidit in crimen læsæ maieftatis.
- 13 Transiens ad hostes in damnum reipublice incidit in crimen læsæ maieftatis.
- 14 Offendens magistratum ex iniuria priuata habet excusationem à crimine læsæ maieftatis.
- 15 Læsæ maieftatis crimen committit, qui non obedit principi in damno provincia, secus si in dānum aduersarij.
- 16 Læsæ maieftatis reus nō est, qui curauit vt obsides populo Romano dati aufererent, ne testimonij cōtra se dicerent.
- 17 Seditioem concitans alia ratione, quam ad turbationem provincie, non incidit in crimen læsæ maieftatis, sed punitur tanquam seditiosus.
- 18 Tumultus populi vt sedetur, iudex potest accelerare executionem, licet ea de causa non possit procedere ad condemnationem.
- 19 Seditio dicitur quasi seorsum itio.

Bofsius

- 20 Lex prima, ad leg. Iul. maieft. an habeat locum in faciente contra aliam ciuitatem quam Romanam.
- 21 Pœna congregantis gentem qualis sit.
- 22 Arma in domo tenentes, præterquam ad usum venationis, tenentur lege Iulia de vi publica.
- 23 Viri & congregari possunt gentes ad defensionem.
- 24 Decretum Mediolani puniens vniones & congregationes, intelligitur de vnionibus simpliciter, nisi probetur quod ad bonum finem factæ sint.
- 25 Vnio presumitur facta contrarepublicam, & non ratione priuati commodi, nisi appareat de causa, quæ respiciat priuati cōmodum, & cōueniat qualitas persona.
- 26 Vnionis essentia requirit caput, & locū, in quo facta sit.
- 27 Vnio ad malum finem presumitur facta, quando erant cum armis, vel incontinenti post secutum est malum.
- 28 Sequens actus ostendit qualis fuerit animus à principio.
- 29 Decretum Mediolani de vnione licet imponat pœnam corporalem, tamen non solet ex sola vnione imponi.
- 30 Fœdus per ducem Mediolani feudatarium Cesaris cum principibus Italia, & hostibus extra Italiam existente Cesaris exercitu in Italia factū propter illicitas oppresiones, & ad defensionem non facit eum incidere in crimen læsæ maieftatis, nec vt possit feudo priuari.
- 31 Falsum scribens in tabulis publicis in damnum reipublice vel principis tenetur crimine læsæ maieftatis.
- 32 Vxor rebellis tenetur sequi virum, nec efficitur rebellis.
- 33 Hostilia opera exercens aduersus principē tenetur crimine læsæ maieftatis, licet secus si non obedit officialibus.
- 34 Læsæ maieftatis crimē incurrit occupans terrā, castrum principis, vel hostibus mittens pecunias & alios casibus.
- 35 Læsæ maieftatis crimen quādo quis in dubio incurrat, & videatur quid factum in damnum reipublice.
- 36 Legatum principis occidit subditus illius, ad quem missus est, tenetur lege Iulia maieftatis, si in damnum domini sui occidat, secus si ratione priuata: idem si legatum principis sui occidat.
- 37 Tabellarium principis occidens, vt ablati literis arcana hostibus propalentur, incurrit crimen læsæ maieftatis.
- 38 Occidens hominem, quo princeps uteretur in rebus publicis ad hoc vt princeps eo careat, incidit in crimen læsæ maieftatis.
- 39 Læsæ maieftatis crimen incurrit, qui se pro comite aut duce contra a voluntatem principis gessit.
- 40 Lex, quisquis. C. ad leg. Iul. maieft. habet locum non solum quando conuatio initur cum hostibus contra principem, sed etiā quando per subditos inter se contra eum.
- 41 Lex, quisquis. C. ad legem Iuliam maiefta. habet locum etiam in machinatione contra principem facta ex causa inimicitia priuata.
- 42 Offendens subditum principis vel secretarium an incidat in l. quisquis.
- 43 Machinatio sola, tractatus, vel consilium contra principem inita, faciunt locum l. quisquis. C. ad leg. Iuliam maieftat. licet tractatus non sufficiat ad casum l. prima, ad legem Iul. maieft.
- 44 Tractatus solus contra principem sufficit, vt quis incidat in l. primam, ad leg. Iul. maieft. cum seq.
- 45 Patriam oppugnans an incidat in crimen læsæ maieftatis.
- 46 Pœnitentia an habeat locum in crimine læsæ maieftatis, & in casu l. quisquis.
- 47 Sciens aliquem moliri aliquid cōtra principem, si particeps non sit conuirationis, quamuis nō reuelauerit, non tamen incidit in l. quisquis. nec in caput leg. Iul. maieftatis, nisi conuatio contra patriam suam fieret, vel essemus in casu Bar.
- 48 Sciens conuirationem fieri contra patriam absque eo quod participet, & non reuelans incidit in l. quisquis. si probatur, aliter non.

- 49 Audiens in platea coniurationem fieri contra principem vel patriam, nec reuelans, licet non puniretur pena l. quisquis, tamen meretur maximam reprehensionem.
- 50 Coniurationem fiendam contra principem vel priuatum non reuelans quid perdat remissionem.
- 51 Lex, quisquis, C. ad legem Iuliam maiest. ultra Imperatorem locum etiam habet in alio principe, qui non recognoscat superiorem: secus si recognoscat, quia est simplex crimen laesa maiestatis.
- 52 Rebellio an committatur contra feudatarium per subditum suum, & an puniantur filij committentis.
- 53 Feudatarius Mediolani non cognoscat de delicto subditi contra se commisso, nec ubi agitur de re, qua sit in facta proprio.
- 54 Dux Mediolani licet recognoscat Caesarem tamen in dominio suo est sicut Imperator in suo imperio.
- 55 Dux eo ipso quod est dux, habet plenitudinem potestatis.
- 56 Lex, quisquis, C. ad leg. Iul. maiest. habet locum in duce Mediolani, imò decreta sunt Mediolani grauius etiam punientia, quam dicta l. quisquis.
- 57 Memoria defuncti damnari potest solum quando quis animatur hostili animo contra principem vel rem publicam Romanam.
- 58 Memoria defuncti an damnari possit, quando contra aliam rem publicam, quam Romanam, hostilem animum gessit.
- 59 Memoria eius, qui secretò contra principis personam solum est machinatus, damnatur.
- 60 Cardinalis persona quando offendetur, vel Papa, qua pena locum habeat.
- 61 Eximens è manibus familia confessum vel damnatum punitur lege Iulia maiestatis: sed Mediolani ad sunt ordines particulares quo ad eximentem confessum tam ex causa ciuili, quam criminali.
- 62 Poena legis Iulia maiestatis in aliquo crimine apposta non facit, ut quis dicatur crimen laesa maiestatis incurrisse, sed si opera rebellionis faciat.
- 63 Poena nimis excessiua non ualet.
- 64 Occidens capium à familia incidit in crimen laesa maiestatis.
- 65 Turbari pacificum status quando dicatur.
- 66 Rebellis ciuitas non dicitur, qua habet territorium liberum, si non expellat rebelles alterius ciuitatis, possit tamen rebelles ibi puniri, si aliquid contra aliam ciuitatem machinaretur.
- 67 Rebellis an differat unus ab alio, & qua sit utilitas in hac cognitione.
- 68 Rebellare idem est quod resistere, & non obedire.
- 69 Machinari quis dicatur.
- 70 Desicere dicitur omnis, qui crimen laesa maiestatis committit.
- 71 Laesa maiestatis rem ipso iure ius ciuile amittit.
- 72 Sententia declaratoria requiritur ante apprehensionem bonorum in crimine laesa maiestatis.
- 73 Confiscatio in crimine laesa maiestatis ipso iure non fit de iure, sed tantum interdicitur administratio, & propterea requiritur declaratio.
- 74 Rebellans principi suo ipso iure est rebellis, licet secum sit in homicidia.
- 75 Decreta & statuta licet disponant, ut bona committentis crimen laesa maiestatis ipso iure sint publicata, tamen requiritur sententia declaratoria, aliis sicut non potest manum apponere.
- 76 Laesa maiestatis crimen constare debet in vita rebellis, nec sufficit ut post mortem de eo constet, nisi quando memoria damnari potest, etiam quod decreta velint bona

- ipso iure publicata, esse in tali crimine.
- 77 Rebellis notorius potest impunè occidi ante declarationem.
- 78 Transfuga potest impunè occidi ante declarationem.
- 79 Rebellis amittit iurisdictionem.
- 80 Laesa maiestatis crimen non incurrit nisi subditus.
- 81 Rebellis non potest esse nisi subditus, licet hostis possit ex qualibet gente.
- 82 Rebellis dici non potest, qui ad hostes se contulit, quando hostes territorium, in quo talis erat incola occupauerant.
- 83 Possessor iurisdictionis cognoscat, non princeps legitimus possessione priuatus, & quasi possessor iurisdictionis presentat, non proprietarius.
- 84 Occidens aliquem uti rebellem ducis Mediolani, qui a opus aliquod rebellionis contra eum è dominio eiecit fecisset, impunè non occidit.
- 85 Poena delictorum sunt fructus iurisdictionis, qui spectant possessori.
- 86 Clericus non potest committere crimen laesa maiestatis contra dominum secularem, cui ratione domicilij est subiectus.
- 87 Clericus dicitur non subditus domino temporali.
- 88 Clerici dicuntur esse sub protectione domini temporalis, nec possunt dici forenses.
- 89 Fœderatus non potest crimen laesa maiest. contra simul fœderatum, qui non est suus princeps committere.
- 90 Hostis non potest dici fœderatus.
- 91 Adhaerentes ducibus Mediolani debent à Caesare defendi, ad quem ob finitam generationem deuolutum est dominium Mediolani, & ita defensi fuerunt.
- 92 Fœdera, capitulationes, & adhaerentia Pontificis, & Caesaris, obligant successores.
- 93 Bannitus licet quo ad fauorem suum desinat esse ciuis, tamen quo ad odium remanet subditus, & committit crimen rebellionis.
- 94 Bannitus dicitur hostis ciuitatis.
- 95 Subditus ratione originis solum, dicitur ita subditus, ut si committat crimen rebellionis, dicatur rebellis.
- 96 Domicilij ius est potentius, quam originis.
- 97 Subditus proprie non dicitur, qui non substat onera in loco cum aliis.
- 98 Subditus dicitur feudatarius, non solum qui domicilium trahit in loco immediatè principi subiecto, sed etiam qui trahit in loco infeudato, ad hoc ut dicatur commissum crimen rebellionis contra dominum.
- 99 Rebellionis crimen contra primum dominum non committit subditus feudatarius, quòd id agit, ut feudatarius solum offendat: secus si contra utrunque committat, ut ambos offendat.
- 100 Superiori ius censetur reseruaturn à supremo domino in priuilegijs concessionis feudali.
- 101 Adhaerentia quis non tribuit iurisdictionem, sed defensionem à via facti consequitur.
- 102 Subditus feudatarij videtur subditus primi domini.
- 103 Dominus supremus ordinariè & regulariter habet iurisdictionem in subditos feudatarij in secundis causis.
- 104 Dominus supremus, & eius delegatus potest citare in terris feudatarij ratione iuris superioris, quod retinet.
- 105 Rebellium subditorum feudatario, & committentium contra primum dominum bona applicantur secundum formam priuilegij.
- 106 Feudatarius, qui est subditus concedentis feudum solum ratione iuramenti fidelitatis praestiti, non dicitur committere crimen rebellionis contra concedentem.
- 107 Rebellio committitur per subditum contra dominum, qui est in quasi possessione & exercitio iurisdictionis, licet nondum illi iurauerit fidelitatem.

- 108 Occidens officialem Papae, siue sit subditus Papae, siue Caesaris incidit in crimen laesa maiestatis.
- 109 Pontifex saltem habitu habet iurisdictionem in terris imperij.
- 110 Pontifex, vel eius delegatus, potest immediatè citare in terris imperij.
- 111 Testis in crimine laesa maiestatis quislibet admittitur, nisi sit inimicus.
- 112 Testis inhabilis admittitur ad probandum in crimine laesa maiestatis, quando deponit super delicto: secus si super administraculis deponat.
- 113 Statutum tollens probationes excludit solum directas, non indirectas.
- 114 Testes minus idonei sufficiunt tam ad defensionem in directam quam ad directam.
- 115 Testes minus idonei sufficiunt ad probandum adminiculum, quando tale est adminiculum sine quo delictum patere non possit.
- 116 Inquisitio in crimine laesa maiestatis non debet formari, ex eo quòd quis sit suspectus principi, vel quia descendit ex progenie qua male audierit.
- 117 Testes singulares sufficiunt in probando tractatu contra principem & patriam.
- 118 Rebelles perdunt ea qua sunt iuris ciuili ipso iure, & qua ex priuilegijs & consuetudinibus priuilegijs promouentur, & an priuentur obligationibus & promissionibus fidelitatis, & an perdant qua sunt iuris canonici, & quid in bannitis quid perdat.
- 119 Rebellis potest impunè occidi, quia hostis est.
- 120 Hostis nomen est generale.
- 121 Rebellis potest uti captiuus detineri, & ab eo tale exigi, & libertate donari, quando bellum iustum est, secus quando via iniustitia proceditur, quia tunc possunt à principe puniri.
- 122 Tale in captiuis succedit loco seruitutis.
- 123 Hostis non rebelles de iure sunt serui, & ius postliminij habent, licet non seruetur, sed quo ad res tantum sunt serui.
- 124 Tale a non debet esse nimis excessiua, nec captiuus excessiue tractari.
- 125 Tale imponi captiuis non deberet nisi bello iusto, sed male hoc seruatur.
- 126 Bona subditorum non possunt capi, quando indicitur bellum alicui principi, secus si ciuitati uti rebelli.
- 127 Captiuus relaxatus sub fide reuertendi cum talea, vel quòd semper erit captiuus suus, tenetur reuerti de consuetudine, siue bellum sit iustum siue iniustum.
- 128 Captiuus dimissus sub fide reuertendi sine alio pacto, reuersus non poterit incarcerari.
- 129 Bellum inferens illicitum tenetur de omnibus damnis & homicidijs secutus ex latere aduersarij cui bellum est illatum.
- 130 Bona rebellis impunè capi possunt, & sunt capientis, nisi capiens ingressus esset rem qua esset de iure ciuili, quia illa effectiua erat principis.
- 131 Poena rebellis, & eius qui in crimine laesa maiestatis incidit, est quod capite puniatur ciuilitè statim à die commissi delicti, poena capitis naturaliter à die condemnationis & sententia declaratoria.
- 132 Ciuitas, vel vniuersitas ob rebellionem non potest aratro subici, nisi secuta declaratione principis.
- 133 Confiscatio bonorum in crimine laesa maiestatis non sequitur ipso iure, sed post sententiam.
- 134 Legitima perditur per filios masculos in crimine laesa maiestatis, & rebellionis, sed filia dotari debent de iure communi.
- 135 Legitima reseruaturn filiis in crimine laesa maiestatis per statutum Mediolani, secus in reliquo dominio propter

- decreta disponentia, ut intelligatur reseruaturn, nisi in crimine laesa maiestatis.
- 136 Condemnatus in contumaciam pro rebellionem ita priuatur legitima ex forma decretorum Mediolanensis domini, sicut si comparens esse condemnatus.
- 137 Rebellium filij relicti legatum vel hereditas, an acquiratur sisco.
- 138 Legitima danda est filio rebellis nato & concepto post bannum.
- 139 Clausula sub poena indignationis quam vim habeat.
- 140 Rebellis non dicitur quis licet sit punitus poena rebellionis.
- 141 Insuperatus an veniat in confiscatione bonorum ex causa rebellionis.
- 142 Feuda an veniant in confiscatione bonorum ex causa rebellionis.
- 143 Feudum ecclesiasticum an veniat in confiscatione bonorum ob rebellionem contra secularem principem commissam.
- 144 Vulnerans vel occidens praelatum cadit à feudo quòd habet ab ecclesia.
- 145 Materia criminis laesa maiestatis per quem tractetur.

Titul. de Crimine laesa maiestatis.



N^o crimen laesa maiestatis incidit qui aliquid committit contra rem publicam Romanorum, vel aduersus eius securitatem. text. est in l. j. in princ. ff. ad legem Iul. maiest. Et qua sint capita huius criminis, & qui casus in quibus quis dicatur commisisse hoc crimen, habes clarè in d. l. j. ij. iij. & iij. & idem Angel. de Aret. in glo. che ha tra ditto la patria. in princ. dicit in effectu quòd si vis intelligere quando quis committat crimen laesa maiestatis, debes videre dictas quatuor leges, sic etiam clarè sentit Barto. in extrauag. ad reprimendum. in verbo, in quocunque crimine, & Imol. in clemetina pastoralis. columna iij. versiculo & alijs, de iudic. & alibi saepe, sic etiam Andr. de Fern. & clarus in §. item si fidelis. col. iij. & iij. quib. mod. feud. amit. Inferens ex hoc quòd adulterium committens cum vxore Caesaris vel regis non incidit in hoc crimen, subdens tamen haec verba, Cauere sapientis est à talibus, quia potentes quibus pares esse non possumus. l. iij. ff. de alien. iud. non seruant in hoc fines modestie, & ideo timeri debet quòd de facto fit, nec timorem, ff. quòd metus cau. & sequuntur ibi alij communiter, & idem Ioan. Andr. in tit. qua sint regalia. in verbo, & bona committentium crimen laesa maiestatis, colum. v. & facit quòd etiam furto subtrahens aliquid principi, non incidit in hoc crimen, Bar. in extrauag. qui sunt rebelles. in verbo, rebellis, qui & si loquatur in furto modice reitamen sentit ut idem fit quòd de re alicuius ponderis fieret, & bene: quia aliter esset contra text. in di. l. j. in diffinitione. Furtum tamen est magis graue, quando fit principi, Cepol. confi. xl. & aduertendum est, quòd dicta capita omnia loquuntur quando ut dixi committitur contra rem publicam Romanorum, vel securitatem eius, Aliquando etiam & principalius committitur contra personam ipsius principis, & tunc non loquuntur dictae leges, nec capita earum, sed lex, quisquis. qua procedit quando committitur in personam principis, & asistitium lateri eius, sic etiam facit tex. in c. felix. de pœn. in vj. quando quid tenta-

tur contra personam Cardinalis, & ille text. ex dict. l. quisquis natus est, & dicendum est, vt inquit Cepol. consil. lxxx. col. j. quod vnum est caput vnius criminis, quando committitur aduersus principē, adde & altan-
 6 tem lateri eius. dicta l. quisquis. Alia verò sunt multa capita quae enumerantur in l. j. ij. & iij. ff. eod. & melius, vt dixi, Soc. in consil. cclxxv. colum. ij. qui ait plura esse capita criminis laesae maiestatis. Vnum quando committitur contra principem, & alterum lateri eius, aliud quando committitur contra Rempublicam Romanam de quo in d. l. j. ff. eod. voluit etiam allegare tres sequentes, in quo secundo capite non habent locum pœnae dict. l. quisquis. Nam & si sint plura duobus vt vides & clarè sentit Dec. consil. cccc. allegato colum. penult. tamen rediguntur ad hæc duo. Adde
 7 quod l. pariter lex Cornelia, de ficiariis. habet multa capita. l. eiusdem. in princ. ff. de ficiar. vt dicam in rub. immediatè sequenti de homicid. & idem dicam de lege
 8 Cornelia, de falsis. & ne erres scias, quod licet ex prædictis videatur quod lex, quisquis. sit illa sola quae puniat venientes contra personam principis: tamen ante erat lex quae hoc puniebat, scilicet lex fin. ff. eod. quae declarabat dictas quatuor leges, erat etiam lex quae videbatur punire occidentes eos qui assidebant lateri principis, scilicet lex prima in verbo, occidantur. ff. eo. est verum quod lex, quisquis. loquitur quando fit sola coniuratio, vt in text. & ponderat ibi glos. parua, & Alexand. consil. xij. col. ij. volu. vj. & auget pœnam, sed lex si loquitur quando palam animatus venit contra principem. Item non excedit regularem pœnam capitū & confiscationis honorum, vt infra dicam, nisi quatenus vult vt morte non extinguatur crimē, sicut nec lex transgreditur pœnam eius qui occidit magistratum, iuxta dict. l. j. Quod vltimum quod talis occidens magistratum non incurrat pœnas dict. l. quisquis. etiam ampliat notabiliter Salice. in ead. l. col. j. versic. quarto tertio, quando consiliarius, siue assitens lateri principis, missus esset in aliquam ciuitatē vel prouinciam, vt ibi magistratum gereret, quia verum est dicere quod non occiditur assitens lateri principis dato quod nomine sit talis, & ideo cum ex consiliariis Cæsaris in dominio Mediolani eligatur singulo biennio, vnus pro prætorē Cremonæ pœna dict. l. quisquis. non haberet locum quo ad ipsum. Aduerte tamen quia
 10 non est crimen laesae maiestatis, nisi quando committitur aduersus populum Romanum vel securitatem eius, & sic in damnum populi Romani, vel aduersus eius securitatem, d. l. j. in pri. quod fit secundum primam expositionem glos. super verbo, securitatem. quando dedisset populus Romanus securitatem alicui, & sibi rumpere, intelligendo non de securitatibus quae quotidie dantur subditis, & etiam amicis, ne possint molestari ex causa criminali, vel civili, sed de his quae dantur hostibus, nam si rumpantur offenditur qui fecit, & fit damnum ipsi principi & eius securitati, vt experientia docet. & ideo Bar. in dict. l. j. not. ex illo text. circa hoc quod etiam hosti est seruanda fides, hæc declaratio magis patebit, ex infra dicendis. Crederem tamen quocumque casu quo quis in dedecus, & offensionem principis offenderet habentes securitatem quae incidere in tale crimen, vt infra patebit. De quibus securitatibus & saluis conductibus, vide Marti. Laud. in tracta. suo, in titul. de crimine laesae maiestatis. in versiculo sexto. Imol. consilio xxxij. & per Vital. in tracta. clausu. in 17. chart. in ij. colum. & pluribus sequentibus. & dicam infra in titul. de remedi. ex sola clausura. principali, &c. Et secundum aliam oppositio-

11 nem gloss. si quod populus Romanus vel princeps contraxisset societatem vel foedus cum aliqua ciuitate inimica & hoste, & offenderet aliquis ex dicta ciuitate foederata incidit offendens in hoc crimine, & ideo vide Barto. in extrauagan. in verbo, rebellando. colum. j. versicu. quid si aliquis homo. dum dicit, quod Henricus Imperator rectè iudicasset contra regem Robertum, si eum condemnasset de crimine laesae maiestatis, in summum Pontificem per quandam consequentiam. ratione ipsius Imperatoris, qui erat fidelis, foederatus, & coronatus à Papa, per dicta l. primam, & glos. ibi, intelligit tamen hoc Ang. in dicta l. prima, versicu. & hoc puto verum. quando offenditur in excidium reipublicae, quia durū esset, vt propter aliam iniuriam incidere quis in tantum crimen, est verissima declaratio, quae pariter declarat præcedentem casum, quia etsi in dicto casu offenderet princeps, & dominium eius: tamē si in excidium reipublicae id factum non esset, sed ex aliqua prouocatione, non rectè diceretur incidisse in hoc crimen. Scias etiam quod crimen laesae maiestatis committi quando mittuntur litera, vel nuntij ad hostes. dicta l. prima, & ibi Bartol. & alij not. sed intelligitur quando fit in damnum reipublicae. ita text. in dicta l. prima. Vital. in tractatu suo, in titu. de crimine laesae maiestatis. & sic quod vult statutum nostrum Mediolani, si illud vides, & magis incidere quod ad hostes irer. Cepolla consilio xvij. colum. vij. & ita intelliguntur omnes alij casus, si e capita de quibus in dictis legibus, vt apparet ex eisdem. Est verum quod aliqui possunt habere excusationem, vt prædicti, & quando offenditur magistratus, quia illud etiam fieri potest ex iniuria priuata, vt declarat Felin. in capitulo primo, columna finali de offic. delegat. est text. in extrauagan. qui sint rebelles, dum de officialibus loquitur, & Barto. ibi, in verbo, rebellando. in princ. & Barto. vbi omnino vide in l. hostes. ff. de capt. columna tertia, versic. circa prædicta. per Bald. in in capit. j. in iij. colum. de offic. deleg. in capitulo scut. *el tercio*. col. pen. de iure iur. & Abb. in cap. sanè. colum. penult. de offic. deleg. & Alex. in l. quatuor. in fin. ff. de in ius vocan. vbi ponit si detur alapa officiali ex eius voluntate, an dicatur facta iniuria principi. Et quando occiditur assitens lateri principis potest excusari, vt dicit Andre. de Ifern. in dicto titulo quae sint regalia. in verbo, & committentium crimen laesae maiestatis. columna sexta, in versiculo aduertendum est. & Paris de Put. in tracta. syndic. in rubrica de excessibus consiliariorum in fine, secutus Iferniam, vbi supra. Et
 15 quando quis non obedit principi, vt declarat Bart. in dicto verbo rebellando. in pri. vbi omnino vide, & sequitur dicta Bartol. ibi Anchar. in clementina pasto ralis. in viij. notab. de re iudic. Alexand. in dicto consilio xij. columna ij. versiculo similiter. volumine vj.
 16 Et quando quis dat operam, vt obsides populi Romani aufugiant, iuxta d. l. cum id possit fieri, vt forè non testificentur aduersus eum, vel alia ratione priuatam vtilitatem conseruante. Et quod quando concitatur seditio, iuxta d. l. quia potuit fieri multis de causis, & alia ratione quam in damnum prouinciae. l. si quis ingenuum. §. in ciuilibus. ff. de capt. Bald. in consilio cccclxx. vol. ij. Bar. in d. verbo, rebellando. circa princ. Angel. in l. j. C. de seditio. Salic. l. j. C. eodem. Alex. consil. cxj. colum. fin. in pri. Nellus in tractatu bannitorum. in prima parte, secundi temporis, quæstio. xvj. & Dec. in dicto consilio cccc. colum. penult. in fin. & glo. in l. iij. in verbo concitauerit. ff. eod. & tunc non transgreditur crimen seditionis de quo in toto titulo.
 C. de

72 d. l. quisquis. Est verum quod requiritur declaratio ante apprehensionem e. cum secundum (quod fortius loquitur de rebellionem in Deu) de haeretico. in vj, & per Felin. in c. Rodolphus. in versic. sed declaratoria. de rescript. & probo secundum opin. Barto. vbi supra, qui dicit quod dicta extrauag. est declaratoria iuris antiqui, quia ex hoc sequitur quod sumus praesens in regu la quando quis ipso iure incurrit poenam: quia tunc habet locum declaratio, ut dixi, & idem in tribus casibus additis de quibus supra & in verbo, tenore. quia additio regulatur secundum suum principale. reg. accessorium. de regu. iur. in vj. Confiscatio verò bonorum non fit ipso iure, quia bona sunt non iuris ciuilibus, sed gentium. vnde Bartol. in verbo, rebellando. colum. ij. versic. sed puto. dicit quod iudex debet sententiam ferre ut sequatur bonorum confiscatio, & hoc etiam poterat Alexan. consil. xij. colum. ij. volu. vj. & quod in crimine laesae maiestatis non fiat ipso iure confiscatio, sed duntaxat interdicitur administratio, docet Bal. in l. j. col. ij. C. ne ex delicto defuncti. Barto. in l. Imperator. ff. de iure fisci. est tex. in l. pen. & fin. C. ad leg. Iul. maiesta. & l. donationes in concubinam. in ff. de donat. Bart. in l. post contractum. colum. penul. ff. de donatio. Salic. Bald. Angel. Alberic. & Docto. in d. l. fin. & per Ang. in §. placet. col. iij, versic. quartò contrahés. vbi vide in ff. de exceptio. & hoc quicquid inaduertenter dixerint gloss. Gemin. Ioan. Andr. & Canoniste in d. c. secundum. & per haec Cor. in consilio. milles allegato xcvj. vol. iij. qui late tenet quod rebellans principi suo, ipso iure est rebellis & bona confiscantur: forte non bene loquitur, nã dũ vult ut sit rebellis bene dicit ut dixi, licet regulariter sit contrarium, quia non dicimus homicidam nisi declaratum. l. j. §. si quis dicatur. ff. de quaest. vbi Marfil. in suo repertorio, & dum vult, & pro claro praesupponit, ut etiam ipso iure sequatur confiscatio bonorum non bene loquitur, in eundem errorem etiam incidit Dec. in dicto consil. ccccex. colum. secunda. Est verum quod statuta & decreta seuientia in omnibus locis contra committentes crimen laesae maiestatis tollunt hanc difficultatem, quia volunt expresse ut ipso iure sint publicata bona, quae sunt seruanda, ut est tex. cum gloss. in d. §. qui deficiunt in fin. & ibi Doct. quibus statutis & decretis etiam statibus adhuc requiritur declaratio, aliter fiscus non potest apponere manum. d. c. cum secundum. & per Felin. in d. c. Rodolphus. in versic. sed declaratoria. de rescript. vbi latissime de dicta materia declaratoria. De qua etiam super decreto nostro Mediolani generaliter disponente in omni delicto in quo venit confiscatio bonorum secundum ordines nostros, ut à die commissi criminis ipso iure sint publicata bona, vide Curt. consil. lix. & Alex. consil. vj. col. fi. vol. iij. & Curt. conf. xxx. & est paruum consil. Est tamè aduertendum in hoc crimine laesae maiestatis dato quod bona essent ipso iure publicata propter decretum ducis quod tamen de crimine debet constare in vita rebellis, non autè sufficit, ut post mortem hoc fiat, nisi in casibus in quibus memoria potest damnari. Deci. d. consil. ccccex. col. pen. & ita etiam sentit in crimine laesae maiestatis Card. in consil. cxxvij. col. j. in prin. seq. est verum quod Cardinalis loquitur secundum ius commune quo bona ipso iure non sunt publicata in crimine laesae maiestatis sentiens contrarium, vbi aliter esset, tamen hoc etiam casu dico idè, quia etiam decreta nostra volut ut quicquid sit respectu bonorum, persona ipsa debeat damnari, & vel late dicam infra in titu. de poen. versic. poenae delictorum, & in titulo de sententiis. versiculo sententiae. ad quae loca

loca te reicio, ibi enim ponam quid in crimine laesae maiestatis, & quid in aliis delictis, in quibus sequitur publicatio bonorum vi decretorum nostrorum ipso iure, & decidit hanc quaestionem Cur. in d. consil. quinquagesimo nono, dux Philippus. Est etiam aduertendum dato quod bona non sint ipso iure publicata, quod tamen, quia rebellis à lege habetur pro holte. d. §. qui deficiunt. potest occidi à quolibet priuato. l. iij. §. transfugas. ff. de sicar. & l. pro ditores. ff. de re milita. etiã ante declarationem sicut hostis, & depradari sicut hostis, & captiuus fieri, sicut seruus. ita Bar. in ver. rebellando. co. ij. & ita tã priuatus quã fiscus iure priuati, & si cut quilibet alius pnt occupare bona, iuxta dictu Bar. in l. j. in fi. C. de haere. insti. & quod priuato liceat occidere etiam ante declarationem, vide quo dixi supra in tit. de defensio. reorum. & defensio. impugna. in versic. erit etiam aduertendum, an occisus rebellis esset. & in titu. de haeretico. in versic. facto processu. dum tracto de poena haeretici, & profecto ita videtur concludendum sicut ibi dixi, quod in transfuga procedat propter timorem reuelationis arcanorum, vel quado militat idem timor, tamen Bar. videtur absolute dicitur quod rebellis possit impunè occidi, allegando text. loquentes de transfugis, quasi sentiat quod rebellis animo sit transfuga, iuxta dictu Bartol. in dicta extrauagant. in verbo rebellis, quia cum pro hostibus habeantur debent posse impunè occidi, etiam ante declarationem militante ratione eiusdem timoris. Est veru qd saltem quando amplius hostilia non ferent & cessasset suspicio belli, & ille talis remaneret non purgatus eo casu videtur qd non posset occidi, & vide omnino Alberic. in iij. parte statutorum. qu. est. xciij. duo sunt statuta, vbi decidit stante statuto, quod dans vulnus cum armis ipso facto sit bannitus, & alio quod bannitus possit impunè occidi, quod occidens eum qui cum armis vulnerauit, etiam ante declarationem est absolute statuta. sequitur Felin. in dicto capitulo Rodolphus. versic. sed an declaratoria. colum. iij. versic. secundum praedicta. Felin. tamen vult illud dictum procedere quado notorium erat eum vulnerasse, & ideo facit contra Bar. qui loquitur in rebelle occulto, vnde dicit quod Bar. in rebelle bene loquitur, declarando ut dixi, & iuxta ea quae supra dixi qd rebellis amittat ea quae sunt iuris ciuilibus quaerit Barto. in verbo, rebellando. colum. ij. versic. item quid in iurisdictionibus. An etiam ipso iure amittat iurisdictionem tanquam sit iurisdictione de iure ciuili, & dubium facit, quia Imperator expresse priuauit propter rebellionem regem Robertum etiam iurisdictionibus, ut in clemen. pastoralis. de re iudic. quasi sentiret hoc esse necessarium. Tamen Bar. concludit non esse necessarium, & responderet ad dictam clementi. duobus modis notabiliter ut per eum, & sequitur Anchar. ibi, in ix. notabili. vbi etiã vide de aliis dictis Bartol. in dicto verbo, rebellando.

80 Et quia supra late dixi, an tã quando quis incidat in crimine laesae maiestatis, & quado dicatur rebellis, scias quod semper pro concessio habui illum esse subditum quia non subditus non potest incidere in tale crimen, nec rebellis esse. Casus est in dicta clemen. pastoralis. de re iudic. Lauden. in tracta. de princip. in titu. de crimine laesae maiestatis. versic. xxxij. & Bald. in l. secundam, C. de fals. mone. vbi tex. dicit quod falsificas mone tam principis est reus laesae maiestatis illius principis. & Bald. ibi dicit verum esse, si est subditus, aliter non, sequitur Alexand. in dicta l. quisquis. C. eodem. & vide etiam notabiliter Bald. in l. nihil. quae est l. secunda §. C. de vindi. liber. tol. qui dicit, quod neminem posse fieri

rebellem, nisi subditus sit, sed hostes possunt esse de qualibet gente. allegat notata in l. hostes. ff. de capti. & vide omnino Card. in dicta clemen. pastoralis. in verbo, rursum. in secundo notabili. & Bart. omnino in extrauag. qui sint rebelles. in verbo, tenore, in fin. & Fel. in capitul. primo de offic. delega. colum. ij. versic. confirmata hoc. & Alexan. in dicta l. prima ff. ad legem Iuliam maiestatis. Et per quem, & qualiter, & quando, vide per Socin. consil. xxij. incipi. sequendo ordinem. vide etiam Oldr. in consil. xliij. incipi. quaeritur vtrum. col. iij. vbi optime ostendit rationem, quare qui non est subditus, non potest committere hoc crimen. Hinc est, quod dum diebus praeteritis multi delati essent huius criminis laesae maiestatis, quia se contulerant ad hostes tempore quo Admiraltus Imperator exercitus Christianissimi regis Gallorum obsidebat ciuitatem Mediolani, fuerunt omnes liberati, quia praefatus capitaneus factus fuerat possessor eorum locorum, quorum incolae erant hi, qui arguebantur, & consequenter deserant esse subditi, quia quo ad exercendam iurisdictionem de proprietate iurisdictionis non est disputandum, cum exercitia, lex, & cano concedat possessoribus secundum Bal. in rubr. C. de fruct. & lit. exp. & sic fit etiam princeps legitimus desinat possidere, ciuitate occupata ab hostibus, non potest cognoscere. Ita etiam videmus quod si patronus habet ius, & alius non, sed habet quasi possessionem iuris patronatus, quod officium praesentandi spectat possessori, & non proprietario, ut per Abb. in capi. cum ecclesia. de caus. pos. & prop. colum. fi. versic. sed quid si. nec talis fructus praesentationis iam facta debet restitui proprietario, quia dicitur consummatus, facta praesentatione. Inno. in c. in l. l. iteris. in prin. de resti. spol. & vide Abb. consil. liij. col. ij. & quae habentur per eundem in c. consulta. tionib. de iur. patr. & quod ea, quae ad iurisdictionem attinent, non conferantur nisi per existentiam in quasi possessione iurisdictionis, late ponit D. Ant. de Rosel. in tract. de potesta. Papa & Imperato. de conciliis. char. §. col. ij. & seq. Et ex praedictis sequitur vnum maxime singulare, quod si quis occidat aliquem uti rebellem ducis Mediolani quia opus aliquod rebellionis contra eum ducem eiectione e provincia Mediolanensi commisisset, non bene occidit, quia verè dicitur quod non erat rebellis, per praedicta, & consequenter cessat dictum Bart. in extrauag. qui sint rebel. in versic. rebellando. col. ij. & iij. Et facit, quod poenae delictorum sunt fructus iurisdictionis, ut not. in l. fi. sol. ma. & inter alias poenas, illa est, quod rebellis efficitur, hec Bartol. vbi supra, sed à possessore solum percipiuntur fructus, ut de se patet: ergo, & c. tamen magis praecedetia vrgent. Sequitur etiam ex conclusione praedicta, quod vt non subditus non committat crimen rebellionis, quod clericus non committit hoc crimen contra dominum suum laicum, quia non est ei subditus. cap. per venerabilem. de elec. & c. cum non ab homine. de iudi. & ita late tenet Barb. consil. xxj. col. j. & pluribus sequen. volu. iij. Anchar. in d. cle. pastoralis. de re iudi. §. rursum. & ita non publicabuntur eius bona vigore legum & decretorum disponentium, ut in hoc crimine laesae maiestatis bona publicentur. Et in terminis habes Abb. in c. cu laici. de iure patr. quod l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiesta. non comprehendit clericos, & idem quod in consil. tenet Barb. in c. at si clerici. ad fi. prin. de iudi. Abb. verò ibidem ad fin. prin. sentit aliter, quod imò committat hoc crimen, sed vult, ut ecclesiasticus sit iud. x. qui etiam quod incorrigibilis non sit, eum tradat curiae seculari, prout in aliis atrocissimis deli-

Etis idem dicit. Et est opinio favorabilis, vt delicta remaneant punita, secundum Decium ibi. Communis tamen est in contrarium, vt ibi per cum, & in terminis nostris est text. in c. felicis. de pœn. in vj. & sic etiã quodd delictum sit atrocissimum, & ex qualitate ipsius grauetur, tamen iudex est ecclesiasticus, etiam secundum Abb. & non traditur curiæ seculari, imò habet locum dictum capi. cum non ab homine, an sit incorrigibilis, vel non. Et in terminis est textus in c. de Liguribus. xxiii. q. v. vbi loquitur de quibusdam episcopis, qui verticem erigebant contra summum Pontificem, & tamen nõ degradabantur, nisi essent incorrigibiles: & in hoc casu nulli dubium quodd est crimen læsæ maiestatis, sed difficultas est in casu, de quo est questio, quando clericus committit aliis crimen rebellionis contra laicum dominum, an sit crimen læsæ maiestatis: Et videtur non esse, secundum Barbat. quia nõ est subditus. Tamen pro Abb. facit, quodd cle. pastoralis. §. denique. ponderat præcipue, quodd habeat domiciliũ. Et ideo in questione nostra, licet non sit subditus ratione fori, tamen propter domiciliũ est subditus ratione fidelitatis, ita vt non possit dici omnino non subditus. Et hanc opinionem videtur tenere Alexand. in d. l. quisquis. dum attingit questionem, an clericus committens crimen læsæ maiestatis, amittat beneficium, vel possit priuari: & distinguit, an committat in dominum laicum, vel ecclesiasticum. Et Idem Bald. consilii. cx. xliij. vol. iij. & ibi dicit, quodd est priuatus ipso iure beneficio, tamen non aperit an loquatur de rebellionem in dominum laicum, nisi etiam sint verba Bald. illa quæ sunt ante consilium. Et facit etiam notabiliter cõsil. Oldrad. xvij. vbi latè dicit, quodd ratione bonorum maximè emphyteuticorum, quæ tenet clericus à domino laico, dicitur qs subiectus domino laico: & ideo ipse cognoscat, vel saltem bona ad eum spectabunt, licet cognoscat episcopus, & ibi in fi. vult, quodd vbi ecclesiasticus condemnat clericum priuado eum bonis: bona non ecclesiastica pertinent ad dominum laicum. Ad quod vltimum faciunt nõ, per Bar. in l. cunctos populos. C. de sum. Trin. quando fiscus & iurisdictiones sunt separate, vt ibi, & in d. consil. xvij. Si clericus delinquit in vna diocesi, & in alia habet beneficiũ, quis sit iudex? Ego omnibus consideratis teneo, quodd clericus non possit committere crimen læsæ maiestatis, quia penitus est abdicata iurisdictione à domino laico, ita vt nec Imperator possit cognoscere, licet consecratur. d. ca. per venerabilem. & d. ca. cum non ab homine. iudex tamen suus poterit eum punire secundũ qualitatem rei, vt in c. j. & ij. de offi. ordi. ad quæ vide omnino lo. Bernard. Hispa. in sua practica canon. c. ex. Et quodd dicitur clericus dicantur non subditi, aperte dicit Bald. in l. de quibus. in versic. sexto. quæritur. ff. de legi. Vidi tamen aliquando iudices seculares condemnare clericos & episcopos ob tale crimen: imò memini quodd eodem tempore ob maximam seuitiam senatoris, qui amplius non est senator, clericus positus in carceribus præ nimia tortura in eis extremum diem obiit, in maximum præiudiciũ animæ ipsius & aliorum iudicium, & beneficia, & episcopatus talium possidebantur per dominum laicum, licet tamen clericus singulares nõ dicantur subditi, tamen generaliter ecclesia, quæ est in territorio domini laici, dicitur esse sub illius protectione, & ideo quodd sit in ecclesia, non dicitur fieri extra territorium domini laici. Bal. in l. plerique. ff. de in ius voc. & Bart. in d. l. cunctos populos. & hac ratione dicuntur largo modo subditi, sicut eos subditos appellat Anchar. consil. lx. incipit. ista questio est parum du-

bia. Et ideo etiam clerici hac ratione non dicuntur forentes, Paul. de Castr. consil. cccxvi. ad primum. col. j. Et ideo gaudet status favorabilibus cõcedentibus factorem in priuilegiis, vt latè per Deci. consilii. cxliij. col. ij. ver. sed tamè. Sequitur ex prædicta regula, qd nõ subditus non committit rebellionem, vt fœderatus, & qui adheret, non possit dici incidisse in hoc crimen: quia fœderatus nihilominus remanet liber, & non est sub iurisdictione fœderati. text. est in l. non dubito. ff. de capt. & idem est in adherente. c. ad Apostolicam. cum ibi not. de re iudica. in vj. & qui sunt fœderati, & qui adherentes, vide Fel. in rubr. de treuga & pace. col. quinta. in c. olim. col. iij. & sequè. extra. de accus. & per Iaco. de sancto Georgio in tracta. suo feudorum. in gl. de adherentibus & fœderatis, & per Mar. Laud. in tractatu de princip. in titu. de confœderatis, & alibi sæpe. In hoc tamen est aduertendum ad formam fœderis, & quem admodum adherent, quia etiam possit esse translata iurisdictione, vt tandem ad eam se redigit Dec. in l. fin. ff. de iurisdic. om. iudi. nam ibi per Ias. col. penult. allegantur plura, ex quibus multum iuris acquiritur in istis locis fœderatis, & quæ adherent, & ibi vide, & Dec. hæc confirmat colum. iij. & addit vidèdam tamen esse formam contractuum & capitulorũ.

90 Est verum, quodd etiam simpliciter tales non possunt dici hostes. Ita Bar. in d. l. non dubito. in fin. quodd perpetuò nota. In quo tamen vide quæ dicam infra, dum ponam de pœna rebellionis. col. j. loquor tamen quo ad rebellionem principis fœderati, nõ quo ad rebellionem sui principis cum eo fœderati, iuxta nota. per Bartol. in verbo, rebellando. colum. j. & princip. seq. Et quia fit mentio de adherentibus, hodie dubitatu

91 fuit in Sepatu, vtrum fœderati, ad quem ob extinctam prolem ducum Mediolani deuolutum est hoc dominiũ, teneatur defendere ab oppressionibus (iuxta formam, qua adherent) vasallos suos, qui quo tempore prouincia erat penes duces, facti erant eius adherentes: Dicebatur non teneri de necessitate, quia soluitur status, & reuertitur ad Cæsarem liber ab omni obligatione contracta per ipsos duces. cap. j. præterea si quis maior. & §. calidis. de prohib. feu. alien. per Federic. & latè per Iacob. de sancto Georgio in gloss. qui quidem inuestiti præstiterunt iuramentum fidelitatis, charta 28. colum. tertia. & per Aluarot. in c. j. §. qui ergo. circa finem. & text. ibi de inuestitu. de re aliena facta. & per Felin. in c. quæ in ecclesiatur. de constitu. colum. xxj. Et hæc non obstantibus his, quæ dixit Felin. in ca. j. de

92 probat. in prima col. de contractibus summi Pontificis & Cæsaris, quos dicit obligare successores, loquèdo in terminis capitulationum cum fœderatis & adherentibus initarum. Et facit etiam quod quasi in terminis consuluit Rom. consil. cccxvij. colum. fin. Conclusum tamen fuit esse decens & laudabile, vt Cæsar illos protegat, sicut etiam laudatus fuit summus Pontifex in d. capitul. ad apostolicam. quodd habuerit rationem suorum adherentium. Non obstat, quodd inceptũ sit, vt vasallus Cæsaris sibi fœdere iungatur vel adherat, quia hoc non fit Cæsari vti supremo domino, sed vti principi huius domini: quod dominiũ, sicut in ceteris omnibus retinuit formam, quam seruabant duces, & quo ad officia & priuilegia, & alia per duces cõcessa, ita cõuenit, vt retineat etiam quo ad hos adherentes. Concludendo etiam vtile huic domino, vt adsint tales fœderati & adherentes, contra quos ius superioris adest, vt apparet in dictis locis maximè in dicta lege non dubito. addendo quodd bonum esset, vt Domini Gonzaghe & alij feudatarij Cæsaris adhaerent

rerent huic dominio, & Imperatori tanquam domino huius prouincie, & omnes postmodum dixerunt stultum fuisse dubitare an Cæsar dominus huius prouincie, & eius vices gerentes debeant tales protegere vt adherentes. Et fuit etiam dictum, quodd superioribus diebus, dum euenisset casus in Dominis Milesimi loci Montisferrati adherentibus, vt supra, quos opprimere volebat Marchio Montisferrati, vices gerens Cæsaris eos tutatus est, & consequenter quodd iam questio erat decisa. Videtur etiam quodd inferri possit ex regula, vt non subditus non committat rebellionem, quodd bannitus nõ possit postea committere hoc crimen, & cõsequenter quodd Manfredus Pallauicius, qui dum bannitus esset, venit contra hoc dominum, non fuerit rebellis, & tamen ea de causa fuit diuisus in frustra tempore Christianissimi regis Gallorũ vti rebellis. Nam bannitus habetur pro peregrino, fõrensè, & penitus extraneo. l. tutelæ. in fin. ff. de cap. dimittit. & Pau. de Castr. consilio xxx. in Christi nominè, omisso. & Alexan. consil. lxxv. col. antepenult. versic.

94 & cum. vol. j. item bannitus dicitur hostis ciuitatis secundum Barto. in extrauag. qui sint rebelles in verbo, rebellando. colum. fi. in tract. de bann. & in l. amissionè. §. qui deficiunt. ff. de cap. dimi. Sed aliud est, quodd quis sit hostis, aliud quodd sit rebellis, vt dixi supra. Tene tamen contrarium, quando ante bannum sortiebatur forum ratione domiciliij vel originis, quia adhuc remansit subditus in sui odium, & retinet forum. Alexand. in l. eius qui. §. Celsus. ff. ad muni. sicut nec definit esse ciuis in sui odium. Nel. in tractatu banni. in prima parte secundi temporis, quæst. v. & seq. vbi clarè dicit in princ. quodd subditus remanet. allegat l. rescripto. §. fin. ff. de mu. & honor. Roman. consil. lxxij. Mar. Laud. in tractatu de prin. in tit. de fisco. conclus. lx. & cccxvj. & vide omnino Bar. in dicto tractatu bann. col. ij. versic. restat. N. illum vbi supra, Alex. in d. con. Bal. & alios in l. j. C. de hæred. institu. Imò Bar. in dicto tractatu sine disputatione appellat bannitum rebellem, vt etiam per Barto. vbi supra, in quibus locis etiam eum appellat trisfugam, quod idem est. In quo tamen vide Nel. in prima parte secundi temporis, quæst. iij. Corn. j. vol. consil. ciiij. col. ij. Alex. j. vo. consil. xxij. colum. vj. & seq. & consil. xxvj. col. j. & in ij. volu. consil. cxv. col. ij. & seq. & iij. vol. consilii. lxxviii. colum. v. & Alexan. in d. l. j. C. de hæred. institu. & in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebel. Bal. ij. volu. consil. lxx. col. fi. Et quia supra

95 clarè pro concessio habui, quodd nõ tantum possit esse rebellis, qui sortitur forum ratione domiciliij, sed etiam ille qui solum sortitur forum ratione originis. Quæro an hoc sit verum? Dubium facit, quia qui sortitur forum ratione originis solum, nõ dicitur proprie subditus. gloss. est in clem. j. de fo. cõp. in versic. subditos. quæ dicit proprie subditum esse, qui sortitur forũ ratione domiciliij, & est communis opinio, secundum Dec. in c. terrio. de app. col. j. versic. secundò not. quæ communis procedit, vt sit proprie subditus, qui sortitur forum ratione domiciliij, etiam quo ad forum originis, nedum quo ad forum delicti. Ita Alex. in l. cum quædam puella. col. ij. ff. de iurisdictione omnium iudic. & in l. assumptio. §. filius. ff. ad municipalem. post Bart.

96 ibi. & ideo potius est ius domiciliij, quàm originis. Bald. & Salicer. in l. si arrigator. ff. de adoptionibus, & ibi Iaso. charta penult. col. j. versic. secundò princip. paliter. Et hæc quæquid dicat Abbas in cap. propositi. de foro competenti, in notabil. facit ad prædicta.

97 quodd qui non sustinet onera in loco cum aliis, non dicitur proprie ibi subditus. Bald. consil. cccxl. v. col. i.

prima circa fin. & sequent. volum. iij. & hoc per l. j. ff. ad municipalem. tene tamen, quodd etiam qui solum sortitur forum ratione originis, dicitur ad eõ subditus, vt si committat opus rebellionis, dicatur rebellis. Ita probat textus, si bene vides, in dicta clemetina. pastoralis. versiculo, rursus. & ideo gloss. ibi in specie notat, ex illo textu in verbo, originem, hæc verba notat, pro foro originis sentiens expressè, quodd illud solum forum sufficit. Et ita est ex mente Cardina. & Anchar. ibi, & Albe. in l. quisquis. ad fi. C. ad leg. Jul. maiest. si bene vides. Et pondera etiam in d. §. rursus. & ante quodd

98 non solum ille dicitur subditus ad huc effectum, qui sortitur forum ratione domiciliij in loco immediate principi subiecto, sed etiam in loco ab ipso principe infudato. & videbatur contrarium, ex quo locus nõ erat amplius iurisdictionis suæ: id fortè procedit, quia etiam ibi originem ante infudationem traxerat, loquitur tamen text. in ipso feudatario, qui immediate dominum habebat eum, à quo feudum tenebat, qui ab alio conueniri non poterat, quàm à suo domino, quem admodum contingit in duce Mediolani, qui arguebatur crimine rebellionis à Cæsare, à quo fuerat inuestitus de hoc dominio, & non respicabatur in dubium, an rebellis esse posset, cum domiciliũ haberet in Mediolanensi dominio, & nõ in imperio Cæsari ipsemediate subiecto, imò nec ex eo quodd originarius dicitur domini non fuisset ante infudationem, sed ex eo solum, quodd habitaret in ciuitate Mediolani, vbi pater & auus originem traxerant, procedebatur ad probationes super crimine, & pro constanti habebatur, domiciliũ solum sufficere absque origine maiorũ suorum, prout vult text. in dicta clemetina. pastoralis. in verbo. denique. & etiam vt dixi in §. rursus. Sed quid

99 in priuato, quod in loco dicti feudatarij sit subditus vel ratione domiciliij, vel originis, an possit committere crimen contra primum dominum feudatarij sui dominum? Hæc questio fuit his diebus in Casalensibus, qui arma sumperunt contra ducem Mantuar. infudatum à Cæsare de dominio Montisferrati, ac cõtra officiales & duces militum Cæsaris in pertinentibus ad dominium illud & imperium, iuxta text. in extrauagã. qui sint rebelles. circa fin. & quæsit me præses nostris Senatus, an incurrissent rebellionem, maximè aduersus Cæsarem: cui respondi, videri eos non incurrisse, quia quo ad eum primum dominũ subditus feudatarij est liber, quibus verbis in simili vtrius Bartol. in extrauagan. qui sint rebelles. in verbo, rebellando. columna prima, versiculo, quid si aliquis ibi, nec eum tenetur reuereri, sed quo ad eum liber est, vnde dominus supremus non potest cognoscere de causis inter eos saltem primis. Bald. in l. secunda, questio. xliij. ff. de rerum diuisio. Ioan. Fabr. institut. de Atti. tut. §. si. Cur. Iun. in tracta. feud. consil. ij. columna prima, & ij. vnde homo meus non est homo domini mei. Bartol. in l. si quis à liberis. §. si quis à libertis. ff. de lib. agnos. & non potest cogi ab eo, ad fidelitatem sibi præstadam, vt per Iacob. de sancto Georgio in tract. de homag. post tractatum de feud. col. pen. Fel. latè in capi. quæ in ecclesiatur. de constitu. col. xxj. versic. sexta declaratio. Contra tamen dicendum videbatur, eos rebelles esse etos fuisse, cum non sit abdicatum ius omne superioris, siue xta dicam, superioritas omnis à supremo domino, quæ etiam referuari solet in priuilegiis, secundum Martin. Laud. in capitul. primo. colum. fina. qual. vasal. iurare fidel. deb. & Præpositum ibidè, quodd ipse

100 etiam attestat, & vbi non fieret referuatio, intelligeretur tamè referuata. Ange. in l. j. §. si. de officio eius.

& Preposit. in tit. de capit. qui cur. vend. col. vij. nisi concessio esset facta ecclesie Romanæ, vt ibi, quia res de facili reuertitur ad naturam suam: imò quando ex preesse omne ius superioris abdicatum esset, quia princeps donaret dominium pleno iure, & omnem se abdicaret iurisdictionem, nihil valeret, vt per Ias. in prelu. feud. colum. clxvi. & seq. Alex. consil. xxiii. columna final. volum. v. & in l. filio, quem pater. colum. xv. ff. de liber. & posth. & vide Bal. in tit. de contro. inue. ff. fin. in vlt. questio. qui dicit, quod tamen dominus habet aliquod ius contra vasallum vasalli mei. In hac questione est videndus Barto. in extrauagan. qui sint rebelles. in verbo, rebellando. col. j. & ij. in qua. est. quid si aliquis homo de terris ecclesie. vbi format questionem de homine ex locis Papæ federati cum Imperatore committente rebellionem contra Imperatorem, & vult propter dictum fœdus & securitatem existentem inter eos, quia Papa habet Cæsarem fœderatum & fidelem, vt dicatur committere crimen læsæ maiestatis in Papam non in Imperatorem. Ex qua decisione videtur concludendum in quaest. nostra, quod etsi offensus est principaliter primus dominus, tamen rebellio dicitur commissæ contra suum immediatum dominum: est notabilis determinatio, tamen non videtur facere ad casum nostrum: quia in illa questione homo ille non erat quoquomodo subiectus Imperatori, sed hic aliter, per predicta: imò si talis offensus ad hæc sufficit primo domino, idem esset, quia adherendo non tribuit iurisdictionem, sed à via facti defensionem consequitur, vt per Alex. consilio xiiij. columna quinta, volumine sexto. In hac igitur questione, in qua admittitur subiectio respectu primi domini, non mirum si Ancharanus consilio clxj. vlt. diligenter tenore. pro absoluto habet, quod subditus feudatario potest committere hoc crimen contra primum dominum: & ideo vult vt ipse primus dominus possit remittere offensioem sibi factam non feudatario. Contra tamè hanc opinionem videtur textus in dicto §. illud. in tit. de prohib. feudi alienat. per Federic. vbi si feudatarius secundus offenderit primum dominum, feudum perueniet ad dominum suum non offensum: quia offensio dicitur facta domino suo, propter amicitiam, quam habet cum suo authore primo domino, vt ibi per Bal. & doctor. Sed nihil obstat, quia ibi nulla erat subiectio, nisi respectu seruitutis feudi: & ideo facit pro decisione Bartol. in dicta q. quid si aliquis homo. de qua dixi supra, sed magis pro opinione, quod sit rebellis primi domini loquendo in terminis alicuius ex dominio Mediolanensi, vel Montisferrati infeudatis ducibus suis, qui opus rebellionis committat contra Cæsarem, vel eius officiales, siue exercitum in his, que pertinent ad rempublicam, iuxta dictum text. in extrauag. qui sint rebelles. in fine. vide Bald. in tit. de pace Constant. §. fin. qui incipit, hæc sunt notabilia. in prin. qui dicit, quod homo meus non est homo domini mei, nisi ego alias habeam iurisdictionem generalem. Quod etiam adaptari potest in homine alicuius feudatarij ducis Mediolani offendente ducem ipsum habentem iurisdictionem generalem in toto dominio, & ideo non mirum si absque dubio officiales ducum Mediolani semper procellerunt de rebellionem aduersus suos subditos non solum immediatos, verum etiam mediaros, & cum his considerationibus Moronus vir armis rogaque clarissimus subditus immediatè duci Mediolani, qui arguebatur, quod molitus esset multa in perniciem exercitus Cæsarei, iussu Cæsaris fuit captus, & nunquam auditi, quod se excusaret, quia non esset sub

ditus, sed potius an vbi adfuisse mandatum ducis, vt ita faceret, tale mandatum eum excusasset, iuxta decisionem Bald. in capitulo primo. §. iniuria. & §. final. de pace iuramen. firmanda. & regulam lege non videtur. *La tertia.* §. qui iussu. ff. de reg. iuris. in qua materia est videndum repertorium Marfil. in lege prima, in prin. columna penul. & fin. ff. de sicar. & dicam infra in materia mandati ad delicta. Concludo sic, quod si subditus vasallo committit rebellionem contra ipsum vasallum; animo vt solum eum offendat, licet etiam sequatur turbatio provincie, in qua primus dominus habet directum dominium & ciuilem possessionem, tamen non est rebellio contra primum dominum. Ita Barto. in dicta extrauag. in verbo, rebellando. columna prima, versicul. sed an hæc constitutio. qui clare concludit, quod non habet locum illa extrauag. in casu isto, & vult, quod si etiam primus dominus esset Cæsar; tamen rebellio non esset in primum dominum, per text. in l. si quis ingenua. §. in ciuilibus. ff. de capt. & ad hoc Bal. consil. cccclix. volum. ij. & Bartol. sequitur barba. consil. lxx. volum. iij. in litera x. & Deci. consilio ccccx. in si. dicit tamen in dicto versu. sed an hæc constitutio, quod possit puniri ex commissis in suum immediatum dominum, secundum legem antiquam, sed si committat rebellionem contra vtrumque, ad finem vt priuenter ambo vtili & directo, dicitur committi rebellio contra vtrumque; vt clare sentit Anchar. in consil. lxxj. pro hac opinione adduco Bartol. in dicto versu. sed an hæc constitutio. dum ponderat, quod committitur rebellio contra dominum exercentem iurisdictionem à se, & non propter alium, quando principaliter illum voluit offendere, & idem si committeret contra cum primum dominum solum. Hinc videmus, quod etiam sola origo, & dato quod originarius habitet in alio dominio, facit quem ad huc effectum subditum, vt dixi, ad hoc allegando text. in d. cle. pastoralis. §. denique. vbi solum ponderatur, quod domicilium sit in terra infeudata, & ita conclusi præfati præfidi, qui opinionem meam secutus est. Et aduertendum est, eum solum mandatio nem in hac questione faciat, quia non videtur iste primo domino subiectus, quod hoc fundamentum non videtur bonum, ex quo tales homines sentientes se opprimi à domino suo, quotidie confugiunt ad supremum dominum, & iure quidem. c. tranmissa. de foro compet. c. ex tenore. eodem titu. capit. ad apostolica. de re iudic. in vj. c. ceterum. de iudic. capit. primo. in fin. de mil. vasal. qui contu. est. & capi. irrefragabili. **103** de offic. ordi. Item supremus dominus ex ordine & regula habet iurisdictionem in secundis causis, vt per Curt. consil. lxx. col. j. & ij. post tractat. Feu. & Ioan. Fabr. §. fina. institut. de Artil. tur. & Bald. in l. j. questio. xliij. **104** ff. de rerum diuisio. & ratione iuris superioris, quod tenet in terris infeudatis, potest ipse, & eius delegatus in eis immediatè citare. Aretin. consil. clviij. col. secundada. Et eadem ratione summus Pontifex, à quo imperium pendet in terris imperij. Barto. in extrauagan. ad reprimendum. in verbo, per edictum. col. secundada, & Aretin. in dicto consil. & patet hæc opinio in extrauagan. qui sint rebelles. in verbo, per edictum. col. secundada, & aliter tractantibus contra eum; quando principes Italie cum exercitu veniunt contra Cæsarem, non dubitans Bartol. quin omnes venientes aduersus eum, Mantuani & Mediolanenses, & alij aliorum locorum infeudatorum sint rebelles. Sed cui applicantur bona, que & confiscantur ex rebellionem commissa contra primum dominum? Dic attendendam esse formam privilegij,

uilegij, vt per Alex. ind. consil. xliij. columna tertia, & iij. vol. vj. & ad hoc vide rex. in d. §. in tit. de prohib. feudi alienat. per Fed. de quo supra, & dicam in materia confiscationis bonorum, in secunda parte principali presentis operis. Hæc enim sumus in primo, in qua solum de personis queritur. Prosequendo materiam, quod non subditus non committit rebellionem, Dic **106** etiam ex hoc sequi, vt feudatarius dato quod iuret fidelitatem domino suo, iuxta antiquam & nouam formam fidelitatis, sine quo iuramento non consuevit fieri infeudatio; & propterea dicitur à fide feudum. §. fin. in tit. per quos fiat inuestit. & c. seq. quod præcedere debet, & sequè. qualiter iurare debeat vasallus domino fidelitatem. & seq. de forma fidelitatis. & seq. de noua forma fidelitatis. Tamen si non fit subditus aliter, quâ ratione dicti iuramenti, non committit hoc crimen. d. cle. pastoralis. §. rursum. & §. denique, & ita declarat Soci. consil. cclxxij. col. pen. vcr. secundo. dum dicit, quod feudatarius dicitur subditus, nam est subditus ratione feudi solum, vt possit agi ad priuationem feudi, non aliter. Et ita declarat Cardin. in dicta clem. pastoralis. in dicto versu. denique. col. penult. versu. septimò quarto. & alij communiter ibi. & probatur hoc, quod requiritur fidelitas, & subiectio in extrauag. qui sint **107** rebelles. Sed quia subditus etiam iurat fidelitatem domino suo, sicut vasallus inuestitenti, vt per Barto. in extrauag. ad reprimendum. in prin. in ver. totius fidelitatis. & Alb. in dictionario in verbo, fideles. & per Iacob. de sancto Georgio in tractatu suo feudali, in glo. qui quidem inuestitum præstiterunt iuramentum fidelitatis, & imperator etiam iurat summo Pontifici. clem. j. de iureiuran. & c. tibi domino. lxxij. distin. & alibi sepe. **108** Quæro an ante iuramentum fidelitatis subditus possit committere crimen rebellionis? Video obseruari, vt videatur committere, eo ipso quod princeps est in possessione domini illius, quam possessionem non acquirit, eò quod faciat fieri homines esse suos, & iurare sibi fidelitatem sed per exercitum iurisdictionis. Ita declarat notabiliter Inno. in capi. ij. de capel. monacho. Bald. in l. nec si volens. C. de lib. c. u. & in l. j. C. de feruit. & aqua. charta. 3. colum. fin. vbi est videndum, vnde etiam iuramentum fidelitatis præstitum feudatario non facit quem rebellem, vt dixi: ex quibus tamè actibus probetur iurisdictione, & eius quasi possessio, vide in infra in materia turbate possessionis, sub rubri. de **108** pluribus violentiis, remissiuè tamè. Quæro sicut procedens officialem Cæsaris incidit in d. extrauagan. qui sint rebelles. an etiam idem sit, vbi occidat officialem papæ? Barto. in versu. rebellando. col. j. decidit idem esse. & sequitur Alexand. in consil. xliij. col. secunda, volum. sexto. Sed Bartol. non bene se explicat, & ideo dic, quod aut quærimus de subdito ecclesie, & tunc nulli dubium, iudicio meo, quod est crimen læsæ maiestatis versus summum Pontificem, intelligedo quod occiderit, vt perturbaret dominium Papæ, iuxta ea que dixi supra in princ. & est comprehensus iste casus in dicta l. quisquis. que est canonizata v. questio. secundada. capi. si qui militibus, iuxta gloss. in cap. felicis. & ibi Doctores, de penis. in vj. & in d. extrauag. qui sint rebelles. quas leges ciuiles non dedignantur imitari facri canones. c. j. & ij. de oper. noui nuntia. est text. in c. felicitis. de pen. in vj. si bene vides, sed non est crimen læsæ maiestatis quo ad Imperatorem, cui non est subiectus, etiam quod occidisset: sum Imperatorem. d. cle. pastoralis. vbi est casus, aut loquimur de subiecto Imperatori offendente summum Pontificem vel suos, iuxta dictam extrauagan. & dicit l. quisquis. & videtur cri-

men læsæ maiestatis quo ad Papam, cui & subiectioe habet Papa in imperio; quod à Papa pendet, vt concludit cõmuniter Doctores in c. nouit. de iudi. & hæc videtur fuisse opinio Bart. in dicta extrauagati in verbo, rebellando. dicens quod incidit talis in illam legem, quia offendit prosperitatem imperij, quod est imperatoris, dum allegat dictum cap. de oper. noui nuntiar. Et ob tale ius superioris, quod habet summus Pontifex in imperio, vt dixi supra, potest ipse immittantur, & breuiter dicendum est, quod omnis testis admittitur, nisi sit inimicus. l. in questionibus. & l. famosiss. ad leg. Jul. maiest. Angel. consil. cccxviij. in questione vertente. col. vij. nam in hoc crimine omnium testium ex æquata est conditio. l. de minor. in prin. ff. de quest. Scibi Ang. dicit adhibita fuisse fide vni mulieri, que attestata est de coniuratione Cavilline: & quo ad inquirendum sufficit sola suspicio, vt etiam dicimus in crimine hæresis, sicut dixi supra in materia inquisitionis, vbi latissimè quale indicium requiritur ad inquirendum, ad hoc allegas Ant. de But. in c. cū oporteat. de accus. & Aret. ibi, & vt dixi latius supra in crimine hæresis in versu. secundò si vis scire. vbi etiam dixi que probationes requirantur ad conuincendum. Quo verò ad torturam posuit latè supra in materia torturæ, in versu. circa vlt. partem. in vj. q. prin. vbi omnino vide, ita quod nihil amplius videtur superesse ad dicendum in presenti questione: tamen non omitto quod Bart. non **112** tabiliter dixit in d. in questionibus, quod tunc admittuntur testes inhabiles ad probandum hoc crimen, quando deponunt super ipso delicto; secus si deponant super adminiculis ad delictum. Idem Bald. in authent. dicitur. col. penult. & Salic. circa finem. C. de rest. & d. Dec. in consil. clxxxix. col. ij. versu. præterea. tenuit quod text. in cap. de homic. in vj. qui vult vt mandatum ad assisnamentum probetur arguente, solum procedat in testibus deponentibus super ipso madato, quod immediatè respicit homicidium, non super adminiculis; & sic non haberet locum ratione mandati, quod non fuisset immediata causa homicidij, quod est in agnum verbum & allegat prædictas autoridades. **113** Facit, quod si statutum tollit probationes; non excludit tamen indirectas, sed solum directas. Feli. in o. nouit. de iudic. col. vj. & econtra ad id, quod dicit Bart. in dicta l. in questionibus. etiã facit, quod in probando ipso delicto; siue eius indicij requiratur vt sit omni ex parte maior; secus autem quo ad indicia remota ipsius delicti, quia sit probatio per argumeta & adminicula. Brun. in tract. de indi. & tor. char. i. col. ij. ff. si & dixi in materia torturæ. Et ex hac decisione Bart. comprobata, vt vides, etiam mihi visum fuit aliquando in ferre, quod quamuis testes ad defensionem sufficiant, licet non integri, vt not. Moderni in l. vt vim. ff. de iust. & iure. **114** & dixi sepe, tamen hoc procedere debeat in probanda defensione directa non indirecta: & ita generaliter dum tractatur de defendendo aliquo in quolibet delicto quia sufficiunt testes etiam minus idonei, vt per Anan. consil. lxx. colum. ij. post Specu. & Put. in tractatu suo synd charta 93. col. j. que incipit, vbi dixit. versu. & addas. & vide omnino Deci. in ca. j.

de appel. eolum. penult. versic. sexto & vltimo. qui dicit iuxta statutum, quod delictum possit probari per famam: quod hoc debet procedere in probando directè ipsum delictum, nō in adminiculis ad delictum probandum, quia tunc requiritur debet plena probatio, & multa allegat. Breuiter quo ad hanc illationem vt in probatione indirecta ad defensionem non sufficiant, sicut in directa minus idonei, Dico quod nihil ad rem facit doctrina Bar. quia loquitur Bar. ad defensionem, & tex. in c. per tuas. allegatus per eum. Illatio verò procedit in defensione; cuius fauore absolute Doctores dicunt, quod sufficiunt minus idonei, imò de credulitate, vt per Dec. in d. l. vt vim. & Bar. etiam in dicto suo ad defensionem recipit declarationem, quando adminiculum esset tale, sine quo delictum patore non posset, & quia etiam tunc sufficiunt testes minus idonei. Ita declarat Felin. in d. c. per tuas: in v. notab. Et placet hæc opitio ratione, de qua ibi per Felin. obseruari etiam video, quando testes recipiuntur ad defensionem indirectam, puta, vt probetur inimicitia testium ad offensionem, vel absentia à loco; quod tales, etiam si sint minus idonei, pro idoneis admittuntur; & quia dixi supra, quod suspicio sufficit ad inquirendum in hoc crimine, Scias quod tibi vbi quis est suspectus principi suo, & capiatur ab hostibus principis, oritur suspicio contra eum, ne dolose fecerit se capti. Ang. in l. pen. vbi omnino vide. C. de capt. & ibi etiam quando descendit ex progenie, quæ male audiret, cum istis tamē suspicionibus non esset inquisitio formandæ, sed inquirendum plus vlti. Non omitto etiam in hac materia probationis istius criminis, quod tibi in probando tractatu contra principem vel patriam, licet videantur sufficere testes singulares, tanquam resister probatio ex diuersitate actuum, vt per Anchar. cons. c. lxxvij. col. iij. versic. quoddam est factum. Bal. in l. j. quinu. tuto. Alber. in l. iustam. C. de probat. Angel. cons. c. lxx. col. iij. quædam D. Margarita. Tamen non est quid singulare hoc casu, cum in qualibet materia in probando quid in genere hoc sufficiat, vt per gl. in l. ob carmen. §. si in ver. assitit. ff. de testi. & Fel. in c. lxx. quædam extra. de testibus. Nunc videamus de pœna rebellium, & sequendo vestigia Bar. in verb. rebellando. col. iij. dic quod quædam est pœna, quæ infligitur ipso iure; quia perdunt omnia, quæ sunt iuris ciuilibus. l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de cap. di. Et quod de rebellibus dico, idem dico de his, qui in aliquo crimine læsæ maiestatis incurrunt, iuxta l. j. ij. iij. & iij. ff. eodem. Ita Alex. in l. quisquis. C. ad legem Iuliam maiest. & ideo Anchar. in clem. pastoralis, col. vij. ver. quare videatis, quærit quæ pœna imponatur committenti crimen læsæ maiestatis; & dicit inter cæteras pœnas, quod perdunt ea, quæ iuris ciuilibus sunt, & vt latè supra dixi in ver. supra positum fuit, vbi vide. Ex his miratur Bar. in dicta extra. in ver. hoc rebellando. quare Imperator in sententia lata contra regem Robertum expressè eum priuauerit iurisdictionibus, quæ iuris ciuilibus sunt, vide eum & alios in d. c. l. pastoralis. Hac ratione etiam priuantur tales priuilegiis & cōsuetudinibus priuilegiatis. Bald. in tit. de pace. C. l. in verb. habetis. c. xxix. & ideo Veneti ob rebellionem etiam priuati essent priuilegio, quo possident Venetias. Bald. in c. licet. de iureiur. Mart. in tracta. suo de princip. in fine de crimine læsæ maiestatis. c. l. j. Et quærit Bar. in d. extra. in etiam priuatur obligationibus eis factis, & quid in promissionibus fidelitatis; quærit quoque multum consideratè, an sicut priuatur iure ciuilibus etiam priuatur iure canonico,

considerando, quod aliquando ius illud est supra ius ciuile, aliquando infra ius ciuile, & aliquando est æquale, ibi vide, & in d. clem. pastoralis. Et sequitur ex predictis, quod etiam banniti, contra quos statuta ciuitatum bellum indicunt, tanquam hostes sint, & rebellas ciuitatis suæ, perdunt ea, quæ iuris ciuilibus sunt, id est, suarum ciuitatum, non autem quæ sunt iuris communis. Sic Bart. vbi supra, & dicam infra in materia bannitorum, est materia l. j. C. de hæreticis. vbi Alex. & Iaf. & per Alex. in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Treb. & quia quæ dicuntur de bannitis in dictis locis, applicantur ad presentem materiam: ideo vide quæ latè ponam, vbi supra requiritur tamen declaratio, vt dixi supra in d. ver. supra positum fuit. Alia est pœna, quæ non imponitur ipso iure, sed imponi potest à quolibet homine, & quia possunt impunè occidi. l. iij. §. trās. fugas. ff. de sicar. Sic Bart. vbi supra, quæ pœna quomodo intelligatur, vide quæ dixi supra sub rub. de defen. reor. & defen. impu. in ver. ferit etiam adherendum. & in rub. de hæret. in ver. in rebelle not. Bart. Communis est, posse occidi, vt vides in his locis: est tamen dubia ex his, quæ dixi, nisi velis quod scitans fugam non est dubium propter periculum reuelationis, ita etiam in quolibet alio rebelle, & reo criminis læsæ maiestatis, quia in effectu talis quolibet tempore animo moratur cum hostibus, & militat timor reuelationis arcanorum. Et pro communi facit, quia text. in d. §. trās. fugas. dicit, transfugas vt hostes licet interficere, habens pro absoluto, quod hostes licet occidere: sicut etiam latè dixi sub d. rub. de defen. reor. & c. ver. si sumus in crimine homicidij. Sed omnis, qui committit rebellionem, vel crimen læsæ maiestatis, facit apus hostile, & est hostis, ergo, quod sit hostis præter hoc, quod se pateat, vide Bart. in extra. uag. qui sint rebelles. in verbo, tenore in si vbi vult vt hoc nomen, hostis, sit nomen generale, non autem nomen rebellis, sentiens clarè quod hostile facinus rebellionis insit, & quod omnis rebellis sit hostis. Sic etiam Bald. in l. j. C. de vni. lib. col. quod fundamētum multum me mouet pro communi. Et ex predictis sequitur, quod si non esset rebellis, nec hostis, qui opus hostile fecit, non posset occidi: exemplum in fœderato, in quem non cadit rebellio, quia non est subditus. l. non dubito. ff. de capti. nec nomen, hostis, quia prorsus forensis non est, & ideo dicit Bart. in d. l. non dubito. quod contra talem non procederetur vt hostem, sed iure ordinario prout fieret contra quemlibet, qui in eo dominio delinqueret. Sed dubito, ex quo qualitas fœderis magis grauat peccatum, vt de se patet. Alia etiam est pœna, quæ à quolibet homine ponatur, & ita imponitur, & quia possunt captiui detineri vt seruui. l. transfugas. ff. de acquir. rer. dom. Sic Bart. vbi supra. Ex hoc sequitur, quod tunc cum pecunia dicta, quam taleam vocant, successerit loco seruitutis, vt per Salic. in l. si ab hostibus. in fi. C. de capt. Bart. in l. hostes. in fin. ff. de capt. talis pecunia erit militum, & poterunt dicere principi, qui rebellem vellet punire, noster est, & nostra est talea, volumus eum in libertatem vindicare: & ita seruatur in ciuitate Laudis Pompeiæ, anno 1528. in rebellibus ducis Mediolani captis ab eius militibus, quia per milites extorta talea dimittebantur. Ad quæ vide omnino D. Ant. de But. in c. olim. el. secundo. versic. ad quartum. extra, de reilit. spol. & Ang. Aretin. in §. ferui. in litu. de iure perso. & Aretin. in l. qui à latronibus. ff. de testam. intelligo tamen quando procederetur more bellico, ita etiam quod bellus esset iustus, iuxta not. per D. An. & alios, vbi supra,

supra, non quando procederetur pro executione iustitiæ aduersus rebelles, quia seruaretur modus traditus per ipsum principem, iuxta notata per D. Ant. de But. vbi supra, & dixi latè de his & aliis circa hoc supra in titu. de capti. ver. iuxta prædicta quæro. vbi omnino vide: quia in facto cōtigit quo tempore Philippus Strozza Florentinus fuit captus à duce Florentiæ, quia milites eum volebant, vel saltem à duce taleam, quam fecisset: sed dum opponeretur, quod erat rebellis suus, & quid secutum fuerit nescio: vnum scio quod Strozza ipse gladio sibi ipsi mortem consciiuit in carcere certior prius factus, quod dux volebat vt moreretur. Ex his satis habes, quid fiat captis hostibus non rebellibus, & quæ efficiuntur serui, sequuntur iura captiuitatis, & habet locum postliminium. Bartol. dicta l. hostes. ff. de capti. columna tertia & vltima, cum consideratione tamē quomodo sit indictum bellum: sed non obseruatur secundum eum, vt Christiani capti à Christianis efficiantur serui, sed tantummodo locum id habet quo ad res. l. si quid in bello. ff. eodem titulo, vbi Alexand. de quo etiam dixi, vbi supra, in materia captiui, & talibus captis imponitur talea, vt dixi, & ponit Bald. in l. nam & seruus. ff. de negot. gestis. per illum text. principalem in materia, vbi est videndum. Et talea non debet esse nimis excessiua, nec captiui debent nimium tractari excessiue, secundum prædictos: & quia, secundum Doctores, vbi supra, bellum etiam debet esse iustum, ad cognoscendum hoc vide in Lex hoc iure. ff. de iustitia & iure. Aretin. in l. j. & ij. in princ. ff. de acquir. poss. & in dicta l. qui à latronibus. ff. de testam. Barbat. consilio cxxxvij. in primo volumine, & Aretin. in consilio xliij. qui dicit, quod in dubio presumitur iniustum, malè tamen seruatur, vt t. talea imponatur tantum bello iusto, secundum Anan. consilio xj. circa primum, & secundum omnes vsque ad cerdones nostro malo fato, nec seruatur quod talea sit moderata, quia maiores quas possunt etiam adhibitis omnibus generibus tormentorum extorquent tales. De latronibus tamē loquor, non de nobilibus, & bonis militibus: & latrunculos eos omnes appello, qui talia audent, siue bellum sit iustum, siue iniustum. Et scias etiam, quod vbi indicitur bellum alicui, licet ipse & bona eius possint capi, & etiam milites eius, non tamen personæ, nec bona subditorum. Anto. in dicto capitulo olim. col. vj. versic. sed est dubium, imò amplius videtur velle, quod subditi qui quandoque fuerunt in castris, & deinde domum reuersi sunt, non possint molestari quo ad personam, nec etiam quo ad bona: Facit quia ciuitas capta non efficitur serua, sed subdita, & ciues retinent bona. Iacob. de Beluis. in authen. de hæred. & Falcid. Barto. in l. diuus. ff. de iure fisci. Bal. in rubrica de treuga & pace. Laud. in tractatu de princip. in titu. de bello. in versic. xxj. vbi vide. Si tamen indiceretur bellum ipsi ciuitati, quia esset rebellis, iuxta notata per Bar. in l. aut facta. in fin. ff. de pœn. aliud esset, vt per Bartol. in dicto verb. rebellando. quem vide columna finali, nam tunc cuilibet priuato licet in ea ciuitate, & eius territorio capere, depreedari, & comburere, vt ibi, vbi omnino vide, de his, & aliis circa pœnam ciuitatis rebellis, vel non rebellis, quæ capiatur. Quid si t. captus fuit dimissus data fide redeundi cum talea, vel vt militis perpetuò captiuus remaneat, an teneatur reuertere? vide Bart. in l. cōventionum. ff. de pac. vbi dicit, quod hosti à priuato non est seruanda fides. Iaf. tamē ibi dicit post Fulgos. quod armigeri nostri seruant contrarium. & vide Iaf. Parid. de Purc. de re mil. & Duell.

char. 42. col. si. cum sequen. vbi in effectu dicit, quod si bellum est illicitum, non tenetur seruare, licet consuetudo sit in contrarium: si licitum, tenetur: & postremò dicit, quod quicquid sit de iure, tenetur reuerti ex generali cōsuetudine, aliter notatur vt proditor, & multa ei sunt opprobriosa: & sic in effectu sentit. cum Fulgos. & Iafone. Est verum, & quod si reuertatur, cum fuisset dimissus sub fide redeundi absque alio pacto non poterit amplius in carcerem conici, quia semel data fuit libertas: secus si fuit dimissus vt reuertatur, & sit eius captiuus. Ita Paris, vbi supra, char. 83. columna prima, capitulo primo. Adde ad præmissa, quod si bellum est illicitum tenetur inferes de omni damno secuto & de omnibus homicidiis secutis etiam ex latere aduersarij. l. quoniam multa facinora. C. ad legem Iul. de vi publica. Bartol. in dicta l. hostes. col. ij. in vltimis verbis. & Bald. in rub. C. quod metus cau. col. vj. Doctores in c. sicut dignum. de homicid. & per Felin. in c. j. col. xij. de constitut. & per Bartol. in l. si quis ad se fundum. columna j. circa finem. C. ad legem Iuliam de vi publ. & Inno. in c. fin. quod metus causi. propter quod ex teipso potes conicere, quo in discrimine versentur animæ horum principum. Redeundo ad potestatem, quam habent priuati contra rebelles, dicit si possunt eos occidere, multò magis eorum res capere. Sic Bart. vbi supra, in dicto verbo, rebellando. & nemo negat hanc consequentiam. Sed aduerte tamen, quod si quis ingrederetur possessionem alicuius iurisdictionis possessæ per rebellem, vel alterius rei, quæ esset de iure ciuili, tunc quia rebellis iam his erat exutus & priuatus, per amissionem ipso iure omnium, quæ sunt iuris ciuilibus, dicto §. qui deficiunt. hæc non efficeretur capientis, cum ante essent facta principis. Ita Bart. ibi columna fin. in versic. item an iurisdicchio erit priuati capientis. Est verum, quod si quis non potuisset manum apponere ad ea ante declarationem, capitulo cum secundum de hæreticis. in sexto. Tamen nec ob hoc sequitur quin esset facta principis: secus est in his, quæ sunt occupantis, quia tunc priuatus non cedit fisco, iuxta notata per Doctores communiter in l. j. C. de hæred. institut. circa dictum Barto. ibi, in fine. Alia est pœna rebellis, & siue eius, qui in crimen læsæ maiestatis incidit, quod capite punitur. Ita Barto. vbi supra in dicto verbo rebellando. columna ij. versic. tertia pœna. & l. iij. ff. eodem. & clarus in l. quisquis. C. eo. quæ lex loquitur in omni capite, & in §. publica autem iudicia. institut. de public. iudic. vbi fortius tex. dixit hæc verba, cuius pœna animæ amissionem sustinet, per quæ verba aliqui fatui, secundum Io. Fabri ibi arbitrantur damnatos ad mortem, esse damnatos in anima: quod ridiculum est. cap. cum te. de pœnitent. & eod. titu. capit. j. in clem. & ideo cum quis ipso iure sit rebellis, vt in dicta extra. uagan. & in dicto §. qui deficiunt. potest peti, vt declaratur talem esse rebellem sicut e contra, ipse potest etiam ciuilitate petere declarari se non esse rebellem, & hoc vt capite puniatur, vel non molestetur. Sic voluit loqui Barto. aliàs obscurus, & hæc quo ad pœnam captiuis ciuilibus sine dubio procedunt. d. §. qui deficiunt. in c. cum secundum. de hæret. in vj. Sed quo ad pœnam naturalem captiuis, & confiscationem honorum dubito: quia sicut requiritur condemnatio eius, qui commisit rebellionem, vt sequatur confiscatio honorum, vt dicit Bar. in dicto loco, & explicitè Alex. cons. xij. col. ij. volu. vj. idem videtur dicendum quo ad pœnā captiuis naturalis, imò multò magis vt de se patet, & effectus erit iste, quia ratione pœnæ ciuilibus secuta

de declaratione etiam fructus erunt fisci, vsq; à die commissi delicti, iuxta ea quae notat Felin. in capitulo Rodolphus, de rescript. in verb. declinatoria. Sed quo ad poenas capitis naturalis, & confiscationis bonorum, erunt à die sententiae condemnatoriae, nisi aliter esset dicendum virtute aliquorum Decretorum, prout sunt in hoc dominio, etiam in genere quo ad omnia alia delicta, pro quibus ex forma Decretorum venit confiscatio bonorum: & profecto dispositum fuit, ut quis sit deficiens ipso iure, & rebellis, non ad alium finem, nisi ut perdat ciuitas, vt per Bart. in d. verbo, ex tenore, in verbo, rebellando, & in d. s. qui deficiunt. Ille ergo eo ipso quod est rebellis, amittit: & secuta declaratione apparet sic esse & fuisse à die commissi delicti: tamen non sequitur poena capitis naturalis, nec bonorum confiscatio, nisi fiat condemnatio, & tunc à die condemnationis, vt dictum est. Adde prædictis, quod ciuitas siue alia vniuersitas non potest subici aratro ob rebellionem, nisi præcedente declaratione principis. Ita Bart. in d. verbo, rebellando, in fi. & sequitur Afflicti, vbi supra in xxxj. & vlti. speciali in hoc crimine, Dixi igitur, quod ultra poenam, imò poenas capitales etiam sit confiscatio bonorum, loquendo in omni capite criminis lese maiestatis, de quo est textus in l. penultima. & fi. C. eod. & in dict. l. quisquis. & ponit Afflicti in dicto versicu. & bona committentium criminem lese maiestatis, in prin. & dico quod sit, quia non sequitur ipso iure, Alex. consil. xiiij. col. ij. vol. vj. Vnde succedit quæstio, quid iuris sit quo ad legitimam, an referretur filius an verò priuatus etiam ea: Et breuit. r. dic loquendo in omni capite: & siue simus in l. quisquis. C. eod. siue in legibus, ff. eod. priuari etiam legitima. l. eorum, ff. eod. iuncta l. hna. C. eodem. in quibus non seruatur nisi iura libertorum. Et ita Alex. consil. xiiij. col. ij. vol. vj. Cardin. in clemen. pastoralis. ad finem principij, de re iudicata, & Mart. Laud. in tractatu de princip. in tit. de crimine lese maiestatis. col. ij. circa fin. vbi allegat Cardinal. vbi supra, & Ioan. de Lig. & hoc in filiis masculis. In feminis verò aliter est, quia debent dotari, dicta l. quisquis. §. ad filias. Angel. conf. ecc. vij. & Lauden. vbi supra, ca. iij. & ita etiam Afflicti. vbi supra, col. j. non allegans prædicta, sed alia, & subdens quod hoc fuit bene seruatum per regem Ferdinandum, qui honorifice matrimonio collocauit filias principis Rosani, qui notorie commiserat crimen lese maiestatis contra ipsum. Et ex his sæpe vidi dubitari, quid fieri debeat in hoc dominio, in quo adest decretum quo ad legitimam, quando bona confiscantur, vt illa semper intelligatur seruata, nisi in crimine lese maiestatis: in quo crimine vult vt seruentur decreta, & ordines vbi adsint, sin minus ius commune. Verum re bene considerata, cum reperiam statutum in criminalibus confirmatum per principes inter alia statuta, quod etiam in hoc crimine rebellionis seruatur legitima filijs: Censeo quod referretur in hoc delicto, imò in omni loco dominiij, vbi similia statuta reperiantur, quia omnia nostra facimus, quibus auctoritatem nostram impartimur. l. j. §. omnia enim nostra. C. de veteri iure enucle. Est verum, quod dubito quo ad bona extra territorium statutum, in quo non addit tale statutum, per nota à Bart. in l. j. C. de summa Trinit. & hinc cathol. & Alex. in l. j. col. j. C. de hæred. instituend. in versu. & ideo teneo. Verum tamen in tali casu saltem vltima alimenta, nisi præcisè effectum in casu dictæ l. quisquis. Et aduertat, quod etiam si quis sit condemnatus in cõmunicam pro rebellionem, quod nihilominus de legitima est dicendum, vt

dictum est, loquor in hoc dominio, non obstante dicto Bart. in l. cum filius, ff. de verborum oblig. & quæ late dicuntur in illa materia per Felin. cum Bertholdus. col. x. & sequen. de re iud. Et fundamentum est, quia etiam decretum prædictum loquitur de cõtinuaciter condemnatis: & tamen vult vt filij habeant & non habeant legitimam, sicut dixi. Quæro t. an in casu dictæ l. quisquis quando defertur hæreditas vel legatum filijs rebellium, acquiratur fisco, qui auferat vt ab indignis, an debeatur ventibus ab intestato: Vide Salicet. in dicta l. quisquis. versicu. filijs verò col. fin. versicu. quæro quinquies, qui multum subtiliter loquitur, & distinguit inter successiõnem ab intestato, & successiõnem ex testamento. Et refert & sequitur Socin. consil. ccl. xxv. versicu. tertio principaliter, quæram non aduertit ad textum in l. j. C. de hæredib. instituendis. iuncta communi ibi, contra glof. qui offendit Salicet. magna tamen est auctoritas Salicet. & Socin. Dixi quod præsecutum statuta Mediolani, legitima referuatur filijs in hoc crimine: Quæro, quando filius natus & conceptus est post bannum, an ipsi detur hæc legitima? Bartol. tenet dari, in l. j. ff. de bonis damnat. sed ratio Bart. nihil valet, vt per Alexan. in l. ex factis, §. ex factis, in primo notabili, ff. ad Trebellian. est aliaratio, secundum Alexand. quod dicuntur nasci ex alio homine, & ita Bart. met. & sic inferitur, quod non habet legitimam, & ita Bart. ibi in versicu. oppono qui est in ytero. & magis explicitè Bald. in l. quando quis. C. de bonis damnat. & Albert. in dicta l. j. ff. de bon. damnat. & ita refert tenere Dyn. Jacob. & Oldrad. & sic hæc videtur vtrior & communior. Prædicti tamen omnes loquuntur in filiis post deportationem natis, nos post bannum, & bannitus non ita censetur nouus homo, ex quo non perdit iura communia, sicut deportatus, ideo Bartol. in dicta l. ex factis, ad finem, vult vt ille, textus non procedat in banno ratione, de qua proxime, & quod tales faciant deficere conditionem, & dicit ibi Imola, quod fortè hæc opinio videtur vtrior & opinionem Bart. sequitur ibi Alexand. col. penul. & fi. Quam vim habeant hæc verba, & sub poena indignationis, Vide Bart. in dicta extrauaganti, qui qui sint rebelles, in fine. Iaf. in l. j. col. ij. ff. si quis ius dicenti non obtemperat. & Decium in cap. eam te. extrâ, de rescript. Licet quis sit punitus poena rebellionis, non tamen dicitur rebellis: quia rebellem non faciunt verba, sed opera, in extrauaganti, qui sint rebelles, & in dictis quatuor legibus. ff. eodem, sed an valeat hæc poena, vt pura, quando dicitur, quod omnes reuertantur sub poena rebellionis, vide Bartol. in tractatu bannitorum, col. penult. circa fi. versu. item quid si iudex. & omnino Roman. consilio lix. in Christi nomine amen. An t. in confiscatione bonorum in hoc crimine veniat ius patronatus? Vide Iaf. in l. si non forem. §. libertus. ff. de condit. indebiti. in dicta col. 142 x. Abb. in cap. ex literis, de iure patronat. Et quid in feudo? Vide Lauden. in tit. de crimine lese maiestatis, quæstione xv. & quæstione xxxiiij. & per Alex. in l. si finita. §. si de vestigalibus. ff. de damno infecto. Et in præsentia sanè placet distinctio, vt rrum committatur in personam, vel non, vt late consuluat Deci. in consil. ccccxcv. vbi omnino vide, & dicam infra in secunda parte tractat. circa liquidationem bonorum confiscatorum, vbi cadit proprie hæc quæstio. Ex quo iudices ipsi mal. ficiõrum simpliciter in sententia dicunt, & etiam confiscantur bona. Et fuit distinctio Saliceti in l. j. C. de libertis & eorũ liberis. Quid in feudis & ecclesiis, & commissis rebellionem cõtra principem secu-

larem? Vide Lauden. in titulo vbi supra, quæstione trigesima tertiam, & titulo de fisco, quæstione tertia. vbi etiam aliud ponit, de quo per Cardialem in clemen. j. in verbo, inquisitoribus. de hæreticis. quæstione septima. Alexand. vbi supra, columna xxij. & sequen. & D. Anton. consilio lxx. & Felin. plenè in capit. quantæ. col. ij. in fine, de Iudais. & vide Anchar. in hac materia. col. consilio clx. Et adde, quod vulnere prælatum vel clericum, vel occidens, cadit à feudo, quod habet ab ecclesia. c. in quibusdã. vbi Abb. de penis Bart. 144 consilio lxx. ad finem. Cætera in hoc crimine vide per Afflicti in titulo quæ sunt regalia: in verbo, & bona committentium criminem lese maiestatis. vbi enumerat omnia specialia huius criminis & ponit omnes causas, quibus quis incidere dicitur in hoc crimen, & in substantia facit tractatum huius criminis: multa tamen omittendo, & non considerando, vt supra, vide licet.

Tit. de Homicidio.

SVMMA.

- 1 Homicida punitur non solum qui proprie manibus occiderit, sed etiam qui causam dederit homicidio.
- 2 Homicidio causam dans non comprehenditur in statuto Mediolani puniente homicidam.
- 3 Insultum cum vulnere animo occidendi facit quem homicidam de iure, etiam si non sequatur effectus.
- 4 Effectus homicidij non punitur, nisi effectus sequatur, ex consuetudine Italia.
- 5 Abortum dolo procurans punitur poena mortis, siue mater sit, siue terius.
- 6 Homicidij poena in status Mediolani non punitur qui abortum procurauerit.
- 7 Infantem exponens ante domum alicuius, vt moriatur, tenetur lege Cornelia de sicar.
- 8 Infantem exponens ante fores hospitalis, vt suscipiatur ab eius presertis, si moriatur, vel à lupis lanietur, punitur extraordinarie.
- 9 Sterilitatem poculis procurans, vel ne mulier concipiat, quomodo punitur.
- 10 Statutum loquens generaliter, si quis occiderit, non habet locum, nisi secuto homicidio.
- 11 Venenum dans, vt eum, cui datur, interimat, non punitur, nisi secuto homicidio.
- 12 Statutum puniens capite veneficos habet locum secuto homicidio, non aliter.
- 13 Venenũ quæ parauerat concubitori suo, vt eum interimeret quare capite multata sit, licet secutus non esset effectus.
- 14 Veneni propinatio non solum habet in se animum occidendi deliberatissimum, sed etiam prodicionem.
- 15 Effectus comittendi homicidij deductus ad actum licet non sequatur effectus, punitur Mediolani per decreta.
- 16 Venenum emens, licet non dederit, iure communi punitur ad mortem.
- 17 Amatoris poculum dans sine dolo datur in metallicum, nisi sequatur mors, quia tunc est poena vltimi supplicij.
- 18 Incantationibus & diuinationibus operam dantes, quæ poena puniantur.
- 19 Incantationes & experimenta, quæ sunt ad furta inuenienda, non sufficiunt ad torturam.
- 20 Vulnerans ita vt sequatur homicidium, non tenetur, nisi dolus interuenierit, & animum occidendi habuerit.
- 21 Vulnerans aliquem non mortifere, sed vulneratum mortifere ab alio dicitur prestisse auxilium mortifere vulneranti, & punitur de homicidio stantibus etiam decretis Mediolani.
- 22 Assistens cum armis dicitur prestare auxilium, licet nõ

utatur illis imò etiam si ea deposuerit, dum tamen sub cussodia sua habeat, & asserit ad finem prestandi auxilium.

- 23 Inquisitio de auxilio quomodo & quando sit formanda.
- 24 Vulnerans aliquem non mortifere siue vulnerauerit, antequam ab alio mortifere vulneraretur, siue post, tenetur de vulnere tantum, non etiam de auxilio, nisi appareat quod se collegit cum aliis ad alios coadiuandos, secus si agatur lege Aquiliæ civiliter.
- 25 Homicidio quis presumitur astare, vel ire cum homicida fortuito, non scienter, nisi alia coniectura sint in contrarium.
- 26 Homicidij poena absoluntur omnes qui astiterunt homicidio, quando occisus unico vulnere interfectus est, vel etiam multa sunt vulnera, sed plures sunt qui vulnerata potuerunt, non à poena pecuniaria.
- 27 Homicidij poena absoluntur omnes, quando vulnera occisi tot sunt, quot sunt qui interuenierunt homicidio, licet teneantur omuliter.
- 28 Torqueri possunt oēs, sed suspectus in primis quando tot sunt vulnera occiso illata, quot sunt qui interuenierunt.
- 29 Indicium ad torturam in criminalibus facit illud, quod in civilibus facit probationem.
- 30 Testes contrarij dant materiam iudici inquirendi contra alterutrum, non vt ambo torqueantur.
- 31 Inquisitio dum quoti die formatur, quando plures interuenierunt homicidio, sed nescitur cuius ictu occisus perierit, cur vni attribuatür homicid. ñ, alij pro auxilia toribus ponantur.
- 32 Sententia contra plures, qui homicidio interuenierunt, & nescitur cuius ictu ille perierit, debet ferri equaliter, vbi par poena est imponenda: vbi verò dispar est poena, condemnantur omnes poena pecuniaria.
- 33 Auxilium prestans quod det. causam delicti, tenetur eadem poena, qua maleficium committens, & quid stante decreto Mediolani, & quid quando nescitur cuius ictu defunctus perierit.
- 34 Auxilium prestans post homicidium delinquenti, punitur Mediolani poena exilij vel pecuniaria, nisi nimis atrox esset delictum.
- 35 Auxilium prestans post delictum qua poena iure communi punitur.
- 36 Animus est de essentia peccati, & eo sublato omnis actus est indifferens.
- 37 Armorum qualitas aptorum ad occidendum facit presumi animum occidendi in feriente.
- 38 Animus occidendi presumitur in feriente, quando percussit caput, & sit percussio eo deteriori modo quo fieri potest, etiam si instrumentum non sit aptum ad occidendum.
- 39 Cap. significasti. de homicid. quomodo intelligatur.
- 40 Animus occidendi non presumitur, etiam si percussio fiat in capite, nisi fieret circa cerebrum.
- 41 Faciei & capitis eminentia.
- 42 Faciem alicuius viro, cultello, vel nummo incidens quomodo punitur.
- 43 Senatus Mediolani non tenetur seruare statuta, etiam si à principe sint approbata.
- 44 Animus occidendi cognoscitur siue in rixa, siue extra rixam, & punitur lege Cornelia de sicar.
- 45 Animus deliberatus occidendi presumitur in laruatis, qui baculo, vel sacco lapidibus pleno aliquem percutiunt.
- 46 Probandi onus incumbit percusso quod percussus animo occidendi illum percussisset.
- 47 Coniectura ex quibus cessat animus occidendi.
- 48 Affinis presumitur casu, & culpa occisus.
- 49 Decret. m. Mediolani punit animum deliberatum occidendi etiam si non secutus sit effectus homicidij.

- 50 Deliberatè quis insultare dicitur, quando actum premeditatus est.
- 51 Deliberatio animi cessat interueniente rixa.
- 52 Testes super querela de animo deliberato formata deponentes debent clare rixam excludere, quia animus deliberatus non presumitur.
- 53 Deliberatè vel ex proposito factum non differt.
- 54 Deliberatio est quadam mediatio & interuallum ad actum.
- 55 Animus deliberatus vulnerandi & non occidendi quomodo cognoscatur.
- 56 Animus deliberatus interuenire dicitur, etiam si rixa interueniat quando quis rixam affectat ut ad homicidium deueniat.
- 57 Vox est mentis euidenti signum argumentum, & ubi sunt verba non egerimus interprete.
- 58 Animus deliberatus non est quando id quod fit non erat cogitatum tempore & actus siue prouocatio facta sit ab offenso siue a tercio.
- 59 Prouocatus homicida quacumque prouocatione, siue offensa, siue tercio debet mitti puniri, quia illa animum deliberatum excludit.
- 60 Trama continere manus est quam miracula facere.
- 61 Deliberatio quomodo a iudice sit consideranda.
- 62 Trama dicitur quid factum, quando intra triginta dies a die cepta iracundia actum est.
- 63 Homicidium quando dicitur tractatum.
- 64 Iteratio vulnerum inducit animum deliberatum.
- 65 Inimicus obuiam factus inimico, & illum occidens, praesumitur animo deliberato illum occidisse.
- 66 Homicidium nulla culpa, sed casu tantum commissum non puniuntur.
- 67 Culpa quando cessare dicatur.
- 68 Delictum culpa commissum puniuntur extra ordinem criminaliter pro modo culpa.
- 69 Culpa leuissima puniuntur criminaliter in subsidiu quando non habet delinquens unde satisfaciatur.
- 70 Leuissima culpa damnum inferens non peccat in foro conscientia.
- 71 Delictum unius qualitate volens committere, & aliud committens tenetur de culpa pro commissio, nisi instrumentum, quo delictum committitur aptum esset ad homicidium.
- 72 Mandatum ad vulnerandum facit quem teneri de homicidio, secus si sit ad cedendum baculo vel ad dandum colaphum.
- 73 Occidens unum volens alium occidere an teneatur poena ordinaria, vel extraordinaria.
- 74 Delictum committens est in dolo non solum quo ad delictum, quod principaliter intendebat facere, sed etiam quo ad ea ad qua directo tendebat principale delictum etiam stante statuto si quis aliquem occiderit.
- 75 Delictum committens contra eum qui casu superuenit vel erat a latere, puniuntur extraordinarie, vel princeps consultatur.
- 76 Princeps etiam de honestate non tenetur seruare statuta.
- 77 Delinquerè volens circa unam rem, & delinquent circa aliam quomodo puniatur.
- 78 Homicidium factum ab eo qui non est in sano sensu, ut ab ebrio, furioso, & dormiente quomodo puniatur.
- 79 Minor vel pupillus delinquens quomodo puniatur.
- 80 Occidens barnitium restitutum, sed in albo adhuc existentem vel habentem securitatem an puniatur, & quomodo.
- 81 Occidere impune alium quis possit & quando.
- 82 Homicidium ad necessariam defensionem factum est impunitum, & licet eam praesumptiue probare.
- 83 Homicidium pro defensione necessaria contra iniuriam personalem est impunitum & verè probandum est, quod aliter non poterat euadere.

- 84 Mandans dari colaphum secuto homicidio non tenetur de homicidio, secus si mandaretur inferri vulnus.
- 85 Homicidium ad defensionem suorum, & etiam extranei interdum est impunitum, & etiam pro defensione honoris sui.
- 86 Iniuria verbis affectus non potest verbis & minus facta iniuriam referre nisi respondendo secundum veritatem mentis.
- 87 Iniuria verbis affectus non potest ex interuallo respondere, mentis.
- 88 Insultu probato probata est necessaria defensio & etiam si probatum sit quod quis se preparauerat ad insultum.
- 89 Occidens praesumitur in dubio impetum fecisse contra occisum, nisi tant a disparitas fuerit, ut iudici videatur esse alienum a sana mente, ut occidens prius consultauerit.
- 90 Prouocatio per occisum facta non sufficit, ut praesumatur in dubio contra eum, ita ut occidens fecerit ad defensionem necessariam.
- 91 Prouocatus se defendens sine moderamine inculpata tutele mitti puniuntur.
- 92 Excedens moderamen inculpata tutele se defendendo tenetur poena ultimi supplicij si posuit cogitare quod homicidium sequeretur.
- 93 Illicite rei operam dans tenetur de secutis, ex ea si verisimiliter potuit praecogitare quae secuta sunt.
- 94 Corrigenes persona, qua tenentur solum de excessu, qua sint.
- 95 Homicidium est impunitum, quando princeps vel potens aliquis mandat priuato ut occidat aliquem, alioquin quod occidet eum, & esset solitus talis princeps exequi minas.
- 96 Homicidium est impunitum quando princeps mandat iudici per verba quibus via iuris agere videatur, ut exequatur sententiam corporalem iniustam si rescribitur principi, & deinde expectat per triginta dies.
- 97 Iudex debet potius renuntiare officio quam exequi sententiam iniustam.
- 98 Iudex dubius, an mandatum principis, ut exequatur sententiam corporalem sit iustum vel iniustum excusatur, si exequatur quando conditio persona contra quam executio fieri debet erat mala, alias debet rescribere.
- 99 Iudex rei innocentiam agnosces debet rescribere principi.
- 100 Lex si vendicari, C. de poen. materia.
- 101 Causa iusta praesumitur in principe.
- 102 Duci belli parendum omnino est, etiam si iustus non parendo melius faceret.
- 103 Occidi impune potest a familia, qui non permittit se capi.
- 104 Occidi impune quibus casibus quis possit.
- 105 Indicia ad cognoscendum quod quis fuerit homicida ut sanguinis fluxus de vulnere occisi.
- 106 Infans quomodo cognoscatur an fuerit a nutrice suffocatus.
- 107 Homicidij poena olim erat deportatio, & confiscatio bonorum.
- 108 Consiliarius homicida non potest occidi inconsulto principe.
- 109 Homicida tam iure humano, quam diuino morti debet.
- 110 Statutum vel consuetudo ut poena homicidij sit pecuniaria an valeat.
- 111 Consuetudo ut quis possit occidere occisorem patris vel consanguinei non valet.
- 112 Poena minuitur vel commutatur consulto principe, quando lapsus est decennium a die commissi delicti, vel si puniendus est valde disciplinatus.

- 113 Homicida ita puniuntur si occidat hominem male conditionis, sicut si hominem bonae, licet interdum maior sit poena propter qualitate occisi.
- 114 Confessio bonorum non comunicat punito morte homicida, nec per decreta Mediolani inducitur, nisi quando quis damnatur in contumaciam, licet officiales tam in distanti irrogent & male.
- 115 Mortuus an praesumatur decessisse ex malo regimine, vel ex vulnere, & an vulnus sit mortale statuit iudicio medicorum.
- 116 Vulneratus si intra paucos dies decedat praesumitur ex vulnere decessisse, nisi probetur negligentia.
- 117 Vulneratus praesumitur ex vulnere decessisse quando certum est vulnus esse mortale.
- 118 Homicidij materia ubi per Afflictum latissime ponatur.

Tit. de Homicidio.



P OENA legis Corneliae, de sicariis, quae multa capita habet, ut in l. iij. in prin. ff. de sicar. & patet in l. j. & multis seq. eod. tit. & in §. item lex Cornelia. instit. de public. iudic. Principaliter puniuntur homicida, & non solum qui propriis manibus occidit, sed & qui causam dat homicidio. l. nihil interest. ff. eod. Quod an comprehendatur in statuto dicente, si quis occiderit, & c. vide Alex. in ij. vol. consi. cxxxix. col. iij. & seq. & sine dubio non comprehenditur in statuto Mediolani disponente quod ille est homicida qui propriis manibus occidit, & non solum puniuntur si sequatur homicidium, sed etiam si non sequatur. l. diuus Adrianus. ff. eod. & ideo si solus insulset cu vulnere animo occidendi sufficit. d. l. j. §. diuus. ff. eod. imò sine vulnere. l. is qui cum telo. C. de sicar. quod est verum ubi animus deliberatus est, sed si non est deliberatus non videtur quod sufficiat, ut per Io. Fabri, in d. §. item lex Cornelia. in contrarium videtur text. in ea. l. diuus Adrianus. & communis mens Doctorum in ea. l. is qui cum telo. Quæstio hæc est parui fructus, quia secundum statuta & consuetudines Italiae non puniuntur affectus homicidij, nisi homicidio secuto, ut per Bart. in d. §. diuus. quem alij sequuntur infra relict. & si statutum est: ut solus affectus sufficeret, posset prætor mitigare poenam. Bal. & Salic. in d. l. is qui cum telo. quod tamen non patiuntur principes qui volunt sibi referuari ea, quæ gratiam continent, vel sapiunt, & vè illi prætori in dominio Mediolani qui hoc teneat, Mulier & tamen quæ sibi dolo malo curauerit abortum facere non videtur teneri d. l. Cornelia. sed in exilium dampnanda. l. si mulierem. ff. de sicariis. & l. diuus. ff. de extraord. crimi. etiam quod partus esset animatus, iuxta dicta Barto. in d. l. diuus. & aliorum, ut per Alex. in l. quod dicitur. ff. de liberis & posthumis. Nec distinctio Felii. videtur conuenire in causa. *lo ultimo.* extra de homicid. quod aut data opera percutitur mulier, & sequitur poena mortis aut non, & solum est poena exilij, quia in oppositum est text. in d. l. si mulierem. & in l. diuus. sic loquitur Alexan. ubi supra qui eos textus allegat, & alios, & quia sine dolo quis non incidit in l. Cornelia. de sicariis. l. in lege Cornelia. ff. eod. & loquuntur prædicta non solum quo ad matrem ipsam, sed etiam quo ad alium qui prægnantem percutit, loquedo tamen quado adde est dolus, sed si absit, tunc loquitur dictum cap. sicut. quod vultur clericus qui dedit causam abortionis, remoueat ab officio altaris si erat animatus, sic etiam

loquitur tex. in l. si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de poenis. qui vult ut qui sine dolo dedit poculum prægnanti amoris causa. quod tamen erat abortionis puniatur citra mortem, contra tamè prædicta, est textus in dicto §. qui abortionis. qui vult & fortius ut etiam sine dolo secuto abortu teneatur quis poena mortis, sequitur Anan. consilio primo, & si intelligatur secundum Cepollam consi. xxxvj. & sequent. nulli dubium quod saltè dolo existente sequitur poena mortis, non solum secuto effectu, iuxta illum textum, sed etiam non secuto effectu, iuxta terminos dictæ legis Corneliae, & ad rem ipsam vide text. in l. iij. §. j. verfic. sed ex Senatus consulto. ff. eo. & quod d. ubi adest dolus quis incidat in l. Cornelia. de sicariis. habes apertissimè Barbar. consil. xxij. volum. ij. in verfic. capio nunc secundum textum cum glo. in l. penult. C. eod. & sequuntur ibi Bald. & Angel. quos sequitur Felin. ubi supra, & qui Felin. etiam allegat Alberic. ad hoc. Veritas, iudicio meo, videtur hæc esse et statutum loquens de homine occiso vel homicidio, non comprehendat hunc casum per fundamentum Alexan. & Baldi, quem sequitur Alexand. ipse, sed iure communi magis communis videtur esse, ut poena sit ultimi supplicij quando adest dolus, quæ opinio est contra dictas leges, si mulier. & c. diuus. Non obstat §. qui abortionis. quia loquitur in casu præcipuo, quando datur poculum propter malum exemplum, etiam quod non detur animo occidendi. sic etiam loquitur dictus verfic. sed ex Senatus consulto, qui idem dicit quando datur poculum gratia conceptionis, est alius casus de iure communi non comprehensus in statuto de homicidio, quando pecunia patrat scelus hoc. Bar. in d. l. diuus. vñ. de si casus conueniat defende amicum, quia dicit lex, quicquid velit ad mortem danari non poterit ex alio statuto quod nos hic Mediolani habemus per quod nemo puniuntur corporali poena, nisi lege municipalicaueatur. Quæro quid iuris sit quo ad eos qui infantes abiiciunt exponedo eos ante fores alicuius hospitalis ut sepeliret, ad hoc ut ab eius præfectis suscipiantur, vel exponedo eos alicubi, ut moriantur. Et quid de suffocantibus partum, vide text. glof. & Bart. in l. necare. ff. de liber. agnoscen. & Anan. consi. j. col. penult. in fine. & placet opinio, ut teneatur lege Cornelia. secundum Bart. ibi, & Anan. ubi supra, præterquam in casu hospitalis, & licet etiam sæpe lupi eos comedant vel sues, quia verum est, quod non est animus occidendi, & non multis ab hinc diebus quendam Senatus puniuit extraordinarie, & est glof. quam sequuntur Doctores in l. ij. C. de infantibus expositis liberis. Sed quid dicendum est de his, qui dant pocula ad inducendam sterilitatem, vel aliter faciunt ne mulier concipiat, vide text. in c. si aliquis. extra, de homici. de quibus & aliis etiam vide in reperto. Hippolyt. in d. l. mulierem. ff. de sicar. Dixi quod secundum statuta & consuetudines Italiae quicquid velit ius commune, non puniuntur animo occidendi, nisi secuto homicidio, allegauit Bart. in d. §. diuus. Adde Alexan. consi. xv. colum. iij. volu. j. & ij. volu. consi. cxxxix. col. ij. Cepollam consil. vlti. ad finem primæ col. l. in l. j. §. ff. quod quicque iuris. & Felin. in cap. j. de præsumptionibus, & in tra. de conatu. Adde quod etiam statutum non clarè loquens, sed verbis generalibus si quis occiderit, etiã debet intelligi homicidio secuto. Bar. in d. §. diuus. Dec. in dicta l. j. §. ff. in si. & Felin. d. c. j. de præsumpt. in viij. fallent. & alibi sæpe. Sequitur igitur & etiã dans venenū alicui, ut occidat homicidio non secuto, licet iure communi teneat de homicidio. l. j. §. præterea. & l. iij. in princip.

in princip. ff. de sicariis. Tamen non tenetur in effe-
 12 **ctu** ex dicta generali consuetudine, sic in specie ¶ in
 suo reperiario Marfil. in d. l. iij. in princip. & Cepolla
 in eo consil. vlt. vbi addit quod stante statuto vt vene-
 fici capite puniantur, tamē intelligitur secuto homici-
 dio secundum conclusionem quam proximē feci, al-
 13 **legando** Bart. Deci. & Felin. Heri tamē Senatus con-
 demnauit ad mortem concubinam magistri Petri
 Antonij Raudensis, quæ dederat venenum in medi-
 camentis, & ferculis ipso Petro Anton. vt eum morti
 traderet, licet homicidium non sit secutum, Causa
 huius Senatus consulti fuit hæc, vt domini redderentur
 securi à seruis suis, iuxta l. j. in prin. ff. ad Silla. & ex
 arbitrio quod habet princeps in pœnis, iuxta ea quæ
 dicam infra in titu. de pœn. quia consuetudo punien-
 di tantummodo effectum solum faciebat dubitatio-
 nē, sed in hoc dominio Mediolani animus occidendi
 deliberatus iuxta d. l. is qui cum telo, ita vult
 14 decretū. Et ¶ dans venenum nō solum habet animum
 occidendi deliberatissimū, verum etiam proditor est
 vt de se patet, & not. Bald. consil. cxx. in iij. volumi. &
 Doctores vbi supra. Hinc plus est hominem veneno
 occidere quàm gladio. l. j. C. de malef. & mathem. &
 hoc est ex mente omnium Doctorum, vt si d. l. is qui
 cum telo. ¶ scruetur, etiam habeat locum ius cōmune
 in hoc casu, vt per Bal. in iij. vol. consil. cccc. lxxij. & Ce-
 15 **polla** vbi supra. Et ¶ quod solus affectus ad homici-
 dium deductus ad actum, in hoc dominio sufficit:
 patet non solum ex allegato decreto puniente solum
 animum deliberatum occidendi, sed etiam ex alio de-
 creto, de mandante sine rixa homicidium committi,
 quod punit ad mortem etiam homicidio non secuto,
 & non solū ex eo decreto punitur mandās, sed etiam
 ex alio mandataris non secuto effectu, ac etiam pa-
 tet in eo qui dicit testimonium falsum vt innocens
 damnatur ad mortem, iuxta l. j. §. præterea. ff. de sicar.
 quia in morte punitur etiam non secuta condemnatio-
 ne innocētis, & profecto si delictum de quo supra, &
 similia non ita seuerē castigarentur, pauci essent salui
 in suis domibus propriis, ab insidiis seruorum, & do-
 mesticorum suorum & vltra prædicta quo ad pœnam
 iuris communis, vide Barto. in l. j. in fin. ff. de parricid.
 16 **qui** loquitur de eo, ¶ qui solum emit venenum, licet
 non dederit, & vult vt puniatur ad mortem, & tex. in
 l. si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœnis. q. dispo-
 nit, vt etiam ¶ dans poculum amatorium sine dolo,
 quia res est mali exempli damnatur ad metallum, &
 vt ibi, & ratio est, quia in effectu est venenatum, vt de-
 clarat Salicet. in l. j. col. ij. C. de sicar. hinc videmus ex
 tali poculo homines effici demētes & stupidos, & ex-
 sicari, & sepe ad mortem redigi, & si sequitur mors
 imponit pœnam vltimi supplicij vt ibi. Ad quod vide
 Ana. in consil. j. col. ij. in fi. & omnino vide Sali. in l. j. C.
 de malef. & mat. post Bart. in ea lege qui etiam loquitur
 de solo emente, Felin. in ca. j. de præsumptio. in v.
 fallen. vbi lōga est apostilla impressa in qua etiam de-
 ciditur hæc quæstio. In hoc dominio quādo tollitur. l.
 is qui cum telo. & Felin. in tract. quando conatus pu-
 18 **niatur.** col. iij. in fi. Quomodo puniuntur ¶ qui incan-
 tationibus, diuinationibus siue sortilegiis operā dant,
 vide l. nullus. C. de malef. & martheimat. vbi imponit
 pœna concretionis, de iure verò canonico est
 pœna suffigationis, si sit vilis, aliās perpetui carceris. c.
 contra sacrilegos. xxvj. quæst. v. & Roman. sing. incip.
 tu scis. vide tamen Exod. xxij. capit. vbi dicitur, Male-
 ficos non patieris super terram viuere, & habetur
 etiam Leui. de istis incantationibus, xx. capit. & per

19 **Angel.** in l. verbum. C. de infamib. vbi ponit ¶ de istis
 experimentis, quæ fiunt ad furta inuenienda, vt non
 valeant ad torturam, vt etiam per Brun. in tracta. suo
 tortu. & alibi sepe. & vide etiam Felin. in c. significasti.
 el secundo. de homicid. in pri. vbi dicit notabiliter con-
 tra maleficos, qui ad expedienda maleficia, vel incan-
 tationes committunt furtum in eucharistia vel rebus
 sacris, quia istos lex ciuilibus grauisimè punit, et adens
 eos igni, vel bestis arbitrio iudicis, & omnino in hac
 materia vide Azo. in summa. C. de malef. & mathem.
 & extra. de sortilegiis. & Hostien. & Speculat. in locis
 suis, & Alberic. C. eodem. vbi melius quàm alius ibi.
 20 **Dixi** teneri l. Cornelia, de sicariis. ¶ qui solum vulne-
 rauit animo occidendi, & magis teneri, qui etiam occi-
 dit, sed tamen non semper tenetur ea lege etiam se-
 cuto homicidio, nisi fuerit in dolo, & habuerit animū
 occidendi. l. j. §. diuus. ff. eodem. & l. diuus. ff. eod. sicut
 nec tenetur qui vulnerauit solum nisi, vt dixi, habue-
 rit animum occidendi. d. §. diuus. ex quo sequitur id
 quod dicit text. in l. fin. ff. de sicariis. Quod vbi in rixa
 plures percussit, non omnes tenentur de homicidio
 sed ictus vniuscuiusque contemplari oportet, vt qui
 percusserunt animo occidendi teneantur illa lege, alij
 verò qui non habuerunt eum animum teneantur so-
 21 **lūm** de vulnere. Iuxta quam legem quæro, ¶ ad est
 statutum, vt non puniatur quis de homicidio etiam si
 habuerit animum occidendi, nisi secuto homicidio,
 vbi animus non sit deliberatus secundum decretum
 huius domini, & in rixa vnus perit multis vulneri-
 bus affectus, & certum est quis intulerit vulnus mor-
 tale, & qui alia non letalia intulerunt, iuxta præcisè
 dictam legem finalem, quæ loquitur in casu claro,
 prout etiam ex glo. manifestè apparet, quæ ideo que-
 rit quid iuris quando sumus incerti, an vulnerantes
 possint puniri de homicidio pœna mortis, videtur
 posse propter auxilium præstitum letaliter vulnerato,
 iuxta l. nihil interest. ff. de sicariis. Et decreta punientia
 pariter auxilium præstantes sicut principales, & ideo
 videmus quotidie formari inquisitiones de homici-
 dio contra homicidam, & de auxilio contra alios, in
 contrarium videtur text. in d. l. fin. qui vult vt qui ha-
 buerunt animum occidendi, puniantur pœna l. Cor-
 nelia, de sicar. alij non, & ideo etiam si demus ani-
 mum non sufficere, iuxta statutum vel consuetudi-
 nem, etiam vulnerans animo occidendi tenetur solum
 de vulnere, & tamen dat auxilium mortiferè vulne-
 ranti, sed vide Bart. in d. l. fin. col. iij. versic. tamen aduet-
 te, qui declarat textum vt loquatur quo ad delictum
 principale: sed quo ad auxilium dicit, vulneratē so-
 lūm posse puniri tanquam præstitit auxilium homi-
 cidæ assistendo ei ad maleficium committendum, ex
 hoc instruens iudices ad formandas inquisitiones.
 22 **Breuius** veritas est, ¶ quod non mortiferè vulneran-
 tes dicuntur præstitisse auxilium mortiferè vulneran-
 ti, cum in d. solum armis assistentes dicatur præstitisse
 auxilium, licet non vtantur armis, vt per Ias. in l. cum
 proponas. col. ij. C. de transact. vbi etiam hoc idem
 dicit esse, dato quod arma deponisset, intelligendo ta-
 men si adhuc erant sub eorum custodia, vt loquitur
 Alex. allegatus per eum in iij. vol. in vlti. consil. & hæc
 etiā per Cepo. col. lxxxiij. col. iij. & alibi sepe, intellige
 tamen si ibi aderant, vt auxilium præstarent, & vt ha-
 bilitus homicidium committi possent, aliās non. ita
 Aret. in verbo & dicto maleficio semper asstitit. col. fi.
 versic. & aduertat. & Felin. in c. sic dignum. de homici-
 col. iij. versic. & adde. & ita loquitur decretum no-
 strum Mediolani puniens auxiliares de quo dicam
 infra

infra, quia dicit si ad id assitebant, & ita Ancharan.
 consil. cccvij. columna fin. vbi est videndum. Est ve-
 rum quod etiam hoc potest contingere in rixa, quia
 in eo actu potuissent etiam se colligere simul, vt alter
 alteri daret auxilium. ita sentit Anchar. vbi supra, &
 explicitè hoc dicit Alberic. in d. l. fin. col. ij. versic. Do-
 Cin. de Marellis. sed an ibi essent vt homicidū com-
 mitteretur colligitur ex coniecturis, vt habetur in d.
 ca. sic dignum. & per August. de Arim. ad Angel. in
 glo. dictus Andreas auxiliator, & in glo. dicto malefi-
 cio semper asstitit, & quæ sint coniecturæ dicam infra,
 in versic. quæro qua pœna puniatur auxilium præ-
 stans, & ex prædictis, & dicendis in dicta quæstione
 scies formare inquisitionem de auxilio. Nam concu-
 23 **rentibus** qualitatibus ¶ quæ faciunt, vt de auxilio quis
 puniatur de quibus proximè dixi formanda est de
 auxilio sicut vult Bartol. & omnes, & modum vltra
 Bart. d. l. fi. vide per eundem in l. qui seruo. §. si duo. ff.
 de furt. & Cepol. consil. j. & Bartol. in l. omnes. C. de
 agricol. & censil. lib. xj. Et qualitates in effectu sunt,
 quod ibi essent auxiliatores ad finem homicidij, vt
 dixi, sed si non concurrant, quia appareat quod fuerit
 mera rixa, & quod vnus non cogitauit de alio, tunc
 solum est formanda contra homicidam de homici-
 dio, & contra alios de eorum ictibus dicta l. fin. in du-
 bio quando nescitur, an dederint auxilium scienter,
 videtur quia est præsumptio quod casu ibi essent, vt
 ponit Felin. in d. ca. sic dignum. quod sit solum for-
 manda contra homicidam. cōtra verò alios sit super-
 sedendum, donec ex discussione inquisiti de homici-
 dio, vel aliter apparuerit an fuerit auxilium coopera-
 tium vel ne, & tunc veritate comperita fiat quod ius
 requirit, & quomodo tales auxiliatores sint dānan-
 di dicā in quæstione singulari paulò infra. Est tamen
 24 **aduertendum** quod ¶ Barto. in d. l. fin. col. iij. dum lo-
 quitur de pœna præstantis auxilium, ponit duos ca-
 sus. Primus est quando quis prius vulnerauit, morti-
 ferè vulnerauit, aliis etiam postea vulnerantibus, &
 hoc casu habet pro absoluto, vt alij teneantur pœna
 l. Cornelia, non pro auxilio, sed pro homicidio per l.
 qua actione. §. si quis seruum ignotum. ff. ad legem
 Aquil. & litem vulneratus. in princ. ff. eod. & sic quod
 omnes, & primus & alij teneantur eadem pœna. Se-
 cundus casus est, quando qui primò vulneratū, non
 mortiferè vulnerauit, secuto postea per alium vul-
 nere mortali, & hoc casu vult vt procedat dict. l. fin. vt
 ictus vniuscuiusque. & c. nisi quod primi possunt puniri
 de auxilio, & ita videntur limitanda prædicta, dum
 concludo quod Bart. loquitur nimis generaliter, vt se-
 cundum eum saltem passim puniantur eadem pœna
 etiam qui non letalia intulerunt, quando fuerunt po-
 steriorē eo, qui intulit vulnus mortale, & ratio est se-
 cundum Bart. quia illud vulnus quod per se non est
 mortale in homine sano, in iam vulnerato & debilita-
 to efficitur mortale, imò amplius videtur vt solū isti
 teneantur & non primus, vt videtur de hoc esse tex.
 clarus in l. item Mela. §. Celsus. ff. ad legem Aquil. hinc
 Andr. de Iser. in c. j. quibus modis feud. amit. dicit non
 esse delictum dimittere dominum feudi mortiferè
 vulneratum, sed est homicidium illum examinare, &
 datur exemplum serui, qui confecit Saül regem vul-
 neratum mortaliter, vt scribitur 2. Regum, quem oc-
 cidit Dauid, eò quia miserat manum in dominum
 suum qui etiam erat vnctus domini, vt refert Opizo
 in repetitio. l. filius familiaris. §. diui. chart. r. col. ij. ff. de
 legat. j. Veritas tamen est quod omnes tenentur quan-
 do tamen vt dixi constat quod primus letaliter vulne-

rauit per dict. l. ita vulneratus. Ita Iacolatè in l. si ab ho-
 stibus. §. si. ff. solu. matri. Non obstant notata per Bar-
 tolum quia text. per eum allegati loquuntur quo ad
 l. Aquil. & sic quando agitur ciuilitè, quo casu quis ex
 præsumptionibus damnatur, sed in c. si l. Cornelia,
 de sicar. procedit d. l. fin. quæ dicit ictus vniuscuiusque
 contemplari oportet, & ista est veritas vt cunque sit,
 bene considera secundam solutionem Alex. ibi, qui
 dicit, quod etiam illa iura non loquuntur quando
 vulnera non erant letalia, & quæ consuluit Cepol.
 consil. xlij. columna j. & fi. vbi vide, & ita remanet de-
 fensa conclusio, quod qui non mortiferè vulnerauit,
 solum tenetur de vulnere stante statuto, vt supra, siue
 primus sine secundus fuerit, & non tenetur de auxilio
 nisi appareat quod se saltem collegerit eo tempore
 cum aliis ad alios coadiuuandos, & tunc de auxilio
 tenetur plus & minus, iuxta decretum nostrum, secun-
 dum qualitatem auxilij, de quo, id est, quomodo sit
 considerandum auxilium, dicam infra in quæstio. qua
 pœna puniatur præstans auxilium: quando verò ante
 se collegissent, tunc res non habet difficultatem, tum
 propter decretum nostrum puniens solum animum
 deliberatum, tum etiam stante consuetudine, vel statu-
 turo quod solus effectus puniatur, quia tunc vnus-
 quisque videtur dedisse auxilium alteri, vt per Fel-
 lin. in capitulo significasti. de homicid. & textus. & ibi
 notata per eundem in dicto capit. sicut dignum. Dixi
 25 **supra**, ¶ quod in dubio quis præsumitur assuisse homi-
 cidio, vel iuisse cum homicida fortuito non scienter.
 Adde vltra Felin. & Angel. vbi supra, Vital. in tit. de in-
 sultu. colum. penult. versiculo sed pone quæstionem.
 Aret. in c. tertio loco. de probat. columna v. ver. fateor
 tamen, ex aliquibus tamen coniecturis præsumitur
 aliter & vna est quando vulnerans, vel assitēs post-
 eà comitatur delinquentem. Fel. in d. c. sicut dignum.
 colum. ij. datur enim intelligi ex actu sequenti qualis
 fuerit animus à principio. l. Pomponius. in fi. ff. de ac-
 quiren. rer. domin. Nellus in tract. bannitor. in iij. parte
 secundi temporis. quæst. xxiiij. & Dec. consil. cv. col.
 v. similiter si illud prius dixisset, iuxta glo. in l. Fulci-
 nius. §. quid sit autem. in verbo, animus. ff. quib. ex
 caus. in possess. eatur. & ibi Barto. & omnino ad hoc vi-
 de Anchar. in d. consil. cccvij. circa has coniecturas, &
 aduerte, quia loquor quādo rixa præcessit, tunc enim
 requiruntur coniecturæ. Rixa verò non præcedente
 est aliud, nisi appareat quod quamuis in vnum fuisset
 collecti, quod tamen ad aliud erant collecti, vt
 Angel. in dict. l. fi. & de hoc est text. in l. quoniam multa
 facinora. C. ad leg. Iul. de vi public. vbi qui author
 fuit violentiæ inferendæ tenetur etiam de eo quod
 non fecit, alij verò non, sed tantummodo de violentia
 ad quā iurunt, non autè de homicidio, de quo nihil
 sciebāt, vt ibi per Bar. & Salic. & Paul. de Cast. quem
 vide consilio cxcij. in causa incarceratorum. colum. ij.
 Adde circa materiam, an & quando quis præsumatur
 astare scienter, an casu, Caccialup. in tract. de debito-
 26 **re** suspecto de fuga. col. iij. vbi vide. Sed ponit quod
 nesciatur homicida, vnico vulnere duntaxat existente
 mortifero quid iuris: vide glo. in dict. l. fi. & quæ latè
 ibi dicit Bart. referens glo. contrarias, & tandem te-
 nens omnes damnari. Communis est omnes absolui à
 pœna l. Cornelia, de sicariis. non à pœna pecuniaria,
 vt per Alex. in dicto consil. xv. vol. j. & consil. xlvj. vol.
 iij. & consil. xiiij. colum. ij. volu. iij. & planè procedit
 hæc communis quando vnicum est vulnus, & etiam
 quando plura, sed tamen qui potuerunt vulnerare
 sunt plures vulneribus, quia omnes absoluntur pro-

Aegidij Bofij Patricij Mediol.

per incertitudinem, & ita etiam Felin. in ca. significati-
 27 tti. de homicid. *el secundo*. Verum t quando sunt tot
 vulnera quot ij, qui homicidio interuenerunt, tunc
 articulus est magis dubius, ex quo constat omnino
 omnes deliquisse, vel delinquere potuisse, veritas ta-
 men est omnes absolui a pœna l. Corneliae. & teneri
 tantum ciuilitate, vt per Alex. in d. consi. xv. & fuit opi-
 28 nio Gandi. in ut. de homicidiariis. col. v. & latè Dec. in
 l. fauorabiliores. col. ij. ff. de reg. iur. qui subdit q tam-
 me ille qui reperitur male audire inter illos qui homi-
 cidio interuenerunt, potest ad veritatem eruenda tor-
 queri, allegat Salic. l. fin. colum. penult. versic. quero,
 an sufficiat. in fine quaestiois. C. de qua. est. sed certe
 Salic. loquitur quando, solum apparet vnum ex plu-
 ribus deliquisse, sed non constat quis deliquerit, vt
 in quaestione formata per Doct. in d. cap. significasti,
 quando in domo sunt quatuor, & per vnu ex eis proi-
 cecit lapis, qui hominem occidit, de qua quaestione
 etiam per Alex. in consil. 50. vol. j. colum. iij. versic. ad
 predictorum confirmationem, vel etiam quando vni-
 cum reperitur vulnus, aut etiam plura, verum paucio-
 29 ra rixantibus, quia tunc est presumendum contra ho-
 minem male vocis, sed quando omnes deliquerunt
 non loquitur iudicio meo Salic. & eo casu videtur
 absolute dicendum, omnes esse torquendos, inci-
 piendo tamè a magis suspecto, iuxta nota. in reperto-
 rio Hippol. in l. prima, in princ. ff. de qua. est. & ad hoc
 etiam induco t quod omnes possunt condemnari ci-
 uiliter, vt dixi iuxta dictum Bart. in l. fin. ff. de in li-
 tem iuran. vt quod facit probationem in ciuilibus fa-
 ciat indicium falsum ad torturam in criminalibus,
 quod adde his que supra dixi in materia torturæ in
 ij. quaestione principali, in versicu. aliud indicium, vt
 supra videtur esse in homicidio, quando reperiuntur
 plures in vna domo, & exemplum quaestiois Do-
 30 ctorum in dicto cap. significasti. quando vnus ex plu-
 ribus in domo existentibus proiecit, placet omnino,
 aliud verò non profus, quia etiam quod rixates non
 vulnerauerint, saltem omnes rixati fuerunt venien-
 do ad arma actum veritatem exercetes, & talem actum
 ex quo potuit esse illatum vulnus a quocunque ex
 30 eis. Et ideo in simili etiam t quando vnus testis est
 alteri contrarius, non dicunt Doctores quod ambo
 torqueantur, sed quod datur materia iudici inquiren-
 di contra alterutrum, vt per Ias. post. Bald. ibi, in l.
 duobus. §. fin. ff. de iure iuran. & Alex. consil. xxxiiij.
 col. iij. versic. vt probatur ex his. vol. iij. & ratio est,
 quia non constat ambos deliquisse, verum torqueri
 31 possit ille qui male audiret per predicta. Ex his appa-
 ret t quod non est sine fundamento inquisitio, quæ
 quoties formatur a iudicibus causa homicidij com-
 missi in rixa a pluribus quando nescitur cuius ictu vul-
 neratus perierit, dum vnus ponitur pro homicida, &
 alij pro auxiliatoribus secuti practicam quam Angel.
 in d. l. si. in si. dicit fieri per iudices malefactorum, quia
 si possunt torqueri multo magis inquiri, & loquitur
 Angel. etiam in casu fortiori, quando vnicum appa-
 rebat vulnus, & in casu quo dixerat omnes fore ab-
 soluendos, & practica hæc est bona, quando pœna est
 par auxiliij, & delicti principalis, ex quo errari omni-
 no non potest, sed vbi est dispar pœna, vt in hoc do-
 minio Mediolani, in quo adest decretum de quo in-
 fra dicam disponens, vt auxiliium debeat esse coope-
 ratiuum, veruntamen esse in arbitrio iudicis pœnam
 imponere vsque ad mortem inclusiuè, debet iudex
 præcisè scire, cui adscribat in inquisitione auxiliium,
 & cui delictum principale, aliàs errat, & facit contra

conscientiam secundum Angelum in dicta l. fin. Sed
 32 difficultas est stante ista practica t quæ dicitur con-
 tra conscientiam quid faciet iudex tempore prolatio-
 nis sententiæ, in hoc dicerem si iudex errauit in pro-
 cedendo & inquirendo non debere errare in senten-
 tia, iuxta notata in l. j. in princip. ff. de iurisdictione
 omnium iudicum. & vbi par pœna est imponenda,
 imponat considerando etiam decretum allegatum,
 an casus mereatur arbitrium vsque ad mortem inclu-
 siuè: vbi verò sit aliter omnes sunt damnandi propter
 incertitudinem pecuniaria pœna, iuxta communem
 conclusionem de qua supra, non consideratis verbis
 inquisitionis, alteri homicidium adscribentis, & al-
 teri auxiliium, & si iudex a se hæc non potest, faciat au-
 thoritate Senatus, vel principis, vt fit quoties Me-
 33 diolani, quando iudices in fine processuum criminalium
 referunt statum causæ Senatus, iuxta ordines huius
 dominij. Quaro t qua pœna puniatur prestans auxi-
 lium, est necessaria quaestio ad prædicta, vide Barto.
 in l. is qui opem. ff. de furt. plenè Soci. consil. clxx xvij.
 columna tertia, & sequen. Cepol. consil. xxvij. colum.
 ij. circa fin. & sequen. & consil. xxxiiij. colum. v. & se-
 quenti. Angel. in glos. dicto maleficio semper asitit.
 columna ij. & ibi in additio. & omnino Salic. in l. vni-
 ca. C. de rapt. virg. in versic. quaro ad declarationem
 predictorum. vbi per tres colum. & consideratè qui-
 dem Felin. in cap. sicut dignum. de homicid. colum. ij.
 versic. modò aduerte. & in cap. j. col. ante penultimam de
 offic. deleg. versic. limita primò. Et in effectu ex diuersi-
 tate iurium hoc casu communis fit conclusio teneri
 eadem pœna, si illud auxiliium dedit causam delicto,
 aliàs non, & hoc per text. in d. cap. sicut dignum. §. illi
 autè, de homicid. vide in dictis locis maximè in consil.
 Cepol. & Socin. quæ conclusio procedit etiam in auxi-
 lio remoto quando vt dixi, dedit causam scienter
 homicidio, vt per Socin. in dicto consil. & non consi-
 deratur an sit proximum auxiliium, vel remotum, si-
 cut quidam voluerunt, sed vt dixi an dederit causam
 homicidio, vel dederit etiam cooperatiuè auxiliium,
 sed non fuerit causa, vt in dictis locis, in quibus etiam
 maximè per Socin. colum. v. dantur aliqua exempla
 quando auxiliium dicatur dedisse causam, & ideo de-
 cretum de quo supra sæpe mentionem feci de præ-
 stante auxiliium homicidæ, vult pœnam esse arbitra-
 riam iudici vsque ad mortem inclusiuè non solum
 quando præstatur auxiliium secuto homicidio ad be-
 neficium homicidæ, verum etiam quando ante, & ex
 hoc decreto constat nedum de iure communi quod
 par non est pœna delicti principalis & auxiliij, atque
 ideo quando non constat, cuius ictu perierit qui in
 rixa occisus est salua conscientia, secundum Angel. in
 l. fin. in si. ff. de scar. Iudices non possunt formare in-
 quisitionem adscribendo vni homicidium, & aliis au-
 xilium de quo dixi supra latè: veruntamen vbi for-
 ment docui supra, quomodo tempore sententiæ iudices
 debeant se gerere, sed quando constat, tunc for-
 manda est inquisitio contra illum de homicidio, &
 aliòs de auxilio, vel quando constat quod auxiliium
 fuit scienter ad homicidium, vel etiam in dubio vt
 veritas sic perquiratur, & tunc puniri debent, prout
 supra dixi secundum qualitatem auxiliij. intellige tam-
 34 men quod qui dedit causam homicidio puniatur ead-
 dem pœna, nisi qualitas plus in vno adsit quàm in alio.
 Bar. in d. l. is qui opem & Doct. vbi supra, & Fel. in d. c.
 sicut dignum. & in c. j. de offi. deleg. & quado assisten-
 tia maximè cum armis dicatur punibilis, dic q in du-
 35 bio, qui presumitur quis casu affuisse, nò est punibilis
 sed t

sed tamen ex cōiecturis potest patere aliter secundum
 Fel. in d. c. sicut dignum. col. iij. & Augusti. de Arim. in
 glo. & dictus Andreas armatus in prima addi. & con-
 iectura sunt ista quando causa astantis committitur
 homicidium, & astant deliquentem ibi conduxit, &
 cū eo recessit, & multo magis si in actu ipsemer astant
 ostenderet letitiam tanquam causa honoris sui con-
 feruandi illud esset factum, quæ omnia in casu arduo,
 quem nunc habeo in facto militant, & ramen multi
 vel imperitia, vel dolo decretum nostrum etiam puni-
 34 dixi supra, t quod decretum nostrum etiam puni-
 nit pari modo sicut prestantes auxiliium ante, verum
 practica est in hac parte quando post homicidium
 præstatur auxiliium, vt pœna sit exilij vel pecunia-
 ria. Sic iudicauit Senatus in causa Balsami repro-
 bato arbitrio duci qui arbitrarius fuerat in ære & vi-
 ta, loquor ex regula, quia posset esse tale auxiliium, &
 in casu tam atroci maximè, vt euaderet quod turpe
 esset non arbitrari etiam in vltimo supplicio, in no-
 uis ordinibus est alteratum dictum decretum, De iu-
 35 re t quæ pœna imponatur prestantibus auxiliium post
 delictum, vide in locis supra allegatis in quibus etiam
 vide alia infinita de auxilio ad quælibet delicta, &
 principaliter de præstante auxiliium post delictum,
 vide Bart. in l. in furti. §. opem. ff. de furt. & in l. furtum,
 ff. eodem. Aretin. in glo. & dicto maleficio, semper asitit.
 tit. columna v. & Cepollam consilio xxvij. colum. ij. &
 in locis vbi supra. Et quia animus occidendi facit tene-
 ri, & non teneri, vbi non adsit pœna ordinaria. l. j. §. di-
 uis. & l. diuis. ff. de ficiariis. & facit regula l. qui iniu-
 36 riaz. in princ. ff. de furtis. & hinc est quod dicitur esse a-
 nimus de essentia peccati, & quod si tollatur de me-
 dio voluntas omnis actus est indifferens. Bald. consil.
 cclxxvij. colum. prima, volumine primo. & consilio
 ccccxcij. & iij. volumine, consilio xcvi. in fine. & Soci.
 consilio cclviii. columna iij. circa finem. Ideo necessa-
 rium est videre, quomodo cognoscatur animus occi-
 dendis, & quando non adsit, in quo ne bis idem repe-
 tam, vide quæ dixi supra in materia inquisitionis, dū
 declarauit, quare in inquisitione opponatur hæc, seu
 similia verba, armatus vno ense, seu pugione, & quare
 etiam ponatur alia verba scienter, & dolo. in quibus
 37 locis t dixi quod ex qualitate armorum ad occiden-
 dum aptum & non aptum communiter depre-
 henditur talis animus per dictam legem primam. §. di-
 uis. & dictum cap. significasti. in fine. de homici. con-
 siderando tamen nò solum instrumenta, sed loca per-
 cussionum, & locorum loca, & an iteratio ictus fieri
 potuerit, quibus addo quod etiam quod quis habeat
 solum animum vulnerandi, tamen si occidat tenetur
 de homicidio, vt dicam infra hoc eodem tit. allegan-
 do maximè Bal. & Sali. in l. cum mandati. C. manda. in
 si. Aduertè etiam dum rex. in d. §. diuis. & Barto. ibi lo-
 quuntur de gladio, quod si volunt loqui de ense vel
 pugione res patet, sed si loquuntur de gladio paruo
 quo vitur ad patiem incidendum videtur text. non
 procedere, quia ex eo licet possit sequi homicidium,
 non tamen illo principaliter vitur ad occidendum,
 sicut etiam dicimus de claua, & cucuma vel baculo,
 nam ex istis etiam potest sequi homicidium, & tamè
 dicta ratione presumitur abesse talis animus, sic con-
 suluit Aretin. consilio lxxx. columna tertia & quarta,
 vbi est videndum. In hoc tamen iudex debet esse be-
 ne oculatus, ne fraudulenter quis tali gladio vreretur.
 38 Item t aduerte dum volunt Doctores vt ex instrumē-
 tis, non communiter aptis ad occidendum non præ-
 Bofsius

sumatur animus occidendi, sed tamen si percussur
 caput præsumatur, quod hoc intelligo vbi cum in-
 strumento percussur eo deteriori modo quo fieri po-
 test, aliàs credo cessare animus, exemplum patet in
 eo qui habet hastam cum ferro, & tamen percussit cū
 hastili etiam caput, quia si habuisset animus occi-
 dendis percussisset cum ferro, & punctim, & ita vult o-
 mnino gloss. in dicto §. diuis. in verbo, percussisset. &
 expressius Bartol. ibi, qui dum loquitur de hasta cum
 ferro hinc distinctione loci, tenet quod si percussit si-
 ne ferro abest animus. Dum verò loquitur de baculo
 cuius ferrum annexum non est, tunc distinguit aliud esse
 se quando super capite, & aliud quando super alia
 parte corporis fit percussio, ad quod faciunt quæ di-
 xi in locis vbi supra, de eo qui habet ensim, & tamen
 percussit cum haste, vel baculo, & ideo inaduerter-
 ter loquutus est Angelus qui refert Bartol. dicere cō-
 trarium in gl. scienter. in vltima colum. ad finem. Nec
 Felin. in dicto c. significasti. vbi supra. versic. limita hæc
 omnia est alterius sententiæ, quia loquitur de baculo,
 vel alio leui instrumento, vt etiam loquitur Angelus
 quem ipse allegat, & facit ratio Angel. in l. is qui cum
 telo. & ita in facto sustinui pro domino Galeazio Ri-
 zollo Placentino, licet tamen mihi maximè aduerfa-
 reretur dictum Ange. Aretin. vbi supra, & ad hanc quæ-
 39 sionem etiam vide Aretin. in d. consil. vbi potius reci-
 tando, tenet hanc opinionem, & Aretin. in consil. cclxvij.
 colum. penult. & ibi allegat Salicet. in l. prima. C. de
 scar. vbi vide quem sic intelligo incipiendo a qualita-
 te percussentis non incipiendo ab alia qualitate affini-
 tatis, quia si incipiamus a qualitate affinitatis non so-
 lum erit sufficiens, quia percussit sic, sed etiam requi-
 40 ritur affinitas, vel amicitia. Aduertè quoque ad textū
 in dicto capitulo, significasti. in fine, dum ponit duas
 coniecturas, ex quibus præsumitur animus, qualita-
 tem scilicet, instrumenti, quod non est leue, & non so-
 ler inferre leuem plagam loquendo in ligone, & qua-
 litatem loci percussis, & sic vult quod licet instrumen-
 tum non sit ex illis quibus communiter homines va-
 tuntur ad occidendum, tamen si cum illo fiat percus-
 sio, etiā infra caput præsumitur animus, si instrumen-
 tum sit admodum graue, & hoc quia est aptum ad oc-
 cidendum, & ideo dum textus in secunda parte loqui-
 tur de percussione capitis, loquitur de baculo, vel alio
 leui instrumento, & exemplum potest poni in valido
 fulte, vel lapide magno, & vide omnino quæ ponit Fe-
 41 linus in dicto capitulo significasti, & maximè dum dicit
 quod nec indifferenter t quando percussio fit in capi-
 te præsumitur animus, nisi quando fit circa cerebrum,
 quia experientia secundum eum videmus quod per-
 cussiones quæ fiunt in facie non sunt mortales, circa
 quam considerationem esset tamen valde aduertend-
 dum quomodo voluit percutere, quia sæpe contin-
 git vt quis intendat vnum agere, & aliud faciat, & cir-
 41 ca eminentias capitis, t & faciei, vide ibi Felin. & in c.
 cum non liceat. columna prima, de præscript. & nota
 omnino textum in l. si quis in metallum. C. de pœnis.
 qui dicit quod homo habet faciem figuratam ad figu-
 ram cælestis pulchritudinis, & propterea vult, & ibi
 glo. notat vt nemo debeat bullari in fronte, & eadem
 ratione quando casus contingit in Senatu nostro de
 42 iis, qui tunc vitro, cultello, vel nummo incidit facies
 mulierum fortè recusantium eis moram gerere, vel a-
 43 liorum amoribus obsequentiū, quamuis ista iura ordi-
 nariè pro similibus non imponant pœnam corpora-
 lem, sed pecuniariam & leuem, Attamen Senatus t qui
 non seruat statuta, nec seruare tenentur etiam de ho-

neffate tamen fuerint approbata ab eo, vel à principe, vt supra dixi allegando dominum Rochum in tractatu consuetud. foli 34. columna prima. cogit tales, vt personaliter veniant in iudicium, & se constituant, perinde ac si ingereretur pœna sanguinis, nec eos dimitti patitur, absque pœna acri, nisi tamen succederet remissio partis, hoc est regulare. Non omitto etiam
 44 quod prædictæ considerationes, an cum baculo, lapide, vel hasta sine ferro fiat percussio, locum habent vbi in rixa fit percussio, quo casu etiam consideratur animus occidendi, & habet locum lex Cornelia, qualitate rixæ non attendit, vt ostendit Bartolus in l. fina. in tertia oppositio. ff. de sicar. Alexand. consilio xv. volumine primo, columna secunda, versicul. sed præmissis, & probat textus clarus, & gloss. ibi in d. l. fin. ff. de sicariis. Aretin. consilio lxxx. columna prima. Felin. in cap. cum te. columna tertia. de re iudica. Sed si non sumus in rixa videtur quod omni casu sit animus occidendi in dubio, & ita videtur expressè velle Barto. in dicto §. diuus. in fin. d. dicit, debemus enim prius inspicere propositum, & tunc passim vult vt puniatur l. Cornelia, de sicar. postea dicit quod si in rixa tunc est distinguendum, an cum baculo, &c. sed certè hoc verum non est, & sensus Barto. fuit, si percussio habuit animus occidendi, & ita proposuit, quod quomodo cunque percussio, vel baculo, vel aliter, vel super capite, vel infra puniatur l. Cornelia, de sicariis. quia in claris non est opus coniecturis, sed si non constat de proposito, & animo occidendi, tunc distinguitur, vt dicit ibi Bartolus, quo ad cognoscendum animus, & ita vult glossa in dicto §. diuus. in verbo percussio. relata ad text. & dicitur constare de animo & proposito extra rixam, etiam quando illud voce exprimeret dicendo, Nunc ades, non equidem effugies, vel quid simile, vel ex multitudine percussio, iuxta ea quæ dicam paulo infra, & item quando tempore carnis prius, laruari portant baculos ferratos ad aliquem percutiendum, vel cum sacis plenis lapidibus, nam licet percussio à capite infra sine rixa præsumitur non solum simplex animus, sed deliberatus, maximè concurrente quantitate percussio, & inimicitia, & quia dixi si quis percussio cum hastili cum posset ferro percussio, quod non præsumitur animus, est vile scire cui incumbat onus probandi, an percussio, quod percussio non potuit nisi eo modo percussio, & videtur quod incumbat hoc onus percussio, quia in delictis præsumptio est contra delinquentem. l. j. C. de sicariis. Bartolus in l. Aurelius. §. idem quæsit. ff. de liber. legat. Credo quod incumbat percussio, quia minus malum præsumitur, vt per Alex. in tertio volumine, consilio cxv. circa medium. & Aretin. consil. xxxj. columna penultima. Et ext quibus coniecturis cessat animus occidendi, vltra prædicta vide quæ dixi supra, sub rubrica de defensi. reor. &c. versicu. quarto. sine confessus, & regulam las. in l. j. ff. de legi. quod homicidium factum ab affine præsumitur casu, & culpa euenisse: ad quod est videndus Aretin. consil. cxlvij. & de materia etiam supra dixi in materia inquisitionis. vers. secundò quarto, quare apponantur illa verba sciens & dolose, vide etiam Felin. in c. fin. in fi. de homicid. & Aretin. consil. lxxx. col. penult. & vlti. & decem præsumptiones Cepol. consil. xxxj. Solus animus occidendi, non secuto effectu homicidij, vt sapius dixi, sufficit de iure, vt quis puniatur l. Cornelia de sicar. non de consuetudine, nec per statuta vbique vigentia. In hoc tamen do-

minio Mediolani adest laudabile decretum Ducum nostrorum quod si talis animus fuerit deliberatus puniatur ille ad mortem, vnà etiam cum auxiliatoribus, vnde videndum est quomodo cognoscatur talis deliberatio, vt hac cognitione habita minus veniant suspecti huius delicti quam fieri possit, quia video quotidie formari inquisitiones de animo deliberato, absque eo quod de tali qualitate appareat, & tunc dicitur deliberatio quis insultare, quando præmeditatus fuerat actum ad differentiam actus qui fit in rixa & impetu quodam. Tollunt enim rixa, & metus instantis periculi consilium deliberandi. Bald. in cap. j. §. si quis verò. de pace tenen. Alexand. consil. cix. col. iij. versic. & id quod not. Bald. in j. volum. & dixit Bald. in l. vt vim. ff. de iusti. & iur. quod concitatus ex impetu animi non deliberat, ex his in hac ciuitate Mediolani, & dominio, in ore etiam certum donum est, quod si rixa interuenit cessat deliberatio, aliàs præsumitur, & ita Anchar. notabiliter consil. cxxvij. col. iij. vbi quomodo præsumatur, vel excludatur. Nec sufficit quod testes dicant, talis insultauit Percussio, nil dicto de rixa, quia debent illam clarè excludere, ex quo est qualitas requisita à decreto. Et in dubio etiam, vt dixi supra, circa animus occidendi præsumitur minus delictum, & adeo qualitas hæc à decreto requisita debet ostendi, vt etiam si naturaliter intellet non præsumetur nisi probaretur. Cepol. consil. lvij. col. iij. & ita non obstat quod dicit Bald. in proem. Digestorum. versic. hæc autem omnia ad fin. quia loquitur solum in animo, non in animo deliberato requisito à statuto, vel decreto. tunc fit differentia inter factum ex proposito, & deliberatè, vt patet in l. respiciendum. §. delinquent. & ibi Bar. & Docto. ff. de pœn. apparetque per Bald. in l. data opera. C. qui accusa. non poss. & per Ange. in verbo. se cit. insultum in questione de ebrio. ad finem. Verbum enim deliberare est quædam meditatio, & quoddam interuallum ad actum, quia postea in animo destinatus & deliberatus sequitur toto iussu. C. de iure deli. Baldus in l. poruit. in vj. questio. C. de iure deliberan. & in l. cum antiquioribus. columna prima. C. eodem titu. & per ea quæ ponit Ange. in verbo. apertatè. Potest tamen esse animus deliberatus, vel dandi vnum vulnus, vel faciendi cicatricem, & non occidendi: quod deprehenditur ex qualitate inimicitie loci vulneris, & potestate quam habuit vulneras ad ictus iterandos, & aliter ex modo percutiendi, quod cum in animo consistat, verificatur ex præsumptionibus & circumstantiis, ex armorum qualitate, & ex modo quo facta fuit percussio, argumento eorum quæ dicuntur in dicta l. prima. C. de sicariis. & in dicta l. prima. §. diuus. ff. de sicariis. & in dicto capitu. significasti. Potest etiam interuenire rixa, & tamen erit animus deliberatus, vt in eo qui illam affectat, ad finem deueniendi ad homicidium, iuxta regulam. l. ei, qui data opera. ff. ex quibus causis maior. & ideo iudex debet in hoc esse valde cautus, & considerare naturam verborum talis prouocantis, & posset poni exemplum de eo qui viso inimico ei dixit. Scelereste, hic ades minando, & familia, vel sic, Euagina ensem si vis es, euaginando statim, si cui diceret, viso inimico statim, occide, occide, absq; dubio non excluderetur præsumptio animi deliberati, quia vox est mentis euidenti simi argumentum, & vbi habemus sonum verborum non egeamus interprete. l. Labeo. in fine. ff. de suppellect. lega. las. in l. tertia. columna secunda. C. de liberis præterit. sed si verba non sunt planè destinata ad id quod securum fuit,

fuit, cessat animus deliberatus, quia in summa non est animus deliberatus, quando id quod fit non erat cogitatum tempore actus, sed processit ex verbis vel factis tunc ortis, nec refert an offensus prouocauerit, vel tertius, hoc apparet ex dicto §. delinquent. & ex his quæ dixi, ac ex dicto Roma. in l. cum mulier. ff. soluto matrimonio. columna vigesima tertia. versic. aduertere tamen. numero 66. sequitur Felin. in dicto cap. dilecti filij. columna antepenultima. in fine. vbi dicit, quod iudex potest homicidam prouocatum etiam mitius punire, dato quod fuerit prouocatus factò tertij, & ideo si video fratrem meum rixantem cum alio, vel amicum, vel etiam incognitum, & stimulo defensionis proximi, nullis dictis verbis alium insultem, & occidam non puniar pœna ordinaria licet errauerim, & minus pœna decreti memorati, quia non est animus deliberatus antè, imò tunc superuenit, & fuit actus impetu factus, & ita Baldus in l. raptores. in secundo notabili. C. de episcopis & clericis. & Salice. in l. Gracchus. C. de adulteriis. Baldus in l. prima, in repetitio. C. vnde vi. colum. penultima. Claud. in l. vt vim. columna xl. ff. de iustitia & iure. & Alexand. consilio lxxxvj. colum. secunda, volumine xx. & Felin. in cap. Petrus. columna secunda. de homicid. Ad quæ tamen multum debet aduertere iudex considerando inimicitias inter talè & occisum, & omnes circumstantias facti, & non solum prouocatio etiam tertij, animus deliberatus excludit, sed quælibet alia, pone enim quod impatiens & iracundus cepit per lapidem feriat, & ita prouocatus nullis dictis verbis vulneret alium quem apud eum assantem, quia fortè de eo ridere cepit, non esset animus deliberatus, sed impetu quodam. Est enim difficilius iram continere, quam miracula facere, secundum Gregorium primo dialogo. & dicit Auicenna quod homines cholericus non sunt homines integri, de quibus per Put. in tracta. de militari & duel. char. 4. colum. vltima. circa medium. & fuit quod dicit Baldus in capitulo primo. §. primo. in fine. de pace iuramen. firm. Homo intenso dolore vel timore permotus non est in plenitudine intellectus. Aduertendum tamen est, dum dixi quod deliberatio requirit interuallum, quia in hoc iudex debet esse multum circumspectus, pone enim quod prouocatus ex homicidio socii, incontinenti curram post homicidam qui se retrahat in domum munitam. Egoq; cum amicum faciam impetu, vt ingrediar ad vindicandam necem socii, & duret obfidio hæc ad domum & pugna siue prælium vsque in diem sequentem, vel alios dies, & tandem ingrediar, & illum occidam, cessat deliberatio, quia non diuertit ad extraneos actus, & omni momento durabat, & crescebat calor, ad quod vide tex. in l. quod calore. ff. de regulis iur. & ibi Dec. formantem questionem tunc infra quantum tempus possit dici quod delinques ira à principio successus adhuc dicatur ea ira delictum commississe, dicens hoc etiam dici posse infra triginta dies, & ita Senatus noster habuit pro vero annis abhinc circiter duobus in causa quorundam Laudensium, & in his casibus, quando potissimè ponderatur, an calor iracundie duraret tempore delicti, & in terminis decreti nostri super statuto Bergomensis quod similiter puniunt animi deliberatum occidendi, inuenio Albericum in tractatu suo statutorum in iij. parte question. lxxij. qui dicit quod dicitur homicidium tractatum, quando præcessit consilium deliberatio, & tractatus allegat multa iura, postea arguit in contrarium. Concludendo tamen, prout vidit determinari Bergomi, & homicidij

Bossius

dicatur tractatum, si tractatus præcessit. Item ex qualitate & modo homicidij, & multitudine, & magnitudine vulnerum, & si inimicitie præcesserant, dicens quod ex his & similibus præsumitur deliberati. Item si fiat de nocte, vel in via publica, vel minus præcedentibus ab eo qui solebat exequi quod minabatur, & dum dicit, ex multitudine vulnerum, adde gloss. in c. si quis iratus. ij. questione ij. quæ vult quod iteratio inducat animum deliberatum, & illam gloss. & Bald. in hoc proposito refert & sequitur Felin. in cap. sicut ex literis. columna ij. de iure iuran. & loquitur Alberic. in dubio quado nulla apparet rixa vel prouocatio, quia tunc eius considerationes procedunt, & sic habes quod & si testes super indicij nihil dicant de rixa, tamen potest esse præsumptio animi deliberati, ex considerationibus Alberici, quod not. ad id quod dixi supra, vers. nec sufficit quod testes dicant, &c. vbi voluit vt præsumatur animus sine deliberatione, quando simpliciter testes dicunt quod insultauit nil dicto de rixa, quia præsumitur minus delictum, sic etiam intellige quod dixi ante dictum versiculum, nec sufficit quod in ore etiam cerdonum est, vt rixa interuenit cesset deliberatio aliàs si non interuenit præsumatur. Nam datur alius casus quando non apparet vtrum interuenit, vel ne, quia tunc ambulando per considerationes Alberici, potest præsumi animus deliberatus, quibus cessantibus præsumetur minus delictum, & sæpe vidi dubitari quando inimicus incidit ex improviso in inimicum, & illum occidit nil dicto, an præsumatur animus deliberatus? & videtur non esse præsumendum ex quo non præcessit deliberatio, sed viso inimico statim in illum impetum fecit, tamen seruatur contrariū ex quo iam erant inimici & præsumptio est quod haberet ante animum ira faciendi quando cunque data fuisset occasio, & maximè ex vulnere qualitate postea secutorum, & in effectu habitis in considerationibus Alberici. Tu igitur aduocate sicut es instructus, an & quando cedere debeas iudicibus rerum criminalium, vt forment inquisitionem de animo deliberato, iuxta decretum ducis Ludouici dispensans tales inquisitiones formari non debere, nisi de consensu vnus ex aduocatis fiscalibus. Patet etiam datur cognitio, an & quado princeps in dominio nostro, quinquam concedit gratias homicidij animo deliberato patrorum, illas concedere debet. Item datur cognitio quod ad puniendum, quia potest imponi maior pœna his qui deliberatè committunt, quam aliis. Bal. in consil. cccclxxvij. in iij. volu. secundum impressionem veterem, & Alex. in rub. si. ad l. lul. pecul. iuxta etiam notata per Felin. in c. cum dilecti. de excep. Animo occidendi cessante, tunc nulla culpa interuenit, sed ex puro & mero casu homicidium accidit, & tunc nulla pœna est imponenda. l. absente. in fi. ff. de pœn. Barot. in l. respiciendum. §. delinquent. ff. de pœn. vbi Alberic. declarat ibi ad hoc esse text. & text. in c. lator. vbi Doctores de homicid. gloss. in c. ij. de constit. & in l. j. ff. de legat. & quando cesset præsumptio culpa, vide Cardinalem & Felin. in dicto cap. lator. & Doctores in prædictis locis, & nouissimè Decium consil. ix. Dixi supra de defensionibus reorum. vers. homicidium casu factum, aut culpa interuenit, & tunc quamuis etiam sit lata culpa quæ dolo comparatur. l. quod Nerua. ff. de pos. tamè non puniatur l. Cornelia, de sicar. in lege Cornelia. ff. de sicar. de qua lata culpa vide las. in l. in actionibus. ff. de in lit. iur. & Hippol. in reperto. in d. l. in lege Cornelia. & in l. de minore. in prin. c. l. vj. & duab. sequen. ff. de questione. & in dictis

q 3

locis & mille aliis ponitur quod qui est in lata culpa
68 regulariter non punitur corporali poena. Et quod si
tura etiam punientia corporaliter non verificatur in
eo qui est in lata culpa, & ideo si non punitur corpo-
raliter qui in lata culpa existunt, minus qui sunt in le-
ui & leuissima, & quomodo puniantur istrei culpa
dicit Barto. in d. §. delinquant. quod puniuntur crimi-
naliter extra ordinem approbatus in d. c. ij. de constit.
& in d. l. j. & puniuntur pro modo culpa secundum
eius magnitudinem, considerando an sit lata, leuis
69 vel leuissima. Aduertendo tamen quod qui est in le-
uissima culpa punitur criminaliter in subsidium, quia
do non habet unde satisfaciatur, vt not Abb. in d. cap. ij.
declarando, vt per Salicet. in l. j. in fine. C. de sicar. &
70 Dec. in d. c. ij. & etiam quod in foro conscientiae non
peccat qui infert damnum ex leuissima culpa, dicit In-
nocent. singulariter in cap. sicut dignum. de homicid.
Abb. in d. cap. ij. & vide etiam circa materiam talium
homicidiorum Cepol. consil. xlij. col. iij. in fi. & seq. &
consil. seq. colum. ij. & seq. & consil. seq. col. j. & Dec. in
regula l. ferè. ff. de reg. iur. in fi. Ex prædictis deciditur
71 quæstio quado ille qui voluit vnū delictū committere,
committit aliud. quāuis enim fuerit in dolo quo ad de-
lictum, quoniam commisit ratione eius quod commisit in
culpa est, & consequenter non tenetur poena statuti,
nec poena. l. Cornelie, quæ requirit dolum, & ita in
consilio Cepol. xxxv. xxxvj. & xxxvij. & loquuntur il-
la consilia in terminis cap. fina. de homicid. in vj. quan-
do ex mandato dato alicui ad vulnerandum, & non
ad occidendum mandataris ita vulnerauit vt occide-
rit volens, vt dixi, quod teneatur mandataris de ho-
micidio propter culpam, & sic extra ordinem, & fun-
damentum principale est in d. c. fi. vbi text. videret fa-
ctus ad hoc, & dicit talem esse in culpa. Teneo contra-
rium casu quo instrumentum cum quo vulnus illatum
fuit, esset ad occidendum aptum, vt ensis, vel hasta. &
ita ipse Cepol. consilij, in consil. xxxij. & consilio
sequen. colum. pen. in fi. quia etiam quod habuerit so-
lūm animum vulnerandi tamen eum haberet instru-
mentum aptum ad hoc, perinde est ac si haberet ani-
mum occidendi, vt in terminis decidunt Bal. & Sali-
in l. cum mandati. circa fi. C. manda. & in effectu etiam
non potest dici, quin habuerit animum occidendi, ac-
cipiendo tale instrumentū, sciens, quod certo & de-
stinato modo vulnus dari non potest: & si aliter dice-
remus, res esset pessimi exempli, & infinita homicidia
72 remaneret impunita: Mandas etiam eadem ratio-
ne tenetur de homicidio, licet dederit mandatum so-
lūm ad vulnerandum, cum homicidium conueniat eū
mandato, secundum dictam considerationem: secus
si mandatum esset ad percutiendū baculo, vel ad dan-
dum alapam, sicut in hoc vltimo loquitur dictum c.
fi. vide, & ita comperies. & ita in effectu colligitur ex
dictis Iaso. in l. j. C. de seruis fugiti. col. vj. versic. tertio
ego limito. & Alexan. in l. si quis mihi bona. §. si quis
mandauerit, ff. de acquir. hæredit. Ex his patet solutio
ad dictum cap. fina. & illos consulentes errasse. Deci-
ditur etiam alia quæstio de eo, qui voluit vnū vul-
73 nerare, & alium vulnerauit, & occidit, quod non te-
netur poena ordinaria l. Cornelie de sicar. ex quo non
fuit in dolo sed culpa, cum nunquam de eo cogitauerit.
Barro. tamen videtur dicere contrariū, ex quo da-
bat operam rei illicitæ, vt l. respiciendū. §. delinquant.
in fine. ff. de poenis. Sed vide Iaso. in l. prima. ff. de legi.
qui concludit col. iij. versic. quid autem esse in culpa
solūm, & puniri extra ordinem, & allegat Angel. &
Florian. vt per eum, subdens, quod hæc opinio est te-

nenda: quia in dubiis opinionibus semper in delictis
mitior pars est tenenda. l. interpretatio. & l. sanctio
legum. ff. de poen. Ego tamen ruto, si quis in genere
haberet animum occidendi alique, quod securo ho-
micidio teneretur, licet occidisset, quem offendere
non putabat. Et hoc reiectis his apicibus iuris per Ias.
adductis: quia sufficit, quod ad sit animus occidendi in
genere, quamuis sit erratum in corpore, vt in termi-
nis est decisio Bald. in l. si quis. non dicam rapere. col.
penult. C. de epis. & cleric. & allegat Ioan. Andr. in re-
gula, cum quis in ius. in Mercur. Quam decisionem
post autoritatem Ang. & Florian. de quibus supra, al-
legat in contrarium idem Ias. in l. si per errorem. col.
iij. versic. in glos. in verbo. ff. de iurisdic. omnium iu-
dic. Et dum allegat hanc decisionem, dicit quod for-
tè melius loquitur, quàm Ang. & Florian. Est verum
quod Iason dicit, quod cum decisionibus Angel. &
Flor. semel defendit vnū à magno discrimine: de
quibus verbis, si causa fuit apud iudices doctos & ius-
tos, quod raro euenit, curarem multum. Concluden-
do tamen arbitror, quod si casus eueniret, in quo ho-
micide consideratè procedendo non potuisset à prin-
cipio cogitare, quod postea securum fuit, tunc extra-
ordinarie puniendus esset: secus autem vbi de hoc in
genere saltem cogitasset, perinde est, ac si habuisset
animum offendendi occisum ibi existentem, per id
quod dixi in proxima quæstione post Bald. & Salicet.
in dicta l. cum mandati. postquam delictum, quod
parare volebat homicida, aperte tendebat in id, quod
secutum fuit. Cæterum si non tendebat, dicitur casus
magis quàm aliter homicidium secutum. Ad hæc etiam
induco Barro. in l. diuus. in fine. ff. de sicar. qui conclu-
dit in quæstione, quando quis delinquit etiam in-
cidendo in aliam delicti speciem, quod aut delictum,
quod principaliter sit, tendit ad illum finem delicti se-
cuti, & tenetur de illo, aliter non: allegat inter cæte-
ra l. quoniam multa facinora. C. ad legem Iuliam de vi
publi. Quod dicitur Bar. sic intelligit Aretin. consilio
xxxij. in fine. est verum quod Aretin. consilio cxlvij.
columna penultim. aliter dicit, quod imò talis est in
culpa quo ad delictum secutum: tamen allegat capit.
fina. de homicid. in sexto. Ad quod patet responsum,
vt supra dixi. Item allegat quod in terminis dictæ l.
quoniam multa facinora. qui vim intulit fuit in culpa
quo ad homicidia, secundum Sali. & alios ibi, & quod
ideo non tenetur l. Cornelia de sicar. vt ibi per eos:
quod est verum, habita ratione ad delictum, quod
principaliter intendebat facere, sed propterea non
sequitur, quin etiam quo ad subsecuta fuerit in dolo
saltem in genere, ex quo tantum primum delictum ten-
debat ad ea, quis enim potest excusare à dolo inuadē-
tem cum exercitu in castrum alterius quo ad homici-
dia, quæ hincinde sequuntur? certè nemo. & ideo cō-
clusio est, quando sumus in casu l. quoniam multa faci-
nora, vel simili, in quo primum delictum tendit ad ea,
quæ sequuntur: & faciens dicitur quo ad omnia in do-
lo: in dolo tamè principaliter quo ad delictū quod fa-
cere intendebat, & successiue quo ad alia, ad quæ dire-
ctè tendebat principale delictum, & ita statutum pu-
niens homicidas comprehendet tales, sicut lex Cor-
nel. Non dico tamen ob hoc, quod in terminis l. quo-
niam multa facinora. homicidia l. Cornelia de sicariis
puniantur: quia principaliter non agebatur illud, cum
attendatur id, quod principaliter agitur. l. verum. ff. de
furtis. & propterea nec Aretinus in dicto consilio ha-
bet pro absoluto id, quod dicit bene Cepolla in con-
silio xxxij. columna penult. in fine, & sequenti, clarè
sentit

sentit hoc, dicens quod ex quo ille, qui fuit vulnera-
tus, non erat ibi, punitur occidens poena extraordina-
ria. Cæterum si ibi fuisset cum aliis, & sic principale
delictum ad illud retēdisset, maxima esset dubitatio.
Hæc tamè difficultas cessaret in hoc dominio, vbi ad-
esset animus deliberatus occidendi, qui sufficit secun-
dum decretum ducis, vt sæpe dictum est. Hæc vera
puto sine dubio stante consuetudine solūm quod af-
fectus puniatur, nisi sequatur effectus, de qua supra:
quia effectus adest, & sic est satisfactum consuetudi-
ni. Item adest animus, & sic est satisfactum legi, iuxta
dictum §. diuus. Sed stante statuto disponere, si quis
aliquem occiderit, dubium facit, quod dolo requiri-
tur, quo ad effectum: quia intelligitur, vt supra dixi,
si quis aliquem dolose occiderit. Et decisio Bald. in di-
ca l. si quis non dicam rapere, columna penultima,
dum dicit satis esse, quod ad sit animus in genere, licet
sit erratum in corpore, non videtur posse conuenire
cum verbis statuti, scilicet vbi solūm ad sit consuetudo.
Arbitror tamen, quod quemadmodum is, qui occi-
dit, cum solūm haberet animum vulnerandi, tene-
tur de homicidio, ex quo vulnera non insignitur,
prout animo destinatum fuerit: ita est, ac si habuisset
animum occidendi, vt in superiore quæstione con-
clusi: ita etiam hoc casu idē sit, postquam fecit ictum,
qui etiam tendebat ad illum finem arguendo de per-
sona ad res iuxta l. vinum. ff. si certum petatur. quia si-
cut vulnera non dantur ex perpendiculari, vt ita dicā,
& mensura: ita nec ictus semper eos tangunt, contra
quos dirigitur balista. Et ad hanc opinionem vide etiam
Claud. in l. ym. ff. de iusti. & iure. in materia excessus,
columna trigesima nona, versic. sed conclusionem
prædictam. & columna sequent. versic. quantum ad
secundum. vbi determinat post Aretin. in dicto co
nsilio xxxij. in fine, quod excedens tenetur poena ordi-
naria, quando fuit author ictus, & initium factum vo-
luntarie tendebat re ipsa ad id, quod secutum fuit,
75 ¶ quia præsumitur in dolo: imò etiā valde dubito de
alio casu. Quando ictus non tendebat ad eum finem,
vt putā, quando casus alius superuenit exiēs à ianuā,
vel quando erat à latere, ex quo de animo constat, &
quo ad effectum maius est delictum in personam il-
lius, à quo nullam vnquam recepit iniuriam, quàm
fuisse in personam inimici, fortè ex causa legitima.
Atamen sum cum opinione mitiori hoc casu: quia do-
lus nec directè, nec indirectè potest accommodari ad
id quod secutum est. Si tamen essem iudex, ipse con-
76 sulerem principem, & studerè eius authoritati, ¶ qui
nō tenetur seruare statuta etiam, de honestate, vt per
dominum Rochum in contractu consuetudin. charta
trigesima quarta, columna prima, in principio. vt ra-
lis, qui, vt dixi, magis deliquit, capite puniretur: quod
etiam docent iura, vt in l. prima. §. si quis vltra. ff. de
quæstionibus. l. diui fratres. ff. de poenis. l. moris. §. iste
ferè. cum similibus. ff. eodem. Et quod dico de prin-
cipe, idem dico de Senatu nostro, qui in hoc habet ex-
erectione Senatus eandem autoritatem, non tamen
in cæteris, iuxta l. quominus. ff. de fluminibus. & l. nō
77 ambigitur. ff. de legibus. Dixi de eo, ¶ qui voluit face-
re vnū delictum, & aliud commisit, tam in eandem
personam quàm in aliam. Quæ quæstio etiam cadit
circa res: quia aliquando quis vult certo modo delin-
quere circa rem, & circa eandem rem magis delin-
quit: vel vult delinquere circa vnā rem, & delin-
quit etiam circa alias res, de quibus vide Bartolum in
dicta l. diuus. ff. de sicariis, & per Baldum in dicta l.
si quis non dicam rapere. & Alexand. in dicta l. di-

uus. Et per Felinum in capitulo quia verò: de sententia
excommunicationis. Successiue hic esset videndum
78 ¶ de homicidiis factis à personis, quæ non sunt in sa-
no sensu, putā à dormientibus, de quo vide Bartol.
in l. penultima. ff. ad legem Pompei. de parricid. Iaso.
in dicta l. prima. ff. de legibus. & in l. vt vim. columna
quinta. ff. de iustitia & iure. & in l. prima. §. primo, co-
lumna tertia. ff. de acquirenda possessio. Vel ab ebrio,
de quo vide Bartolum in dicta l. respiciendum. §. de-
linquant. ff. de poenis. & in repertorio Hippolyti in l.
prima. ff. de sicar. columna sexta & septima. vbi etiam
79 de dormiente & furioso. Et quid, ¶ quando delictum
committitur per minores, maxime pupillos, doli ta-
men capaces? In quo vide Iasonem in l. more. in ter-
tio notabili. ff. de acquirenda hæreditate. & l. pupil-
lum. ff. de regulis iuris. vbi vide Decium. & in l. ferè in
omnibus. ff. eodem titulo. de regulis iuris. & ibi dicit
quod tamen poena debet mitigari. & ibi habes quid
in minoribus viginti quinque annis, an etiam poena
mitigetur, & quid in senio confectis: & nos Medio-
lani habemus statutum, quod minor quatuordecim
annis corporaliter non possit puniri: de quo dixi su-
prà circa decretum, quando habet originem à con-
80 tractu. Essetque videndum de illo, qui occidit bannitum
restitutum adhuc in albo existentem, qui po-
tius videtur esse in culpa, quàm in dolo, de quo di-
cam infra in materia præcipua bannitorum: tamen in
præsentia vide Iasonem in l. si creditoris. C. de fidei-
commis. Et similiter esset videndum de eo, qui occi-
dit bannitum minus legitime ignoranter. De quo
etiam dicam in dicta materia: tamen modò vide Bar-
tololum in l. fina. ff. de adulteriis. & Felinum in capitulo
quæ in ecclesiis de constitutionibus. columna se-
cunda. versic. quintus casus. Et quid in occidente ban-
natum, qui habebat securitatem: de quo modò vide
Bartolum in l. si finita. §. morte. columna duodecima.
ff. de damno infecto. & ibi Ias. omnino. Item esset vi-
dendum quid quado secularis exulare iussit clericum
ignoranter, & ita bannitus occidatur. Quæ quæstio
pendet ab ea, quando minus legitime bannum da-
tum est, de qua vide Iasonem in l. secunda. columna
nona. versic. iuxta hoc queritur. ff. si quis in ius voc.
Cessat ergo poena legis Cornelie in homicidio culpa
commisso, & nulla penitus poena imponitur, quando
homicidium est casu secutum: & in quibus aliis cas-
ibus quis impune occidat, dixi supra de defensionibus
reorum. in versic. si sumus in crimine homicidij. ibi
de hoste, rebelle, hæretico, assassino, & aliis, an tales
impune occidere liceat. Adde licere occidere eum
81 ¶ qui vult sibi vel suis vi stuprum inferre. l. prima. §. fi.
ff. de sicariis. Gandin. in titulo, de poen. reorum. colu-
mna prima. Sic etiam patri licet occidere adulterum
filie nuptæ, inuētum cum ea in adulterio. l. patri. cum
duabus sequentibus. ff. de adulter. & ibi etiam de ma-
rito, vt ei liceat vxorē occidere, & adulterum inuen-
tos in adulterio, non tamè ad omnem excusationem,
parentibus etiam & aliis licet occidere raptos. l. vni-
ca. §. primo. C. de raptor. virginum. Et quid in patre,
qui inuenit stupratorem cum filia? Vide Abbarem, qui
tenet impune posse occidere, in capitulo. veniens. el. se-
condo. columna fina. de sententia excommunicationis.
Angel. Aretin. in verbo. che hai adulterata. in versic.
septimò requiritur. tenet contrarium, cui credo, per
textum in dicto §. fina. in l. prima. ff. de sicariis. Et ratio
est videnda in textu in l. isti quidem. ff. quod met. cau-
sa. & in hac materia vltra Angelum in dicto verbo, che
hai adulterata. Vide Felinum in cap. tertio. de sentent.

excommunicat. colum. j. & in repertorio Hippoly. in l. patre vel marito. ff. de quæstionib. Et scias etiam ad esse statutum Mediolani sub rubri. de homicidiis. per quod materia hæc est ampliata, vt liceat occidere tam viro inuentum cum vxore, quam patri inuentum cum filia, & filio inuentum cum matre, & fratri cum sorore: nec per illud requiritur violentia, nec coitus ipse, sed solum vt de nocte, & in actu turpi inuenti fuerint. Et loquitur statutum quo ad omnem impunitatem. Licet etiam occidere ad sui propriam defensionem. l. vt vim. ff. de iustit. & iure. cum similibus. In qua materia factio conclusionem, quod est requiritur vt homicida ad hoc vt sit omnino tutus, illud fecerit ad sui necessariam defensionem, vt notatur in dicta l. vt vim. & in l. prima. C. vnde vi. tamen sufficit talem necessariam defensionem probare præsumptiuè: & ideo sufficit, vt testes dicant, Titius insultauit Caium cum armis, & Caius eum occidit. Sic Bartol. in l. sed si quocunque. in principio. ff. ad legem Aquilianam. Est verum, quod Bartolus vult, vt testes dicant, quod statim Caius post insultum occidit. Et ita referunt eum simpliciter, & sequuntur Doctores, vt Decius in dicta l. vt vim. numero decimo, & Felinus in capit. significasti. *el secundo* de homicid. columna penultima. tamen etiam sine verbo statim sequitur probatio talis, quæ sufficit, vt colligitur ex doctrina Bartoli in l. non solum. §. sciendum. ff. de operis noui nuntiatione. Et ita ibi ponderat Alexander in fine, & Claud. in dicta l. vt vim. charta septima, in principio. qui tamen declarando dicit, quod quamuis testes asserant, statim post insultum, &c. Tamen satis est, si ostendant, quod eo tempore, quo Caius percussit, & occidit, præcessit insultus quod est valde notandum. Et aduertendum est, quod non tantum est omnino homicida tutus, si imminebat periculum vitæ, sed etiam si imminebat periculum alterius iniuriæ personalis. Ita declarat Bartol. vbi est videndum, in dicta l. prima. columna secunda. C. vnde vi. & hoc eod quia id licet pro defensione rerum, vt in dicta l. j. & in dicta l. vt vim. ergo magis pro iniuria personali. Et late hanc conclusionem sequitur Iaso. in dicta l. vt vim. columna secunda, & latius Decius ibidem, columna sexta. Requiritur tamen vt probetur verè, & non præsumptiuè, quod aliter non poteram effugere iniuriam personalem, & tunc sum tutus, aliter non nisi insultaret pugnibus. probat eum que me ita disparem esse, vt plus insultas posset pugnibus, quam ego armis, quia tunc sufficeret præsumpta, sicut supra conclusi generaliter loquendo. Ita Baldus omnino videndus est in repetitione dicta l. prima. C. vnde vi. versicul. sed pone, quidam insultum fecit contra me sine aliquo genere armorum, volens mihi infringere colaphum manu vacua, &c. & sequitur Alexander in consilio lxxvj. columna secunda. versiculo, & nestemus. volumine primo. Requiritur etiam ad hoc, vt procedat supra dicta conclusio, vt liceat occidere ad evitandam iniuriam personalem, quod ex tali iniuria personali inferri possit ad periculum mortis, vt in capitulo finali. de homicid. in sexto. aliter secus videtur, quia pro leui iniuria personali, non licet occidere, quia non esset defensio moderata. Ita mirabiliter tenet Decius in dicta l. vt vim. columna sexta. per dictum capitul. final. secundum cuius opinionem non esset verum id, quod proximè dixi de occidete volentem dare colaphum; quia ex eo non inferitur ad homicidium, sicut inferitur ex vulnere, vt per Iasonem in l. prima. C. de feruis fugitiuis. Cepol. in consilio xxxij. columna secunda, & columna fina, & consilio sequent. columna quarta,

& consilio xxxv. & tribus sequentibus, in istis locis comperies. Quod mandans dari colaphum, secuto homicidio, non tenetur de eo: secus si mandaret dari vulnus solum: quia ex vulnere potest inferri ad mortem, vt dixi supra. Et ideo dico, quod Decius malè loquitur, & contra communem opinionem, quæ procedit in qualibet iniuria personali maiori qualibet iniuria in bonis. In hoc tamen ex mente Doctorum est aduertendum per iudices, ad qualitatem personæ, cui iniuria erat inferenda, iuxta l. in seruorum. in §. finali. ff. de pœn. Adde, quod non solum licet occidere ad defensionem suæ personæ, & suorum, sed etiam extranei, vt per Doctores in dicta l. vt vim. imò etiam pro defensione rerum extranei, vide latissimè per Doctores ibi, maximè Claud. Et ibi etiam quid iuris sit, quædam possessio esset iniusta. Sic etiam ratione honoris, licet occidere, & ideo insultatus quauis possit omnino tutus auferre: tamen quia fuga est ignominiosa, non tenetur, & ei licitè est insultantè occidere: & hæc est communis opinio. vt in dicta l. vt vim. non licet tamen ob sola verba iniuriosa, alio verbo iniurioso, & minus factio iniuriantem afficere, nisi respondendo secundum veritatem, Mentiris: quia aliter esset vindicta. Hæc & alia per Claud. in eal. versicu. an pro conseruatione honoris, & in versiculo sequentem iuxta hanc vbi vide, quia oculatus vidit, quam Decius. Et ex his taceant homines militares, qui arbitrantur se posse referre quamlibet iniuriam eis illatam: non solum factio, sed etiam hoc solo verbo; Mentiris. Colaphum vel vulnus inferendo. Et quid si affectus verbo iniurioso dicat, Mentiris, ex intervallo, an liceat? Credo non licere, quia hoc conceditur ratione defensionis, quæ ex intervallo non est licita, d. l. vt vim. quod facit contra magnum virum, qui affectus verbo iniurioso ex intervallo super charta affixa locis publicis scripsit, quod aduersarius metuebatur. Quare vereor, ne quid mali iubente principe patiat, ex quo præsertim controuersia eorum iam erat introducta coram ipso principe, qui curabat sedare eam, & etiam quia ordines huius domini iustitia verant atque alia, ex quibus sequi possit duellum: & etiam, quia visum fuit feditiosum, quod in vrbe hac coram principe id positum fuerit pro rostris sine licentia ipsius principis. Dixi, quod probato insultu contra me satis constat de defensione necessaria, & idem dico, si quis se preparat ad insultum contra me. Bald. in l. in lege. ff. locati. in antiqua lectura, & in l. prima. C. vnde vi. colum. nona. in septima quæstio. vbi ita dicit etiam quo ad defensionem rerum. vt sequitur Claud. in dicta l. vt vim. columna vigesima. circa medium. & Iaso. ibidem columna secunda. Sed quid in dubio, quando non apparet quis primò euaginauerit, vel quis primò se preparauerit ad insultum, & vnus alium occidit & dicat homicida quod fecit ad sui defensionem, an ita sit præsumendum, saltem vbi occidens erat dispar valde tam ratione personæ, quam armorum & aliarum circumstantiarum. Nam in dubio præsumptio esset contra occidentem. l. prima. C. de scitiis. & in l. si non conuicti. C. de iniuriis. Item offendens non præsumitur defensor. Baldus in capitul. primo. in tertia columna. versicu. vitam suam defendendo. in tit. de pace tenen. & alibi Cepol. consilio xxvij. columna ij. In summa vide Cepol. in consilio xxix. vbi multas coniecturas adducit, ex quibus in dubio præsumptio est pro occidente. sic etiam Alexander. consilio xiiij. columna penultima & vltima. in iij. volu. & refert & sequitur Felinus in capitulo dilecti filij. colum. penul. versicu. voluit etiam Alexander.

Alexan. extrà. de excep. & res eò redigitur, quod si iudici ex eorum dispari conditione videtur quod sit alienum à sana mente putare quod occidens prius insultauerit, tunc præsumendum est, quicquid factum fuerit, prouenisse ob necessariam defensionem, aliàs secus, per regulam dicta l. j. & dicta l. si non conuicti. & not. per Bar. in l. dolum. C. de dolo. Explicite tamen si vis videre ex quibus circumstantiis homicida præsumatur fecisse ad necessariam defensionem, vide in tracta. præsumpt. Alciat. reg. ij. præsumptione xxxix. numero 6. vbi late. Et tan in casu proximo sufficit prouocatio, vt præsumatur in dubio contra occisum primò prouocantem, vide Cepol. in dicto cõsil. xxix. colum. ij. & iij. & in effectu dicit, non sufficere. Sed vt proximè conclusi, multis consideratis, sic etiam sentit Cepol. quia regula est, quod non licet contra prouocantem verbis venire ad facta, vt dixi supra post Claud. in dicta l. vt vim. colum. xxxvj. & Felin. in d. ca. dilecti filij. colum. vj. Dixi supra, quod si quis occidit ad sui necessariam defensionem, vel ad evitandam aliquam iniuriam personalem, omnino est tutus. Sed pone, quod non sit necessaria defensio, quia interueniat excessus, dum se defendit, vel quia occiderit insultantem iam fugientem, vel etiam in ipso actu rixæ feriendo ense, cum ille pugnis insultaret, vel cum posset euitare iniuriam personalem, voluit tamè vulnerare, vel aliter, ita vt non sit defensio cum moderamine inculpate tutele, iuxta d. l. j. C. vnde vi. cõ ibi not. an puniatur pœna vltimi supplicij, an mitius? Dic quod puniatur mitius, etiam si dolo commiserit. Ita Iason late in dicta l. vt vim. col. ij. & iij. & Felin. in c. significasti. *el secundo*. versu. tertia conclusio. de homicid. vbi ponit plures declarationes. Nec obstat rextus in dicto §. diuus. quia non loquitur in excedente, sed in percutiente simpliciter, vide tamen Claud. in dicta l. vt vim. colum. xxxvij. versicu. sed quia, qui late tractat hanc materiam excessus, & tandem tenet opinionem Decij, quod quando dolo quis excedit, tenetur in totum, per ea maximè quæ dicunt Cy. & Sali. in l. Gracchus. C. de adulter. de iudice, qui torquendo quem immoderatè & dolo se tenetur de homicidio. quos etiam allegat Decius. Sed responsio est clara, quia Cyn. & Sali. bene loquuntur in illo casu, quado iudex torquendo dolo se excedit, ex quo non prouocatus id facit, sed ex mera malignitate: verum in hoc casu quis prouocatus facit excedendo tamen. Et propterea cessat hæc consideratio. Et ideo Claud. ad hoc animaduertens dicit, quod posset poni casus in materia nostra, in quo teneretur in totum, quando debilis pugno percuteret virum robustum, qui cum non esset multum iracundus, gladio eum occidit sine animi inflata perturbatione, maximè si præcedebat inimicitia, vel alia coniectura adesset animi dolo, iuxta l. doli. cum glo. C. de dolo. Quod exemplum non admittit in dubio: quia quauis sim inimicus illius, si tamen eum occidat prouocatus ab eo, dicitur ob prouocationem facere, imò magis prouocor,

quando est mihi inimicus: & licet non sim natura iracundus, tamen si repente præcedente iniuria. Est verum, quod posset esse tanta patientia in homine, vt non aliter iudex posset iudicare, quam quod fecerit non iracundia prouocatus, sed ex mera animi malignitate, quod raro contingere potest, nisi reuinceret Iob. Non omitto tamen in hac materia excessus, quod si talis excedens fuit author rixæ, tenetur ad omnem penam, si tamen verisimiliter potuit cogitare, quod posset sequi id quod secutum fuit. Ita Aret. consil. xxxiiij. col. si. & Claud. vbi supra, col. xl. & ita videtur intelligendus idem Aret. consil. cxlvij. col. pen. qui aliàs videtur velle oppositum. Nam qui dat operam reillicite, & plus delinquit, quam intendebat, tenetur de securis, si id verisimiliter debuit sequi. Sic Aret. in d. consil. per doctrinam Bar. in l. diuus. in fine. ff. de sicar. Et ita est intelligenda conclusio, quam facit Iaso. in l. prima. ff. de legi. de illo, qui dat operam reillicite, & plus deliquit, vt tenetur: si tamen verisimiliter, &c. Et quia in hac materia excessus incidit saepe videre de personis existentibus sub correctione alterius, quia corrigentes solum tenentur de excessu, & non de toto delicto, iuxta tex. & notata ibi per Decium in primo notabili, in cap. iij. de appel. & in l. ij. §. dominorum. ff. de his qui sunt sui vel alie. iuris. Ideo quæ sint tales personæ, & de hac materia vide Decium in d. l. vt vim. numero 21. & Claud. col. vij. versicu. in ea gloss. vbi vide. & ibi etiam habes, an liceat interdum talibus existentibus sub obedientia alterius: quando coercentur & reprehenduntur, resistere & se defendere. Licet etiam occidere eum, quem princeps iubet occidi debere, sic Gandin. in rubr. de pœn. reorum. colum. pen. vbi enumerat infinitos alios casus, in quibus homicidia sunt impunita, vel minus punita. Et circa hunc casum, quando præcessit iussus principis, dicit quod aut iuber prius sic fieri, aliter quod occidit eum, & tunc mandataris est prorsus excusatus ab homicidio, si exequatur, per regulam traditam in l. is damnum. §. eius verò. ff. de regu. iur. cuius regulæ verba sunt hæc, Eius nulla est culpa, cui necesse est parere. Ex qua Deci. ibi infert ad casum nostrum, loquendo non solum in principe, sed in quolibet potente, qui allegat Bald. & alios in terminis, quod tamen intelligo, quando verisimiliter debuit mandataris dubitare de vira sua: aliter quando esset solitus sic minari, nec tamen exequi minas, non esset excusatus, iuxta notata per Abb. & Ioan. And. in c. si qui clt. vel vouen. per Alex. consil. xvi. col. pen. iij. volum. Anchar. consil. ccc. vifa supradicta facti narratione. vbi loquitur de præcepto domini Orthonis qui erat dominus Parmæ, & Ang. consil. ccxv. thema tale propositum est. col. si. & late in c. si. de appell. & in regula, in omnibus causis. de reg. iur. & vtrouique per Dec. quando præceptum iudicis vel regis inducat iustitiam merum. Et facit quod Bald. fundat se in necessitate, & pariter Deci. quæ cessat hoc casu. Aut iuber per ea verba, quibus non de facto, sed via iuris agere videatur, vt si scribat officiali, quod exequatur aliquam sententiam condènantem reum, vel suspèdi seu mori faciat: & in hoc vide Felin. in c. consanguinei. de re iud. col. j. in fi. & princi. seq. qui dicit, quod iudex vbi videt sententiam corporale iniustam, sic enim loquor, debet differre executionem, & consulere principem subdès, quod si princeps consultus rescribat sententiam omnino exequendam, tunc obediendum est: al legat Bart. in l. diuo Pio. §. sententiam Romæ. col. ij. ff. de re iudica. But. & Imol. in cap. j. de offi. ordi. addendo etiam quomodo in conscientia possit se tueri, quod fit

fit secundum Theologos, vbi muneri, quod habet, per eum renuntietur. Et, ne erres, scias quod disputant, an iudex, quando videt sententiam corporalem iniustam, debeat illam exequi, aut quid facere debeat, & haec non est quaestio nostra, ex quo non agitur adhuc de mandato & iussu principis, sed est quaestio quae ponitur per Fel. principaliter in d. c. consanguinei. & Hyppol. in suo repertorio in l. j. §. si quis vltro. vbi est text. principalis de hoc articulo. ff. de quaestio. & per Dec. in regula. & si nihil. ff. de regu. iur. & alibi saepe per Docto. Alia est quaestio, quando princeps iniuste mandat, sicut proposui, & in hoc casu vide text. in l. si vindicari. C. de p. c. qui in terminis dicit, quod debet iudex differre vsq; ad triginta dies, & postea est excusatus obediendo, qui textus est canonizatus in capit. cum apud. xj. q. iij. & sic etiam in conscientia est excusatus; & intra duos triginta dies, si emanat secunda iussio, licet adhuc facit, cap. si quando. de rescrip. Cepol. caule. vij. & la. in l. puniri. C. si contra ius vel vtilit. public. & bonus textus est in c. minister. xxij. q. v. & in c. precedenti. & ad hoc. & quod debeat resistere iudex quando potest, & quod postea non peccat, vide Angel. in dicta l. si vindicari. & alij sequuntur. Si tamen iudex esset dubius, an iuste vel iniuste illud mandaret mandatum excusaret. Sic intelligo Cyn. in l. rescripra. C. si contra ius vel vtilit. publi. qui dicit, quod si princeps mandat officiali, vt aliquem suspendat, sine peccato id fit per officialem, quod dictum late tenet Fel. in c. quae in ecclesiarum. de consil. col. xvij. vers. si iura non d. & text. in d. l. si vindicari. hoc clare sentit, & gl. in d. c. cum apud. & Alexand. in l. debitoribus. in ij. col. ff. de re iudi. vbi etiam la. Et ad hanc opinionem etiam vide Curtium in consil. xlix. in xj. columna. vbi loquitur etiam in quaestione nostra, & quando non apparet, quod in principe desit causa, sed sumus in dubio; intelligo tamen hanc conclusionem, quando iudex ipse bene considerando qualitatem personae; & cetera omnia, magis inclinatur vt mandatum sit iustum, quam aliter, & hoc per textum in dicto capit. si quando. de rescrip. quem bene vide. aliter arbitror, quod debeat rescribere, vel differre, iuxta d. c. si quando. & d. l. si vindicari. & debet inclinare, quod mandatum sit iustum, quando est instructus, virum esse malae conditionis, & manu promouens, si verò est integer vita, & nullo modo potest sibi in mentem venire, vt meretur mortem debet inclinare animum suum, quod mandatum sit iniustum. Et haec colligo ex dictis Fel. in dicto cap. quae in ecclesiarum. in versu. quinta declaratio, & in vers. recipit. Ex praedictis forte non male egit dux Galeatus Sfortia, qui suspendi fecit praetorem Varisij eo quia non fecerat statim suspendi quendam hominem, quem dux ipse iusserat ei, vt suspendi faceret. Et vide ad praedicta omnino Alexand. in l. a diuo Pio. colum. vlti. versic. vlt. Ange. ff. de iudic. dicentem, quod veritas videtur in foro conscientiae; quando iudex videt mandatum iniustum, vt scribat principi super innocencia; & vbi princeps nihil rescribat, potest exequi, imò tenetur, secundum eum. Sed Alexand. non loquitur in terminis quaestiois nostrae, quando mandat princeps, sed quando a seipso videt sententiam iniustam, & sic secundum materiam dicte l. j. §. finali. ff. de quaestioibus. & not. per Fel. in dicto capit. consanguinei. & Deci. vbi supra. De ipsa tamen quaestione & l. si vindicari. vide in dicto repertorio Hyppol. in d. §. si quis vltro. charta penultima, in ij. fallent. & in repertorio Fel. in verbo, princeps. & Deci. in dicto c. si quando. colum. ij. de rescrip. Et quia etiam in glof.

101. l. si relegati. ff. de poenis, quae vult, quod causa praesumatur in principio circa dictam glof. vide Doctores in dicto cap. quae in ecclesiarum. de constructionibus. Socin. consil. cclxiiij. colum. penulti. in fin. & la. in l. si testamenta. de testam. vbi facit regulam & fallent. & Curt. in dicto consil. xlix. in vltima charta prima partis, in secunda fallentia. & omnino eundem in consil. antecedenti, colum. vlti. vbi si agitur de crimine; non praesumitur causa in principe. Quod vltimum corroborat id, quod proxime dixi, vt iudex non simpliciter quando est dubius, debeat exequi, sed vltimus considerat qualitatem personae, & negotij, & inclinat animum suum, vt rerum conditio requirit. Adde, 102. quod licet non sit parendum, praecipio principis iniusto, tamen est parendum duci belli, dato quod non parendo rem optime gerat mandatarius; aliàs ei imponitur poena capitis. l. secunda §. in bello. ff. de re militari. quod apud Romanos seruauit Papyrius Dictator contra Fabium, vt refert Valerius Maximus in c. de militari disciplina, libro secundo. & Floria. in l. iij. §. sed si quis. ff. finium regundor. Vide etiam circa dictam l. si vindicari. Pure. in tractatu syndicat. char. 89. colum. penulti. versic. mandauit. & sequen. & in repertorio eiusdem Hyppol. in l. j. in princ. colum. penulti. & vltim. ff. de sicar. Impuniti etiam occidunt a familia, 103. qui non permisit se capi. l. iij. C. de his qui ad eccles. cofug. de quo dixi supra sub rubrica de captiua vers. 104. & quando occiditur. Reliquos casus vide, vt dixi, per Gandi. in ritu. de poenis reorum. colum. penultima & fin. & per Afflic. in ritu. de pace tenend. in §. si quis hominem. vbi omnino vide. Quomodo aurem inueniri possit homicida percurrere indicia tradita per Doctores ad praesumendum quod quis fecerit homicidium; quae longum esset enarrare, & de quibus vbi que per Doctores, maxime in materia torturae; in qua materia vide etiam quae ipse dixi. Non omitto tamen breuiter quae circa hoc in indigido posui sub rubrica de delinquente, & plura singularia, quod quis fuerit homicida, tradita per Afflic. in ritu. de pace iuramento fitam. §. iniuria punitur. in quarto notari. vbi omnino vide, & inter cetera numero 62. dicit, quod sanguis fluens de vulnere hominis occisi in praesentia aspicietis corpus, & non fluens post eius recessum, magnum, & sufficiens indicium est, ex experientia omnium magistrarum. Cui addo, quod ad cognoscendum an infans fuerit suffocatus a nutrice forte dormiente somno profundo, vel a solis linreaminibus, aut aliter sine culpa nutricis, vel alterius foeminae, datur iste infans in gremio foeminae, & vbi cadaver ibi positum emittit ex nare vel ore sanguinem, magnum & sufficiens est indicium, quod fuerit ab ea suffocatus, vbi non emittit sanguinem, cessat praesumptio culpa contra eam, & semper vsu copertum est, quod exit sanguis, vbi ipsa fuerit, aliter non; & hoc experimentum vidit vxor mea fieri in duabus puellis filiabus D. Herculis vicecomitis sororij mei, quarum altera fuerat suffocata a nutrice, & altera a solis linreaminibus; & cum primam suffocata a nutrice fuit in eius gremio, statim emisit sanguinem ex nare. Altera verò in gremio alterius mulieris suspensa, & aliarum etiam, nullum emisit; & copertum est, quod haec erat veritas. Quo verò ad probandum ipsum homicidium, nihil singulare inuenio, nisi homicidium transiret in crimen rebellionis, quo casu quae probationes sufficere, dixi supra sub rubrica de haeretic. & sub rubrica de crimine laesae maiestatis, vel nisi homicidium fieret per assassinamentum; quo casu argumentis etiam demonstratur quo ad plenam fidem. cap. j.

cap. j. de homicidio in sexto. de quo dixi supra late sub rubrica de coiuictis. Sed circa defensionem in hoc crimine homicidij, qui testes sufficiant in probanda defensione directa siue indirecta, dixi sub dicta rubrica de crimine laesae maiestatis, veniculo vsu est supra, quando quis. p. r. duas columnas, vbi vide. & dicam inter fauores defensionis, de quibus infra tractabo sub rubrica singulari. Quod modo, quod poena sit committenti homicidium? Et dicit quod qui dolo committit, punitur poena legis Corneliae de sicar. iuxta textum in l. iij. §. legis Corneliae. & in l. penultima. ff. de sicar. vbi dicitur, quod altiores deportantur, humiliores verò capite puniuntur, & in summa olim erat poena deportationis cum confiscatione bonorum, hodie verò est vltimi supplicij, exceptis positus in honore, qui deportantur. Et si fuerit consiliarius, est prius consulendus princeps, nisi tumultus populi aliter fecerit ad id, quam per mortem ipsius: quo in casu dicitur potius morti traditus populi iudicio, quam lege Cornelia de sicar. Haec in dictis iuribus & eorum glossa. & in item Jex Corneliae in iuribus de publico iudic. & ita Angel. in consilio decimo quarto in primis verbis. & secundum dictas leges mors tradebatur subiuciendo tales in honore non exultantes bestias ab eis deuorandos: qua poena hodie cessante, sequitur capitis naturalis abscissio. Sic Angel. in dicta l. §. tertia §. legis Corneliae, qui etiam dicit, quod deportatio in personis in dignitate existens tibus cessat, & habet locum capitis abscissio, & ita in effectu pro homicidio imponitur poena mortis naturalis, quod clare dicit textus in lege tertia C. de episcopal. audient. quae dicit, Homicida quod fecit expectet, eum aliis allegatis per Gandi. sub rubrica de homicidijs, columna prima, & secunda. & est communis opinio Doctorum, vt omnino tam humano, quam diuino homicida mori debeat, vt apparet per Doctores, maxime per Fel. in rubrica de homicidio, & per D. Rochem in cap. fin. de consuetud. charta 10. col. ij. versic. secundo inferur. vbi etiam dubitant an valeret 110 statuta & consuetudines poenam pecuniariam imponentes. Non valeret tamen consuetudo, quae permitteret filio vel consanguineo vindicare mortem patris vel consanguineorum, vt per D. Rochem. vbi supra. Quod tamen homicidium esset commissum iam supra de centum, minueretur poena l. qui diutino. ff. de poenis. per D. Rochem. in tracta. consuetud. char. §. col. iij. circa fin. & dixi supra sub rubrica quomodo procedatur per actionem in delictis. Et item quando homicida esset valde disciplinatus in aliqua arte. l. ad bestias. ff. de poen. & l. sed vt reprobati. ibi, valde tamen disciplinato. ff. 112 de excusatio. tuto. Quod tamen fieri debet consulto principe. d. l. ad bestias. & dixit Hostien. in cap. de causis. de offic. deleg. quod vbi esset alicui amputanda lingua vel manus, si esset ille egregius orator, vel poeta, vel pictor, fieret commutatio poenae. allegat text. in d. l. ad bestias. & quia hoc est generale in quolibet delicto, referuo dicendum infra sub rubrica de poen. quae modum etiam facit Gandi. sub dicta rubrica de poenae reorij. qui in genere ponit delicta impunita, & minus punita. & de poena homicidij culpa commissi dixi supra: dixi etiam, quod quando quis excedit se defendendo mitius punitur. Non omitto tamen proprie ad 113 poenam homicidij duoprimum, non minus puniti homicidam, qui occidit hominem male conditionis, quam bonae. l. j. §. j. in fine. ff. de sicar. quamuis etiam ali quando in vno maior sit poena, quam in alio, consideratis aliis qualitatibus in persona occisi, vt in repertorio Hippoly. in l. vnica. C. de rapt. virgi. char. 10. col. sup.

114. Secundum, quod et si hodie cesset bonorum confiscatio de iure communi, authent. bona damnatorum. C. de bon. damnat. Tamen officiales nostri dominij inhaerentes secundum eos decreta ducum semper homicidas damnant in confiscatione bonorum & male: quia secundum ea decreta & statuta ciuitatis huius Mediolani confiscatio bonorum imponitur homicidis quando damnantur in contumaciam, non autem quando praesentes damnantur, quia contenti fuerunt decretorum conditores abscissione capitis. Et haec est veritas, & dica infra in secunda parte principali huius operis: per ordines tamen notos passim fit confiscatio. Ke 115 si liquum est videre in hac materia homicidij, tanquam praesumatur mortuus ex vulnere potius quam ex mala cura vulnere adhibita: in quo vide Bartol. in l. final. columna penultima & fin. ff. de sicariis. qui primò dicit quid iuris sit in dubio, id est, quando non constat vulnus fuisse mortale vel non, recurrendo ad glossa in l. j. C. de emend. seruor. & ad c. ij. de cle. percuss. deinde quod quando certo scitur an sit mortale vel non standum est certo, iuxta regulam, quod in claris non est opus coniecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de verbor. obligat. Subdens, quod in hoc, scilicet, an praesumatur mortuus ex vulnere, secundum quaestionem propositam, vel ex negligentia, & circa cognitionem percussorum an sint mortiferi vel non, statuit medicis, etiam vni soli, si plures non adsint, iuxta capi. propositi. de probatio. Ex quibus verbis colligo veritatem negotij, quae in effectu est, quod iudex intruit animum suum a iudicio medicorum in arte peritorum: ad quod allegat Bart. tex. in l. si semel. C. de re milit. lib. xij. & alias leges ac text. in terminis, in c. significasti. el. secundo. de homic. vbi Doctores notant, & ponit Alexan. consilio cxlvij. in j. col. vol. j. & in lab. hostibus. col. iij. in pri. ff. solu. mati. Preposit. in capi. si qua poena. quinquagesima distinct. Cepol. consil. xij. col. v. & consil. xxvij. & consil. lxij. per totum. Et ita practica seruat, quod an sint vulnera mortalia, vel non, & an decesserit ex malo regimine, statuit iudicio medicorum. Et in effectu ita etiam est, quando postquam surrexit, & ambulauit, vel quado post interuallum decessit, quia totum relinquunt iudicio medicorum. Et ita explicitè in hoc vltimo Soci. post alios in consil. clxxvij. col. ij. vers. circa primum. 116 & si infra paucos dies decessit, tunc regula est, quod praesumitur decessisse ex vulnere, nisi probaretur negligentia, quae in dubio non praesumitur, vt ibi per Soci. & clarius in hoc per Fel. in c. presbyterorum. de homic. vbi vide. sed probata negligentia aliud est, vt per supra dictos Docto. omnia tamen, vt dixi, relinquunt iudicio medicorum, vt etiam in tractatu Bar. si sius est, de percuss. ex quibus moritur quis ex interuallo. col. j. Si medici tamen interuenerunt in curatione vulnerati, aliàs adhuc pro percussore iudicandum est. Sic Fel. vbi supra, & Soc. in dicto consilio. Et aduerte, quia lo 117 quor quando sumus in dubio, tan vulnus esset letale, vel non: quia aliàs staremus certo, vt dixi. Reliqua vide per Alex. in consil. cix. col. j. vol. j. Ancha. consil. cclxxxv. col. iij. Bald. consil. cxxvij. ij. volum. & consil. cclxxxvij. & consil. cccxxvij. eodem volumi. & Cuman. cxxxiij. & per Bar. in dicto tract. & per Ang. Are. in opere suo in gl. & ex interuallo ex dictis vulneribus mor 118 tuus fuit. Alia multa in materia homicidij & quasi per modum tract. ponit Afflic. in ti. de pac. iura. fir. §. iniuria punitur. in iij. not. vbi vide. & vide etiam eundem in tit. de pace tenend. §. si quis hominem. vbi ponit casus, in quibus non liceat, & liceat occidere, & successiue de occidit e aliquem in duello, & de materia ipsa duelli.

Titu. de Mandato ad homicidium, consilio, & instigatione.

S V M M A E.

- 1 Homicidium multipliciter dicitur.
- 2 Mandans proprie non dicitur homicida.
- 3 Mandans & mandatarius similiter puniuntur per decretum Mediolani.
- 4 Mandatum homicidij quomodo possit reuocari per decretum Mediolani.
- 5 Ratificans homicidium commissum non comprehenditur in decreto Mediolani contra mandantem homicidium.
- 6 Mandatum ad homicidium quando dicitur reuocatum de iure communi.
- 7 Mandans fieri homicidium an comprehendatur in statuto loquente de homicida.
- 8 Ratificans an comprehendatur in statuto loquente de homicida, concessio quod statutum comprehendat mandantem.
- 9 Statutum loquens in casu vero comprehendit etiam fictum, quando statutum loquitur secundum vel prater ius commune.
- 10 Mandans inferri vulnus secuto homicidio, tenetur de homicidio: secus si mandet dari colaphum, vel baculo quem percuti.
- 11 Mandatarius tenetur sicut mandans.
- 12 Mandatarius excusatur, quando mandatum est de genere permissorum.
- 13 Mandans fieri assassinamentum tenetur de homicidio, etiam non secuto effectu.
- 14 Assassinus dicitur, qui omnes suscipiunt aliquem occidendi, data pecunia, aut alia re, vel promissione facta.
- 15 Promissio nuda alicuius rei, vel homicidium committeretur, vel que speciem haberet commodati, non sufficit ut dicatur mandatum assassinamentum.
- 16 Assassinamentum committitur, siue homicidium mandetur fieri per certum genus personarum siue per quemlibet.
- 17 Assassinus, qui in aliquo loco homicidium commiserit vbi possit puniri.
- 18 Mandans & mandatarius homicidij an sint sub eodem iudice conueniendi.
- 19 Bannitus pro assassino potest offendere extra territorium, quando coram suo iudice post argumeta probabilia secuta esset declaratio.
- 20 Bannum cum indicis, que fuissent sufficientia ad inquisitionem non satis est, sed requiritur testes idoneos parte citata legitime examinatos esse, & probata verisimilia argumenta in assassinamento, ut possit offendi.
- 21 Sententia requiritur ad hoc, ut assassinus possit impune offendi, & an sufficiat confessio.
- 22 Assassinamentum requiritur ut Christianus fuerit occisus, & hac qualitas probari debet.
- 23 Assassinamentum, licet requiratur ut pecunia factum sit tamen non est, necesse, ut mandatum sit.
- 24 Consilium pro reuerendissimo episcopo Papiensi Romae detentio.
- 25 Iniuria non solet inde nasci, unde iura procedunt.
- 26 Constitutio voluntaria eius, qui delicti arguitur, prestat argumentum innocentie.
- 27 Natura abhorret illud, quod vitam adimit.
- 28 Confessio non precedentibus indicis emanans, extorta dicitur.
- 29 Ecclesia in dominio suo mandat etiam reos sanguinis defendi.
- 30 Testis non statim est torquendus, sed prius examinandus.
- 31 Tortura sepius in teste repetenda non est.
- 32 Tortura moderate adhibenda est.
- 33 Tortura indebitè data, sicut & detentio, facit ut sequetia nulla sint.
- 34 Metus durare dicitur durante semper eadem detentione.

- 35 Assassinamentum requiritur ut pecunia carnifici data sit ad immediatum finem interficiendi.
- 36 Assassinamenti poena non puniuntur quis, nisi secuto effectu, vel saltem facto insultu.
- 37 Testis dictum contra mandantem non valet, nisi expressè contra mandatarium deponat.
- 38 Inimicitia satis probatur, si subest causa & suspicio in genere.
- 39 Mandatum non presumitur, etiam si domesticus vel coniunctus mihi occidat inimicum meum.
- 40 Metus iustissimus non veniendi ad examen est, quando venientes iniustissimè tractati fuerunt.
- 41 Dolus & iudicis contemptus requiritur ad hoc, ut quis puniatur, quia examini se subtraxerit.
- 42 Episcopi Papiæ innocentia quod instrumentis probata fuerit.
- 43 Producta omnia censentur, que exhibita fuerunt, licet ea iudex noluerit acceptare.
- 44 Indicium contra reum tollitur per aliud, quod sit in eius fauore.
- 45 Fama mala in specie tollitur per probationem bonæ fame in specie.
- 46 Mandatarius, qui dicit fecisse homicidium motu proprio, non ex commissione alicuius, non excusat mandantem, quando constat de mandato, maxime stante decreto Mediolani.
- 47 Homicida non excusatur, si dicat se de mandato alicuius fecisse.
- 48 Mandatum quando dicitur homicidium, & que sint verba apta ad mandatum.
- 49 Verba ad delictum expressè tendere debent, ut mandatum dicatur precessisse aliis in meliorem partem presumitur.
- 50 Mandatum precessisse dicitur ad homicidium, si dominus dixit famulo: Fac ut sentiam aliquid noui, &c. si precessit inimicitia capitalis, licet homicidium non sit incontinenti secutum.
- 51 Mandatum ad homicidium non presumitur, etiam si famulus meus, vel filius, vel consanguineus occidat inimicum meum.
- 52 Delictum a filio vel famulo factum in re concernenti patrem, presumitur voluntate eius factum.
- 53 Consilium in dubio presumitur potius, quam mandatum, quando dominus dixit famulo in aurem, &c. & inimici erant pariter famulus & dominus cum interfecto.
- 54 Mandatum, quod reus confessus fuit, non potest postea per declarationem verborum eiusdem excludi.
- 55 Confessus mandatum secundum legis interpretationem, non potest postea illud declarare ita ut destruat.
- 56 Declarans nihil dicitur de nouo inducere.
- 57 Mandans non potest puniri, quando de mandato per solam confessionem constat siue secutus fuerit effectus, siue non, nisi mandarius attestaretur de mandato.
- 58 Mandati mandataria vbi per afflictum tractetur.
- 59 Consilium dans alicui ut faciat maleficium, qui aliter non erat facturus, tenetur pari poena cum faciente, nisi reuocasset consilium, & notificasset utique reuocationem.
- 60 Consilium datum alicui in dubio bonum presumitur.
- 61 Consilium, persuasio, instigatio, instructio, & inflammatio idè sunt, & in quolibet verba tantum interueniunt, & ad utilitatè facientis.
- 62 Inquisitio formata de consilio procedit, etiam si probetur per suasio vel inflammatio.
- 63 Inflammationis verbo pro consilio & instructione vtuntur Doctores.
- 64 Persuasus quod aliis non fuisset facturus, probetur coactus.
- 65 Statutum puniens prestantem auxilium alicui ad certum actum non comprehendit consilium dantem, vel inflammantem, secus si simpliciter auxilium prestantem.
- 66 Consilium dans dicitur largè opem prestare.
- 67 Aduocatus potest patrocinari ad obtinendam iustitiam & gratiam pro bannito.
- 68 Consilium & persuasio largè dicuntur auxilium.
- 69 Auxilium prestantis ad homicidium vel ad alia delicta, materia vbi tractetur.

Tit. de

Tit. de Mandato ad homicidium, consilio, & instigatione.



Dixi de homicida, & quia etiam qui mandat fieri homicidium, dat causam homicidio, iuxta l. nihil interest, ff. de sicariis. & propterea dicitur homicida, ut ponit Bald. volum. j. consilio liij. declarans tunc homicidam dici pluribus modis. Ideo in hac materia homicidij aliqua dicam de mandante fieri homicidium. Et primò scias, quod talis mandans est plus quam homicida, quia delinquit in se & in aliis, quem corrumpit, qua ratione & si dicitur princeps delicti, tamen proprie non est homicida, sed per interpretationem proprie verò est homicida, qui propriis manibus committit homicidium: & hæc de causa mandans, quem proximè dixi delicti principem, dicitur accessorius, & sanguinem fundens dicitur principalis: & ideo faciens per se sufficit, sed mandans non. l. si is, qui rem, §. si tu Titium, ff. de furtis. Hinc si procedatur contra mandantem, prius debet constare de mandatario, ut dixi supra sub rubrica, de delicto, imò amplius si testes deponant de mandante, nihil probant, nisi etiam deponant de homicida in specie. Hæc in d. consil. liij. & consil. cclxix. col. ij. in fi. & principio sequent. volumine primo. & latè dixi in dicto titulo, de delicto. vbi te reiciio. Secundò scias, quod decretum huius dominij, per quod mandans tunc puniuntur etiam non secuto effectu, & similiter mandatarius. Loquitur etiam in aliis delictis, & vult tamen, tunc quod mandans possit reuocare mandatum, dando formam, quomodo id facere possit. De iure verò aut est secutum maleficium, aut non: primo casu tenetur mandans, sicut faciens. l. non solum cum similibus §. si mandatum meo, ff. de iniuriis. vbi Bart. amplissimè in hac materia: aut non est secutum, & tunc puniuntur extra ordinem ut ibi, columna prima. Et sic de decretum, cum sit contra ius, non comprehendit ratificantem, per id, quod dicam in versiculo, quarto queritur, & iure cõmuni, an tunc quod dicitur reuocatum mandatum, siue durare, vide Iasonè in §. seq. columna sexta, de act. Aret. in l. Titio, §. idem respondet, ff. de verborum obligatio. Cepo, cautela vltima. Alexand. in l. is, qui, §. vnde queritur, ff. de manumissionibus, & in l. qui in aliena, §. is, qui putauit, ff. de acquirenda hereditate, & in l. post dotem, circa lestram Dyni, ff. soluto matri. Tertio scias, tunc quod queritur, an mandans fieri homicidium comprehendatur in statuto loquente de homicida? In quo articulo vide Iasonem in l. si quis id, quod, ff. de iuridici, omnium iudicium, colum. nona, & Iason in l. si is, qui pro emptore, charta 24, ff. de vlticap, Felin. in capit. mulieres, columna secunda, de senten. excommunicat. & in ca. nonnulli, in princip. col. xxj. de rescript. & Dec. nouissimè in regula, is damnnum dat, ff. de regulis iuris. vbi ponit regulam & fallentias, & dicam infra in titulo de pœnis. Quarto queritur, an vbi tunc mandans comprehendatur in statuto de homicida, pari modo sit dicendum, si sequatur ratificatio eius, cuius nomine factum est? In quo articulo vide Aretin. in consilio antepenultimo, & Deci. nouissimè in regula, semper qui non prohibet, de regulis iur. vbi ample loquitur, & dum dicit, quod ratificatio æquiparatur mandato, etiam quod requiratur speciale mandatum, Adde id esse, etiam quod requiratur specialissimum mandatum c. j. ad finem, de deponat. impub. in sexto, vbi Perusin.

Bossius

notat. Et an decretum, de quo supra, puniens mandantem etiam comprehendat ratificantem, difficultas pendet à questione, vtrum lex vel statutum loquens in casu vero comprehendat fictum. Sed conclusio est quod comprehendit, si statutum loquitur secundum vel prater ius commune aliàs secus. Alexan. consilio lxxij. columna ij. & iij. versiculo sed fideicommissarius, & versiculo vnde succedunt volumine primo, & in l. j. §. de illo, columna j. ff. ad Trebellian. Quinto est videndum, tunc quado mandatarius excedit fines mandati, an mandans teneatur? vide text. in cap. si de homicid. in vj. Et conclusio est, sicut supra dixi, quod si mandatur dari vulnus ita ut non occidatur: quia in vulneribus inferendis adhiberi certus modus & mensura non potest, tenetur mandans etiam de eo, in quo mandatarius excedit: secus si mandatur dari colaphus, vel percussio cum baculo. Felin. in cap. pit. vniuersitati, col. j. de sent. excom. & Iaf. in l. j. C. de seru. fug. col. vj. & per Cepol. consil. xxxiiiij. Nec curo de eo, quod postea dicit Cepolla in consiliis sequentibus, quia hæc est communis. Sexto est videndum, tunc an mandarius, qui ita tenetur sicut mandans. l. non ideo minus, C. de accusat. & d. §. si mandato, in l. non solum, aliquo casu excusetur propter mandatum? In hoc hoc vide Decium in regula, is damnnum, §. eius verò, ff. de regulis iuris, vltra quem vide que supra dixi, quando princeps vel potens, mandat alicui, ut alquem occidat, & per Ang. in glos. Sempronium mandantem, versicu. quarto quarto. Et vnus casus est, in quo mandatarius est excusatus, quando sumus in his, que sunt de genere permissorum, ut quando conducitur operarius ad incidenda ligna, & bona fide incidit, credens fundum esse conducentis, glos. in l. in rem, §. tignum, ff. de rei vendicat. vbi Bart. & Bald. Et est communis opinio, ut per Alexand. in l. de pupillo, §. nuntiationem, ff. de ope. noui nunt. vbi etiam vide Iason col. fin. qui dicit, quod glo. in d. §. tignum, est ab omnibus approbata. Ad quod etiam vide Alex. consil. xxxvj. vol. j. vbi etiam limitat, & Bald. j. vol. consil. cxliij. vbi in fin. dicit quod nec mandans tenetur, si indubitatè locum illum non expressit, & alia vide circa dictam glo. per Doctores in dicto §. nuntiationem. Septimò est sciendum, quod tunc mandans fieri homicidium per assassinamentum, tenetur etiam effectu non secuto, quicquid sit in alia materia, iuxta id quod dixi supra in versic. secundò scias. Casus est in cap. j. de homicid. in vj. & hoc propter enormitatem criminis, ut ibi in text. & dicuntur assassini, quando interuenit pecunia, ut in eo textu & Gemin. ibi not. & Bart. in l. Cicero, ff. de pœn. & per Bald. consilio cclxxxij. in v. volumine, Alexand. in l. j. §. hæc autem actio, ff. de eo per quem fac. erit, & Bal. j. vol. consil. xcviij. & ij. vol. consil. cclvj. Et nos Mediolani habemus de hoc statutum idem etiam disponens, vbi interuenit promissio: & ut dixi, requiritur quod pecunia interueniat: sic vbi supra, & dicit Ang. in l. qui sepulchra, ff. de sepulch. viola. & sunt proprie assassini illi qui corrupti pecunia hoc faciunt, & ita vult secundum eum l. non solum, §. si mandato, ff. de iniur. dum loquitur de conducente, & ideo Bart. ibi, versic. venio ad conductorem, ponit differentiam inter mandantem & conductorem, & vult, ut conductor sit ille, qui pecunia suscipit onus à te occidendi aliquem: & dicit, quod grauius tales puniuntur, & dicitur assassini: & ut dixi, semper loquitur de pecunia. Est verum, quod non videtur differentia, an actu detur, an solum promittatur. Et ita explicitè Salicet. vbi vide in l. non ideo minus, ad fi. C. de accusat. quia ve-

rum est dicere quod propter pecuniam fit: & statum, quod addit de promissione, non intendit tollere hanc difficultatem sed augere ius commune: vt etiam quoddam promissio fit facta de alia re, puta, equo, idem fit. Et ita Bald. in d. consil. cccclxxxviiij. in v. volu. quod est repetitum in primo consil. xcvij. & ibi etiam vide quibus verbis fiat promissio, quia non sufficeret nuda promissio, & quae speciem haberet commodati, subdens quoddam cap. j. de homicid. in vj. habet locum, sicut loquitur sine alia extensione, ex quo est odiosissimum, eandem opin. quod non referat, an pecunia sit data, vel promissa, clarè tenet Aret. in consil. clxiiij. char. 1. col. j. verfic. tertio. & ibi etiam habes, quod capit. j. est odiosum, & non extendendum ultra verba eius. Et melius, quam alibi, hoc tenet Corn. in consil. cccclxix. col. ij. volum. j. vbi vide. & licet dubitetur an d. capit. j. loquatur solum in his, qui committunt homicidia certis generibus personarum, & non indifferenter per omnes: tamen communis est opinio, vt absolute loquatur, vt per Imol. Gemin. & alios in d. c. j. quicquid tenent Aret. in consil. clxiiij. col. xvj. secutus Archid. & Io. And. dicentes tamen illud esse, nisi aliter se haberet consuetudo, proit se habet in contrarium: & quod generaliter loquatur, sentiunt Doctores, vbi supra, & Barto. in l. non solum. §. si mandato. ff. de iniur. col. penult. & Ang. in glo. Sempronium mandatore, in princ. & Ang. in d. consil. col. fin. & sentit Salic. in l. non ideo minus. col. fin. C. de accusa. & Bal. in d. consil. xcvij. & vbi supra: & vide Signor. consil. cccj. col. ij. circ. fi. & Corn. primo vol. consil. cccclxix. col. iij. in princ. & in dictis locis ponitur, quod etiam mandans non secuto homicidio tenetur poena ordinaria, vt etia Fel. in tract. cona. columna iij. in fi. & penult. in fi. & Gemin. in d. ca. §. sacri, verfic. gl. in verb. mandauerit, & Corn. j. vol. consil. ccij. & Corn. omnino in pra. legato consil. cccclxix. Angel. etiam tenet eandem opinionem consil. xiiij. col. fi. Contrarium autem vult idem Angel. post Dyn. in l. etiam apud Labonem. §. si curauerit, ff. de iniur. quem sequitur Angel. de Arim. in verbo, Sempronium mandatore, col. iij. & res est expedita, quando saltem deuentum est ad actum insultus vel vulnerum, vt vbi supra, maxime in dictis consiliis. An tamen affasinus possit vbiq. puniri: & an & quando liceat eum impune occidere, & siue in vno loco, siue in alio: & quid quando quis est bannitus pro affasamento, an etiam extra territorium possit puniri: vide de his omnibus supra in rubr. de foro compet. Et quando quis extra dominium existens mandat homicidium fieri in dominio, in quo loco sit procedendum? vide sub rubrica, verficu. sed pone quod habuit principium, post Marian. in c. proposuisti. de foro compet. & de similibus quaestionibus per Afflict. in tit. de pace iuram. firman. §. iniuria punitur. in quarto not. Et an mandans & mandatarus sint conueniendi sub eodem iudice: vide etiam sub eadem rub. verficu. sed quid in mandante. Et circa dictam quaestionem de bannito pro affasamento, an possit offendi extra territorium? Videtur posse, per cap. j. de homicid. allegatum toties, quod procedit clarè, vbi constitisset coram suo iudice de delicto per argumenta saltem probabilia, & super ea probatione fuisset declaratum. Ita omnes in dicto ca. j. Sed difficultas est, an bannum dicatur declaratio talis, vt sufficiat vna cum iudicis qua: fuissent sufficientia ad inquisitionem, & non ultra. Credo non dici, quia Doct. in d. c. j. volunt duo. Primum vt saltem sint probabilia argumenta: quod intelligi videtur in probatione facta per testes qui plenè attestentur de

affasamento, & qui sint idonei testes, licet minus legitime ex aminati lite non corelata, & sine partis citatione, habita tamè citatione ad personam d. sumptam, & ad alias circumstantias. Gemin. in d. ca. j. §. si. col. iij. post Hostien. per eum allegatum, & ideo Alex. in consilio clxvj. col. fin. volum. vij. vult vt socii criminis non credatur per regulas communes in hoc affasamenti delicto, sed veritas est, quod intelligitur probatum legitime quando citata parte, & per testes idoneos etiam sunt probata iudicia, & argumenta ita probabilia & verisimilia sicut requirit dicta causa, ita est ex mente Doctorum ibi, & in specie Deci. consil. clxxxix. col. ij. Nam ibi primo disputat, an suspicio falsitatis habeatur pro plena probatione, eo quia tractatur de materia falsi. Secundo disputat, an habeatur pro bona probatione tanquam simus in affasamento, & sic in cap. j. de homicid. in vj. & quia non est in casu, ideo vult non haberi sententiam clarè id quod dixi, ad hoc induco tex. in l. ij. C. de heretic. vbi habetur quod leue argumentum sufficit ad damnandum hereticum. Et tamen illud leue argumentum debet probari integre sicut quodlibet aliud delictum, vt Felin. in cap. literas. col. penult. de praesumpt. & ibi alij communiter. Fateor quod etiam per testes alios idoneos examinatos non citata parte propter periculum, & deponentes non super argumentis nec iudiciis, sed super ipso mandato, resularet probatio: considerata tamen qualitate suspecti, quia posset esse talis quod etiam non crederetur iuxta capit. in fidei. de hereti. in vj. & non est verum quod in hoc crimine socius criminis repellatur sicut sentit Alexand. in dict. consil. vt late per Angel. de malefic. in verbo, Sempronium mandatore, col. ij. & latius ibi per August. de Arim. & potius Alex. in dict. consilio voluit illam probationem impugnare, eo quod erat solus ille mandatarus quam aliter, licet allegat dictas regulas communes, vide tamen Felin. circa dicta Hostien. & Gemin. in ca. ij. in v. limitatio. de testib. vbi reprobatur, sed tamen non satisfactum considerationem quam proximè feci, vt sit differentia an tractetur de probando iudicio, & tunc requiratur plena probatio, an de probando crimine ipso, & tunc si deponant de re omni praestent argumentum, &c. Sed plus est quod voluit Felin. in vj. limitatio. in d. cap. ij. de testib. dum declarat quod duobus concurrentibus procedant dicta Hostien. & Gemin. aliter non quod raro contingit, ita quod in effectu sumus in regula d. ca. ij. Secundo requiritur quod per sententiam appareat probatum esse delictum vt per eum & dixi supra in titu. de foro competent. & ibi allegauit Alexan. dicentem quod hæc est communis opin. in d. c. vnico. in consil. clxvj. col. fin. volum. vij. & verè dicit quod est communis, vt per Perus. in eo. cap. col. iij. & Gemin. ibi in §. sacri. col. iij. & v. & ita tene. licet Ang. de Aret. in verbo, Sempronium mandatore, in princ. aliter teneat. Angel. tamen in consil. xiiij. sentit clarè quod sufficiat confessio, cogita quo ad hoc vltimum. Et difficultas hæc pendet ab intellectu l. si confessus. ff. de custod. & exhib. reor. quæ vult vt confessus non habeatur pro iudicato, vtrum etiam procedat in declaratoria vide ibi, & in c. cum secundum, de heretic. & per Felin. in ca. Rodolphus. de rescript. in verbo declaratoria. Adde quod tamen loquitur d. cap. quando occiditur Christianus & ita oportet capitulare & probare, sic Doct. in eo. cap. & Felin. in ca. iudicis. de praescript. col. pen. post med. & Cor. j. vol. consil. ccij. col. fi. & d. consil. ccclix. col. ij. post med. & col. iij. Adde etiam quod & si occidentur pecunia dicantur affasini secundum

cundum glof. & omnes, in dict. cap. vnico. Tamen d. cap. j. non videtur loqui nisi in mandante. & ita Aret. in d. consil. ante pe. assignat tamen rationem quam supra dixi esse contra commanem, & dicendum est absolute, quod voluerit Pontifex punire etiam, imò multo magis propriis manibus affasinatorum committentes, & ita Bart. in l. non ideo minus. in fin. C. de accusat. Ang. consil. xiiij. maxime col. iij. & satis probatur in d. cap. vnico. dum etiam punire pena receptantes tales & fautores dictorum affasinatorum, & ideo vt dixi magis ipsos affasinos, & ita seruarem. Et in hac materia affasinatorum vide Deci. consil. clxxxix. col. ij. & ij. Et quia principiter in materia affasinatorum requisitus pro reuerendissimo D. episcopo Papiensi detento in ciuitate Romæ non ita pridem consului. Ideo non ab re fuerit ad declarationem praecedendum & materia subiicere dictum consilium, in quo tamen multa not. videntur in materia mandati simpliciter ad homicidium, & quando reus dat operam, vt testes edocti de negotio se subtrahant a deponendo, & quid operetur bona fama ad elidenda iudicia, & in materia tortura tertium. Cum non soleant nasci iniuriae vnde iura procedunt, capit. nonnulli. in princ. de rescript. capit. qualiter & quando. el primo. in princ. de accusat. & l. meminerint. C. vnde vi. incredibile existimo sic processum fuisse, prout tamen apparet factum in causa detentionis reuerendissimi episcopi Papiensis, qui non fugiens captus est, sed vocatus vltra se obulit hilari fronte nihil sinistra cogitans, quia innocens erat, atque illico detentus fuit, & tunc constituto voluntaria prestat argumentum innocetia, & de hoc vltra auctoritatem Veron. in consil. xxxj. inter illas decem coniecturas de quibus per eum patet vnicuique prudenti, tunc natura abhorreat illud quod vitam admittit, teste Ancha. consil. xxij. & Barbat. consil. lxx. col. ij. & sequen. vol. iij. nec postea examinatus fuit episcopus, nisi post diem quadragesimum, ex quo conicio quod tempore retentionis & ante nihil erat aduersus eum, quo casu quicquid inde sequitur, malè & perperam secutum dicitur: ita vt etiam eius confessio, si secuta esset diceretur extorta. Alex. ad Barto. in l. qui in aliena. §. Celsus. ff. de acqu. hæred. & consil. lxx. col. ij. & quod nihil tunc adesset, sed ex post superuenit eo etiam manifestum colligitur, quia iam elapso multo tempore postquam in carcerem coniectus est in ciuitate Parmæ ad examen testium deuentum est super crimine mandati ad homicidium in personam Alexandri ex comitibus Languschi, & mortis inde secuta, & quo ordine. Nam fuit primò capitaneus Alfonso sine cum ferro pedibus annexo accerrimè tortus à summo vsque ad imum, & tertio vice eleuatus antequam interrogaretur. Deinde iudices non memores eius quod dixit Ancha. in dicto consil. xxij. dum inuehitur contra iudices maleficiorum, qui anhelant ad condemnationem quando via inquisitionis procedat maxime in dominio ecclesie: quæ mandat etiam reos sanguinis defendi. cap. reos, xxij. quaestio. v. & cap. inter. de immunit. eccles. coeperunt episcopum interrogare de dicto scelere. Reperiturne qualicumque esset persona, & quacumque esset crimen de quo tractaretur, quod hoc fieri debuisset certe non. Nam quamvis testis interdum possit torqueri, & etiam de aliis interrogari, iuxta l. ex libero. & Bart. ibi. ff. de quaestionibus. Prius tamen debet examinari, quia forte sine tortura interroganti satisfaciat, &

tale quid deponet, vt cum examine aliorum per eum nominandorum cessare possit omnis tortura, quo in casu testes non sunt torquendi, sed sequendi. Bald. consil. cccclxxxv. in quinto, & hoc Bart. etiam sentit in d. l. ex libero. & text. in l. hoc carmen. §. si ea rei conditio. ff. de testibus. Hoc etiam patet, quia examinande sunt exceptiones aduersus criminibus notatos ante torturam. casus est in l. j. §. si quis dicatur. & ibi Bartol. ff. de quaestionibus. & ita seruat vniuersus mundus. Est aliud etiam ex quo apparet minus iure id factum fuisse, quia licet sint tales testes, qui torqueri possint, tamen prius procedere debent iudicia contra reum antequam testes torquantur. Casus est in l. j. in principio, & ibi Bart. not. & existimat notandum. ff. de quaestio, imò amplius idem Alfonso in quinque examinibus vltra praecedens, in quo tam atrox tortura interuenit, 31 reus semper tormentis affectus fuit, quod etiam non fit nec fieri debet, si tortura debita fuisset à principio, vt not. in l. repeti. ff. de quaest. & maxime in teste in quo etiam Doctores disputant quo ad vnicam torturam in d. l. ex libero. & si dicatur in primo examine, omisit quæ verisimiliter sciebat, iuxta notata per Bal. in l. presbyteri C. de episcop. & cleric. & in l. praescriptione. C. si contra ius. & in cap. j. de crimi. falsi. Dico quod hæc suspicio militare videbatur in primo examine in quo fuit tortus, vt dixi accerrimè, & ideo satis fuit de illa tortura, imò nimis in teste qui ad conuallidandum dictum suum, solet etiam torqueri leuiter, & maxime quia amplius repeti non poterat non superuenientibus iudicis alterius qualitates & substantia, l. vnus. §. reus. ff. de quaestionibus. Salic. & Doct. in l. j. 32 C. de custod. reorum. Accedat quod moderamen quod est in tortura adhibendum per l. quaestionis modum, cum similib. ff. de quaestionibus. & per id quod egregie dixit Bald. circa torturam refranandam in l. data opera. C. qui accusa. non poss. & alibi, ex his dictis est quod quamuis Alfonso aggrauet episcopum in secundo, 33 sexto, & vltimo examine, tamen nullam penitus fidem faciat, & praeter retentionem indebitam, quæ operaretur vt sequentia essent nulla, etiam hoc operatur tortura indebita. l. prima, C. de quaestionibus, praetera Alfonso iste reperitur in pluribus varietatibus, & ita nihil ei creditur, vltra hoc quod punitur de falso. l. eos. ff. de falsis. l. qui varia. ff. de testamen. & Felin. in c. cum in tua. de testibus, omittit multas qualitates eum repellentes maxime infamiae propter crimen rebellionis quod eum sine sententia declarat rebellem, vt in extrauagan. qui sunt rebelles. cum praesertim repertus fuerit in flagranti crimine iuxta l. iustus furtium, cum ibi nota. ff. de infamibus, est etiam particeps criminis, quia falsus est se fuisse nuntium ad delictum patrandum, iuxta l. quoniam liberi. C. de testi. cum similibus. Non obstat quod simus in materia affasinatorum, quia hoc primò negatur, vt infra ostendamus. Secundo posset procedere quando sola hæc macula militaret, sed hic militat alia plures: ergo nihil facit. Non obstat quod coram alio iudice in septimo examine ratificauerit secundum examen, & in vltimo idem coram alio Romæ, quia ob hoc non tollitur tortura indebitè data à principio quæ operatur vt eo Alfonso semper sub eodem imperio in carcere retento durauerit idem metus, per notata à Bald. in l. ij. C. quod met. cau. & ad hoc videatur si placet consil. Dec. cccclxxvij. & consil. eiusdem cccclxxvij. in quibus loquitur de illis qui primo à duce metu se recognouerant, & successiuè nulla vi apparente ab aliis omnibus in dominio successibus, & tamen consuluit Deci.

quod eadem causa metus durabat, iuxta notata per Bald. in d. l. ij. & haec maxime procedunt in casu isto, eum quia à principio Romae episcopus se sponte offerens fuit detrusus in carcerem, & deinde intra quadraginta dies nunquam examinatus, & ut supra, tum quia in ultimo examine Alfonsi contra eum fuit sexies repetita tortura contra ius & pium. Adde ad rem maximè quod etiam dictum huius hominis, quado verum esset, non continet assassinationem, ut tam in praedictis quàm circa reliqua possit induci aliquid speciale propter criminis immanitatem, iuxta l. Cicero. ff. de pennis. & l. non solum. §. si mandato. ff. de iniur. & vobisque Bart. & iuxta caput. j. de homicid. in vj. qui. dum loquitur de quatuor nummis aureis dandis Ioanni ut Alexandrum interficeret, apparet quod dati non fuerunt ad huc immediatum finem, sed tantummodo ut super hospitio comotaretur, donec interficiendi Alexandrum sese offerret occasio, & textus in dicto cap. j. & quotquot Doctores de hoc loquuntur, semper dicunt assassinationem esse quando datur pecunia carnifici ad finem ut homicidium faciat. non obstat quod interuenit promissio quod ei nunquam defuisset, quia pars non fuit praesens, sed fuit quaedam nuda pollicitatio in eius absentia quae nec etiam fuit per Ioannem acceptata qui arbitratus est, quod episcopus iocaretur secum: sic Alfonsus. & de hoc est decisio Baldi in terminis, in cõf. cclxxxij. in v. repetito in primo consil. xvij. Adde quod etiam verbis generalibus dixit quod ei non defuisset, quae verba non sunt obligatoria etiam stipulatione interveniente, & ideo non habentur in consideratione, ut notatur in l. j. §. si quaestio. ff. de verborum obligatio. & non fuit etiam explicitè facta promissio pecuniae, prout voluit iuxta textum in dicto capitulo primo Doctores loquentes de pecunia data, vel promissa, ut Salice. in l. non ideo minus. ad finem. C. de accusa. text. in d. l. Cicero. & in dicto §. si mandato. & Corn. clarè, volu. j. cõf. cclxxx. col. ij. & vbi præcisè non sumis in terminis dicti capit. cessat illa rigida dispositio contra assassinos, ut notat d. cap. in specio Bald. in dicto consilio, & Corn. in allegato consil. & Aretin. in consilio cxxxij. charta penultima, non euro etiam de promissione uxoris dandae Alfonsi, quia text. & Doctores loquuntur de pecunia dada interfectori quod non est hoc casu. Item non est explicitè promissio pecuniae. Item est quaedam promissio alterius rei etiam non dependens à voluntate promittentis, quae etiam non apparet quod fuerit acceptata per Alfonsum, ut pote inaniter dicta, iuxta l. obligationum. §. finali. ff. de actioni. & obligatio. Non prætereò ad intellectum praedictorum, quod si etiam esset in casu speciali in quo socius criminis admittitur, ut in criminis laesae maiestatis; tamen non sufficeret ad torturam, Alex. pulchre consil. xj. volumine primo. quod tamè est superfluum postquam tot offendiculis in totum corrumpit dictum Alfonsi. Ad praedicta dum dico quod etiam Alfonsi dictum non continet assassinationem est aduertendum quod ex quo non secutum fuit homicidium opera dicti Alfonsi, nec Ioannis, ideo etiam non fitus in illo capitulo quod loquitur saltem quando insultus factus fuit. ad hoc videatur textus in dicto capitulo in quo non habetur quod solum mandatum sufficiat, sed dicitur etiam quod non secutus fuerit effectus homicidij. & ita Angel. & Dyn. in l. item apud Laëonem. §. si curaverit. ff. de iniuriis. & Augustinus de Arimino in verbo; Sempronium mandatore. columna quarta. & per Corn. primo volumine, consilia

ccij. & etiam in alio de quo supra, ex quibus omnibus sumus extra difficultatem, an testes sine citatione partis in assassinatione examinati probe iuxta notanda verba Gemin. & Hostien. in dicto capitulo, in §. primo, loquuntur tamen vbi aliis sint idonei, quia vbi dubitatur quo ad vnum, in ceteris existimatur adesse omnis habilitas. Iqui testamento. in princip. ff. de testam. & in capitulo primo, in fine de arat. & qualita. Sed quod plus est Gemin. & Hostien. reprobantur, & quoquomodo sit, ita declaratur quod nullam offensionem faciunt, ad hoc videatur Felin. in ca. ij. in v. & vj. limitatione. de testibus. Nec coadiuuatur dictum huius Alfonsi eo quia aliquid deponit de quadam lite, quae inter eos fuisse dicitur, & nescio quibusdam precibus porrectis in Senatu Mediolani, per Alexandrum contra hunc reuerendiss. episcopum, & ex fama & equis episcopi cognitis sub interfectoribus inter quos dicitur quod erat vnus ex eius seruis, & quod fuerit captus quidam puer episcopi die patricij homicidij, & quod nescio qui familiares episcopi abstulerint barbas quasdam quibus aspectus faciesque immutatur ante, quidam Antonio, & vltimò quod opera consanguineorum & agentium pro episcopo; Bernardinus & nonnulli alij, qui de crimine debent esse edocti se absentes fecerunt, quia aduertendum est, quod cessante prorsus dicto Alfonsi vi cessat, non video quomodo ex praedictis de mandato possit procedi, ex quo in primis in eodem processu debet constare certissime de ipsi mandataris, non enim valet depositio testis contra mandantem, nisi etiam deponat contra mandatarium, l. si is, qui rem. §. si tu Titum. ff. de furtis. vbi Bart. not. Bald. consil. cclx. volumine primo, ad finem ij. colum. & sequen. & consil. liij. volumine primo. Alexand. consil. xliij. colum. ij. in ij. vol. & consil. xv. volu. j. & alibi saepe per Doctores, & semper Doctores disputantes de pena imponenda mandati propter mandatum pro confesso, habent quod de mandatario non esset dubitatio, quin ipse rem patrafset, ad hoc videatur Bald. & Moderni in l. j. C. de feruis fugit. & in l. si quis mihi bona. §. pater Seio. ff. de acqui. here. nec ex eo quod vnus cognouerit feruum episcopi super venatione, & alij alij deponant de auditu quo ad alios seruos cognitos super venatione; dicitur constare id quod dicunt, & minus quod illi certò homicidium fecerint, & haec vltra quod nec super inimicitia, nec super aliis de quibus supra potest fieri fundamentum: nam praeter qualitates repellentes testes quae multae sunt uti proponitur de inimicitia non constat, licet deponant de quadam lite & precibus porrectis contra episcopum, quia ob hoc aliter non constitit quod magni momenti causa esset, non oritur capitale odium, ut per Felin. in capitulo cum oporteat. de accusatione, & alibi. quod solum capitale odium in hoc casu ponderant Bald. & alij ad conuiciendum mandatum, in dicta l. prima. & in dicto §. patet Seio. & merito quidem, quia ex leui lite potius est praesumendum contrarium: & si dicatur, preces erant iniuriosae, cuius exemplum reperitur, dico quod nullibi constat quod sit exemplum illius, nec etiam creditur fratri interfecit quod illud inuenierit in scripturis fratris cui insensus est ob suspicionem homicidij ipsius fratris, vltra hoc quod est pars. Nec obstat ad hoc quod frater, imò fratres & vxor fecerint fidem 38 quod non suspicantur quia satis est ad fundamentum inimicitiae quod sublit causa & suspicio in genere. Felinus in dicto capitulo cum oporteat. & Deci. in l. j. §. pretereò ff. de quaestio. fama etiam nihil obstat, quia dicunt

dicunt testes ortam esse ex causa dictarum precum, & pueri inuenti illa die, ut supra, quia super dictis precibus non potest fieri fundamentum, nisi attempta fide fratris dicti interfecit, & ita habet originem à maleuolis sicut supra proximè deduxi capitulo qualiter & quando esse. in principio de accusa. cum vulgariibus, & minus obstat origo confessionis pueri, qui meriti ne interficeretur, dixit quod erat puer episcopi, ut apparet in processu. Cessante igitur actu, super quo iacet basis famae in hoc proposito nihil penitus obstat quod de fama dicitur. Barto. in l. de minor. §. plurimum. in ij. & iij. quæstio. ff. de quaestio. & per Aretin. consil. lxxij. & hoc vltra ea quae sunt contraria fama de quibus vltimò dicam, ad elidendam etiam omnem suspicionem. Super aliis autem scilicet quod inter interfectores habentes equos episcopi etiam adesse vnus ex famulis eius, & ut supra, non potest iudicium fundamentum fieri, & hic tollo etiã 39 aliter fundamentum odij & inimicitiae. Nam ex eo quod famulus meus occidat inimicum meum, vel filius meus vel consanguineus, non propterea praesumitur mandatum, textus est cum glo. in capitulo cum ad sedem. de restitutio. spoliator. in verbo; interdictum. & in l. iij. §. cum igitur. versic. nam cum familia. ff. de vi & vi armata. Bald. consilio cclxxx. colum. sin. volumine quinto. Anan. consil. lix. & ita sentiunt Bald. & alij in dicta l. prima, & Doctores in dicta l. si quis mihi bona. dum plura requirunt debere intervenire. Accedit secundum proposita quod vnus ex famulis episcopi habebat capitale inimicitiam cum interfectori, & ideo etiam quod immediatè aliquid appareret de mandato, iuxta terminos quaestionum formatarum in dicta l. j. de seru. fugit. & in dicto §. pater Seio. adhuc excluderetur mandatum, & potius praesumeretur consilium. Sic Bald. & doctores. in dicta l. j. & Brun. in tract. tortura. char. 4. col. ij. & alibi saepe, verum cum non simus in talibus casibus, imò sumus longè distantes non potest fieri fundamentum alicuius delicti aduersus episcopum, sed quod ipse famulus à seipso fecerit associatus etiam aliis conferuis inter quos solum esse maxima amicitia, qui alij conferui etiã potuerunt id per agere sine scientia domini fortè etiam cogitantes rem gratam facere domino quod seipsum euenit in his partibus: Superest ut tollam fundamentum subtractionis examinis Bernardini & nonnullorum aliorum in qua difficultate non expedit recurrere ad cap. peruenit. al. primo. de testi. cogenti. & not. per Doctores ibi maximè allegatos per Felin. Nam testes isti si non uenerunt hactenus, ut ex amicitia se subiicerent, nec adhuc ueniunt, constat de iustitia causa quae est ne tam impie tractentur, ut tractatus fuit Alfonsus, sic protestantur ipsi, & sic etiam credendum est, quia; ut dixi de causa constat, iuxta notata in l. quaedam mulier. ff. de rei vendic. & quod haec causa in specie in eadem iustissimum metum videatur Barto. in l. de pupillo. ff. de iur. iudi. ff. de oper. noui nuntia. & in l. interpositus. vbi etiam Bald. & alij Ceterum fact. & ad hoc vltimò in casu quando quis seipsum, aut alios subtrahens ad deponendo incidat in 41 penas iuris, & Requiritur dolus, & expressus iudicis eum emptus. l. iij. in principio. ff. de crim. stellio; & per Alexan. in l. argentarius. §. cum autem. colum. j. & sequi. ff. de dech. & maximè ita credendum est, ut supra, quia etiam dictus Bernardinus ex eadem causa sic tortus fuit, & ita merito verificatur in ipso vulgatissimum illud prouerbum, Canis aqua seruanti semustus timent etiam frigidam, literae etiam quas fatetur episcopus

per cum scriptas fratri, circa absentiam aliquorum eius famulis fundata super indebitis cruciatibus dicti Alfonsi, & aliorum; quia ut dixi apparet quàm iniuste tractatus fuerit, & de causa nihil officium. Et aduertendum est, quod etiam reuerendissimus episcopus debuit cogitare, non tantum super salute amicorum suorum, sed etiam & in primis super sua ipsiusmet, contra quem ex indebitis torturis, & acerbis cruciatibus potuissent extorqueri praeter veritatem aliqua à dictis familiaribus, quae causam immortalem fecissent, ut ipse etiam dicit in examine. Non omitto quod ad elidendam omnem suspicionem, & tollendam omnem infamiam adesse instrumentum fidei oppidi Rozasachi super cuius territorio asseritur patricum homicidium quod non fuit fama in illo loco contra episcopum de homicidio Alexandri, sed quod fuerit interfecit ab aliis suis inimicis, extare etiam protestatione eorum qui essent offensi deponentium inquam tale quid suspicatos de episcopo, extare etiam instrumentum civitatis Papiae, cum literis ad summum Pontificem in quibus sit attestatio de bona fama episcopi; & quod nunquam fuit fama contra ipsum de hoc crimine extar etiam fides capitanei iustitiae generalis in toto dominio Mediolanensi, quemadmodum diligenti opera vsus est super morte dicti Alexandri mandato illustrissimi ducis & nihil comperit, quinimò vidit & prefatus illustrissimus dux post mortem Alexandri episcopum benignè suscepit, & tractavit, extar fides etiam cleri Papiensis de bona fama episcopi, & de his omnibus extant instrumenta publica; & facta essent fides in iudicio coram iudice iustitiae contra episcopum; sed recusauit illas recipere, prout de dicta reculatione extant duo instrumenta apud acta, & ita per inde est, ac si omnia in iudicio facta essent postquam iudex noluit acceptare, ut ca. si iustus metus. de appell. Si igitur & de contraria fama in specie, quod ipse in ore deliquit, & de bona fama, eo modo apparet, ut dictum est, & nonne est etiam si quod iudicium resulteret ex obiectis contra episcopum tolleretur, & qui aliàs esset torquendus non torqueretur. Bartol. in l. prima §. penultimò. ff. de rem. mili. Bald. in finali colum. na finali C. de probatio. Alexand. consilio xliij. colum. na xij. volumine tertio. Barto. & Moderni in l. de mirtore. §. plurimum. ff. de quaestio. Nam beatus Paulus opinio quod per eam soluitur vel eliditur iudicium non solum per bonam famam, sed etiam per aliud iudicium ad fauorem rei. l. i. ad si. C. de m. de leg. & iudicium maximè pro episcopo colligitur ex fide capitanei de qua supra. Et aduertendum est quod cum bona fama etiam sit in specie quod non deliquerit in hoc casu, etiam tollitur mala fama in specie, iuxta ea quae dicitur Alexand. consil. lxx. in j. volumi. & consilio lxx. col. ij. volumi. ij. & alibi saepe. Hoc volui dixisse, ut & si singulari quando penitus sunt inuolida non conuincantur, ut notat in l. ad monendi. ff. de iur. iur. Artamen si in odo aliquid auaritudinis resideret, siue de iure, siue extra ius in peccato iudicium cum his vltimis omnia sleant, Laus Deo, & ideo semper circa specialia in assassinatione Ioan. Bernar. Hispani in qua non haec praedicta criminis, cap. x. quae non g. stant perfecte materiam. Octauo est quareandum 46 Tan mandataris excuset mandantem, dicens quod motu proprio fecit, & non de mandato alicuius, & videtur non excusare per regulam l. quoniam liber. C. de testibus. vbi vide Bald. in l. i. col. j. qui ex ea dicit quod si sunt quatuor testes iurati, & tres delictum fecerunt, & excuset quartum, illi alio ex aut iurati

notificasset tam illi contra quem factum fuit consiliū quam ei cui dedit, vt per Felin. vbi supra, qui etiam multas alias limitationes ponit, & ponit etiam quid ratione damni dati ex consilio, an consulens teneatur ad eius restitutionem, & quādo, & quid in Doctoribus male consulentibus, & consiliariis principum, vnde etiam apostillam ad Ang. circa xxij. quæst. in qua ponit materiā persuadentis, vbi allegantur alia consilia, sed melius quā in alibi, & copiosius, & magis consideratē ponit nouissimē Decius in regu. consilij non fraudulenti, de regul. iuris. in secunda columna, maximē versicu. tertia regula. non habet locum in delictis, vbi dicit communem esse illam quā supra dixi post Felinum, & ita intelligit & declarat Bartol. in dicto §. si mandato. versiculo quarto, vtrum in persuadente, qui indistincte tenet, vt consulens vel persuadens teneatur siue faciens aliās esset facturus, siue non, vult enim vt procedat eius dictum quo ad eandem penam, si aliās facturus non erat, sed mitius tenet, vbi etiam facturus fuisset, & subest in columna sequent. versiculo, & ad prædicta in dubio presumi, aliās non fuisse facturum, nisi coniecturæ aliud ostendant. Demde ponit alia, & multa notanda in hac materiā consilij, & quod consilium debet esse malum, & ita debet constare, quia in dubio præsumeretur bonū, & consiliū debet præcedere delictum, & quā quis dicatur præbere consilium, & quod effectus delicti debet esse secutus, & postquā ibi tantus doctor nouissimē appositus in hoc articulo manum, aliud nō dico, nec audeo dicere, & aduerte, quia non videtur fieri differentia, inter consilium & persuasionem, & ita expressē Bartol. in dicto §. si mandato. columna prima, ibi istud nō dicitur mandatum, sed dicitur persuasio siue consiliū, vbi declarat quod consilium siue persuasio est quando persuasio vel consilium datur alicui ad eius persuasū utilitatem, vt per eum, & ideo Bartol. etiam in dicto §. non attingit aliam specialem quæstionē de consilij, sed in ver. quæro vtrum in persuadente, querit de persuadente & ibi simul miscet consiliū, & persuasionē, & ideo Doct. illam doctrinam Bartol. etiam allegant in consilio, licet loquatur de persuasione, vt per Deciu vbi supra, in dicto versiculo tertia regula. quæ versicul. vide vsque ad alium versicul. sequent. incipiente, sed dictum Bartol. Sic etiam Bartol. ibidem in versicul. quæro an puniatur ibi persuadens, seu dans consilium, & in versicul. sequent. vbi queritur quare ista persuasio, & istud consilium non possit reuocari, ita vt sufficiat simplex reuocatio vt per eum, sed quid plura nonne Bartol. in dicto §. si mandato. in fin. in vltima, quæstione querit in hec de que sit differentia inter consilium, persuasionem, instigationem & instructionem, & dicit nullam esse differentiam, & quod binā casu res consistit in verbis, & ad utilitatem facientis. Et propterea potest dici consilium vel persuasio, vel instructio vel instigatio, & Bartol. ibi refert & sequitur Alex. in consilio ex xvij. columna prima, voluntate in, & Ang. in dicta glossa. Sempronium mandatorum in columna final. in fin. nec in hoc est hæsitandum, quia Bartol. allegat text. expressum in l. in furtis. consilium de furtis. sed quicquid etiam possit esse in modo in eundem, tamen quia in quolibet tenditur ad vnum finē, & in quolibet tantū verba interueniunt, & ad utilitatem facientis resultat eadem iuris dispositio, & hoc si de dubio volunt Bartol. & communiter Doctores, & in quæstio sustinetur si sit ratione vnius, & probetur aliud, quia illud aliud est in effectu, secus si effectus de mandato, quod sit gratia mandantis, & probatur

63 retur consilium vel persuasio, vel instigatio, & vel inflammatio, quo vocabulo inflammationis etiā vtuntur Doctores, pro simili aliis prædictis, & Angel. in consilio vigesimo secundo colum. ij. quod consil. vide omnino in hac materia, quia ibi ponit quis sit persuasor, & quis mandator, & quis ordinator siue auctor rei. Item ponit quod non consistit differentia in verbis quo ad cognitionem vnius ab altero, sed tantum in subiecta materia, quia etiam si præcipiatur illi ad utilitatem suam, & sibi mandetur, tamen erit persuasio, vt etiam per Bartol. in dicto §. si mandato. in principio. facit l. si olei. C. locat. & lex si vno. in principio. locat. & quod in quæstio de instigatione etiam procedat in persuasione, consilio, inflammatione, & similibus, non sic in mandato, ostendit Bald. in lege hæc verba. ff. de his, qui non infami. & Alexand. in dicto consilio ex xvij. columna prima, & in consilio ex xvij. columna secunda, eodem volumine, & Angel. vbi supra, & Alexan. consilio lxxix. in primo volumine, & facit regula legis habebat. ff. de inuito. & quod ea omnia quæ dicunt Doctores in consilio etiam habeant locum in persuadente, & inflammatore, vide text. in dicto capitul. sicut dignum. versicul. qui verò animum regis inflammantur, extra, de homicid. Nam ille text. loquitur de persuasione & instigatione, & tamen Felin. ibi, & Doctores. not. illam text. in consilio, & super eo consilio postea se extendunt, vnde in hac materia persuasione ibi omnino vide, & vbi supra, & quia dixi supra quod probatur ex coniecturis quod persuasus aliās non fuisset facturus, quæ sunt istæ coniecturæ, vide in Doctoribus allegatis per Decium vbi supra, in dicta regu. columna tertia, versicul. & ad prædicta, & egregiè, & notabiliter per Angel. in dicto consilio col. vltima, vbi dicit quod prærationes malefici hoc ostendunt. Quæro an statutum puniens præstantes auxilium vel opem, puniat illos consules vel instigantes, siue inflammatores? Est necessaria quæstio, & videtur non punire, quia improprie est auxilium, licet auxilium sit, ita Bartol. expressè in dicta lege in furtis. §. opem. ff. de furtis. in fin. & ibi est locus principalis, & quando quis dicatur præstare auxilium, & ibi an patrocinando pro aliquo dicatur præstare auxilium, vel mutando pecunias, & an percendo gratiam, & aliis modis, vt ibi per eum, & vltimò querit vtrum ille qui dat consilium præstet opem, & dicitur præstare largè, non strictè, & ita probant iura quæ allegat, scilicet l. sepe. §. fin. ff. de verborum significatione, & text. ibi, tamen ex doctrina Bartol. in dicto §. ope. columna prima, colligitur pulchra declaratio, vt scilicet statutum puniens auxilium non comprehendat dantem consilium, quando statutum punit auxiliarem ratione certi actus, vt si dicat, quicumque dederit auxilium ad committendum homicidium, vel aliud delictum; nam hoc casu requiritur, vt illud auxilium sit proprie auxilium, secus si punit auxiliarem non ratione certi actus, vt ad iur. statuta quod non præstetur auxilium bannitis, quia tunc talia statuta habent locum in quolibet iuuamine, pecuniarum mutuarum, & associationis, & consilij, & sic habes in terminis statuti decisionem ibi per Bartol. atque ita statutum puniat auxilium dantem occidentem ad homicidium non comprehendit dantem consilium, ita Bartol. ibi, & Bartol. ibi refert & sequitur Angel. in glossa. Andream auxiliatorem. columna prima, in fin. & prima sequent. & ibi latè maximè in apostillis. Quod aduocatus & causidicus possunt patrocinari pro bannitis pro obediēda iustitia & gratia, quia officium aduocati & causidici est publicum. Et quod consilium siue persuasio sit latè

fit latè & largè auxilium, vide latè & per fundamenta iuris Salicet. in lege vnica. C. de raptor. virgin. in versiculo, ex sexta parte. & est prima quæstio quam tangit ibi, & in effectu fundat se super iuribus Bartol. & hanc opinio. etiam tenet Angel. in gloss. dicto maleficio semper afficit. columna penultima, versicul. an autem quis persuadens, & ibi vide in apostillis alias auctoritates. Nec dicta Bartol. in lege qui seruos. §. fin. in fin. obstant, dum dicit quod si in inquisitione dicitur de consilio puniatur de auxilio, licet non sit dictū, vt habilius prædicta possent committi, quia non vult propter hoc, vt proprie consilium sit auxilium ipsi homicid. Et licet velit vt puniatur, non vult vt puniatur de auxilio verè, sed de consilio si interuenit. Et tunc verum est, quod erit punitus de auxilio saltem largè, vt latè per Cepol. consil. j. columna penultima, & vltim. & Angel. in dicta gloss. dicto maleficio semper afficit. columna secunda, versicul. aduertat tamen. De præstatis auxiliis ad homicidia, & alia delicta tempore delicti, & post, ponit Felin. in dicto c. sicut dignum. col. ij. de homicid. & in dicta capitul. j. de offi. delega. col. antepenult. & dixi supra titu. precedenti. versicul. quæro quia pena latè declarando etiam decretum huius domini in hac materia conditum quod tamè postea reformatum fuit.

Tit. de Furtis.

S V M M A E.

- 1. Avaritia est radix omnium malorum.
- 2. Furtum quomodo probetur.
- 3. Palam & bona fide rem accipiens non dicitur furtum committere.
- 4. Fur dicitur qui palam furatur, sed non dicitur manifestus nisi secuta post eum deprehensione, vel acclamatione.
- 5. Rapina committitur quando vis adhibetur, vel rapiens paratus est vim adhibere.
- 6. Furtum non committitur quando quis rapit rem quam putat sibi debitam, licet puniatur, quia propria autoritate facit.
- 7. Furtum non committitur quando quis non habuit animum furandi.
- 8. Furandi animus presumitur fuisse in dubio vbi non appareat causa in contrarium.
- 9. Furtum an committitur quando res capitur que reperitur in platea, vel habetur pro derelicta, vel quam quis fateatur furto subtraxisse cum tamen sua esset.
- 10. Fur an liberetur quod dominus rei subtraxit venit ad iudicium & dicit factum fuisse volente.
- 11. Confessio quod res fuerit sublata se volente facta reo absente an illi prodest.
- 12. Iusta causa credulitatis quod res sit sua, an excuset a furto.
- 13. Conclusam actione furti qualis esse debeat.
- 14. Furti accusatio an procedat non expressis rebus, & quid si exprimat estimatio rei.
- 15. Furti alibi commissa & punita grauant etiam hic commissa.
- 16. Statutum vt quis pro tribus furtis suspēndatur qualiter intelligatur, & quando dicantur tria furtis.
- 17. Confessus se fuisse plura furtis diuersis temporibus intelligitur continuis.
- 18. Fur Lugdunensis Mediolani reperiens cum rem subtraxit, potest Mediolani puniri.
- 19. Iudex maleficiorum potest cognoscere de rebus subtrahis in consequentiam.
- 20. Legatus captus & spoliatus in itinere an recuperet damna

- principe eum mittente.
- 21. Furti rei hereditaria dicitur furti largo modo, nō proprie.
- 22. Furtum dicitur rei mobilis, non autem immobilis.
- 23. Statutum loquens in furto habet locum tam in crimine expilatae hereditatis, quā in rerum amotarum.
- 24. Furti domestica quomodopuniantur, & quid in furto domestico paruo vel magno.
- 25. Statutum de furto alterius penam iuris communis non habet locum in furto domestico, licet aliter sit seruatum.
- 26. Furti domestici iterati causa quomodo procedatur.
- 27. Furti domestici magni causa contra uxorem vel filium agi nō potest, licet iudex per inquisitionem procedere possit, & eos punire.
- 28. Suspēdi an quis possit pro tribus furtis domesticis.
- 29. Statutum dicens, si quis fur, an comprehendat feminam.
- 30. Furtis pena iure digestorum erat dupli vel quadrupli, & parti applicatur, de iure C. & atheni. est criminalis & fisco applicatur.
- 31. Poena corporalis in fure nec iure digestorum, nec athen. erat inuenta.
- 32. Poena furtis & Mediolani, & alibi per statuta est imposta.
- 33. Fur famosus quis, & quomodo puniatur per statutum Mediolani.
- 34. Fur deprehensus antequā incipiat contrahere punitur extra ordinariè.
- 35. Fur famosus & latro famosus differunt.
- 36. Fur famosus dicitur ex eo solum quod sit damnatus de furto vel rapina & sic post sententiam.
- 37. Agi potest criminaliter & civiliter pro quolibet delicto & priuato & publico.
- 38. Delictorum tam publicorum quā priuatoꝝ materia.
- 39. Fur pecunie principis vel rerum ecclesie, aut religioꝝarum tenetur lege iusta peculatus.
- 40. Abigeus quis.
- 41. Poena l. iulie de rebus tenetur qui retinet id quod superest illi ex pecunia ad usum publicum destinata.
- 42. Plagiarius dicitur subtrahens seruos vel filios seruatorum.
- 43. Fur si dicat quod accepit animo restituendi an excusetur.
- 44. Fur dicitur qui subtrahit non solum domino, sed etiam ei qui habet simplicem detentionem.
- 45. Depositarius per negationem solam rei depositæ dicitur furtum committere.
- 46. Contractatio rei siue verè siue ex interpretatione fiat committitur furtum.
- 47. Furti excusari non potest, vel saltem magnam presumptionē contra se habet qui primo negauit depositum, & postea dicit se non contraxisse animo furandi.
- 48. Furtum vel fur quomodo inueniatur.
- 49. Fur licet patiatur penam furtis, vt quia sustinetur, tamen non dimittitur nisi rem subtraham restituat.
- 50. Furto subtraham rem emens licet regulariter debeat sine pretio eam restituere, tamè aliqui sunt casus quibus debet habere pretium.
- 51. Emens rem ab hostibus per eos subtraham quando possit eam sine pretio habere secundum decreta Mediolani.
- 52. Furtum propter necessitatem quando sit licitum.
- 53. Furto subtrahens instrumentum comprehenditur in statuto dicente, si quis furtum fecerit rei ascendenti.
- 54. Furto subtrahens testamentum incidit in falsum.
- 55. Furto per famulum commissio tenetur dominus quando deliquit in officio sibi per eum commissio, secus si extra illud deliquerit.
- 56. Dominus per exhibitionem famuli qui furtum commiserit liberatur, si exerceat officium publicum, secus si priuatum, vt casus.
- 57. Officialis in principio officij promittens communitati pro debi

- per eius familiam contrahendis, & si postea proclamari sciat, ut nemo cum eis contrahat non liberatur.
- 38 Pax facta per offensum an impedit quominus sifcus possit procedere etiam in furto de iure communi, licet propter statutum Mediolani non possit.
- 39 Furtum non dicitur publicum crimen etiam si quis furcis pro illo suspendatur.
- 60 Furtum enorme dicitur etiam si sit modicum quando tamen ex eo tumultus sequitur.
- 61 Pax sicut prodest in secundo furto ex forma statuti Mediolani, ita etiam in primo ex consuetudine.
- 62 Furti presumptio an oritur contra cautionem quando hippo per a deposit. a fuit apud eum & restituitur resignata.
- 63 Fur quomodo inueniatur, & de indicis contra furem.
- 64 Furti facti nemo possit torqueri si suspicio est contra eos & male audiant.
- 65 Furtum confessus potest interrogari de alijs furtis etiam in toritura.
- 66 Furtum an possit probari per probationes minus idoneas ex aliquo speciali.
- 67 Furtorum materia ubi & per quos tractetur.
- 68 Furta aliqua legum conditoribus speciali animaduersione digna visa sunt, & propterea etiam tituli particulares de illis facti sunt.

Tit. de Furtis.



REVENS est hæc materia furtorum propter effraquantatua ritiam, quæ est radix omnium malorum. s. considerauimus. columnam tertiam in authent. ut iudi sine quoquo suffrag. ca. bonorum. xl. distinet, & in proemio decre. sed quia est vulgarissimum, ideo sine ordine addedo iam dictis rem ipsam percurram, & quoniam de furto in primis constare debet, ut dixi in principio operis. Practica est vt querela partis hoc solum demonstrat iure tamen datur modus probandi furtum per d. Bar. in l. si quis ex argentiariis. s. prator ait. ff. de ede. vbi Bar. non loquitur de indicis contra furem, sed de probando ipso furto: nam ibi quis se defendebat per amissionem rei, dicendo quod erat sibi subtracta, nec habebat necesse probare contra furem, sed tantum fuisse sibi rem subtractam, & sic factum furtum, & ponit aliquos modos, qui proprie tendunt ad probationem furti & delicti in genere, & inter eos quando famulus au fugit, quia fuga in genere etiam alterius qui non sit famulus, facit indicium contra furem, vt dixi supra in materia torturæ, & ideo casus fugæ famuli non fuit positus ad alium finem nisi ad ostendendum non solum delinquentem, sed etiam delictum quæ simul ostendit, licet non ita sit in alijs modis ibi dictis, & eandem considerationem etiam habuit Bart. in l. si quando. in fi. C. vnde vi. Nam ibi non tractatur de puniendo fure, sed alio propter ipsum delictum, & ideo tradit modum probandi furtum, & propterea illa exempla tendunt ad hoc non ad indicium contra furem, & aduerte, quia etiam Barto. in d. s. prator ait. sentit vt deberet consistere de rebus, ibi, si verò probatur rem, & cita etiam Bart. in d. l. si quando. in fin. nq. tamen requiritur probatio quantitatis explicitæ, sed sufficit iuramentum secundum materiam d. l. si quando, & c. si. quod met. cau. nisi quæ contra tertium, vt per Bartol. in dicta l. si quando. columna fi. & alios ibidem. & in capit. fin. Iure tamen hæc probatio delicti non sufficit in criminalibus, vbi

possit haberi plenior probatio, vt dixi in eo principio operis. Et adde quod dicit Iason in dicto s. prator ait. quod per acclamationem. *Da alla latri.* non probatur furtum. Et quia furtum a furto, id est nigro, dicitur propterea quod clum, & obscurè, & plerumque noctu fit, & dicitur contractatio fraudulenta, & c. vt in l. prima, in princip. & s. fin. ff. de furt. Ideo scias quod qui palam & bona fide accipit, & non animo contractandi in hoc crimen non incidit. Bal. in quarto volumi. consilio cc. clxxij. & quinto volumine, consilio xcix. circa fin. & quando dicitur palam fieri, & quando occultè, vide Felin. in capitu. consulti. de offic. delegat. in verbo, occultum. columna fin. & in capitu. porro. de senten. excommunicata. in verbo, item instrumentum occultè. circa finem. & text. in l. fin. ff. de ritu nupt. qui dicit minorem suspensionem resultare quando fit palam, quam quando fit occultè. per Barbat. consil. xlvij. xv. columna, in primo volumi. & eodem volumine, consilio xlv. col. vii. videtur tamen posse fieri furtum palam. l. ij. & tribus sequentibus. ff. de furt. & per Ias. in l. j. in prin. colum. iij. ff. de acquir. possessio. quæ conclusio magis ostenditur ex diffinitione furti, quam ex dictis quatuor legibus, & notat. in capitulo primo de presumptionibus. Nisi vt dixi etiam bona fide fieret, & quod aliquis sit fur, licet palam furetur, & omnibus videtur quamuis non possit dici manifestus, nisi secuta deprehensione, vel acclamatione post eum, dicit Bartol. in l. si vendidero. s. cum raptor. ff. de furtis. & pater quia etiam in rapina, qua, vt dixi, ex sui natura fit aperte inest furtum. In l. i. vi. bonorum raptorum. in princ. & per hos terminos ambulat Bartol. vbi supra. Rapina tamen fit ex sui natura palam & vi, & etiam sine vi, vbi tamen eam committentes sint parati vim inferre. Alexand. consil. c. iij. columna tertia, volum. j. Et quando fit furtum gratia crediti sui, an talis puniatur de furto, & an possit se excusare, ex contractu procedenti, à quo habuit originem maxime stante decreto Mediolani, quando res habet originem à contractu quod non possit procedi criminaliter, vide Cepol. consil. xxvj. columna tertia & sequen. & est illud vulgatum consilium Beneuente, & per Roman. consilio cxliij. & dic. vt supra dixi super decreto quando res habet originem à contractu. Non enim est furtum quod quis rapit rem, quam putat sibi debitam. in l. i. vi. bo. rap. s. quia tamè. punitur tamè quia propria auctoritate facit, vt ibi. s. sequè. est text. in l. pe. & fi. C. ad leg. Jul. de vi pub. & prima. vbi dicitur q. punitur illa l. & vt dixi vide vbi supra, & maxime an possit procedi criminaliter stante allegato decreto. Et consilium allegatum Beneuente est etiam inter consilia Alexandri in primo volumi. consilio cxxxv. Et adde, quod quando quis non capit animo furandi, nō committit furtum, & si illicite faciat, per text. in lege si quis vxori. s. si quis asinam. ff. de furt. & Alexan. in dicto consilio, colum. iij. & Roman. consil. cl. & vbi sumus in dubio an habuerit animum furandi, vel non, vt quando furatur re comunem, tunc presumitur fecisse ratione partis suæ tantum, & sic non est furtum, textus est vulgarissimus in l. meritò. ff. pro socio. sed si constat contrarium, est furtum. l. si socius communis rei. ff. de furt. & ita Alex. consilio cxxxvij. colum. penultim. & vltima, volu. iij. Vltra quem circa dictam l. si socius communis rei. vide ibi Bar. & Ange. in institut. de obligatio. quæ ex delicto nascunt. s. primo, columna secunda. Animus tamen surandi requiritur, qui presumitur, vbi non appareat causa in contrarium, iuxta notata in l. dolum. C. de dolo. & in l. prima, C. de scar. sed an requiratur vt à prin-

vt à principio fuerit, an etiam sufficiat vt superueniat vide in hoc casum leg. in l. Pōponius. in fi. ff. de acquir. rerum domin. quando reperitur res in platea, & capitur, an sit furtum? vide l. fallus. s. qui alienum. ff. de furtis. & ibi Bartol. & Felin. in capitulo. cum dilecti. colum. viij. de accusatio. versicul. in gloss. in verbo, dilapidatione. Et quid in re, quæ habetur pro derelicta? vide Roman. consilio cccxc. Et an possit dici furtum in re, quæ quis fatetur furto subtraxisse, vbi appareat, quod sua esset? vide Roman. consilio cxliij. Et quid quando dominus rei subtractæ dicit factum eo volente, an fur liberetur? vide Barto. in l. inter omnes. s. re. de ff. de furt. Felin. in capitu. nulli. columna secunda, versicul. item in quantum. de accusatio. Alexand. in secundo volumi. consil. xxiiij. colum. vij. Et an talis confessio facta reo absente prosit sibi? vide Alexand. in dicto consilio, colum. penultim. & vide Felin. in capitu. primo de presumpcio. colum. fin. Et generaliter an ista causa credulitatis, quod res esset sua, vel quia putaret dominum permittitur, excuset à furto? vide Bar. in dicto s. redde. & Bald. in iij. volumini. consil. cccxlv. & Aretin. in capitu. primo, colum. iij. de accus. vbi tenet contra Bartol. & Felin. in capitu. inquisitionis. s. quæ si iusti. colum. iij. de accus. & in capitu. secundo, colum. nau. versicul. in ea gloss. de calum. & Iaso. in l. quidam cum filium. ff. de verborum obligation. num. 11. Qualiter tamen concludi debeat in actione furti vide Ange. Aret. in verbo, vestem caelestem. & vbi supra. An procedat accusatio furti, non expressis verbis, & quid si exprimatut estimatio, & non res, & quid si dicatur tantæ estimatiois, saluo errore calculi? vide Bald. secundo volumi. consilio cccxxvij. col. iij. & qualis hoc casu debeat esse probatio pretij ipsius rei furto subtractæ, & qualiter exprimi debeat pretium in inquisitione, & an etiam debeat in specie poni, quod ille, cui factum est furtum, esset dominus rei illius? vide Socin. consilio viij. Furta talibi commissa & punita an grauent quæ hic commissa fuerint? vide Barto. in l. si cui. s. fin. in fi. ff. de accusat. Barbat. in ca. postulasti. in xxxj. colum. & in c. fi. de for. compe. Ias. in l. si idem cum eodem. col. ij. ff. de iur. om. iud. Aretin. tamen dubitat de decisione Bartol. vbi supra, per illum textum in fin. qui text. tamen non videtur bene probare eius intentionem, quia non est bona consequentia, talis debet legitima pœna puniri propter vltimum delictum, ergo non grauat propter præcedentia delicta: quia si conceditur delictum grauatum, licet imponatur grauior pœna, tamen illa censetur legitima: quia nihil est quod repugnet, cum delictum etiam sit grauatum, & vide Felin. in capitu. sicut colum. ij. de testi. vide etiam Aretin. in dicta gl. vestem caelestem. col. iij. Bald. quinto volumi. consil. cccxlvij. & Aretin. omnino consil. cxliij. col. ij. Roman. singul. consilio cccxxvj. col. j. & ij. Statutum tamen pro tribus furtis quis sit suspendendus quomodo debeat intelligi, & qualiter dicantur tria furta? vide Bald. quinto volumi. consil. cccxlvij. & consil. cccxlvij. & not. Socin. consilio xxxij. colum. iij. versus fin. Hoc statutum est hic Mediolani, & ferè in omni parte, & an vnum magnum æquiparetur tribus? vide Iason. in l. j. C. de preci. Imper. offer. & in l. cum seruus. C. de confid. cau. data. Et quando fur fatetur fecisse plura furta diuersis temporibus, intelligitur continuatis, ita vt nō censentur plura furta. Ias. in l. fructus. ff. soluto matri.

comunitatem cum Bartol. in s. ista iura puniuntur notabili tertio, de pace iuramento firmand. vbi Afflicus ferè facit tractatum in hac materia furtorum, & Firmian. in verbo, fur contractas. dicit, quod opinio Bartoli seruatur in vsu veritas tamen est contra Bartol. vt colligitur ex amplissimis dictis per Augusti. de Atina. ad Arc. in gloss. vellem caelestem. qui copiosius loquitur quam alius, quem viderim in hoc articulo: imò hodie communis est opinio: Bartol. vt etiam attestatur Cepol. qui sequitur eandem opinionem in consil. lix. columna penultim. & fin. & ita feci diuersis vicibus seruati in Senatu. Et hanc opinionem etiam sequitur Alexand. in dicta l. si dominium. addens, quod tamen possit puniri criminis stellationatus, tanquam celans rem alienam. Qui tamen sequerentur opin. Bartol. excusati essent in syn. dieatu, vt voluit Doctor. vbi supra. Et contra Bartol. etiam tenet Hippoly. in suo repert. l. fin. ff. de iur. omn. iudicium. ad fin. An fur de malefactorum possit cognoscere de rebus subtractis in consequentiam? Dic posse, licet non principaliter. in interdum. s. qui furem. & ibi Bartol. ff. de fur. Iaso. in l. j. col. iij. ff. de offic. eius. Felin. in capitu. cum oporteat. columna penultima in principio. de accusa. & in c. Postulasti. de iudicis. & Angel. in dicta gloss. columna septima, & Bartol. consilio cxvij. & Paul. consil. cccxlvj. in nouis, in princip. & ibi in additionibus ad Angel. & vide etiam Socin. consil. lxxj. circa ca. fin. Et an legatus captus & spoliatus in itinere reciperet damna à domino eum mittente? vide Bartol. in l. si seruus. s. quod verò. ff. de furtis. Felin. in capitu. fin. de testibus. columna secunda, & Lauden. in tractatu de princip. titulo, de legat. conclusione sexta. An rei hereditaria committatur furtum? Dic non committi. lege hereditaria. ff. de furtis. & ibi Bart. ponit rationem, aliam ponit Iason in lege prima, columna tertia. C. de seruis fugi. & aliam Aretin. in institut. de obligatio. quæ ex quasi delicto nascuntur. s. primo, columna secunda, vbi impugnat rationem Barto. Est enim crimine expilata hereditatis, toto titulo. ff. & C. de crimine expilata hereditatis. & dicitur furtum largo modo, & appellatur furtum magis improbum ad differentiam furti simplicis: sed rapina est improbissimum. gloss. est notabilis, quam Bartol. ibi multum commendat, in l. si te. in glossa secunda, in fine. C. de infamibus. Et tradit furtum in re mobili, non in immobili. Iason in lege rem, quæ nobis. ff. de acquir. possessio. numero 16. & 17. & in lege naturaliter. s. nihil commune, eodem titulo, numero sexto. Et an statutum loquens de furto habeat locum in hoc crimine, & in crimine rerum amotarum? Vide Ange. in dicta glossa, columna final. versicul. & predicta non procedunt: & ibi in apóst. & licet diuersitatem horum terminorum inter, dum allegauerim ad defensionem, tamen nunquam fui auditus, pro furibus. vide consilium Cepol. lxxij. in contrarium vide Cepol. consilio sexagesimo octauo, columna secunda, qui tamen nihil facit, si bene vides: vt eumque sit, iudices non curant has subtilitates, postquam maiora sunt delicta: Sicut etiam esset, si tractaretur, an rapina comprehendatur in statuto de furto loquente, iuxta notata per Iason. in l. rem. quæ nobis. col. j. ff. de acquir. possessio. & per Ripam ibidem.

dicam tamen in titul. de pœn. infra. An furta domestica puniantur, sicut alia? vide text. in l. respiciendum. s. furta domestica. ff. de pœn. vbi pro leuioribus nō potest agi criminaliter, sed in furto magno est aliud, vt ibi, & per Cepol. consil. xxvj. & Ang. in dicta gloss. & statutum de furto alterans pœnam iuris communis non habet locum in furto domestico etiam magno. Cepol. consil.

consi. ult. col. vlti. Quod senatus superiori anno non servauit, dicens grauiora esse hęc delicta propter fidē, quā habetur talibus personis ab eorum dominis, de iure potest etiam procedi pro tali furto iterato. Bal. & ibi Alex. in l. apud antiquos in h. C. de furt. & limitatur etiam vt per Bart. in l. si quis vxoris in princ. ff. de furt. & aliis modis, vt per Ang. in gloss. in termino defensionis, col. ix. & ibi tangit limitationem Bald. supra proxime relatum in l. apud antiquos. & Ange. in §. sup. autem. instiu. de hered. qual. & differ. & Cepol. consil. ij. & consilio lxxij. col. si. & in authen. sed nouo iure. col. x. & h. C. de ser. fug. & xvj. & sequē. col. Barbat. consil. xj. col. vij. ad si. vol. ij. & consil. xvij. col. xix. vol. ij. & Cepol. consil. xxvj. col. iij. & vide Alexan. consil. 27 cxxxv. col. ij. Sed. tamen aduerte, quia sunt multe personæ, contra quas etiam pro magno furto domestico non potest agi furti, vt quando vxor furatur cōstante matrimonio, vel filius patris, vel seruus domino. l. j. ff. rer. amot. & l. serui & filij in princ. ff. de furt. tamē iudex ipse potest procedere per inquisitionem, & eos punire. Bart. in d. l. j. & Ang. in §. hi qui de obli. que ex delicto nascun. Et de furto vxoris facto marito, vide etiam Ancha, consil. ccccix. & Ange. vbi supra, 23 col. iij. Et tan pro tribus furtis domesticis quis sit suspēdendus? Vide Bal. in l. penult. in si. ff. de fur. Alex. 29 consil. cx. vol. ij. in h. Et tan statutum loquens per hęc verba, Si quis fur comprehēdat feminam? vide Alex. 30 consil. cxxxv. col. iij. vol. ij. Et scias, quod dicitur pro furto imponitur sine dubio, secundum iura Codicis & nouissima, pœna criminalis, vt in t. c. de fur. & in authen. sed nouo iure. C. de ser. fug. Secundum iura Digestorum reperitur pœna dupli vel quadrupli, quę nō applicatur fisco, sed parti: quia ad id agitur ciuilit. §. ex maleficiis. §. omnes. cum seq. in tit. de acti. & omne id pœna est, quia non inest rei persecutio. d. §. ex maleficiis. vbi Ias. not. queq. vide, & est primum not. Ang. tamen in glo. vlt. in c. l. e. col. ij. dicit, quod imponitur pœna criminalis allegat l. fin. ff. de furtis. vnde dicit pro quolibet delicto posse agi ciuilit. & criminaliter, vt ibi & idem Bart. in l. fin. ff. de pri. deli. Sed intel. lge. d. l. fin. in pœna pecuniaria applicada fisco, ne etiā 31 contradicat auth. sed nouo iure. secundum quā pœna corporalis nō erat inuenta iure Digest. & ita Rom. consil. clj. incipien. præfens consultatio vide, tamen la. rjus de materia in d. authen. maximē per Cepol. & in 32 apost. ad Ange. in d. gloss. col. ij. Et quia statuta hic & alibi in hac materia furtori, quę, vt dixi in principio, sunt frequētia, clarē loquuntur de pœnis furum, ideo non in isto vlt. rjus; Si tamen aues hęc scire, vide vltra Cepol. vbi supra, Iaso. in l. cum seruus. col. pen. & si. ff. de condic. ob cau. & ibi quid etiam de iure famoso, de quo per Alex. consilio cvij. col. ij. vol. ij. Fulgo. consil. cxlix. col. iij. & plenius consil. clvij. Aluar. omnino. §. j. §. publici latrones, de pace ten. vbi etiā Afflic. & vide Bald. secundo volu. consil. lxxij. & dixi supra in materia inquisitionis, dum de fama & infamia loquutus sum. & ibi etiam declarauit, quomodo intelligatur statutum nostrum disponens vt famosi latrones furcis suspendantur, & quid sit probandū ad hoc vt quis comprehendatur in eo statuto: ibi etiam dixi, an sola infamia in genere sit sufficiens ad iustificandā sententiā illorum, quia ita facile id iudicant, q. talis, ex quo est valde diffamatus, transmittendus sit ad triremes. Addo, quod fur deprehensus antequam incipiat contrectare, punitur extraordinariē, vt per Ias. in l. possideri. §. si re. ff. de acqui. poss. Addo, etiam quod differentia est inter fures famosos, & latrones famo-

36 sos, vt per Ias. in §. ex maleficiis. colum. prim. in titu. de actio. Et dicuntur famosi ex eo solum, quod sunt damnati de furto, vel rapina post sententiā, Alberic. in l. facit legij. §. si quis. ff. ad leg. Iuliam pecu. illa tamen regula Angel. est omnino notab. quod pro quolibet delicto potest agi criminaliter, & ciuilit. & quando est publicum principis, vel res publicæ, vt quia est tex. melior aliis in l. citatio. §. quod illicite. ff. de public. De qua etiam materia tam priuatorum delictorum, quam publicorum, vide etiam per eundem Ange. in gloss. necnon ad querelam. vers. scilicet. quare an quilibet possit de crimine accusare. & dixi supra sub rubr. quomodo procedatur per actionē in delictis in princip. & in fin. Adde ad pœnam furis, quod dicitur furatur pecuniam principis, vel res ecclesiasticas, vt calices, vel res religiosas, vt ornamenta sepulchrorum, incidit in legem Iuliam pecul. & capitalem. §. lex Iulia peculatus. in l. de publi. iudic. & de subtrahente pecuniam principis vel re publica, vide Cepol. consil. xl. & de subtrahente res sacrās, dicam infra in rub. de sacrileg. Adde 40 etiam, quod fur qui furatur pecudes ē pascuis, nō solum est fur, sed abigeus, & punitur etiam capitali pœna. l. j. in princip. & §. quantum. & §. seq. ff. de abige. 41 & de hoc vide in titu. ff. & C. eod. Ille etiam, qui ex pecunia eroganda in vsum publicum retinet ad vsum proprium quod superest, incidit in crimen de re fiduis, & maximam pœnam patitur. §. sunt preterea. in tit. de pub. iud. quod sepe contingit in quæstoribus militum propter facilitatem fraudū quę committi pnt, qñ recensentur milites, vt stipendia illis exsoluantur. Et 42 de subtrahente reos vel filios aliorum vide in titu. de plagiaris, quos sic lex appellat, vt infra dicā. Quā do fur dicit, Accepianomo restituendi, quid iuris sit? vide Cepol. consil. xl. dicitur autem in diffinitione furti, quod est contrectatio rei alienæ, & c. Et licet de iure 44 sufficiat, quod agēs furti habeat dominium, vel possessionem, vel vsum fructum, vel detentionem, vt per Hostien. in summa de fur. & Azo. similiter in summa sua super articulo, cui dicitur actio. & Arcti. in dicta gl. columna septima. & probat tex. in l. cuius. & l. sequen. ff. de fur. Tamen scias, quod qui detinet vel detentat, dicitur etiam habere dominium, vt subtiliter ponit Bart. in l. si quis vi. §. differentia. ff. de acqui. possessio. & ita sustinetur proprietas genitui, rei alienæ, iuxta nō in r. ff. de no. ope. nū. Et dum dicitur in diffinitione, 45 quod dicitur furtum est contrectatio, & c. id est, motio de loco ad locum: ex hoc inferri videtur, quod licet depositarius simpliciter neget depositum, tamen quia nō sit contrectatio, inficiando nō committit furtum. l. inficiando. in princip. ff. de furt. & ideo cautela est ad effugiendam hanc difficultatem, vt deponens prober rem depositam, fuisse positam in tali loco, & deinde imploret officium iudicis ad perquirendum an fuerit amota res. Sed tamen dic, quod per solam negationem rei depositæ & petitiæ interuenit possessio, & interuenit contrectatio, & oritur consequenter furtum. iste est text. in terminis in lege Pōponius. in si. ff. de acqui. rerum dominio. & ita latē Alexand. ponderans hunc text. in lege tertia. §. si rem. colum. prima & princip. sequent. ff. de acquirend. possessio. & ad l. inficiando est respondendum, vel quod tantum habuit in animo depositarius negationem, vel etiam quod negauit nō petita re, vt etiam dicit gloss. in dicta lege Pōponius. & ita etiam voluit dicere Par. de Pur. in tract. suo char. 91. colum. tercia, versiculo an in causa pecuniaria. vbi in colum. sequent. in princip. dicit expressē, q. negans depositum committit furtum. Et vide etiam Alexand.

Alexand. in l. rem, quę nobis. ff. de acqui. posses. & 46 per Ias. ibi, & in d. §. si rem. & non refert, an contrectatio fiat verē, vel ex interpretatione. l. falsus. §. si is. ff. de furtis. Angel. in gloss. vbi supra: cautela tamē prædicta tollit omnes difficultates. Excusans se, quod non contrectauit animo furandi, si tamen prius negasset depositum non aud. retur, vel saltem esset magna præsumptio contra eum, vt per Cepol. consil. xxvj. col. iij. in fin. versic. item quod fuerit, quod not. ad id, quod dixi in versic. & quid quando dominus, & in versic. & generaliter, an iusta causa. & in versic. 48 culo, & quando sit furtum gratia crediti. Modum finueniendi furtum & furem, quando suspicor, quod res subtrahita sit in domo alicuius, vide in r. p. r. t. o. r. i. o. Hip. pol. in l. j. in prin. char. 3. colum. j. ff. de qua. l. & per Firmian. in verbo, furtum circa fi. & lac. de sancto Geor. 49 gio in l. requirēdi. C. de ser. fugi. Furti licet patiatur pœnam furti, & fugietur, tamen non dimittitur ē carceribus, nisi facta restitutione, vel solutione. Bal. in l. quod evitandi. in fine. C. de condic. ob turp. caus. & ij. vol. consil. ccccxcv. & dixi supra de carcerato sub fideiussore dimittēdo. Licet tamen emens rem furtiuam teneatur restituere sine pretio. l. ij. cum similibus. C. de furt. tamen fallit, quando illam emit animo restituendi domino, & vt gereret negotium eius, facta de hoc protestatione. Cepol. post Hostien. cautel. xxv. si quis emit. vbi dat etiā aliam limitationem, quando quis emit ad latrunculis vel hostibus: quia hoc casu etiā debet dari pretium. l. mulier in opus. ff. de cap. Et dictam cautelam Cepol. sequitur Ias. in l. si pretium. C. de procura. sed eam non puto veram in prima parte, dum loquitur de protestatione: quia cum tali protestatione esset auferte liberam rei vendicationem, quę domino competit, contra reg. id quod nostrum est. ff. de regul. iur. imō arguit protestatio hęc dolum in emptore, qui præsumitur ex coniecturis, secundum gloss. & Bar. in l. inciuilem. C. de fur. quia videtur nimia diligentia, quia vltus est emptor, iuxta gloss. in l. si quis sub conditione. ff. de condit. instit. & tunc emptor tenetur furti. d. l. inciuilem. & si aliter diceremus, esset aperta via evitandi euictiones. Et facit regula, cum quid vno modo prohibetur, & c. ff. de regul. iuris. Sed quamuis sit vera Cepollæ opinio, tamen debuit esse facta publice talis protestatio: ipse dicit per textum in cap. v. nostrum. §. fin. de electio. & l. non existimo. ff. de administ. rur. Ista duo iura allegat Hostien. ex quibus Hostien. mens fuit, vt talis protestatio debeat publicari solenniter. Illud enim est publicum, quod omnibus patet, text. & ibi Bart. in l. j. §. pen. ff. de suspect. tur. & dicitur publicum quasi populice. Felin. in ca. exceptionem. col. penult. de excep. & ibi constituit differentiam inter verbum, palam, & publice: quia palam dicitur fieri, quod sit coram duobus vel tribus, non autem publice. & in hoc consistit tota vis decisionis Hostien. quam nō bene gustauit Cepol. & ad hoc adduco text. apertum in l. falsus. §. qui alienum. ff. de furt. vbi loquitur de illo, qui inuenit rem, quam scit non esse derelictam: & dicit, quod si vult curare suspicionem furti, debet protestari se facere vt restituat: & intelligitur per eridas & proclamata: ista gloss. in c. quia frustra. de vfu: & Felin. in c. cum delictis. col. vij. de acqui. sar. Aliam notā limitationem ponit Afflic. ad cautelam Cepol. & dictā Hostien. in r. receptoribus. col. ij. de pace iuramen. firm. vbi vide omnino. Et circa istos emptores rerum subtraharum adest decretum in hoc dominio Mediolani disponens, quod quādo quis emit ab hostibus, qui rem retinuerunt per

vnam noctem, repeti non potest res ipsa: sed si à subdito ignoranter repeti potest, sed restituito pretio, nisi dolose empta fuerit: quo casu debet restitui etiam sine pretio. Et vide Alciat. in tracta. præsumpt. regu. iij. præsumpt. xxix. nu. 2. vbi pariter tenet contra dictam cautelam Cepol. & ibi latē, an & quando emens teneatur ad pretium. Propter necessitatem t. licitum est furtum, non fornicatio, tex. & ibi glo. in cap. iij. de furt. & facit text. in l. ij. §. cum eadem. ff. ad leg. Rhod. de iactu. cumulat ad hoc multa similia Felin. in cap. querelam. in penult. & vlt. col. de iureiuram. & in cap. eum accessissent. col. ix. de consti. & Ias. in l. principalibus. col. iij. ff. si cer. pe. & sicut magna necessitas operatur, ita magna utilitas. Felin. in cap. cum super. in prin. de test. cog. Statutum, si quis furtum fecerit rei ascendentes, & c. an comprehendat eum, qui furatur instrumentum? non dubitō quin eum comprehendat. l. qui tabulas. in princ. & per totum cum quinque seq. & in l. eum, qui emit. §. si. ff. de fur. quę iura iunge cum l. j. ff. de fur. ibi, rei alienæ. ex his est furtum, & in his legibus etiam non habetur consideratio ad materiam, id est, ad chartam seu membram nam, sed ad interesse partis: imō etiam talis incurrit in falsum, si est instrumentum testamenti. l. Paulus. vbi Bar. ff. de fals. non habita ratione chartæ, sed interesse partis, & vide Ias. in l. sub prætextu. C. de tran. fac. nu. 6. Furtum si fiat à famulo, an dominus teneatur? Vide Bart. in l. j. §. familie. ff. de public. & sic de aliis delictis, vbi dicit, quod aut in officio in quo est præpositus illud facit, & tenetur dominus: aut extra officium, & non tenetur: vbi subdit, quod tamen dominus liberatur per famuli exhibitionem; & declarat quomodo probetur quem esse famulum, & etiam quod esset præpositus alicui officio, in qua materia vide latissime Felin. in cap. Petrus. extra. de homicid. 56 & ibi inter cetera dicitur, quod per exhibitionem bene liberantur domini habentes officium publicum, non priuatum prout essent nauæ & tabernarij, quia tales non liberarentur hoc modo, sed esset in electione passi damnum, contra quem vellet experiri: & satis etiam hoc vult Bart. vbi supra, quia id quod dicit de exhibitione, ponit ad limitationem officialium, qui tenentur pro familia, sed liberantur per eius exhibitionem. & vltra Felinum in dicto cap. vido in hac materia eundem in cap. nulli. cap. penult. de accusa. Roman. consil. xv. Barbat. consil. xvij. col. iij. & sequen. volum. ij. Roman. consil. ccccxxvij. in secundo dubio & sequen. Imol. consil. l. j. in fin. Alex. in l. j. ff. ne quis eum, qui Marti. in tractatu de princip. in titu. de milite. conclus. fin. Roman. consil. ccccxxxij. in fin. Angel. consil. ccccxxvij. Anañ. consil. ij. col. j. & ij. & consilio ccccxxvij. in fin. & consilio ccccxxxv. ibi plenē Socin. consilio cccxliij. col. ij. Cora. j. volum. consil. xl. col. j. in fin. & sequen. & col. penult. & sequen. & vide quę dicam infra in titulo furti aduersus nauas, cauponas, stabularios. Quæro, quid si officialis promittat in principio officij communitati pro debitis contrahendis per eius familiam, postea proclamari faciat, vt nemo contrahat cum eis, an excusetur? Vide Socin. tenentem non excusari, consilio 58 cvij. col. fin. Et quia Mediolani habemus statutum, quo cauetur, vt pax eximat furem à pœna secundi furti: quod etiam ex interpretatione in primo furto procedit, vt infra dicam. Quæro quid operetur de iure pax in furtis, & aliis delictis? Ad quod vide gl. Bart. & Doctores, in l. transigere. C. de transactio. Nam furtum est transigere vel pacisci regulariter in omni

crimine tum priuato, quam publico, vbi ingeritur pena sanguinis. d. l. transigere. que transactio operatur inter alia, vt accusator amplius non audiatu- volens iterum accusare de eodem crimine, secundum Bart. in l. si maritus, §. si negauerit. ff. de adulter. Audiri tamen alius ex nouo processu, & similiter iudex ipse denuo potest inquirere. Ita Ias. in dicta l. transigere. in primo notabili. & Felin. in cap. de his. col. ij. versic. secundum limita. de accusat. vnde effectus transactionis licite est, quod retardatur processus. Et hoc, quod alius possit iterum accusare, & pariter iudex inquirere, procedunt in criminibus publicis, in quibus quilibet admittitur ad accusandum. in statu. de publico iudic. in pri. In priuatis vero, in quibus nemo recusat, nisi ille, cuius interest pro sua iniuria. l. iij. ff. de priuato delictis. & l. ij. §. si is. ff. de sepulchro. viol. & lat. Marian. vbi omnino est videndum circa crimina publica & priuata in cap. veniens. charta. 3. col. iij. & sequen. de accusat. non expedit hoc tractare, quia, vt dictum est, alij non admittuntur: & vbi non ingeritur pena sanguinis in publicis criminibus, clarum est, quod non licet transigere. d. l. transigere. In priuatis vero penam sanguinis non ingerentibus an liceat transigere vel pacisci: gloss. in dicta l. transigere. distinguit, quod si agatur civiliter, valet pactum, vel transactio: secus si criminaliter. Iacob Butrig. tenet quod etiam si agatur criminaliter, valet, & praeiudicat omnibus etiam iudici inquirenti, quando est permittum per statutum, quod de quolibet delicto possit inquiri, vt est hic Mediolani, adducens inter cetera, quod est in facultate partis in criminibus priuatis facere, vt crimen non committatur, vt si iniuriam non reuocet ad animum. Et in furto, si non ad sit voluntas contradicendi: quia furtum est contra- ctatio rei alienae inuito domino. Ad quod facit l. inter omnes §. recte. ff. de furtis. Item adducit, quod crimen publicum infert iniuriam cuiilibet: ideo non est licita remissio sed priuatum ipsi soli, cui infertur iniuria, merito debet posse remittere. Et alia etiam adducit Bartol. verum tenet contrarium, vt non valeat talis remissio: & loquitur, quando pena applicatur fisco. & opinio Bartol. est etiam gloss. in dicta l. transigere. & opinio: vnde nec praeiudicabit ipsi remittenti: & idem, si pena est corporalis, non sanguinolenta, vt ibi per Salicet. in viij. quest. vbi omnino vide. Et si occurrat casus, recurre ad eum, à quo etiam Doctores non discrepant communiter. Adde quando transactio non tenet, quod tunc licet sit regula, vt ipse non repellatur, tamen fallit in crimine adulterij, vt per Bartol. in dicto §. si negauerit. versic. quarto est videndum: & Felin. in cap. de his. col. ij. versic. secundum fallit. de accus. & in cap. licet in beato. col. fin. eodem titu. Item adde praedictis, quod & si in priuatis delictis quilibet non possit accusare, sicut dixi, tamen vbi pena est applicanda fisco quilibet potest glo. in rub. ff. de popu. act. & ibi Bart. & per Augu. de Anim. ad gloss. Aretin. in verbo, nec non ad querelam. in versic. quarto an quilibet. Et aduerte, quia quod decidit Bart. in l. transigere. videlicet, quod in priuatis delictis remissio nihil valeat, & non impediatur processus, nec per eum, nec per iudicem, quo minus possit inquirere, etiam clare decidit Bar. in l. j. §. vlt. que aded. in prima quest. ff. de iniur. qui Bartol. loquitur non solum in pena pecuniaria applicanda fisco, sed etiam quo ad penam corporalem, dum dicit, secus quo ad vindictam publicam, & clarius Angel. Aretin. in gloss. contra voluntatem

dicti Titij. & loquitur Bartol. praecise in priuatis delictis: quia loquitur in iniuria. & idem tenet Barbar. consil. lxxvj. vol. j. quod est tenendum menti: quia quauis in pena pecuniaria hoc de plano procedat, ed quod quilibet potest accusare: tamen in corporali, sicut non licet alteri accusare, ita nec iudici inquirere: quia iudex inquirendo succedit in locum partis, non tamen partis, cui facta est iniuria, secundum Bartol. in l. inter omnes. §. recte. versiculo, iuxta hoc quae- ro. in fine. ff. de furtis. & in l. j. §. si publico. versiculo, vltimus quero, cum in inquisitione. ff. de adulter. Et ex praedictis etiam apparet decisio quaestionis, quando fur arguitur furti, & venit dominus rei dicens furtum factum fuisse ex sua voluntate: quod tamen non creditur ei, nec ob hoc fit praesudicium publico, id est, fisco, nec quominus puniatur corporaliter, nisi apparet id, quod dicit fuisse verum ex aliis coniecturis. Ita Bartol. in dicta l. inter omnes. §. recte. in quaestione proxime allegata. & opinio Bartol. est commu- nis, secundum Felin. in cap. nulli. col. ij. versic. item in quantum de accusat. per Felin. in cap. j. col. fin. de praesumpt. & Alexand. vbi vide, consil. xxiiij. vol. ij. col. vij. & consil. j. in iij. volum. col. vij. in fi. & sequen. & aperias oculos, quod ideo Bartol. in dicta l. j. §. non vlt. que aded. decidit in priuato delicto, pacem non impedire, quominus iudex possit inquirere, quia loquitur stante statuto, vel consuetudine, vt pro omni delicto possit procedi per inquisitionem, aliam persi- mē loqueretur. Et ad hoc omnino vide Bartol. in dicto §. si publico. in dicto versic. in publico. res est expedita, vt dixi, ad quod est gloss. in l. j. ff. ad Sillan- quam allegat Aretin. in dicta gloss. contra volunta- tem dicti Titij. sentiens vt loquatur in publicis cri- minibus: & licet Bartol. loquatur in dicto §. non vlt. que aded. in iniuria, tamen etiam potest verificari in publicis delictis: quia ex iniuria etiam nascuntur publica delicta, vt declarat Bartol. in dicta l. transige- re. col. fin. & dicam infra in titu. de damno dato. & Bar. in d. §. recte. dum vult vt iudex inquirat, non ob- stante remissione partis, loquitur stante consuetudi- ne vel statuto, vt pro omni delicto possit procedi per inquisitionem. Et quid operetur, quod pars offensa non solum in furtis, sed etiam in raptu mulieris & vulneribus excuset. Vide Alexan. consil. o. xxiiij. co- lum. vij. vol. ij. & alibi saepe. Et adde, quod in furtis in hac ciuitate ex forma statuti non potest procedi ex officio: & ita pax superueniens impedit absolute om- nem vltiorem processum, & ita feruatur. Et adde quod est pro furto, vel furtis, quis sit suspendendus, §. j. tamen: propter hoc non efficitur publicum cri- men, ita vt quilibet ex populo admittatur ad accusan- dum. Ias. in l. cum seruus. nu. 4. ff. de condi. ob. causam. 60 Dicitur tamen furtum enorme, etsi esset modicum, quando ex eo tumultus, & publica quietis perturba- tio sequeretur, vt per Ias. vbi supra. Et de pace dicam infra in tit. de re medijs ex solaclem. princ. & c. & seq. Non omitto tamen statutum nostrum de pena fu- ris, dum vult pacem prodesse, loqui de secundo fur- to: & propterea in Senatu fuit dubitatum, an pax pro- desset quo ad primum: & super hoc quaesitum fuit di- ligenter à notarijs de stylo, & inuentum, quod etiam in practica obseruabatur, quod pax tolleret primum: & ita Senatus ordinauit in futurum esse seruandum. 61 Quando hippopeta, quam valiliam vulgo vocant, apud cauponem, vel alium deponitur, & restituitur resignata, an sit praesumptio contra depositarium, & an possit iurari contra eum? Vide Bar. in l. in actionibus. colum

columna si. vbi Alexand. & Ias. ff. de in litem iuran. Et 63 quia supra dixi, quomodo furtum ostendatur, in primis verbis huius tituli, modo quero quomodo demonstratur fur: quia in re percurrere indicia contra furem, de quibus dixi supra in titu. de delinquente. po- nit Bartol. in l. si. ff. de quest. vbi etiam de indicijs alio- rum delictorum. & vide etiam supra in tractatu tor- turae, in tertia quaestione principali, dum discussi, qua- le indicium sit, quando reperitur res furtiua penes aliquem. Et quod dixi supra in materia furti, versic. modum inueniendi furtum & furem. Nec etiam obli- uiscaris eorum, quae dicit Ias. in l. in actionibus. ff. de in- 64 litem iur. numero 40. quod furtum factu, si est suspi- cio contra vicinos possunt torqueri, si male audiunt, & in l. si quando. nu. 39. C. vnde vi. Neque pariter sis 65 immemor, quod confessus furtum potest interrogari de alijs furtis etiam in tortura: & etiam quando est positus ad torturam cum indicijs ad vnum furtum, vt per Ang. in d. glo. vltim. caelestem. ad fi. & Deci. in c. tertio loco. in fi. de probat. & dixi supra in materia. quod tamen procedit secundum consuetudinem, non de iure, vt per Alexan. consil. l. ij. col. j. vers. nec potest aggredi. vol. iij. & qui sint torquendi pro furtis inue- niendis, vide infra in tit. furti aduersus nautas, caupo- nes, stabularios, & dixi in materia torturae. Vltimo 66 quero, an in furtis sit aliquid speciale circa probatio- nem, ita vt etiam alia minus idonea probationes, vel minus idonei testes admittantur? Vide ad hoc in materia torturae supra in septima quaestione principa- li, maxime in versic. quero an furtum sit de his, in qui- bus testis alia in habilis admittatur. Reliqua in mate- 67 ria furtorum, & de praedictis vide per Angel. Areti- in d. glo. in verbo vltim. caelestem. cum additionibus ibi, & in §. ex maleficijs. col. j. ij. & iij. in fi. de act. Afflic- vbi supra in §. iniuria puniatur. in iij. notab. de pace iu- rament. firm. & per Vital. in tit. de furibus, latronibus, & robatoribus, in tit. de furtis, robatijs, & latrocinijs. & Ias. in §. ex maleficijs. col. j. & ij. vbi etiam de furi- bus & latronibus famosjs. & in repertorio repertorij Hipp. vbi plura. Dixi de furtis in genere, prout etiam 68 in genere loquuntur leges, sub tit. de furt. Verum quia sicut aliqua furta visa sunt legum conditoribus spe- ciali animaduersione digna, & ita facti sunt tit. separa- ti, adiectis etiam grauioribus penis, vt commemorau- i supra in versic. & scias, quod pro furto. in fin. & pa- ret in tit. de tigno iniuncto. & in alio furto aduersus nautas. & in alio, si famil. fur. secusse dicatur. Ideo etiam de furtis in specie (breuius tamen) loquar.

Tit. de Rapinis.

S. V. M. M. A. E.

- 1 Pena rapientis aliquam rem est quadrupli infra annum, simpli post annum, si actum sit civiliter.
- 2 Raptor non tenetur vi bonorum raptorum, nisi dolo rapuerit.
- 3 Raptorum societatem congregans tenetur, et pro damno quod ipse dedit, et pro damno per alios dato.
- 4 Raptor coadunatus tenetur pro damno à se dato in quadrupli infra annum, in simplum post annum: in foro contentioso quo ad conscientiam remittitur ad Canonistas.
- 5 Plures delinquentes simul an teneantur in solidum, vel quilibet pro quo deliquit.
- 6 Furti agi non potest, nisi res asportetur.
- 7 Vi bonorum raptorum agi potest, etiam quod res non aspora

Bosius

- 8 Rapta si cui per vim res fuerit, poterit agere criminaliter.
- 9 Rapinam committens puniatur Mediolani ex forma statutorum, et non in quadruplum.
- 10 Rapiens per vim potest etiam conueniri actione iniuriarum.
- 11 Latrones publici et viarum infessores quomodo puniantur.
- 12 Rapina an sit publicum crimen, vel priuatum.
- 13 Publica crimina vel priuata quae sint, et quomodo cognoscantur.
- 14 Publicum et priuatum crimen potest ex vno delicto nasci.
- 15 Receptatores surum vel latronum quae pena puniantur, etiam in re communi, quam per statuta et decreta Mediolani.
- 16 Receptor furtis vel latronis non puniatur, nisi scienter receperit.
- 17 Scientia in eo, qui receperit furem vel latronem, quomodo probetur.
- 18 Receptor vel occultans quando tenetur, et quis proprie dicatur receptor.
- 19 Furtiuam rem receptans an puniatur de furto.
- 20 Receptor coactus non tenetur.
- 21 Receptor non puniatur, nisi scienter et dolose receperit.
- 22 Receptor cuius sui sed bannit in ciuitate Meropolitana dicente ultra duas dietas non puniatur, secus si non distet ultra duas dietas, et hoc quamuis in ciuitate originis vel domicilij non sit publicatum bannum.
- 23 Notorium toti ciuitati dicitur, vbi aliquid pro rostris in loco publico est propositum.
- 24 Notorium in tota provincia dicitur, quod publice in Me tro- politana ciuitate factum sit.
- 25 Inscentia probatur probata absentia à loco et ciuitate.
- 26 Cuius praesumitur morari in ciuitate sua.
- 27 Vicina loca dicuntur, quae non distant ultra duas dietas.
- 28 Bannum vi liget, si sufficit in locis eminentioribus ciuitatis pu- blicetur.
- 29 Decretum ducis Ludouici, quod bannum ad hoc vt noceat, de- beat esse positum in loco publico solite habitationis.
- 30 Scientia banni quae provenit ex fama, licet sit sufficiens ad poe- nam in receptoribus, tamen potest ex gratia minui.
- 31 Fama banni est praesumptio probatio contra receptorum rem.
- 32 Ignorantiam allegans eius, quod est notorium, dicitur esse im- lata culpa.
- 33 Receptoris materia vbi tractetur.
- 34 Caspo receptoris bannitum ita tenetur, sicut quilibet ex- liti.
- 35 Receptorum materia vbi per Afflictum.
- 36 Iuramentum desertur contra raptorem et furem praevia iudi- cial taxatione super quantitate rerum subtraharum, quando dis- cultas est probationis.
- 37 Difficultas probandi rem subtraham est, quando res non extat.
- 38 Lex si quando. C. vnde vi. habet locum contra illum, qui con- uenitur de auxilio et fauore.
- 39 Damnum emergens, et lucrum cessans consideratur in delin- ctis.
- 40 Interesse in delictis probatur per iuramentum.
- 41 Interesse in delictis debetur à die commissi delicti.
- 42 Citari an debeat pars in delatione iuramenti, et taxatione in delictis.
- 43 Iuramentum de quo in l. si quando. C. vnde vi. non potest refra- mari vel taxari per iudicem.

2

- 4.4 Iuramentum, de quo in l. quando. C. vnde vi. non potest de ferri iudeo contra Christianum.
- 4.5 Sententia lata delato iuramento secundum l. quando. non potest retrahari praetextu instrumentorum de nouo repertorum.
- 4.6 Iurari potest contra iudicem qui iniuste raptorem absoluit, quando dolus & difficultas probationis subest sicut potest contra rapientem.
- 4.7 Haeres furis & raptoris non tenetur de delicto defuncti, nisi si cum defuncto confestata fuisset, vel aliquid ad eum peruenisset, licet competat heredi eius, qui rapinam vel furtum passus est.

Tit. de Rapinis.



VANDO alicui in via raptur bos, vel alia res, potest is agere ciuilitur vi bonorum raptorum. ad quadruplum infra annum, & ad simplum post, institui. vi bonorum raptorum. & de actione. §. ex maleficiis. & §. omnes. & in tit. ff. de C. vi bonorum rap. & illa poena quadrupli in qua inest res ipsa, applicatur parti, vt in delictis iuribus, quod apparet, quia non diceretur agi ciuilitur, sed criminaliter, vt per Bar. in l. prator ait. in princip. ff. de sepul. viol. & in l. agraria. ff. de ter. moto. Et licet agatur ciuilitur, tamen requiritur dolus, aliter cessat haec actio bonorum raptorum. §. quia tamen. instituit. vi bono rap. & in l. ij. in pluribus locis. ff. cod. & ideo Alex. in consil. c. iij. volum. i. vbi melius loquitur de his rapinis & de hoc remedio vi bonorum rap. quam alibi, & vbi omnino est videndum, conatur ostendere, quod ille raptor, de quo ibi, non fecerat id pro quo agebatur, animo committendi rapinam, sed volens vt iure suo: & deinde etiam nititur demonstrare, quod quia erat minor, & miles excusabatur in dolo, vt per eum, tandem concludendo quod fuit in dolo, & ideo tenebatur actione vi bonorum raptorum in quadruplum. vide etiam de hoc remedio Bald. v. vol. consil. lxxviii. circa fin. & per Roma. consil. cxliij. & consil. cl. per Ang. cum additio. in glo. vestem caelestem. & ferè per omnes tractatus aliorum Doctorum, & plenè per eundem Ang. Aretin. in d. §. ex mal. feiis. vbi omnino vide, Ias. ad praedicta & alia in tercio notab. & in penultima charta. col. ij. & sequen. & ibi col. j. probabiliter valde disputat, an furtum sit maius delictum, quam rapina: quae scire expedit propter statuta, facientia, de altero tantum mentionem. Et quia dux & author, qui coadunauit societatem ad rapiendum, tenetur & pro damno, quod ipse dedit, & pro damno aliorum, & coadunatus solum tenetur pro damno, quod ipse dedit, vt per Bart. in l. quoniam. C. ad leg. Jul. de vi publ. & Alex. in d. consil. c. iij. volum. j. Adde, quod si coadunatus solum tenetur pro boue, quem abstulit, tenetur in quadruplum, vel in simplum, secundum distinctionem, quod aut infra annum, aut post annum loquitur in foro contentioso: quo vero ad conscientiam vide Inno. & Canonistas in c. sicut dignum, de homic. & plenius de hac materia, quando plures delinquant, an in solidum teneantur, an quilibet pro eo quod abstulit, vel furto subtraxit, vel damnum dedit: Dicam infra in tit. de poenis, vbi proprie cadit: & modo vide Alex. in d. consil. c. iij. col. j. traditur etiam in l. si quis id, quod ff. de iurisdictione. omnium iud. Et

ne ignores terminos, scias quod licet furtum sit quod contra datur res aliena, & aliter non, aded quod si daretur damnum, nec tamen aliquid aporteretur, non possit agi de furto. l. qui iniuria. in prin. ff. de fur. & l. verum. ff. eo. tamen potest agi vi bonorum raptorum ad quadruplum vel simplum modo, quo dixi supra. Si tamen vi datum sit & hominibus coadunatis ad illud, ita in l. ij. §. homines. & §. si quis & per totum. ff. vi bon. rap. & per gl. in d. l. ij. in prima glof. quae ponit tria capita, quae habet tit. ille, quae capita & eorum differentias declarat, & in secundo & tercio capite, quando quid raptum est cum turba, iuxta l. prator ait. l. secunda. §. j. & quando sine turba hominibus coadunatis, iuxta iura supra allegata, venit damnum, in primo vero capite non, vt in d. gl. Potest etiā is, qui per vim bos, vel alia res in via rapta fuerit, agere criminaliter: quia est casus comprehensus in tit. ff. & C. ad leg. Jul. de vi publ. & priuata. & ita omnes dicunt: & non habet dubitationem, si vides leges dictorum titulum: & est textus, vbi amplissime Bart. in l. ij. §. j. ff. vi bonorum raptorum. Ad quod respicientes stantes nostri in criminalibus posuerunt sub rub. de poena commitmentium robariam vel scachum extra ciuitatem, & terras, & domos. & sub rub. sequenti, de robaria & scacho, commissio in domibus habitatis magnam poenam talibus rapinis, & tunc delinquentes non puniuntur in quadruplum, iuxta terminos actionis vi bonorum raptorum, sed in simplum in consequentiam poenae criminalis, iuxta tit. de vi publ. & priuata. & notatur in l. interdum. §. qui furem fur. sed an puniatur in solidum, referuo dicendum in tit. de poenis. Item potest agi iniuriarum, vt per Alex. in dicto consil. c. iij. col. iij. vol. ij. Et de raptoribus publicis, siue latronibus publicis, qui per vim res in viis publicis auferunt, vide tex. in l. capitalium. §. famulos. de poen. & per Ias. in §. ex maleficiis. col. j. in lit. de actio. Et an rapina sit publicum vel priuatum crimen, Et quae sint publica vel priuata crimina & quomodo cognoscantur, vide supra sub rub. quomodo procedatur per actionem in delictis in j. col. Quibus addo, quod ex vno delicto nasci potest crimen priuatum, & etiam publicum, pater in §. liberum. instit. ad legem Aquil. & in l. prator edixit. §. j. de iniur. & forte haec est ratio, quare etiam tit. vi bono rap. ponitur in lib. xlvij. Digestorum. Non omitto tria pertinentia ad rapinas & furta: Primum, quia poena puniuntur receptatores furum, latronum, & similibus, in hoc non recurras ad Bar. in l. in furti. §. ope. ff. de furt. quando praestatur auxilium post delictum, quia loquitur quo ad euadendum, sed ad titu. de recepta. loquentem generaliter, & statuta ac decreta ciuitatum, prout statutum est hic de receptatoribus scienter furorum, robariarum, vel famosorum latronum, & decretum ducum contra receptantes bannitos, & eis auxilium praestantes. Sed aduerte, quia talia statuta & decreta dicunt, scienter: & si ita non dicerent, sic intelligerentur. d. l. j. §. j. & ibi gl. & Bar. ff. de recept. nec possit sequi condemnationem, nisi inquisitio ita diceret, vt ibi, & per Feli. vbi vide in c. cum vigesimum. col. j. de offi. deleg. & per Ang. Aret. in gl. dicto maleficio semper altitit. vbi ponitur haec materia, col. v. & se. & vide omnino, quod debet probari scientia, & quod praesumitur ignorantia, & qualiter probetur scientia. Aret. consil. xxij. & Feli. in c. cognoscentes. col. pen. de constit. & Nell. in tractatu banniti. in iij. par. ij. temporis. vbi ferè facit tractatum in hac materia. Et qualiter, & quando teneatur receptator vel occultans, & quis proprie dicatur receptator.

ceptator. Ultra praedicta quo ad poenam vide Bald. j. volu. consil. col. iij. & sequen. & Ias. v. vol. consil. cccxxxij. col. iij. & sequen. & Gand. in titu. de furibus & latronibus. col. vj. vers. & intelligas. Et an receptator rei furtiue dicatur proprie fur, & puniri possit de furto, Vide l. eos. C. de fur. Ang. Aretin. in verbo, vestem caelestem. col. v. & in eius apostil. & Bald. tercio vol. consil. xlviij. Et non tenetur receptans coactus. Aretin. in d. glof. & dicto maleficio semper altitit. & ibi in apostillis. & per Socin. consil. cclxij. col. lum. penult. Et quia rota vis in hac materia consistit in ostendenda scientia, cum receptare in se non sit delictum: quo casu dolus & scientia debet ostendi, iuxta doctrinam Bart. in l. dolum. C. de dolo. Ideo subiciio quaestionem, quam habui de facto, quod tempore ciuitas Placentiae possidebatur per regem Galliae, Placentinus fuit bannitus in ciuitate Mediolani & in ea in albo positus: quo casu in ciuitate Mediolani non videtur dubitandum, quin scientia sit ex hoc ipso iure ostensa, vt per Aret. in dicto consil. xxij. & Nell. & Doctores, vbi supra. Sed an idem sit in ciuitate Placentiae, vt etiam ibi receptator non possit allegare ignorantiam? & videtur esse in probabili ignorantia: quia etiam in ciuitate Mediolani, vbi est bannitus, non videtur quod quis possit puniri de receptione, nisi in vico ciuitatis, vbi receptatur, sit notorium. Ita Bartol. in dicta l. j. §. j. vers. sed qualiter probabitur. sed loquitur, vbi in illa ciuitate non est positus pro rostris in loco publico: quo casu tunc dicitur notorium toti ciuitati, iuxta l. sed et si pupillus. §. de quo palam ff. de in iutor. & Doct. vbi supra. Sed vbi nuntius allatus est in vico, in quo erat. Nos vero loquimur, vbi in dicitur notorium in tota ciuitate, ponendo nomen banniti, vt supra dixi: quo casu res non habet difficultatem quo ad illam ciuitatem, sed quo ad alias ciuitates. Ita est quaestio nostra. Et vide pro declaratione verborum Bart. in dicta l. j. §. j. Felin. in dicto cap. cognoscentes. col. vlti. & ibi Deci. in fine, vbi dicit quod bannum ad hoc vt liget, debet ire per totam ciuitatem, nisi sit publicum in locis eminentioribus, quia tunc illam ex hoc solo ligat: sed an liget aliam, recurre ad materiam d. c. cognoscentes. & tex. in auth. vt facta nouae constitutiones. & l. si. de decret. ab ordi. fac. An publicatio legis fieri debeat in qualibet ciuitate, ad hoc vt dicatur vnaquaque ciuitas scire? Et concluditur, quod in qualibet ciuitate Metropolitana debet fieri, vt innotescat omni prouincia per text. in auth. allegari habetur in d. c. cognoscentes. in c. j. de postul. praer. & alibi saepe. & sic ut si in ciuitate Mediolani, sufficit etiam quo ad alias ciuitates domini Mediolanitam videtur, quod nullo modo Placentinus possit puniri: quia ad probandam inscientiam sufficit probare absentiam a loco & ciuitate. text. est, & ibi Bald. in l. planè. ff. de excus. tutor. & in c. cum in tua. quod est c. fin. qui marit. accus. poss. vbi ponit plures modos probandi istam inscientiam & ignorantiam. Et ponit Roman. consil. lix. ad discutendum. in fi. & Dec. in c. ij. in j. lectura, in vltima col. de consil. Et ideo si ciuitas Placentiae satis distat, vt est notissimum, a ciuitate Mediolani, nonne apparet ista absentia? Et in forma ostenditur hoc modo: quia quidam la grande. in fi. ff. de legat. ij. & Bart. in l. is potest. vbi etiam Alex. col. iij. ff. de acquir. haer. Et in d. l. is potest. Bart. tradit hanc materiam, quando praesumatur scientia, & quando ostendatur, vel praesumatur inscientia, & ibi Alex. & Ias. & Aret. consil. c. iij. Et ideo ciuis Placentinus

qui arguitur de receptione Placentini, banniti Mediolani, potest dicere, Praesumptio est, quod ego tempore banni & successiue essem in ciuitate mea Placentina: & ideo sum in iusta ignorantia. Nisi dicas quod Doctores, Bar. & alij loquuntur quando ciuitas est multum remota: scias si satis propinqua, iuxta c. quosdam. & in c. quanto. de praesumpt. & Bar. & Doct. in d. l. is potest. & Aret. vbi supra in dicto consil. c. iij. col. v. & per Roman. in dicto consil. lix. & dicit glof. in c. feli. cis. in verbo, vicinorum. de poenis. in sexto. quod dicitur cunctur vicina loca, quando non distant ultra duas diebus: tradunt Doctores, maxime Moderni in dicto c. ij. de consil. & in dicto c. quosdam. de praesump. & sic Placentia non diceretur remota, imò vicina, quae non distat nisi quadraginta miliaribus: & sic non excedit duas dietas. l. ij. ff. si quis caution. Tertio oblatre vide tur, quod imò non possit puniri dictus receptator ex probabili ignorantia: quia dicunt Doctores, vt per Deci. in c. ij. in prima lectura, in vltima col. ad fi. quod ad hoc vt bannu liget requiritur vt toti ciuitati innotescat: sufficit tamen vt in locis eminentioribus publicetur. Si igitur ista solennitas debet interuenire, vt liget ciuitatem, Cui dubium, quod extra dictam ciuitatem non debet ligare: nisi dicas, quod non loquuntur de ciuitate Metropolitana, dum sentiunt id, quod dixi: quia tunc si publicatio sit facta in Metropolitana, sufficit quo ad alias ciuitates, nec villo pacto hoc negant Doctores. Et certe ista disputatio tolleretur, si seruaretur decretum impressum ducis Ludouici sub tit. de criminibus, vers. item decernimus & sancimus. vbi dicit inter caetera, quod bannum ultra hoc quod debeat publicari in loco publico solito, & ibi poni in albo, quod etiam debet poni nomen banniti, & banni titulus in loco solite habitationis: sed hoc non obseruatur, & si obseruaretur in casu nostro, Placentinus ciuis Placentiae esset excusatus: vbi in ciuitate ipsa, in qua esset solitus habitare, non esset seruata haec forma: seruatur tamen in Senatu quod talis receptator est excusatus, saltem poena ordinaria: quia negari non potest, quin sit praesumptiua probatio: & ideo corporaliter nemo potest puniri, vt supra saepe dixi: imò etiam in ciuitate, vbi est bannitus, si ibi sit fama, quod sit bannitus: quo casu nemo excusatur, vt per Bar. in d. l. j. §. j. & Doctores, vbi supra post glof. & Bar. in d. §. j. non videtur quod possit puniri ordinariè. c. illud. de cle. excō. vbi dicit, quod quando de scientia constat per famam est licita causa minuendi poenam. & illum textum allegat Felin. in c. cum contingat. de officio deleg. col. iij. in principio. non tamen dicit, quod iudex cogatur, imò sentit eum mereri eandem poenam, sed quod ex gratia potest ei minui, & glo. & textus in dicta l. j. §. j. de receptator. sentiunt clarè, quod scientia probata ex ista praesumptione, quia sit notorium, vel adsit fama in ciuitate, sit sufficiens ad condemnandum omni poena legis & statuti: & sic quando in albo positum bannum. Et ita allegat Feli. in dicto cap. cum contingat. col. ij. de offic. deleg. vbi dicit, & ad incurrendam poenam sufficit scientia per famam. Allegat glof. & Bart. vbi supra, & Bart. clarè in l. omnes. C. de agricol. & censu. lib. xj. Et ponunt Nellus & Doctores, vbi supra: & ita etiam per Hippolyt. in suo repertorio, in l. de minore. §. plurimum. col. iij. ff. de quaest. Ego tamen non damnarem eos poena corporali, si mihi casus contingeret, vbi accusati vel inquisiti dicerent, quod ignorabant eum esse damnatum & bannitum: quia negari non potest, quin sit praesumptiua probatio: & licet sit praesumptio iuris, tamen non est iuris, et de

iure. l. si qui adulterij. C. de adulter. & quod sit praesumptiva probatio apparer ex infinitis allegatis per Iasonem in l. si per errorem. col. iij. ff. de iurisdictione omnium iudic. vbi late cumulat ad illam regulam de praesumpta scientia, quae oritur ex notorio. Et probatur quod etiam hoc est expressè e mente Bart. & Doctorum, qui illum sequuntur. Nam Bartol. in l. omnes. C. de agric. & censu. libro xj. dicit clarè & nitidè, quod quando est notorium, est in lata culpa, si dicat quod ignorabat: si igitur est in lata culpa, non potest puniri poena corporali. l. in lege Cornelia. ff. ad legem Cornel. de sicariis. In reliquis t vide in hac materia receptoris in locis, vbi supra, maxime per Angel. & apothilas ad eum, & Socin. in consil. cclxij. columna penultim. versicul. voluissent videte. vbi dicit, quod aliud est receptasse, aliud receptatum tenuisse: quod nihil aliud est dicere, quam quod quis punitur, si receperat scilicet scienter, non si tenet aliquem receptatum ignoranter. Item vide in apothillis Alexand. in d. l. j. & ij. ff. de receptat. maxime dum dicit, quod caupo non tenetur, qui cibum & potum praebet bannito. Allegat. l. seia. s. idem quaesit. ff. de fundo instructo. & hoc esset maximum privilegium, quod haberent caupones, quorum genus tamen est improbum: & ideo prodita sunt multa remedia contra eos, vt l. j. ff. nauta. caupon. stabularij. Et ideo vide Bartol. in dicta l. omnes. qui postquam dixit caupones excusari, quando receperat bannitos, qui tamen erant eis ignoti penitus, concludit idem esse in omnibus aliis: & quod omnis ille, & caupo, & alius, qui penitus ignotum hospitat, etiam quod sit bannitus, non tenetur: & ideo si bene consideras, Bartol. ibi vult omnino quod pariter teneatur caupo sicut alius, quando scienter receperat. & idem per Nell. vbi supra, in tertia parte secundi temporis, quaestione xx. & ita tenet. Alia multa tamen not. in materia receptorum ponit Aflit. in §. receptoribus. in titul. de pace iurament. firman. vbi vide. Secundum est, quod lex, si quando. vnde vi. concedit his, quibus rapina facta est, iurandi facultatem super quantitate rerum ablatarum & capitul. fina. extra, quod mensura causa. simile iuramentum concedit passis vim compulsiuam, & pariter in odium furis, constip. de furto statur sacramento damnnum passis super rebus furto subtractis. Ita Doctores communiter in dictis locis, & ita omni die praeticatur. Non tamen simpliciter potest iurari in terminis dictorum iurium, sed praevia taxatione iudicis. d. l. si quando. qui considerare habet qualitatem personae passae damnnum, an diues sit, vel non: & an sit verisimile, quod in eo loco tot res haberet. Ita glos. in dicta l. si quando. in verbo, qualitate. & Doctores ibidem, & requiritur difficultas probationis, vt ibidem in glos. & per Doctores: quia si damnnum posset leuiter probari, cessaret iuramentum. Et haec difficultas plurimum militat in directoribus alienius castri, vbi sunt infinita ad eius mutationem, ad quae etiam homo non aduertit. Sed tamen nota perpetud ynum, per quod quasi semper verum erit, quod aderit difficultas probationum, quando res ad oculum non potest ostendi, vt quia sit perempta, vel quia non extet. Bartol. singulariter in l. in actionibus. ff. de in litem iuran. in principio. colum. vltima. vbi Ias. colum. v. in si. vers. in ea glos. & est communis opinio, licet hoc apud me sit mirabile. Et an procedat dicta l. si quando. contra illum, qui conuenitur de auxilio & fauore, videtur non procedere, 38 t per id, quod notat Bartol. in l. j. ff. quando ex sa-

cto tutor, & id quod dicunt Bartol. & Doctores in quaestione de villa in d. l. si quando. & in dicto capit. fin. Veritas est in contrarium: & ita superioribus diebus fuit determinatum, quia etiam ille conuenitur ex proprio delicto, & non asterius. Item quia l. si quando. non loquitur contra principalem tantum, imò solum considerat raptum & inualionem rerum. Item quia dispositio est limitatoria: & ita ex quo ratio eadem est, fit extensio iuxta communem doctrinam Bartol. & Doctorum in l. si constante. in ix. quaestio. primae partis principalis. ff. soluto matrim. & hic etiam dolus militat, & difficultas probationis, hinc Doctores in d. l. si quando. volunt vt etiam in tractatibus militet dicta lex, dolo interueniente. vt ibi per Iason. col. penult. & Bartol. in l. in actionibus. ad fin. ff. de in litem iuran. & apparet ex dictis Alexand. consil. 39 ciiij. volu. j. Habui etiam in facto, t an scur statur iuramento quo ad res perditas, & earum estimationem: ita etiam statur quo ad damna. exemplum. Fuerunt mihi ablatae oues, dico quod si non fuissent ablatae, peperissent tot agnos: vel dico, quod propter aliquod virtutum oportuit me sub vsuris accipere plures pecunias pro sustentatione familiae: Et non est dubitandum, quod habetur ratio damni emergentis in delictis. l. Iulianus. circa princip. & l. idem quae in omnibus. ff. de actio. empti. & Bartol. in l. vnica. C. de sentent. quae pro eo quod interest. colum. vij. versicu. hoc praemissa, vbi vide omnino. Et dictam l. vnica interest pretutus est Dec. sed quo ad lucrum, & sic interesse lucri cessantis aliud est, vt per Bart. col. viij. vers. venio ad vltimam partem. Quando tamen habetur ratio lucri cessantis, vide Bartol. vbi supra, & Deci. & Iason. in l. iij. §. fin. ff. de eo quod certo loco. & Fel. in c. cum venerabilis. in ij. col. extra, de except. & communiter Canonitas in. capit. si. de vsur. vbi concludunt, quod duobus concurrentibus habetur ratio, scilicet, quod sit solitus mercari, & quod lucrum esset quasi certum, & de damno emergenti non est dubitandum: quia est casus legis apertus in cap. grauis. de restit. spol. ibi, quod ad plenariam restitutionem imò dubitatur etiã, an veniat poena dupli, vel quadrupli, vt per Bar. vbi supra, col. ix. versicu. quæro iuxta praedicta. Tamen aduertere, quia prius debet constare de interesse. hoc sentiunt omnes, & Alex. in consil. cxxij. col. j. vol. v. & ideo dubium est, t an hoc casu propter odium delinquentis, & difficultatem probationis stetur iuramento damnnum passis. Et in terminis, quod in casu nostro quo ad damna, fructus & interesse stetur iuramento, iuxta l. si quando. est consil. Baldi solenne cxiij. col. ij. & iij. volu. ij. & ita Bart. in d. l. vnica. col. penult. versicu. modo restat videre. vbi tradit modum probandi interesse, & regulariter probatur per testes tam parte instante, quam ex officio, & per coniecturas, vt ibi per eum dicentem, quod fallit in dolo & delinquentem, in quo sufficit iuramentum, per d. l. si quando. & c. si. quod met. cau. & ita Abb. ibidem, col. ij. versicu. secundo infert. & Gand. in tit. de variis quaest. col. vlt. & vide etiam Spec. in tit. de fructibus & interesse contra viol. et delinq. §. viso. col. si. et ita sentiunt Doctores in eis locis, maxime Ias. in col. penult. versicu. extra autem casus praedictos. vbi quaerit an extra casus praedictos interesse probetur solo iuramento, et vide quomodo probetur interesse etiam Ias. in l. argentarius. §. cum autem. ff. de edendo. Et in hac ciuitate Mediolani vigore statuti statur sacramento vsque ad certam summam in omnibus casibus, in quibus potest peti interesse de iure canonico. Nec in hac materia est disputan

putandum tã quo tempore debeatur interesse, cum delinquens semper dicatur in mora. l. in re furua. §. si. cum siml. b. ff. de condi. furt. & ita non sumus in l. videamus. ff. de vsuris. & in l. si filius. §. j. ff. de verborum obligat. & in l. ex diu. rso. ff. de re iudic. & circa dictam l. si quando. vide omnino Alexand. in consilio ciiij. colum. iij. volum. j. vbi dicit, quod procedit dicta lex, etiam quod in dano nulli interuenierit violentia, & quod est communis, sicut dixi supra in principio. 41 Et t an sit citanda pars in delatione iuramenti, & in taxatione iuramenti, vide in dictis locis, & per Ias. in l. admonendi. in penult. colum. & sequenti. in repetitione fide iuramenti. Et pro declaratione dict. l. si quando. vide Calcan. consil. xcij. post medium. Et iuramentum, de quo in d. l. si quando. nullo modo potest taxari, nec refrrenari per iudicem, sed itandum est iuramento simpliciter. Ita singulariter Ang. in §. oportet. in auth. de iudic. in j. gl. vide in simili Ias. in d. l. admonendi. in iij. col. vbi etiam per Alex. & per eundem Alex. in l. videamus. §. fin. ff. de in litem iuran. Et an possit probari contra iuramentum d. l. si quando. vide Abb. in c. cum dilectus. col. antepe. de ord. cognit. & Ias. in d. l. si quando. & vide etiam ad d. l. si quando. Bald. ij. volu. consil. cccxxij. col. ij. & iij. vol. consilio xx xv. Et 44 t an iuramentum, de quo in d. l. si quando. deferri Iudæo contra Christianum, Imola tenet non posse consil. ij. & Ias. in repetitione dict. l. admonendi. fol. 26. in j. col. & ita sustinui in quadam causa Iudæi, quam mouerat contra Pertum Antonium Saccum Papiensem. Et an sententia lata delato iuramento secundum formam dict. l. si quando. possit retractari per instrumenta de nouo reperita: Fel. tenet non posse in c. suborta. de re iud. col. penult. fallit quinto. & in c. proposuisti. col. ij. de prob. Quæro, iudex corruptus pecunia melle iudicat, atque ita vt vulgo dicitur per barataria absoluendo condanando forte honoru inuafores: an contra eum iuretur, sicut iurari potuisset contra dictos inuafores: & videtur posse iurari, concurrentibus illis duobus requiritis, difficultate probationis, & dolo, qui interuenit propter corruptelam siue baratariam, quae sine dolo non committitur. Ita probatur ex dictis Bart. in quaestione de villa in d. l. si quando. vbi loquitur de tertio: & tamen vult, quod si interuenit dolus, defertur iuramentum: & est aequa opinio, quia nisi fecisset iniuriam, vim passus habuisset beneficium iurandi. Et ita in Senatu Regio fuit iudicatum contra Prætorè Comiti, & eius fideiussores, qui volebant se excusare per dictam decisionem Bart. de villa, & per tex. & ibi. Bar. in dicta l. j. ff. quando ex facto tut. sed non potuerunt, quia erant fideiussores de iudicato soluendo. iuxta notata per Bartol. in l. cum filius. ff. de verbor. obligat. & vide circa dict. l. Bald. ij. volum. consilio cxiij. col. iij. & non habet locum vbi de damno constat per solam contumaciam. Fel. in ca. cum Bertoldus. col. x. de re iudic. & vide etiam circa d. l. Roma. consil. lxxvj. col. ij. & Corn. primo vol. consil. cxxij. col. penult. Tertium 47 est t quod actio vi bonor. rapt. & furti datur heredi eius qui rapinam vel furtum passus est, sicut ipsi passio furtum vel rapinam, & non datur sic contra heredem furis vel raptoris nisi quando lis iam erat contestata contra defunctum, vel quatenus res perueniat heredem. text. est in §. non omnes. in l. titur. de perpet. & temp. actio. vbi est materia, & ad Angel. Aret. ibi recurritur, & ponit Dec. in l. pupillu. §. in heredes. ff. de reg. iur. & vide etiam omnino Decium in regu. toties ff. de regul. iur. est materia an morte extinguatur delictum, in qua fit regu. cum fallentiis, vt per Deci. & Angel. in

dictis locis, & Firmian. in tracta. de gabellis. in iij. lib. colum. penult. & fin. & per Angel. Aret. in tractatu malefactorum. in gloss. qui iudex videns quod inquisiti non comp. rent. columna vij. & omnino vide Aret. in l. qui a latronibus. §. j. col. v. ff. de testament. & dicam fortè aliquid in tit. de penis.

Tit. de Pluribus violentiis.

SVMMA.

- 1 Violentia multis modis committitur.
- 2 Vis expulsiua punitur civiliter interdictione vnde vi, criminaliter. l. Julia de vi publica vel priuata.
- 3 Vis compulsiva civiliter punitur actione quod met. cau. criminaliter. l. Julia de vi publica.
- 4 Vis turbatiua civiliter parit interdictionem vi possideris, criminaliter actionem legis Juliae de vi publica.
- 5 Interdictum vnde vi inuentans, & sic agens civiliter satis est si probet se possidisse vel fuisse spoliatum, & aduersarium nunc possidere, secus si criminaliter agatur, quia debet constare de spolio.
- 6 Excusationes quae profunt in civili iudicio circa vim expulsiuam, multo magis profunt in iudicio criminali.
- 7 Incontinenti fieri quandoque dicitur quod sit vsque ad decem annos.
- 8 Spoliatus potest furtiue, & per prodicionem suam recuperare, vel alienum inuadere, nec suum consequatur, quando requisito superiore non potuit iustitiam consequi.
- 9 Spoliatus potest quandoque turbare, vi sum recuperet licet spoliare non possit nisi incontinenti.
- 10 Civilem possessionem retinens potest quandoque recuperare naturalem in qua erat quando spoliator naturaliter inuasi, secus si naturalis fuisset penes alium.
- 11 Turbare civilem dicitur, & habentem directum dominium qui emphyteutam expellit, & non vult dominum recognoscere, secus si velit recognoscere.
- 12 Civile possessio quanto tempore duret, vt possit recuperari naturalis.
- 13 Possessio recuperari potest per vim quando iustitia haberi potest, vel furtiue sit, vel grauamen inferatur a superiore, vel mora periculum allatura esset.
- 14 Copia iudicis quando dicitur non posse haberi.
- 15 Spoliatus recuperans ex interuallo possessionem an perdat interdictionem vnde vi, & remedium. l. si quis in tarram.
- 16 Vi deiectus quando quis dicitur, vt deiciens criminaliter possit puniri.
- 17 Recuperare qui potest per se an possit per alium, & an tale ius possit cedi.
- 18 Spolium purgatur, nec iudex potest criminaliter agere si spoliatus conuenit cum spoliatore, & renunciauit illi omne ius suum.
- 19 Spoliatus an possit simul civiliter & criminaliter agere.
- 20 Pendente iudicio criminali ex officio iudicis insentato an pars possit civiliter agere.
- 21 Civiliter an agi possit ab vna parte, criminaliter ab alia ex eodem facto.
- 22 Cumulari an possit civilis & criminalis actio si non opponatur a parte.
- 23 Actio civilis ad vindictam an tollat criminalem.
- 24 Acta & sententia in iudicio civili an faciant fidem in criminali.
- 25 Sententia lata in iudicio civili descendente ex violentia an faciat fidem in criminali, vel e contra.

- 26 Exceptio spoliij alterius rei impedit iudicium civile per actorem intentatum, donec exceptio spoliij sit probata, secus si esset exceptio spoliij eiusdem rei.
- 27 Spoliij ultimum purgari debet.
- 28 Spoliator agens cui opponitur spoliatio per modum exceptionis non auditur, nisi restituat rem ablatam, licet non cogatur per iudicem restituere.
- 29 Spoliij si non opponatur per reum excipiendū, sed reus agat reconueniendo super utroque spolio proceditur.
- 30 Spoliationis exceptio impedit processum.
- 31 Spoliij exceptio à tertio facti quando agitur criminaliter à iudice admittitur, & prodest, secus si civiliter agatur, quia solum actoris spoliij admittitur.
- 32 Interdictum unde vi competit non solum ad restitutionem rei ablatae, sed etiam ad damna & expensas.
- 33 Interdictum unde vi competit etiam quod qui venerunt ut spoliarent possessionem non abstulerint, sed damna tantum intulerint.
- 34 Spoliij non dicitur purgatum per spoliatorem nisi restitutio facta sit usque ad obolum.
- 35 Spoliatus à tertio, & agens contra eum ad quem res peruenit qui contra illum agit petitorio pro eadem re, debet ante omnia restitui, & petitorium suspenditur, secus si agatur pro alia re, quia tunc non suspenditur petitorium nisi contra spoliatorem.
sed alio quouis modo mulierē, dum nõ sit meretrix fa-
mosa, sius publica stuprauerit, puniatur in libris centis
tertiolõrũ. Recito quia cõtingit sepe dubitare, ut in
65 strā videbis de verbis eius, & ideo quod qui voluit tueri ac-
cusatos de violento coitu à pœna statuti, semper dicunt
quod mulier erat inhonestā, & licet partes acuatoris
vel fisci essent probare qualitatē statuti in hoc, id est,
honestatē iuxta dicta Bar. in l. j. §. si quis neget. col. pe.
versic. ideo debet esse aduocati. ff. quem ad. testa. aper.
Practica tamē est in contrariũ, quia accusati semper
capitulat inhonestatē sub eo fundamēto quod quilibet
presumitur honestus. l. merito. ff. pro soc. & ita Ce-
66 pol. consil. lvij. in fi. quod ideo ibi dicit quod per cõpli-
ces delicti, etiam potest probari ista inhonestas, quia ex
latere fisci honestas non est probata, nisi per præsum-
ptionem d. l. merito. quæ verba sunt not. Adde tamē
quod forte hæc probatio non procederet vbi isti com-
plices attestarentur de coitu punibili, iuxta cõsil. Alex.
clvij. in prin. vo. v. & facit circa probationem inhone-
67 statis. glo. in c. vidua. xxij. dist. quæ dicit meretricem
esse illam quæ admisit vltra viginti tria millia hominũ.
de quo vide Alber. in dictionar. suo, in verb. meretrix.
& Bal. consil. cccclxv. col. ij. vol. iij. & Genes. c. xxxvij.
68 post med. Facit etiam ad d. probationem inhonestatis, quod
paupercula mulier præsumitur facillè in corpus suum
peccare. l. pen. C. de specul. lib. i. xj. Item male præsumi-
tur de muliere quæ mercimoniis publicis præest. Et
de aliis quæ habentur in l. humilem. C. de incest. nup.
presumitur etiam incontinens cuius mater incõtinēs
fuit, vel pater. l. j. dist. per totum, & per lo. Andr. in c.
69 semel malus. de regu. iur. in vj. item non præsumitur
raptus quando aliàs cognita fuit mulier. Paul. de Cast.
in consil. cccij. viso dicto statuto, & per Marfil. in re-
perto. suo. l. maritus. col. fi. ff. de quæst. Dicam latius in
materia raptus vbi vide: Et quia iuste & iniuste sepe
probationes inhonestatis reddebat impunita hæc ma-
lèficia ram nefanda, ideo factũ fuit decretum per Chri-
stianũ Regem, & aliud latius per ducem Franciscum
secundũ, per quæ inhonestas non poterat probari, &
70 probata non releuabar quado mulier habitabat cõ pa-
tre vel matre, & aliis multis de quibus in eis, & in fin.
71 decreti ducis, etiam talis coitus in meretrices punitur
etiã vltimo supplicio atbitrio iudicis, cõtinetur etiam
sub d. legib. portatio armorũ, ut dixi supra. Et an præ-
72 tor possit proclamari facere, ut portans arma possit
torqueri. vide Parid. char. 57. col. vlti. & in quibus casu-
bus sit licita portatio armorũ, vide ibidem char. 89.

colum. vlti. & seq. vbi de aliis, & per Doct. in cap. j. §. si
quis rusticus. de pace tenen. maxime Afflic. qui quasi
73 facit tract. circa portationem armorum. Adde quod
in dubio dum de vi loquimur præsumitur priuata, &
74 differensiam esse inter violentiam, & actum vi fa-
75 ctum. Et quod dicitur vbi violentia efflicita, licet non est
resistero, ponit Dec. in regu. hoc iure. ff. de reg. iur. Et
76 ad prædicta etiam expedit scire quomodo probetur
copula carnalis. in quo vide text. ad hoc factum in c.
propterea. de testi. vbi vide omnino, & texti in c. lite-
ris, de præsump. vbi quando solus cum sola, & nudus
cũ nuda visi sunt, sufficit. & late Dec. cõsil. cccclxxxvij.
col. ij. intelligo tamen inter potētes iuris præsumptio-
nes. ita Abb. & But. in d. c. præterea. si bene vides, natu-
ralis enim præsumptio tollit præsumptionē iuris. l. di-
uus. ff. de restitu. in integ. & est glõs. in c. si quis acceperit
xxxij. q. j. & Host. in c. cõtinēbatur. de despon. im-
puber. in verbo. firmanerit. & dixi supra in tit. de de-
licto. ad fin. Et quia supra in prin. huius tit. col. j. dixi
77 vi compulsua, non ab re fuerit aliqua exemplā subit
cere, quæ non ita pridem in factis euenerunt, & in
primis ponam illud Zaffaroni Mediolanensis, cuius
collo impositus fuit à quibusdam mercatoribus Vir-
centinis qui ab eo se deceptos, & omni substantia spo-
liatos, assercbant, laqueus ferreus in Germania mira-
rite constructus ad nocendum, & clausus modo ita
subtili, ut nemo artifex, in hac ingeniosissima Medio-
lani ciuitate, in qua mira sunt omnia, repertus fuerit
aptus ad eum dissoluendum, & per mercatores posita
fuit scriptura in manibus Zaffaroni in qua moneba-
tur, si volebat liberari, mitteret in ciuitatem Vicentia-
nam, sex mille nummos aureos in ralem locum vbi
reperisset clauem qua laqueus dissolueretur, Zaffaroni-
nus tamen præter opinionem illorum, qui quærebant
eum afficere cruciati, & pecunias extorquere, non au-
tem occidere, infra tres horas extremũ diem obiit, eo
quia laqueus collum arctius premebat. Hoc idē con-
tigit cuidam mercatori in ciuitate Genue, qui deco-
xerat non fortunæ vitio, sed paupertatis simulatione,
ut ad eius libitum creditores etiam inuiti eum eo de-
creditus transigerent. Isti casus sunt comprehensũ, ut di-
xi in l. Iulia. de vi publi. & priua. vbi ff. eodē titulo. qui
cõtra. in princip. & in specie de iniuriante in collum la-
queum iam dictum, vel quid simile, ad eruciandũ, ut
fiat extorsio, est tex. ibidem in l. lul. in secunda. ibi aut
quid in collum iniiceret, ut torqueretur, ex quo text.
concludit quod nihil sit quod prius factum non fue-
rit, & tenentur etiã de homicidio secuto præter opi-
nionem illi Vicentini, vbi dicam pauld infra, & est ma-
teria l. diuus. vbi Barto. ff. de scar. & dixi supra loco suo,
78 in materia homicidij. Aliud exemplum habes in mili-
tibus, siue, ut melius loquar, in latronibus qui mille mo-
dis homines captiuos cruciant maxime adstringen-
do genitalia, ut pecunias extorqueant ad mortem et-
riam eos deducendo, de quo & eius pœnis vide per
Salicet. in l. si ab hostibus. C. de capti. & dixi supra in
tit. de captu. Aliud exemplũ pono in casu qui diebus
proximè præteritis contigisse dicitur in iuvene, ut di-
citur deprehensio vna nocte in lecto cum puella, à fra-
tribus puella; qui eũ armis & minis cõegerunt ad cõ-
trahendum matrimonium cum puella. Nam omnem
obligationem extra contractum matrimonij lex re-
79 scindit. dict. l. qui cõtra. in princip. & t. matrimonium
ipsum reddidit nullum ipso iure, ita vt cum alia possit
liberè matrimonium contrahere capitu. significauit.
& ibi Abb. nota. de eo, qui duxit in matrimo. & Abb.
in capitul. cum locum de sponsal. & matrimo. & licet

plena securitas interuenire debeat in matrimonio.
 80 d. c. cum locum tamen hoc casu requiritur metus mor-
 tis, vel cruciatus corporis. e. veniens. quod sequitur d.
 c. cum locum. & ibi Abb. consideratur tamen qualitas
 personæ, an sit iudici; licet non interuenit tantus
 metus. Deci. in regula, in omnibus causis. de regulis
 iuris. & in c. si iustus metus. de appel. & in cap. causam
 matrimonij. colum. j. de offic. delegati. Et quando in-
 teruenit cruciatus ipse, res nullam habet difficultatē.
 81 Interpositas. C. de acti. quando t̄ verò interuenit me-
 tus cruciatus & verberum, adhuc idem Bal. in d. l. in-
 terpositas. circa fi. & Alexan. apertè ita consuluit con-
 sil. xliij. colum. iij. secundum. volu. iij. & est textus
 in l. continet. in fi. ff. quod met. cau. & dum Alex. in d. l.
 interpositas. notat requiri metum mortis, clarè etiā
 loquitur de metu verberum, non de ipsis verberibus:
 & est veritas ipsa, & non solum minæ mortis inferen-
 da, vel corporis cruciandi, hunc metum ostēdunt, sed
 82 etiā aliæ circumstantiæ: & ideo totum hoc relinqui-
 tur arbitrio iudicis. gl. & Bal. in d. l. interpositas. Alex.
 in d. consil. colum. iij. & ibi vide Corn. consil. xlj. volu. ij.
 & vide omnino Dec. in dicta regu. in omnibus causis.
 versu. venio ad secundum. & ibi habes quod ex indi-
 cii & præsumptionibus iudex arbitratu interue-
 nit. & in apostilla ibi apparet etiā, t̄ quod verificatur
 probando potentiam & malam consuetudinē ho-
 minis, ex qualitate etiam facti non apparentibus ali-
 ter minis, nec ex alio actu extrinseco de violētia ipsa,
 actus dicitur factus metu mortis, vt in casu, de quo su-
 84 præ in quo t̄ est nō appareret de minis, nec de aliqua
 violentia, nec de aliquibus armis presentibus: Tamen
 si fuit factum matrimoniu in actu, quo fuit deprehen-
 sus cum puella, dicitur factum metu mortis inferen-
 dae de facto. Causa est in l. nec timorem. ff. quod met.
 cau. in versu. proinde. la secunda. quem tex. omnino no-
 ta. Et armis & minis interuenientibus non minus iu-
 re optimo fratres puellæ essent plectendi de vi publi-
 ca vel priua. quàm iuuenis de stupro, si tamen virgo e-
 rat. d. l. qui coert. in prin. & d. l. lege Julia. cum simili-
 bus. Dixi, quod ex præsumptionibus & qualitate facti
 85 præsumitur metus. Addo, t̄ quod vbi præsumptio est
 contra illum, qui allegat metum ratione loci, vt puta,
 quia illatus dicitur in ciuitate Mediolani, vel in aliis
 ciuitatibus eius domini, in quibus Senatus seuerè
 procedit contra facinorosos, & gubernaculum iusti-
 tiæ tenet rectum, vel militet præsumptio alia ratio-
 ne, tunc requiruntur clariore probationes. l. non est
 verisimile. in prin. ff. quod met. cau. & ibi Barr. ex quo
 habes notare, quod quamuis sumus in materia diffi-
 lis probationis, vbi aliæ coniecturæ sufficiunt, vt in
 hac materia, sicut dixi supra, & per Com. consil. lxvij.
 in præsentis quæstione. Si tamen militet præsumptio
 86 iuris in contrarium, t̄ requiruntur probationes luce
 meridiana clariore. sicut in criminalibus. Quam cō-
 clusionem etiam ponit Barto. in l. sciendum. columna
 penultima. circa princip. vbi allegat d. l. non est verisimile.
 ff. de verborum obligationib. est text. in l. si ex-
 traneus. ff. de condictione ob. causi. Alexand. post glo. in
 l. transactionem, quæ domini. C. de transactionibus.
 & consil. cxxxj. in casu prædicto. in ij. colum. volumi-
 ij. Abb. consilio xj. in ij. colum. Abb. & Felin. in c. quia
 verisimile. de præsumptionib. Doctores in d. l. si ex-
 traneus. & Alexand. consil. xxiij. volum. circa fin. Et fa-
 cit dictum Specu. in tit. de probationib. §. fina. versu.
 87 not. vlti. vbi dicit, t̄ quod tali casu debet probatio fie-
 ri per tres idoneos testes vel duos omnino excellen-
 tes. Et licet dederim exemplum, in quo iuris præsum-

ptio est contra allegantem metum, quando actus, pu-
 ta, contractus esset celebratus in ciuitate, vt supra, ta-
 men etiam ratione personæ talis præsumptio militat,
 vt in clerico, qui diceret fecisse metu, iuxta gl. de non
 alien. aut permur. in §. economum. in verbo, de gene-
 88 rari. que dicit, t̄ quod genus clericorum auidax de-
 bet esse, cum defendatur lege Dei, quæ dicit, Nolite
 tangere Christos meos, id est, sacerdotes, vnde securi
 sunt ex hoc §. sancta. in lit. de rer. diuis. & multo ma-
 89 gis militat in principe: quia vbi, t̄ in loco est princeps,
 non præsumitur metus. l. j. & ibi Bal. C. de his qui per
 90 me. iud. Item non t̄ præsumitur dolus, vbi est prin-
 cept Bal. in l. rescripta. col. iij. C. de precib. Impe. offer.
 91 Alex. iij. vol. consil. lxxij. col. ij. Item t̄ nec dolus, nec
 metus præsumitur in præsentia iudicis. Barr. in l. j. C.
 de præd. decur. l. x. Bal. in l. pacta nouissima. C. de pac.
 92 In quo t̄ & quando interuenit præsentia propinquo-
 rum. vide la. in §. quadrupli. in lit. de act. & Deci. in
 d. regu. Doctores in l. transactionem. C. de transact.
 Paul. de Cast. omnino consil. cclxxv. Alciat. in tracta-
 tu præsumpt. char. 378. & charta 380. nec præsentia
 cuiuslibet iudicis facit cessare metum, vt per la. in tit.
 93 qui seu. da. pos. col. iij. Addo, t̄ quod vbi est copia ho-
 nestarum personarum, ibi non cadit præsumptio me-
 tus. Ang. in l. quarto. §. seruum. ff. de adilit. edicto. Et
 94 facit etiam, t̄ quod si testis deponat super non ve-
 risimili, non probat nisi assignet etiam non interroga-
 tus rationem. cap. super hoc. de renuntiation. & ibi
 D. Anton. & Aret. in cap. tertio loco. col. iij. ver. pro
 95 quò facit de proba. Et quomodo t̄ purgetur metus,
 ponit Decius in dicta regula in omnibus. Addo, quod
 96 solutio t̄ facta cessante metu: iuxta l. j. C. quod me-
 tus cau. non purgat, quando ille soluit metu perituri
 in contractu adhibiti, secundum Bartol. & alios in
 dicta l. ij. & la. in l. si ob turpem. ff. de cond. ob turp.
 causi. vbi la. de metu loquitur in tertia limitatione,
 quando arctante statuto soluitur: & de arctato à iura-
 mento ponit in specie Aret. consil. xliij. col. penult. versu.
 97 sed restat. & t̄ iuramentum in ipso contractu inter-
 ueniens non valet, sicut nec valet contractus ipse, vt
 ibi charta penult. & fin. Nec obstat clausula, quod
 98 iponte t̄ & non metu, etiam quod esset iurata, vt per
 99 Aret. ibidem. Et t̄ ad hoc ostendendum quando ad-
 est causa non consentiendi, quod non dicatur quis
 consentire, & ratificare. Formo quæstionem, quam
 100 habui in facto, t̄ Quidam in feudum accepit ca-
 strum suum à principe per metum, deinde ei infer-
 uuit, & fuit fidelis ac bonus vassallus iuxta iuramen-
 tum fidelitatis, de quo in titu. de forma fidelit. & seq.
 de noua for. fidelit. & iuxta titu. in quibus causis amit.
 feud. in fin. inuestituræque accepit, siue mortuo do-
 mino infra annum, siue fuerit successor vassalli infra
 alium annum, iuxta text. quæ fuer. causi. benefi. amit.
 §. j. & ij. dicebam, quod per ea non approbauerat
 contractum feudi metu factum per prædicta, nec pon-
 derabam quod causa metus durasset: quinimò dice-
 bam, quod et si cessasset, tamen non videbatur con-
 sensisse, sed ea fecisse, vt minus sibi obesset, & ne per-
 deret feudum: & quod ita loquuntur Bartol. & Alex.
 in dicta l. j. Nam volunt, vt solutio ex intervallo tollat
 metum, nisi duret causa metus: deinde quod et si cesset
 tamen non sequatur approbatio vbi possit alia con-
 iectura capi, & causa considerari. Aderat etiam aliud
 in casu, de quo supra, quod feudatarius volens de feu-
 do in filiam feminā disponere, impetrauerat cōces-
 sionem à principe: ad quam respondebam idem in ef-
 fectu: & precisè diceba, quod ita fecerat, ne dominus
 insistent

insistent, quod esset verè feudum & legitime contra-
 ctum, ipsum feudo priuasset. Est verum, quod Paulus
 de Castro in d. l. ij. dicit, quod causa debet esse proba-
 bilis: nec quiescit animus, quod esset probabilis, ex
 quo securæ erant plures recognitiones, non solum
 subduce Philippo, qui metum intulerat, sed etiā sub
 aliis Sfortianis ducibus, & successiue sub Rege Gallo-
 rum: conuerto me tamen ad causam metus, quæ du-
 rabat sub omnibus, quod tollit omnem difficultatē,
 & maximè sub Rege, qui non tolerasset allegari ducem
 Philippum, non fuisse verum ducem, & metum
 intulisse, quia prætendebat ipse nescio quod ius in do-
 minio Mediolani ex persona Valentinae sororis ducis
 Philippi, propter obitum ipsius ducis abique filiis
 masculis. Erat fauorè Pallauicorum, qui donati
 erant iure ab Imperatoribus, tamen metu se
 recognouerant à ducibus Sfortianis tituli feudi in
 forma, Et successiue fecerant cum omnibus ducibus,
 quæ solent feudatarij facere cum dominis suis, vt per
 ea non diceretur purgatus metus, cōsuluit Decius
 late consilio cccclxxvij. & consil. cccclxxvij. vbi vide:
 Et dicebam in ea quæstione, quod et si hinc de ali-
 qua dici possent probabilitate, tamen erant capienda
 coniectura, quod ideo se recognouerant, & alia vt
 supra, fecerant, ne etiam feudum ipsum ponerent in
 magno discrimine, & sic amitterent non solum ple-
 num ius, sed etiam vile, redeundo iterum ad notata
 per Bartol. Alex. & Paulum de Castro in dicta l. ij. Et
 101 aduerte, t̄ quia in donatione est facultas donatarij
 se recognoscere in feudum, & ita seruiturum impo-
 nere in re sua: quia in ea quilibet est moderator &
 arbiter, etiam in abutendo iuribus vulgaribus, sed in
 feudo attenditur prima inuestitura, vt per Curium
 Juniores in tractatu feud. charta 19. colum. ij. versu.
 102 septimo. & alibi sæpe. Aduerte etiam, t̄ quia in do-
 natione, secuto postea contractu feudali, per impres-
 sionem etiam attenditur donatio, & non inuestitura,
 nec sequentes, vt per Jacob. in tract. suo feud. charta
 41. colum. j. versu, item in materia, & Deci. vbi supra.
 103 Dixi quomodo purgetur metus, Quæro t̄ quomo-
 do ratificetur actus metulolus ex non contradic-
 tione perseverando post cessatum metum, & quantum
 tempus requiratur, vide Abbat. in cap. j. quod metus
 causa. colum. fin. Et in effectu tempus illud est iudici
 arbitrarium, vt ibi, & per Alex. consilio xlviij. & xlviij.
 volum. iij. & Corn. consilio xlj. in ij. volum. & vidi
 rescindi in Senatu venditione metu & per impres-
 sionem extortas, post quas etiam securæ erant libera-
 tiones, & crida de bonis, in quibus non contradixerat
 extortus, quia durabar timor, ne in manus impij ite-
 rum caderet. Ad quod facit tex. in l. j. §. si quis vitro. ff.
 de q. quia aderat causa, quare non contradicebat, quæ
 erat vt dixi, ne iterum caderet in manus viri illius, iuxta
 dicta supra post Bar. Ale. & alios in d. l. j. C. quod me-
 cau. & dicta Bart. in l. j. §. si quid tamen. ff. quod vi aut
 clam. & ea, quæ ponit Bald. in suo diuino consil. schif-
 matis. Nō alienū esset ab hac materia loqui de crimi-
 104 ne priuati carceris, t̄ quod comprehenditur in d. l.
 lege Julia. de vi publi. & priua. si vide illas leges: sed
 quia dixi in materia capture, ideo consulo nūc præ-
 105 termittam operæ pretium etiam t̄ esset loqui de con-
 tractibus factis cum detentis, iuxta l. qui in carcerem.
 ff. quod met. cau. Sed vt me expediam citò, vide Bar.
 ibi, & not. in l. qui à latronibus. maximè per Aret. ff. de
 testam. Sign. consil. clxxvj. Cuma. consil. clvij. Fulgos.
 consil. v. col. iij. circa fin. & consil. clxxvj. Cuma. consil.
 lxvij. colum. iij. Abb. in cap. accedens, de procu. & i

cap. ij. quod met. cau. & Aret. consil. xliij. colum. xliij.
 in fin. & seq. Curt. consil. cxxxvij. colum. j. & ij. & alibi
 106 sæpe. Et semper not. t̄ quod est purgaretur metus,
 tamen pro interesse fisci possit iudex inquirere de
 crimine; iuxta latè dicta per me in titu. supra, de fur-
 tis, vbi omnino vide: & vide etiam si cum tertio con-
 107 trahatur, t̄ quando metus est proxima causa con-
 tractus; quæ dixi supra in titu. de captura. Diximus
 metum purgari præsentia iudicis & propinquorum:
 108 quod t̄ clarum est in metu reuerentiali. & ita loquuntur
 Doctores in d. l. transactionem. vt ibi per Rimini.
 & la. Sic etiam la. in d. §. quadrupli. charta vlt. col. j.
 Sed in metu ipso actu interueniente aliud videtur,
 109 quia t̄ si inferrentur minæ & verbera, illa tollerent
 præsumptionem iudicis & propinquorum: quia in
 claris, & c. l. continuus. §. cum ita. ff. de verb. oblig. imò
 etiam metus reuerentialis non cessat, quando contra-
 heretur cum tyrāno: quia militat maior præsumptio:
 vt per eos in d. l. transactionem. Faciunt tamen dicta
 Dec. in contrarium in d. regu. in omnibus causis. col.
 ij. versu. & in ista iuridice tamen loquendo verum est,
 quod hæc præsentia nihil operatur, vbi appareret ex
 maioribus probationibus & coniecturis metum in-
 teruenisse, iuxta dicta supra: & ideo secundum Dec.
 præsentia tollit metum, si etiam concurrant plures
 testes, qui deponant de libera voluntate, & de matri-
 monio metu contracto, vide Alexand. in consil. xlvij.
 volum. iij. & consilio præcedenti, Decium cxxix. &
 consilio cccc. Corneum consil. xlj. vol. ij. & de metu
 reuerentiali, maximè in matrimonio, vide Decium in
 cap. causam matrimonij. de officio delegati. & la. son.
 110 in dicto §. quadrupli. An valeat statutum t̄ præsumes
 contractum etiam iuratum metu vel dolo factu fuisse
 per Bartol. tenet valere, & tolli iuramentum, in l. om-
 nes populi. col. x. ff. de iusti. & iure. Alexand. in vj. vol.
 consil. cxxvj. colum. ij. Bal. in ij. vol. consil. cccclxxxvij.
 & iij. volum. consil. cccclxxxij. & consil. cxxij. in ij.
 vol. la. in auth. sacramenta puberum. colum. fin. C. si
 aduer. ven. qui tamen pessimè allegat consilia, & di-
 cunt plerique Doctores illustres ita seruari, vt refert
 Corn. in d. authen. licet ipse aliter testetur, p̄not etiam
 facit Caccialup. in d. l. omnes populi. Satis etiam sequi-
 tur Deci. consil. cccclxxxij. in fine. licet dicat quod
 possent dici multa super hoc. Imò in d. cap. cum con-
 tingat. de iure iuran. tenet contrarium, & sequitur Fel.
 in cap. ij. col. xj. de sponsal. qui dicit communiter te-
 neri distinctionem Imol. ibi: & vix aliter in prætica
 possit sustineri. Est tamen aduertendum, quod q. lo-
 quitur, vbi statutum præsumit super contractu: sed si
 præsumeret super iuramento, vt est statutum Romæ,
 super quo non ita pridem consulimus D. Sfondratus
 doctor admodum excellens, nūcque meritisimus
 cardinalis, & ego in causa maxima, tunc res esset clara,
 quod non valeret statutum, Abb. in cap. ecclesia sana-
 etæ Mariæ. de constitutionib. versu. septimus casus,
 quod tamen non considerauit Decius in dicto con-
 silio. Est tamen aduertendum, an seruetur de facto, &
 an sit confirmatum per Pontificem, iuxta consilium
 Aretini octauum, & alibi sæpe. Addo quæstionem
 quotidianam in materia metus, Mulier quædam re-
 nuntiauerat t̄ iuribus suis dotalibus in manibus fra-
 tris: quia frater minabatur velle eam accusare de cri-
 mine capitali: & apparebat, quod hæc causa renuntia-
 uerat, vnde petebat rescissionem transactionis super-
 inde factæ, Quæro an rectè peteret: de hoc est casus
 in l. accusationis. C. quod metus causa. quæ clarè
 vult, vt timor accusationis factæ vel sciendæ non fa-

ciat actionem quod metus causa. competere ad rescindendum contractum: & ratio est, quia timor à iustitia provenit, ex quo pendet omne periculum à iudice, de quo lex confidit, vt declarat Paulus de Castro ibi, in principio, vsque ad versiculum, quid si accusatio. & in eo versiculo, quid si accusatio. etiam ampliat Paul. de Castro, vt procedat, dato quod accusatio esset iniusta siue calumniosa, vt putat, quia crimen non commiserit mulier, vel non potuisset procedi: verum tamen vult, vt si accusatio esset calumniosa, datum possit repeti, per l. in summa, in principio. ff. de conditione indeb. vbi casus, qui tamen loquitur de manifesta calumnia. Item procedit hoc, dato quod transactio sit facta in casu licito, iuxta l. transigere. C. de transact. ita glo. in l. si quidem. C. de contrahenda & committit. ip. & gloss. in d. l. accusacionis. & alibi. Et an t. & quando pecunia data vel dimissa causa transacionis timore, vt supra, siue vt figeret remissio alicuius delicti, possit repeti. Vide Salic. in l. transigere, in penult. quest. C. de transacion. qui vult ponens questionem in reo promittente, non in dante, vt possit accusator petere promissa, vbi licite facta fuerit transactio. Quod quando sit, est casus ibi in dicta l. transigere, ergo magis dicendum est non posse à reo repeti: dicit tamen Salic. quod nihilominus accusator incidit in poenam Turpilliani, & turpiter facit de sistendo, per dictam l. si quidem, cum glossa. C. ad Turpillianum. Nam in eo textu ponitur primò casus, secundum quem non potest repeti datum, siue potest agi ad promissum, deinde alius, secundum quem potest repeti datum. & glossa intelligit primum casum quando transactio facta est in casu licito. Secundum verbò, quando est facta in casu illicito: Sic etiam quando sumus in casu non licite transacionis, accusator, qui pecunias hac de causa accepit punitur l. Imperatores. ff. de iure fisci. aliàs secus, vt notatur in dicta l. transigere. & vide ad hoc omnino gloss. in dicta l. accusacionis, & accufatio non sit calumniosa, vt pecunia non possit repeti, nisi accusator contraueniret transacioni, quia nihilominus nõ desisteret à procedendo contra eum, vide etiam Bart. in l. arthetas. §. ff. de his qui notantur infra. qui voluit ita loqui, quia allegat gloss. in dicta l. accusacionis. & re ipsa Bartol. voluit dicere, quod qui dat pecunias, ne quis prosequatur crimen contra eum, omni casu infamis efficitur, & illicite facit, non tamen potest repeti datum. Allegat d. gloss. in dicta l. accusacionis, & hoc est, quod voluit dicere Salicet. in dicta l. penultima questione in l. transigere, vbi tamen quis pecuniam acciperet ad solam emendationem iniuriz, non illicite acciperet, secundum Baldum in l. fin. ff. de conditione ob turpem causam. Verùm supradicta intelligo, quando accipitur vel generaliter, vt desistatur ab accusacione, vel propter remissionem odij & indignationis. Et vide etiam ad prædicta l. iij. in pri. §. si tibi. ff. de conditione ob turpem cau. Dixi etiam supra remissio, quando quis egit civiliter interdico vnde vi, vel alio remedio, an desinat posse agere criminaliter: Et an t. & quando simul vtraque via possit intentari: In qua materia dic regulam esse, vt simul non possit intentari principaliter, imò vna electa per offensum, supersedere habet in alia: de hoc est textus in l. vnica. C. quando civil. actio crimi. præiudicat, l. interdictionem. ff. de public. iudic. & in l. secunda, §. primo, ff. vi bonorum raptor. & si aliter pars faciat, & iudex, non absoluto primo iudicio, determinet secundum intentionem, potest appellari. l. j. C. de appellation. vbi

est videndus Baldus, Et supersedere habet, qui intendit primò iudicium civile, vel criminale, donec illud sit terminatum. l. damus. C. de falsi. & dicta l. j. C. de appellation. nec sufficit, vt sit lata sententia, nisi etiam illa transiisset in rem iudicatam. Ita sentiant omnes, & patet ratione: quia ratio prædictæ regulæ est secundum Bartol. in dicta l. secunda, §. primo, columna secunda, & Doctores in dicta l. vnica. & per Imol. in dicta l. interdum, quia potest sequi absolutio, quæ patet exceptionem rei iudicatæ in alio iudicio, à quo propterea supersederetur. Quæ ratio concludit, quando virtus sententiæ pendet per appellationem. Imò Angel. in l. quod Senatus. ff. de iniuriis, sentit non tantum condemnationem, quæ transiuerit in rem iudicatam, sed exactionem. Bart. etiam & omnes in dicto §. primo, loquuntur quando primum iudicium est finitum. Et notabilis questio nunc pendet in hac materia, Egit quis de falso contra suum negotiorum gestorem, & quidem criminaliter, & iudicium præcedentibus, illum fecit in carceres conici & examinari: deinde ipse vitio probationum, quæ debent esse clarissimæ, iuxta l. sciant cuncti. C. de probation. civiliter illum fecit condemnari ob præsumptiones, iuxta not. in l. iubemus. C. de probation. & quæ dixi supra sub rubrica, quomodo procedatur per actionem in delictis. circa fin. quod tamen non potuit facere: quia sententia debet esse conformis libello, nisi fuisset princeps vel Senatus, cap. licet Heli. & ibi Feli. de simon. reseruat tamen iure fisco agendi criminaliter, & parte accusante emolgentem sententiam, condemnato verò appellante: Modo queritur, an etiam competat ius accusandi criminaliter damnatum: & clarum est non competere in terminis questionis propositæ ex quo adhuc civilis pendet per appellationem, sicut dixi, nisi paratus esset renuntiare dictæ sententiæ: Tunc non viderem, quare non possum prosequi primam accusacionem, vel secundam instituere: si etiam prosequeretur appellacionem, & succumberet, ita vt absolueretur reus, an adhuc possit criminalis intentari, in hoc recurre ad Bart. in d. §. j. & Doctores vbi supra, An sententia civilis feratur super facto, & non possit: aut quia non est probatum, & possit, vt ibi plenius per Bartol. & alios, vbi supra: Si verò obtineret, & remaneret damnatus reus, an possit adhuc criminaliter agere hoc opus, hic labor est. Videtur quod possit ex dictis Bartol. in dicto §. primo, dum concludit passim, quod si civiliter damnatus, potest criminaliter agi contra eum. & ita etiam Doctores in dicta l. vnica, secus si absoluitur: quia distinguitur, vt supra. Sed contra videtur non posse, quia egit prius criminaliter: & dum iudex, parte instante, transit ad civile iudicium, videtur absolute à criminali reum vitio probationum: quemadmodum dicimus, quando t. in carcerem positus dimittitur: quia videtur absolui, rebus stantibus, prout stant, iuxta ea, quæ dicam infra sub titul. de sententiis. versic. absolutio. numero 64. Et consequenter tunc sumus in casu, an de eodem delicto sapius queri possit, maxime instante eodem accusatore, de quo infra dicam in dicto versiculo, absolutio. Et practica est in hoc dominio Mediolani, vt possit t. idem accusator prosequi eandem accusacionem, non ex veteribus iudiciis, sed ex nouis & superuenientibus. In casu tamen proposito, ex quo propter emologationem sententiæ, in qua solum ius fisco videtur reseruatum, accusator acquiescisse videtur condemnationi civili: potius inclinarem, vt non possit prosequi amplius criminaliter causam, nisi dic-

cas quod

cas quod acquiescit in his, quæ directè erant in sententia, videlicet, condemnationi civili & reseruationi fisci: non autem quin possit redire ad criminalem ex iudiciis superuenientibus, quod erat remedium sibi à lege, siue consuetudine datum, & intelligebatur acquiescere rebus stantibus, vti stabant, aliter non: quia nec aliter disponebat sententia interpretata eo modo, quo dixi. Nam ratificatio t. non facit vt actus ratificatus plus contineat. Socin. consilio dlix. columna penultima, citat finem, & sequen. & vbi sententia fuisset reuocata, quia reus absolutus fuisset, & consequenter actus emologationis vanus redditus esset absque dubio, si sicut etiam supra dixi, possit criminalem intentare siue prosequi ex nouis tamen iudiciis: quia renuntiatio, quam videtur fecisse, non habuisset effectum, per l. si iure. ff. de lega. iij. per quem text. ita dicunt generaliter loquendo. Imol. & Rom. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. posses. re. laci ibi per Iaso. columna decima. Et quia pro concessio postui, quod sit in facultate actoris eligere civilem vel criminalem à principio, Dic quantum ad hoc, quod si civili actione velit agere ad rem familiarem, id est, ad interesse priuatum, Verum est quod posui, & omnes ita dicunt. Sed si agere intendat civiliter ad vindictam, vt in actione iniuriarum, quando quis dicit, Aestimo iniuriam mihi illatam mille aureis, iuxta dicta Bartol. in l. prætor edixit. §. primo, ff. de iniuriis. Tunc est dubium, an possit eligere talem modum agendi, ex quo paratur magnum præiudicium fisco, cum sententia siue absolutoria siue condemnatoria postea faciat præiudicium in vno iudicio criminali, ex quo vtroque modo agitur ad eundem finem. vnde Angel. in dicta l. vnica, tenuit iudicem debere impedire actorem eligentem civilem ad vindictam, allegans dictum §. j. in l. prætor edixit. Tamen Bartol. aliter tenet in dicta l. secunda, §. ait prætor columna finali, ff. vi bonor. rap. & in dicta l. prætor edixit. §. primo, & Angel. in l. quod Senatus. ff. de iniuriis & in dicto §. j. qui illum textum intelligunt continere singularem casum, quando potest agi ad vindictam civiliter, & etiam lege Cornelia de sicariis, ne homicidia remaneant impunita. Nec tamen textus in dicto §. j. vult vt passus iniuriam non possit eligere civilem ad vindictam: Sed si eligit, vult vt prætor non debeat ei illud permittere: & sic omni casu videtur licere agenti eligere. Vnde cautio est ad fiscum fraudandum, vt ita fiat, quod prætor non impediat agentem: Sicque vbi sumus in lege Cornelia de sicariis, vel in aliis delictis fieri poterit electio actionis ad vindictam. Et ad hæc vide omnino Salicet. in l. tertia. C. ad legem Aquil. & Cepol. cautela lvi. Et aduerte, quia Salicet. in dicta l. tertia, videtur hunc singularem casum restringere ad hominem occisum: & consequenter dum dicimus, ne legi Corneliæ de sicariis fiat præiudicium: quod hoc sit intelligendum non in omni capite ipsius legis Corneliæ, sed solum vbi de occiso loquitur, Bartol. verò & Angel. absolute intelligunt in omni capite legis Corneliæ. & hæc est verior opinio: quia text. in dicto §. j. ponit tria exempla legis Corneliæ. Primum, in homine occiso: secundum in homine venenato, vt occideretur: tertium in homine percusso in capite, & ita gloss. ibi explicat: procedit tamen hæc materia, vt simul non possit intentari actio civilis, & accusatio, quando hoc ab eodem fieri vellet, & ita semper loquutus sum: secus si à diuersis. Salicet. in dicta lege tertia, & ideo etiam iudice inquirente, potest pars offensa agere pro suo interesse civiliter. Sic Bald. in lege

prima, C. de appellatio. & Angel. de malefic. in gloss. nec non ad querelam. versic. quærit hic etiam, & habetur in additionibus ibidem. Nec obliuiscaris, quod est quædo agitur civiliter, & sequitur absolutio, tunc sit aut non sit præiudicium criminali actioni, secundum modum, quo reus condemnatus est, vt tradit Bartol. in dicto §. primo, lege secunda, vt bonor. raptorum. tamen quando sequitur condemnatio, semper illa fauet accusacioni. Salicet. in dicta lege tertia, & Bartol. in dicto §. primo, columna tertia, ibi, si verò sequitur sententia condemnatoria. Et an acta t. facta in vno iudicio faciant fidem in alio: Dicitur facta in causa civilis non facere fidem in criminali. Bartol. in dicto §. primo, quia secundum eum, probationes in criminalibus requiruntur luce, & c. l. fin. C. de probationibus, quæ regula procedit etiam in sententia, quæ quamuis faciat notorium, capitul. fin. de cohabit. cleric. tamen eius virtute non possit quis puniri. Ita Abb. in cap. at si clerici. de iudic. in prin. & Innoc. in capitul. qualiter & quando. el. secundo. de accus. ad fin. versic. respondeo ad obiectum, dicens quod facit notorium quo ad illum actum, super quo lata est: faciunt tamen iudicium ad torturam. Angel. in lege tertia, §. si quis dolo. ff. de tabu. exhib. Sic sentit Bartol. in dicto §. primo, dum allegat l. capite quinto. & Abb. in eo loco allegando dictam l. si quis dolo. Sed non procedit hæc conclusio in confessione: ita communiter tenetur, vt dicit Aretin. in dicto capitul. qualiter & quando. licet Socin. consilio octauo, teneat oppositam opinionem Socin. etiam videtur tenere Bartol. in lege prima, ff. de offic. procon. Et faciet fidem confessio in alio iudicio criminali, licet sit facta in iudicio summario. Felin. in cap. causam. el. primo. de testibus, & etiam quod sit facta incidenter, Aretin. in dicto capitulo at si clerici. ad fin. & etiam Abb. vbi omnino vide, in capitulo secundo, in tertia columna, de confes. & Feli. in capitulo primo, in quarta columna, de except. nisi esset ficta: quia tunc nec in iudicio summario, nec plenario, nec principaliter facit in iudicio criminali fidem. Bartol. in l. eius qui delatorem, ad fin. ff. de iure fisci. Roman. singulari incipien. si confessus. 7. charta. & per Moder. in lege secunda, C. de edend. Secundò principalis conclusio non procedit, vbi otiretur infamia ex prima sententiâ: quia hoc casu possit iudex in alio iudicio punire hunc infamem qualibet in re, qua puniri quis solet ratione infamie, puta, eum repellendo à testimonio, iuxta capitul. testimonium. de testib. & priuando eum dignitate, iuxta l. ij. C. de dignit. libro duodecimo, & l. iudices. eodem titul. ita Abb. in dicto capitul. at si clerici. & ratio est, quia infamia sequitur infamem, sicut lepra leprosum: sic etiam excommunicatio sequitur excommunicatum, vt licet alio proficiatur, nihilominus debeat euitari. capitul. ad reprimendum. de offic. ordin. Tertio prædicta conclusio non procederet, vbi ferretur sententia absolutoria. Ita Bartol. in dicto §. primo, in quo vide Abbat. distinguentem in capitul. de his. de accusat. Quarto prædicta conclusio non procedit econtrariò, quando sententia esset prolata in criminali, Ita Bartol. in dicto §. primo, qui ita videtur velle non considerata distinctione, an ad eundem finem vel alium. Deci. in lege secunda, C. de edend. columna penultima, tenet cum eadem distinctione, an ad eundem finem, & faciunt fidem aliàs non: & ostendit sic velle Bar. in dicto §. j. Alex. verò & Ias. in d. l. ij. vult vt aliud non sit considerandum, nisi an causa ita se habeat ad aliam, vt sententia lata in vna faciat

fidem in alia. Sic etiam Fel. in cap. causam quæ. col. ij. de probat. vers. declara. tertio. Quinto prædicta conclusio non procedit quo ad imponendam penitentiam. Ita Abb. in d. cap. at si clerici. col. j. & idem etiam D. Anto. de But. in quo vide Fel. in cap. causam. et primo. de testib. col. vij. Vltimo potest limitari à cessante ratione quando in iudicio civili essent factæ liquidissime probationes, & adhibita ea diligentia, quæ adhiberi solet in criminibus. Et prædicta locum habent, quando quærimus, si an acta facta in iudicio civili, faciunt fidem in secundo criminali, & econtra. Sed quid in eodem iudicio putat, agitur civiliter pro crimine, sunt probationes, iudex vult postea punire reum criminaliter, non mutato iudicio, in causis, in quibus potest, ut si sit princeps, qui non habet rationem regulæ cap. licet Heli. de simo. An possit ex eisdem probationibus, & in iudice priuato, qui tenetur seruire regulam d. cap. licet Heli. Abb. tener idem, ac si essemus in alio iudicio, tum ex ratione. l. ciant cuncti. C. de prob. tum quia iudex non potest ferre sententiam. d. c. licet Heli. & idem in confessione. c. j. de except. vide Dec. Fel. & Aret. in d. cap. at si clerici. & Felin. in d. c. licet Heli. & Fel. in c. j. de accusa. ad fin.

Tit. de Raptu mulieris.

S V M M A E.

- 1 Raptus mulieris acrius per legem punitur, quam alia violentia priuata vel publica, & quæ pena raptor puniatur.
- 2 Rapiens monalem, vel solam tentans qua pena puniatur iure communi: & cum eam habens, per decreta Mediolani pena capitis puniatur.
- 3 Raptus requirit amotionem de loco.
- 4 Raptus, & violentia in muliere eadem pena puniatur per decreta Mediolani.
- 5 Rapiens mulierem puniatur pena statuti Mediolani, si vim illi intulerit: sed si violentiam rapuerit, licet vim parentibus intulerit.
- 6 Rapiens mulierem violentem non puniatur corporali pena Mediolani.
- 7 Rapiens mulierem violentem presumitur eam sollicitasse deus & artibus: & licet negatiuam probaret, scilicet, non sollicitasse, & propterea puniri non possit lege vel statuto, tamen castigandus esset.
- 8 Rapiens per vim mulierem, licet vi non stuprauerit, vel etiam probauerit libertatem, quod poterat ire, & quod aperta erant ostia, tamen comprehenditur in statuto Mediolani puniente raptorem & stupratorem, licet ad impetrandam gratiam talis probatio prodesset.
- 9 In honestas quomodo probetur in muliere.
- 10 Rapiens per vim vel stupras mulierem, quæ adulterium, vel stuprum iam commississet, & non meretricio more puniatur pena capitis per statutum Mediolani.
- 11 Meretrix quomodo cognoscatur, & que sint signa.
- 12 Adulterium quomodo probetur.
- 13 Adulterij præiudicia que sint.
- 14 Raptus de iure communi puniatur pena mortis secundum communem opinionem.
- 15 Raptus dicitur mulier de iure communi etiam volens, licet qui donis eam sollicitauerit, non puniatur pena statuti Mediolani de rapiente muliere.
- 16 Violentia dicitur illata mulieri etiam volenti, & consensus extortus dicitur.
- 17 Rapiens mulierem gratia contrahendi matrimonij, non libidinis, ut quia præcesserit tractatus, non videtur posse puniri, nec pena iuris communitis nec statuti.
- 18 Matrimonium cum raptoe contractum ita demum valet, &

tollit penam iuris civilis, si raptus parentibus fuerit restitutus, & vim cum parentibus consentiat matrimonio.

19 Raptus causa criminali non suspenditur, donec per iudicem ecclesiasticum fuerit cognitum super causa matrimonij.

20 Raptus licitus est, quando matrimonium præcessit.

21 Raptori & raptoe creditur quod ante matrimonium contracterint, nisi signa in contrarium appareant.

22 Raptus materia per quem tradatur.

Tit. de Raptu mulieris.



V i a propter immanitatem, & frequentiam eorum, qui mulieres rapiunt, lex non fuit contenta seueritate posita in titulis, ad legem Iul. de vi pub. & priuata. Sed acriter valde eos puniendo edidit legem præcipuam, §. item Iex Iulia. vbi vide, in stur. de publi. Ideo principaliter de ea materia aliqua dicam: vide ante omnia l. vnica. C. de rap. vir. vbi Imperator seuerè multum punit raptores quarumlibet œminatum, nisi sint meretrices: præsertim disponens, ut possint interfici inuenti in ipsa rapina à parentibus, & earum cõsanguineis; bona amittant, quæ eis feminis applicentur, & non possint raptores contrahere matrimonium cum eis, & imponit magnam penam parentibus remittentibus iniuriam. vide etiam §. fin. autem per vim. in stur. de pub. iud. & l. raptores virginum. C. de epis. & cle. propter quæ non fuit superflua d. l. vnica. ob multa, quæ addit, vt etiam in glos. d. l. vnica. vide etiam ¶ quo ad raptores monialium. l. si quis non dicam rapere. C. de epis. & cle. vbi etiam puniatur solus co-narus, & de coitu monialis dicam infra, maxime quia in hoc dominio habemus decretum puniens penam capitis habentes rem cum monialibus: propter quod tempore Christianissimi regis vidi quendam laqueum suspendi. Erne terminos ignoret, ¶ dic quod raptus requirit amotionem de loco ad locum. Bal. in l. sed eximendi. in prin. vbi Alex. ff. ne quis eum qui. Paul. de Cast. in d. l. raptores virginum. vbi allegat Gand. & Alber. in d. l. vnica. ad fin. & Commens. cons. xc. Vnde si sit violentia in lecto, vbi reperitur, non est raptus, sed ¶ violentia in mulierem, quæ puniatur iure communi, vt supra dixi, lege Iulia de vi publica vel priuata, vel secundum statuta, quæ communiter disponunt circa hoc, & ex statuto nostro eadem est pena raptus, & talis violentia. Ad quod statutum aduerte, ¶ quia dicit, Si quis per vim rapuerit mulierem honestam: & licet verbum, rapere, non possit verificari nisi cum vi, dicta l. sed eximendi. vbi Alex. tamen adhuc dicit statutum, Per vim rapuerit, atque ita vt aliquid operetur, debet denotare, vt etiam ipsa violentia extrinsecus necessaria sit, non solum contra ipsam mulierem, sed etiam contra parentes, iuxta tex. in d. l. vnica. col. vlti. versic. & huic penæ. & dicta l. raptores. quæ volunt vt etiam raptus committatur volente muliere. Et hæc videtur veritas etiã ex proprio significato verbi, rapere: quod ita intelligi debet in statuto, vt Paul. de Cast. in terminis in d. l. sed eximendi. Et magis hoc est dicendum propter verbum, per vim. Et scias quod raptus committitur quo ad ipsam mulierem & quo ad parentes simul, vt in eis legibus. & ite quo ad parentes tantum, vt in eisdem. & quo ad ipsam mulierem tantum. c. de raptibus. xxxvj. quæst. j. Et hanc considerationem etiam habuit Matheslanus notabili xvijj. Et ideo si fiat quo ad eam tantum, res non habet difficultatem, quia congruunt verba statuti: Si etiam quo ad vtrumque, res est minus dubia.

dubia, sed si quo ad parentes tantum, volente ipsa, suasionibus & donis: & vt in dictis legibus, hoc opus, hic labor est. Et cum non sit proprie mulierem rapere vt dicunt Doctores, vt supra, statutum non comprehendit hunc casum. Et est decisio clara Pauli de Castro & Ang. in dicta l. sed eximendi. Sequitur ex hoc, quod si ad sit statutum, prout habemus hic Mediolani, vt nemo puniatur corporaliter, nisi lege municipali caveatur, quod stante voluntate mulieris non poterit puniri corporali pena, sed alia arbitraria: & ita video seruari. Et ¶ quando mulier non ducitur artibus, imò sua libera voluntate: & hoc posset ostendi, licet sit difficile. videtur omnino quod quamuis parentes fuerint resistentes, nihilominus iste raptus puniri non possit ex lege, & multo minus ex statuto. Et ita Bald. in dicta l. vnica. in verbo, vltimus oppono. C. de rapto virginu. Et hoc casu cessare videtur ratio dictæ legis vnica. Sed difficile esset probare hanc negatiuam, quod non habuerit dona, & quod non fuerit sollicitata, nisi per confessionem suam, iuxta gloss. in l. penul. C. de fideiusoribus. cui forte staretur, nisi esset præsumptio in contrarium, vt dicunt Doctores circa dictam gloss. & dicam infra. Vide quandam apostillam impressam ad Bald. ad dictum versic. vltimus oppono. quæ impugnat Bald. eò maxime, quia lex videtur præsumere artes & suasiones, vt in dictis legibus: & consequenter etiã non crederetur ei, & huius ego sum sententia: imò amplius dico, quod quamuis esset certus mulierem nullis suasionibus, inuitis tamen parentibus recessisse de domo cum amatore, nihilominus illum castigare acri pena extraordinarie secundum qualitatem domus & familiæ talium parentum. Et circa dictum statutum puniens, vt dixi, raptum & violentiam mulierum, aduerte. ¶ quia vult duo, vt rapta sit per vim, & stuprata: vel saltem vt sit vi stuprata. Sed operæ præcium est perquirere, an etiam illud stuprum debeat esse violentum: ita vt si non sit violentum, non simus in casu statuti punientis raptum: & videtur quod etiam debeat interuenire vis: quia copula, & ibi, & ipsam adulterauerit, vel stuprauerit, licet non repetat, & per vim: tamen reperit tacite qualitates præcedentes. l. Seio. §. Caio. ff. de fundo instruto. Alexand. quinto volum. consil. clxx. col. pen. circa principium. Idem suadet alternatiua, vel, in secunda parte ibi, vel etiam per vim adulterauerit, vel stuprauerit, cuius natura est sic declarare primam partem. l. j. ff. de rebus dubijs. & per Iason. in l. iij. §. Cato. in j. col. & seq. ff. de verb. oblig. Idem denotat implicatiua, etiam ibi, vel etiam per vim adulterauerit, vt per Aretin. notabiliter consil. clvij. col. penult. & ita semel vidi ferri sententiam cum istis subtilitatibus, quæ nullius sunt momenti: quia donec est sub potestate raptoris, dicitur ei illata vis, etiam in copula, per notata in l. ij. C. quod metus causa. & ita Barbar. consil. lxxj. colum. ij. & pluribus sequentibus, vol. j. & Caccia lup. in l. si qua illustri. charta 37. colum. iij. C. ad Officiarium. nisi in casu, vt ibi per eum. Facit l. nouissimè. ff. quod falso auth. tutor. & ita habuit pro constanti statutum, vnde oportet probare, quod etsi erat penes eum tempore copulæ, tamen libertate habebat: eundi & redeundi quod vellet, ianua & ostium parentibus: & in domo commorabatur, non secus ac si fuisset eius vxor propria. Aduerte tamen, quia statutum est contra ius commune, quo solus raptus sufficit sine copula, d. l. vnica. & d. l. raptores. & ideo statutum debet intelligi de copula etiam sine vi, vt minus lædat ius commune, vt per Felin. in cap. causam quæ. in versic.

ad illud brocardicum. extra, de rescrip. & sum in hac opinione ex hoc fundamento, videlicet, quod etiam probata libertate ante copulam, & tempore copulæ, tamen casus sit comprehensus in dicto statuto: verum tamen est, quod posset multum iuuare probatio libertatis, saltem vt facilius gratia à principe obtineretur. Quæro ¶ circa statutum prædictum, dum dicit, Si quis rapuerit mulierem honestam, Quando mulier dicitur inhonesta? In hoc vide quæ dixi supra immediate ante hunc titulum, de rapto mulieris, vltra quæ vide Bald. iij. volum. consil. ccvj. vbi dicit, quod etiam est inhonesta, & non casta, ex sola turpi coniunctione, etiam sine copula. & vide Ang. de Aret. in suo testamen. in materia quando relinquitor legatum vxori, donec castè & honestè vixerit. vbi multa. & Alber. in dictionario suo in verbo, castè, & in verbo, castitas. & Angel. in l. ij. C. quan. mul. tut. offic. & ibi etiam de verbo, pudicè. & Barr. in l. mulier. §. cum proponetur. ff. ad Trebel. & Cuman. consil. xxij. circa fin. omnino Ang. in §. cum igitur, in auth. de non elig. secund. nub. & Bar. in l. fi. C. de indi. vid. tol. Albe. in verbo, honesta persona. & in verbo, honor. & per totum tit. extra de vita & hone. cler. Sed tamen licet inhonestas generetur variis modis, videtur ¶ quod in casu nostro tantum intelligatur statutum loqui de inhonestate meretricia: quia in fin. dicit, dum non sit meretrix. & ita videtur tex. in materia nostra, iuncta gl. in d. l. vnica. ibi, virgines honestarum: quæ dicit, secus est in meretrice. Sic Pau. de Ca. in d. l. raptores. in j. q. vbi etiam distinguit: secundum quam distinctionem non semper raptus meretricis est extra nodos prædictarum legum. Bal. Alb. & alij communiter in d. l. vnica. vbi vide. & Gand. in tit. de aliquibus quæst. variis. col. ij. & ita non sufficeret ad inhonestatem probandam, quo ad terminos nostros stuprum vel adulterium, vel incestus, sed quod esset meretrix. In contrarium tamen est in terminis consil. Paul. de Cast. cccij. incip. viso dicto statuto. vbi præcisè loquitur in statuto, sicut est nostrum de verbo ad verbum: & tamen consilium, quod quia prius permiserat se stuprari, non commissus est raptus, de quo in statuto, per l. stuprum. in ff. de ritu nupt. & illud consilium etiam allegat in suo reperiitorio Hippol. in l. maritus. col. pen. ff. de quæst. Alciat. in tract. præsumpt. reg. ij. præsumpt. ix. num. 2. Et profectò consideratio supra facta verborum statuti in fine, dum non sit meretrix, nihil ad rem facere videtur, quia loquitur statutum ibi circa alium casum, quædo cognoscitur sine vi quælibet, mulier præter meretricem: quo casu vult vt habeat locum quædam pena pecuniaria: & sic etiam quod passa fuisset stuprum vel adulterium: quia non est tanti momenti dicta pena, quemadmodum si imponeretur pena capitis, vt in primo casu: & propterea non mirum si in primo casu illa honestas ita intelligitur, vt mulier non sit contaminata voluntariè prius. Tamen gl. ordi. in d. l. vnica. & in stur. de pub. iud. & Doct. ibi eas sequentes faciunt me multum dubitare: adhiberem hoc temperamentum, quod etsi probatum esset stuprum, vel, vt supra, si tamen cautè illud factum esset, & non morte meretricio, nec publice, & mulier in numero honestarum haberetur, tunc talis raptus, esset punibilis vltimo supplicio, & comprehensus in statuto, aliter seruarem decisionem Pauli de Cast. videlicet casu quo mulier facinus quod commississet diceretur, si ne verecundia fecisset, & impudica haberetur: quia dici posset, quod arti meretriciæ initium dedisset: si absolute diceremus, secundum Paulum de Castro.

QUAM sit vitium hoc abominabile, ostendit primò lex, cum vit. C. de adulte. quæ erubescens hac de re verba facere adeò obsecrè loquitur, vt vix intelligi possit, & deinde descẽdendò ad impositionem pœnæ his verbis seuerissimis vitur, iubemus infringere leges, armarique iura gladio vltore, vt exquisitis pœnis subdantur iustas qui sunt & qui futuri sunt rei. Secundo hoc ostendunt verba Barto. ibidem, qui dicit quod illa lex non consuevit legi, quia de ea loqui non est honestũ. Et tenim luxuria fornicatio non humana secundum Philo sophum, secundo ethicorũ, quem refert S. Thom. in iij. sententiarum. dist. lxx. q. jart. iij. post med. & in hoc peccato deordinatur ordinatio Dei & nature. e. adul-

terij. & c. flagitia. xxij. quæst. vij. & in eo c. flagitia. dicitur quod societas quæ cū Deo esse nobis debet, violatur cū natura cuius ipse est author libidinis perueritate polluitur, & adeò est abominabile, vt etiã apud gentiles esset de testabile. d. c. flagitia. & maius est hoc peccatum quam cum propria matre peccare. d. c. adulterij. Hinc est quod dicitur in c. offerebat. eadẽ causa & quæst. Quod Loch. obrulit stuprandas suas filias, vt detestandum hoc peccatum in aliis impediret, & legitur quod propter hoc crimen ira Dei venit in filios diffidentie. c. clerici. de excel. prelæ. quia non sic homines fecit Deus, vt se illo vtrentur modo. d. c. flagitia. & d. cap. clerici. & hoc vitium, vt ait Augustinus in sermonibus suis de Sodom. & Gomor. est illa turpitudine quam immundiciam Apostolus vocat, dicẽs, quod ab immundicia & miseria angeli fugiunt, & demones oculos claudunt, & vide consiliũ Anastasij Plati quod est vltimum inter consilia Barb. in j. vol. vbi multa dicit de abominatione hac, & quod transcendit incestũ, & omne crimen carnis. d. c. adulterij. & c. vñs eadem causa & questione. & tandem concludit quod testamentum talis non valet, licet moriatur non damnatus per notata à Bal. in l. i. C. ne ex delict. defunc. sequitur Dec. in l. si qua mulier. col. iij. C. de secun. nup. & ibi secundum Soc. non est proprię vitium hoc cum muliere, quod tamen reprobatur, sequitur etiam Platũ Alciati. in l. inter stuprum. ff. de verb. signi. Contrarium videtur tenere Ant. de But. consil. lvij. & Firmia. post Spec. in verbo, Sodomita. & intelligo quod fuit iudicatum contrarium eius quod consuluit Domin. Anastasius, & quod hoc etiã obiciebatur testamento comitis Vitaliani, sed tamen nõ fuit obtentum, sunt enim quædam crimina in quibus post mortẽ procedi etiã potest, secundum decretũ nostrum ducis Ludouici impressum in titul. de ordi. proced. in crimi. & præter illa in nullo casu potest, vt notum est, & ideo etiã stante decreto, vt bona ipsius iure sint publicata, prout adest in hoc dominio, post mortem, & hoc queri non potest, propter dictum decretũ, & de iure, vt per Cur. cõ. si. ix. & per ea quæ dixi supra in crimine læsæ maiestatis, in hoc articulo, an post mortem possit rebellis dånari stante tex. quod rebellis sit quis ipso iure extranea. qui sint rebelles, & ita circa publicationem bonorum obtinui tempore regis pro bonis D. Baptist. Sabadini. Dicit etiã August. vbi supra quod adeo hoc scelus abominabile est, vt sanctus Ioseph post habito honore domus, & amore sanguinis suos fratres incusare patri non timuerit de hoc pessimo crimine, quod ultra eũ habetur Genes. xxxvij. c. & xvij. Item secundum Augusti. vbi supra, vxor Loth conuersa fuit in statuam falsis, quia Sodomitis non procurauit resistere & subdit quod principiu tanti criminis illis ciuitatibus, quæ igne Dei cõsumptæ sunt, ortũ est a mulieribus, & homines post modum, ipse docuere, vnde exclamat contra eas dicens, o mulieres luxurię matres, nõne. sufficiebat vobis primum hominem decepsisse initium tamen huius vitij fuit ante diluuium propter quod & propter idolatriam Deus destruxit hominem, sic dicitur. Ambrusius exponendo epistolam primam Pauli ad Roman. dum dicit, Nam scemine eorum inuolauerunt naturalem vñm in eum vñm qui est contra naturam, similiter masculi relicto naturali vsu scemina: exarserunt in desiderijs suis iniuicẽm, vide etiã Barb. consil. immediatè ante dictum consil. Plati vbi ad hæc multa dicit, & inter cetera quod Deus propter huiusmodi delictũ adducit pestes humano generi, repestates & afflictiones. allegat autem vt non luxur. contra natur. & alia,

& alia, & deinde ibidem. & col. seq. ponit multa specialia in hoc crimine, & inter cetera dicit quod possit dari bestis comedendus, & quod nemo pro talibus debet prætare patrocinium, & consuluit principaliter Barba. ibi. An t. debeat fieri separatio inter virum & uxorem, quia maritus voluerit eam inducere ad illud vitium committendum, & de multiplici modo peccandi contra naturam, vide per Aug. de Arim. super gloss. prædicta. che me hai adulterato la mia donna. Propter etiã criminis immanitatem stuprum passus facit indicium ad torturam, vt tenui in materia torture, & quomodo in hoc vitio cõstet de delicto, dixi in tit. de delicto. & per hæc sit finis his coitibus nefandissimis.

Tit. de Falsis.

S V M M A E.

- 1 Falsitas instrumenti continentis testamentum vel contra etum per quot testes probetur, & an esse debeant omni exceptione maiores.
- 2 Falsitas instrumenti vel verius suspicio resultat si vnus testis cõtradicat instrumentũ sine dicitur se nõ interfuisse: sine rē aliter fuisse gestã, & ibi ponitur rat. & nu. 9. 25. & 27.
- 3 Falsitas vel suspicio testamenti an resurget, si testis vnus dicat se non vidisse testatorem in facie, stante statuto vt testes cognoscere debeant testatorem. & vide quod habetur nu. 93.
- 4 Falsitas vel suspicio instrumenti an resultat, si testis vnus dicat se non intellexisse quod agebatur, & latius nu. 9. 10. 11. & 49.
- 5 Suspicio in materia falsitatis, an habeatur pro plena probatione in ciuilibus. nu. 13. & 14. & 79. & in tit. de partu supposito. nu. 32.
- 6 Suspicio etiã magna non tollit fidem instrumenti, nisi vitium sit visibile. & nu. 14.
- 7 Suspicio instrumenti prouenit etiã ex qualitate personę conspiciẽtis illud. & ex qualitate etiã persona quæ illud producit.
- 8 Instrumentum publicum, vel scriptura priuata, si negetur cui incumbat onus probandi.
- 9 Instrumentum redditur nullum, si testis instrumentarius dixerit ipse instrumento contradicat, & quid si dicat, Interfui, sed non intellexi.
- 10 Falsitas instrumenti non presumitur, si dicant testes, se non intellexisse, scilicet quo ad conuincendum notarium de falso, sed potius presumitur error. & nu. 13.
- 11 Testes si dicant se nõ recordari, an minuat fidẽ testamenti.
- 12 Falsitas instrumenti nõ resultat ex eo quod notarius qui de illo fuit rogatus, asserat ipsum esse falsum. nu. 95. 98. & 99.
- 13 Falsitas instrumenti an probetur per testes qui deponant cum iuramento, an verò etiã sine iuramento.
- 14 Suspicio falsi an habeatur pro falsitate in criminalibus, & quid si de crimine agatur civiliter.
- 15 Falsitas, vel suspicio quæ resultat ex vno teste, qui contradicat instrumento, requirit vt testis sit ex necessariis, & ibi ponitur ratio.
- 16 Notarius & testis si cõtradicat, cui magis sit credendum, siue civiliter agatur, siue criminaliter. & nu. 17. & 33.
- 17 Probationem faciẽtis in ciuilibus, sufficit ad torturam in criminalibus.
- 18 Notarius & testis si iniucem contradicant, neuter punitur de falso, vide quod habetur nu. 42.
- 19 Testis vnus si contradicat alteri, neuter punitur de falso.
- 20 Testes multi si contradicant aique multis, nullus eorum punitur de falso.
- 21 Testes aliqui si contradicant aliis testibus, non incidunt in falsum factus nisi resprobabilis.
- 22 Testis vnus si contradicat duobus vel pluribus, an punitur Boffius.

Tit. de falso.
 23 Testes qui dixerunt contra Susannam, an puniti fuerint, quia proprię dixerunt falsum.
 24 Testis vnus si cõtradicat aliis, an omnes possint torqueri
 25 Testis vnus ex necessariis quomodo reddat instrumentum suspectum.
 26 Testis vnus ex descriptis in priuata scriptura, si contradicat scriptura, an reddat illam suspectam.
 27 Testis vnus instrumentarius si contradicat, an per coniecturas, & alia adminicula possit elidi talis contradictio. & nu. 30.
 28 Testis vnus cõtra notarium an sit sufficiens ad inquirendũ.
 29 Suspicio proueniens ex contradictione vnus testis an sit sufficiens causa ad detentionem personalem.
 30 Suspicio proueniens ex contradictione vnus testis instrumentarij, quibus modis possit euacuari. & nu. 31.
 31 Testes coadiuantes instrumentum si tot sint quot sunt testes impugnantes, sustinetur instrumentum.
 32 Falsitas instrumenti resultat si duo testes instrumentarij contradicant instrumento directe vel per indirectum.
 33 Notarij fides maior est, quam vnus testis.
 34 Instrumentum vel factum contractus in descriptis, si sinatur, si duo testes deponant de ipso contractu, licet testes centum dicant se non interfuisse.
 35 Instrumentum an reprobetur per testes verbis merè negatiuis videntes, & quot modis id possit contingere.
 36 Testes volentes probare negatiuam quomodo debeant deponere.
 37 Testis vnus deponens pro instrumento, cum fide notarij, an euacuet depositionem duorum testium, qui dicunt aduersus instrumentum.
 38 Testes plures an requirantur ad voluntatem probandã vel reprobandã quod ad solennitatem. & nu. 48.
 39 Instrumentum per quot testes superuacuos reprobetur.
 40 Notarius ad hoc vt possit puniri de falso, quot & quales testes esse debeant qui cõtradicunt instrumento. & nu. 43.
 41 Notarius an semper possit puniri de falso, ubicunque instrumentum censetur falsum.
 42 Notarius & testis iniucem contradicentes, si torqueantur, & vterque perferuerit in dicto suo, cui ex eis magis sit credendum. & supra nu. 18.
 43 Testes reprobantes instrumentum an esse debeant, omni exceptione maiores. & nu. 47. & supra nu. 14.
 44 Testes an sit necesse vt sint rogati in contractibus vel in testamentis.
 45 Testis qui fuit rogatus a testatore, an possit postea repelli propter aliquam exceptionem. & nu. 46. & 47.
 46 Testes rogati per testatorem, vel per contradicentes an possint repelli per notarium si sint inhabiles.
 47 Testes reprobates instrumentũ, quãdo requiratur omni exceptione maiores, an opus sit, vt probetur talis qualitas.
 48 Testamentum cui contradicunt duo testes ex septem illis qui sunt in eo descripti an possit sustineri, in vim codicillorum, vel alterius vltimæ voluntatis.
 49 Falsitas instrumenti requirit vt testes ex necessitate concludant, & præsertim in tempore. nu. 50.
 51 Et constare debet quod sint illi testes, qui sunt in instrumento descripti. & nu. 130.
 52 Testes adiutores instrumentũ debet necessariò concludere.
 53 Instrumentum an possit reprobari de falso stante statuto, vt nulla probatio admittatur contra instrumentum.
 54 Testamentũ an reddatur falsũ si notarius scripserit quod testator ore proprio nominauit hæredes scripti, & tamen id nõ fuerit verũ, sed dicitur ab testatore illi instrumenti ad inter rogationẽ notarij, cū multis nu. seq. usque ad nu. 68. Et la. reprobatur de intellectu statuti. Mediolanensis dispositionis, vt testator ipsemet nominare debeat hæredem.

- 85 Falsum seu falsitas quid sit. Vide etiam quod habetur in tit. de his qui sibi ascrib. in prin.
- 86 Notarius presumitur potius errasse quam dolum commisisse. Et quomodo id procedat, vide num. 68.
- 87 Notarius an possit torqueri propter mendacium, scilicet in pertinentibus ad instrumentum, super quo interrogatur.
- 88 Notarij persona an sit bona vel mala vocis, est multum consideranda.
- 89 Notarius an presumatur scire leges, praesertim vulgatas.
- 90 Notarius qui recedit ab eo quod solitus est facere censetur suspectus. Vide etiam nu. 64.
- 91 Notarius an possit puniri si in testamento aliquid non scribendum scripsit, cum tamen constat de mente testatoris, & de ipsa res veritate, & testamentum sustinetur.
- 92 Tex. in l. iubemus. in si. C. de testa. quomodo intelligatur.
- 93 Falsum committitur & scribendo & loquendo, & tacendo. & nu. 131.
- 94 Notarius qui pervertit consuetudinem suam, an censetur suspectus de falso, si ordo non erat de substantia.
- 95 Notarius qui primo negavit, deinde convictus dicit se fecisse ex errore an possit torqueri.
- 96 Negans malefictum, deinde convictus, dicens fecisse ad sui defensionem, an sit audiendus.
- 97 Falsitas instrumenti presumitur, si notarius omittit solennitatem. & nu. 75.
- 98 Notarium presumi potius errare, quam dolo facere, nota indistincte est intelligendum.
- 99 Notarius an incidat in falsum, si testamentum redigat in publicam formam prater voluntatem testatoris.
- 100 Notarius non potest omittere qua ponenda sunt de iure, vel de facto, vel ex consuetudine.
- 101 Notarius omittens in instrumento aliquid quod nocet parti, tenetur de damnis & interesse.
- 102 Falsi crimen est gravissimum & famam, ac statum hominis multum vituperat.
- 103 Confirmatio etiam cum clausula, Ex certa scientia, non tollit vitium falsitatis.
- 104 Sententia lata praetextu falsorum instrumentorum, potest quavis ratione retrahari.
- 105 Notarius omittens formam & solennitatem testamenti incidit in falsum & nu. 67.
- 106 Falsitas non tollitur mutua compensatione.
- 107 Inquisitio super crimine falsitatis, an requirat oppositionem loci & temporis.
- 108 Probatio admittitur in causa falsitatis, etiam post publicas attestaciones super capitulis directo contrariis.
- 109 Suspicio falsi an habeatur pro falso. Et latius supra nu. 5. 13. & 14.
- 110 Statutum committens arbitrio iudicis poenam falsitatis in are vel in persona intelligitur de falso proprie. & ibi ponit quomodo dicatur falsum proprie.
- 111 Falsificans scripturam privatum an puniatur de falso.
- 112 Scribis aliquem debitorem, cum non sit, an teneatur poena falsi.
- 113 Falsum non puniatur si non nocet, neque potest nocere. Limita ut nu. 85.
- 114 Falsum an puniatur si commissum sit in scriptura, qua non plene probet.
- 115 Falsum puniatur aliquando poena stellionatus.
- 116 Poena stellionatus an sit pecuniaria vel relegationis.
- 117 Falsum quod puniatur per statuta & decreta an etiam ve visicetur in falso commissio circa privatum scripturam.
- 118 Testis an puniatur de falso si eius dictum non valuit.
- 119 Falsum an puniatur si commissum sit circa dispositionem aliquam de iure inuvalidam, licet validum sit instrumentum, in quo talis dispositio continetur.
- 120 Notarius an puniatur de falso commissio in instrumen-

- 10, quod est nullum ratione omisso solennitatis.
- 91 Notarius & accusator, an ambo sint torquendi, si stante duer sit are inter protocolum, & exemplar uniusquisque habeat testes pro sua intentione.
- 92 Notarius vel heres institutus, an puniatur de falso, quia do pars aduersa asserit quod tempore confecti testamenti, testator iam erat mortuus.
- 93 Notarius an puniatur de falso, si fateatur se non vidisse testatorem in facie. vide quod habetur supra nu. 3.
- 94 Notarius non debet scribere nisi ea, que vidit & cognouit.
- 95 Notarius si fateatur instrumentum esse falsum, an eius dictum nocet parti. & nu. 98. 99. & supra nu. 12.
- 96 Iudices duos dicant se corruptos pecunia, protulisse sententiam, an nocent parti.
- 97 Confessio facta, non nocet alteri.
- 98 Notarij duo si dicant instrumentum esse falsum, an pra iudicent parti, si iam expletum est instrumentum. & supra nu. 96.
- 99 Notarius vel testis, vel iudex, dicentes se commississe falsum, an praiudicent parti, si id dicant extraiudicialiter & quid sit dicant in iudicio.
- 100 Notarius actorum si sciens recipiat scripturam, que ali qui plus contineat quam debet continere, an puniendus sit de falso, an vero is qui eam defert.
- 101 Notarius asserens in testamento aliquem fuisse sanam mentis, cum non sit an dicatur falsarius.
- 102 Testis deponens extra iudicium non potest puniri de falso.
- 103 Iudices omnes coram quibus committitur falsum, an possint puniri de falso.
- 104 Falsi poena extraordinaria puniatur adhuc poterit puniri poena ordinaria, & ea poena extraordinaria poterit esse colaphus.
- 105 Falsi an possint accusari testes falsum deponentes pedit causa in qua deposuerunt, an vero expectatus sit finis eius.
- 106 Falsum si testis committat coram larrunciatore, iam ipse iudex quam alius ordinarius competens poterit contra eum procedere, & locus erit praeventioni.
- 107 Falsum si dicat coram ecclesiastico testis laicus in causa ecclesiastica, poterit puniri a iudice laico poena ordinaria.
- 108 Falsi crimen commissum in re ecclesiastica, puta, in literis apostolicis est mixtum.
- 109 Interrogationes, an quis velit uti testibus productis vel instrumentis fieri non possunt coram iudice ecclesiastico, tractatur de periculo falsi.
- 110 Clericus committens falsum coram laico iudice, non efficitur ex foro laici secundum communem.
- 111 Falsi testis indicium, an suspendat causam, in qua examinatus fuit.
- 112 Vendens rem duobus an incidat in falsum.
- 113 Ascribens sibi aliquid in testamento an incidat in poenam falsi. & infra in tit. de his qui sibi ascrib. nu. 5.
- 114 Hares scribens testamentum & tradens illud notario, qui de eo rogatur, non incidit in falsum. & infra in tit. de his qui sibi ascrib. nu. 4.
- 115 Falsitas instrumenti potest puniri ex triplici capite.
- 116 Producentis instrumentum falsum an possit deinde abstinerere impune ab eius usu. & idem ibi ponitur de producentis testes. & nu. 154.
- 117 Testis deponens falsum super facto proprio presumitur scienter deponere. Vide etiam quod habetur nu. 154.
- 118 Statutum Mediolanense disponens, ut in certis casibus quis non teneatur respondere, an velit uti testibus, non procedit quando scienter deposuerunt falsum. & nu. 153.
- 119 Interrogatus, an velit uti testibus vel instrumentis, an possit respondere cautè aliquo modo. Latius nu. 155. 156. cu. se.
- 120 Procurator si producat falsos testes, an dominus teneatur.

- 121 Capitula si contineant falsum, an possit quis impune abstinere ab usu testium. vide etiam quod habetur nu. 154.
- 122 Falsum dicere, & falso dicere, differunt.
- 123 Interrogatus verum velit uti, an possit respondere se velle uti, si appareat verum. & nu. 355.
- 124 Ut testibus vel instrumentis, & testes vel instrumenta solum ostendere, multum differunt in materia falsi.
- 125 Testium dictis an quis possit uti in una parte, & aliam omittere.
- 126 Producentis falsum instrumentum presumitur auctor falsitatis.
- 127 Interrogatus si respondeat se non velle uti, an tunc possit fisci nihilominus uti scilicet, instrumentis vel testibus. Vide etiam quod habetur nu. 162.
- 128 Iuramentum dilatio non admittitur in criminalibus ad praedictum fisci.
- 129 Notarius, vel advocatus, vel procurator, qui instrumenta unius partis ostendat alteri, vel testes non publicatos, tenetur de falso.
- 130 Medici vel obstetrices, & alij periti, si non fideliter referant, an teneantur de falso.
- 131 Doctorem vel notarium se asserens, cum non sit, tenetur de falso.
- 132 Allegans leges abrogatas, vel statuta, an teneatur de falso.
- 133 Periretate possibilibus in esse posita, nulla sequitur necessarium falsitas.
- 134 Falsitas debet ex necessitate concludere. Supra numero 49. & 50.
- 135 Testis an incidat in falsum, si prius dixit se nescire, vel non recordari, deinde dicat contrarium.
- 136 Testis, qui prius dixit se credere, deinde non credere, an incidat in falsum.
- 137 Testis, qui iusta credulitate ductus dixit aliquid falsum excusatur a falso.
- 138 Testis dicens falsum in causa capitali, tenetur lege Cornelia de sicariis. nu. 169.
- 139 Falsum committitur etiam tacendo veritatem, & an hoc procedat statuo puniente testem dicentem falsum suum testimonium. & supra nu. 63.
- 140 Testis multum refert an iurauerit meram veritatem dicere, an vero iurauerit simpliciter ad interrogata respondere.
- 141 Testis, qui non iuravit, an puniatur de falso, si dicat falsum.
- 142 Testis dicens testimonium corruptum pecunia, an puniatur de falso, licet verum dixerit. & nu. 168.
- 143 Producentis testem, & pecunia eum corrumpens, tenetur de falso.
- 144 Testis falsus quibus poenis puniatur.
- 145 Falsi crimen an possit intentari post viginti annos.
- 146 Testis dicens falsum super generalibus quomodo puniatur. & nu. 148. 159.
- 147 Falsus in uno an sit falsus in omnibus.
- 148 Testis, qui mentitur super generalibus, quare non incidat proprie in falsum.
- 149 Agi potest civiliter & criminaliter pro quolibet delicto iam privato quam publico.
- 150 Falsitas emergens in aliquo iudicio civili vel criminali, an impediatur processum super negotio principali.
- 151 Falsitatis exceptio an impediatur executionem sententiae.
- 152 Nobilem se faciens, ut consequatur aliquam dignitatem, cum tamen sit ignobilis, incidit in falsum.
- 153 Producentis testes falsos quot modis possit constare id scienter fecisse. & supra nu. 118.
- 154 Producentis capitulum falsum super facto, quod verisimiliter non potest ignorare, tenetur de falso, licet postea

- dicat se nolle uti testibus productis. Vide etiam quod habetur supra nu. 113. & 121.
- 155 Interrogatus nunquid velit uti dictis testium, an possit respondere se velle uti, quatenus appareat eos verum dixisse. & supra nu. 123.
- 156 Clausula declarando, intelligendo, concordando, distinguendo limitando, & supplendo, qua utuntur respondentes se velle uti dictis testium quomodo intelligatur.
- 157 Substantialia an esse dicantur ea omnia, que sunt necessaria, vel econverso.
- 158 Positionibus potest dari responsio, non simplex, quando etiam non simplex fuit interrogatio.
- 159 Testes si dixerint falsum circa extranea an faciant incidere in falsum illum, qui dixit indistincte se velle uti. & supra nu. 146.
- 160 Iuramentum est quid indiuiduum, quod pro parte tantum non potest acceptari.
- 161 Testibus, quibus aliquis dixit verè vel fide per statutum se nolle uti, an tamen possit postea uti in causa criminali, vel uti ad reprobandum testes partis aduersae.
- 162 Testibus, quibus producentis dixit se nolle uti, an possit alia pars uti. & supra nu. 127.
- 163 Testis subtrahens se a dicendo testimonio, qua poena puniatur.
- 164 Testes si quis subtrahat, ne dicant testimonium, qua poena puniatur.
- 165 Testes subtrahens in criminalibus, an possit propter hoc torqueri, tanquam sit sufficiens indicium.
- 166 Occultans veritatem subtrahendo instrumenta, vel quid simile faciendo quomodo possit puniri.
- 167 Comburens instrumenta an possit torqueri.
- 168 Testis, qui recepit pecuniam, ut diceret testimonium secundum veritatem, an teneatur de falso. & supra nu. 142.
- 169 Testis si deponat falsum in causa publici criminis & capitali, quomodo puniatur. & supra nu. 138.
- 170 Testis, qui dixit se scire, id quod tamen aliter non sciebat, nisi quia audierat ab homine bona fame, non tenetur de falso.
- 171 Stipendiarij recipientes salarium pro pluribus equis, vel militibus, quam habeant, tenentur de falso.
- 172 Ratificatio falsi mandati an tollat crimen falsi.
- 173 Procurator, qui se asserit procuratorem, cum non sit, falsus est.
- 174 Poena falsi procuratoris est extraordinaria.
- 175 Poena qua puniatur, qui scribit canonicos consensisse, cum non consenserint.

Tit. de Falsis.



V A E R O in materia falsi, quot testes reprobent instrumentum contractus vel testamenti, & an requiratur ut sint omni exceptione maiores, & quo modo intelligatur, materia haec, tractatur in l. j. s. quis neget. ff. quemadmod. testamen. aperian. per Bartol. Imol. & alios, & in c. cum Ioannes, de fide instr. per Feli. praecipue ad quem semper recurritur. Materia est confusa, at tamen reddam eam, ut opinor, satis claram. Prima conclusio sit haec, 1. Vnus testis contradicens instrumento, reddat illud in spectum aded ut fidem non faciat, text. & gl. in dicto. §. si quis neget, vbi Bart. col. j. & iij. & Imol. col. j. & sequen. & alij ibi, & in dicto cap. cum Ioannes, & loqui tur tex. quando testis negat sigillum, siue dicit, No inter fui. Testes enim omnes debent sigillare testamentum iure communi in fit. de testamen. in princip. & ideo si vnus negat sigillasse, deficit solennitas, & consequenter testamentum est nullum. & ista est ratio Bartol. & com

communiter Doctorum, & quod hæc sit ratio, quando vnus solus contradicit, quod testamento non detur fides ex defectu solennitatis, ponit Fel. Post Imol. in dicto capitul. cum Ioannes. col. antepenultim. versicul. hanc ampliationem. & Socin. consil. cccxix. column. iij. Secus ergo videtur, quando testis diceret rem aliter gestam; quia cessare videtur dicta ratio. Sed dicere idem in vtroque casu, vt per Imol. post Calderin. in dicto. capitul. column. vi. versicul. secundo casu, & ibi. quando est ex necessariis testibus in instrumentum, prout loquor. Non refert an neget se presentem fuisse, an verò dicat rem aliter gestam: licet tamen, secundum Imol. ibi, multa possent dici, & idem Felin. in dicto capit. cum Ioannes. vbi ostendit etiam verum esse testamentum remanere sine solennitate, quando dicitur rem aliter gestam, & verè dicit, qui appositus fuit pro teste ad narrata in testamento: igitur si aliter dicit, cessat eius testimonium. Sic etiam Socin. in dicto consil. cccxix. column. iij. Et ad declarationem huius primæ conclusionis, scias quod cum extet statutum in ciuitate Mediolani, vt omnes testes, vel maior pars, debeant esse noti, & cognitores testatoris, & in testamento quodam notarius dixisset, Presentibus testibus notis & cognitoribus, & vnus examinatus in iudicio dixisset non potuisse videre testatorem, quia habebat faciem sub linteaminiibus, non propterea videbatur testamentum reddi suspectum: quia alij, qui mortui reperiebantur fortè erant noti & cognoscebant testatorem, & sic non deficiebat ex necessitate solennitatis: quia, vt dictum est, statutum requirit, non omnes, sed maiorem partem. Attamen veritas videtur in contrarium: quod imò deficit solennitas, & cogruit illius instrumentum: quia vltra illam solennitatem requisitam à statuto, vt testes cognoscere debeant testatorem, etiam aliud requiritur à lege l. si non speciali. & l. si vnus. C. de testamentis, vt testes debeant videre testatorem & in hoc omnes sunt necessarii, alioquin cæcus posset esse testis, quod esset ridiculū. Vnde cum dixerit quod non tantum non cognouit, sed etiam non vidit: Dubium non videtur, quin deficiat solennitas. & ita factus arbiter inter magnificum dominum Barbauariam ex vna tenentem aliam opinionem, & magnificos D. Porrum & Arrigonum, omnes Senatores, & viros ex celsos. Ita respondi acquiescente prædicto domino Barbauaria: vnde non tantum dicitur contradicere testis in instrumento, quando negat sigillum, & quando negat se fuisse presentem, & quando dicit aliter rem gestam, vt supra dixi & dicunt omnes: sed etiam quando dicit, Fui præsens, sed testatorem non cognoui, & hoc casu quo ad solennitatem, talis cognitio est necessaria: quia verum est quod deficit in effectu ille testis, & consequenter solennitas: quia, vt dicunt Doctores assignantes, cur vnus contradictio eneruat fidem ratio illa est, quia adhibentur testes in testamento, vt solenne reddat instrumentum & per eos detur fides. Et ideo videtur, vt eodem modo sit dicendum, quando in instrumentum dicit, Presentibus testibus & intelligentibus, & vnus interrogatus si intellexit, respondeat non intellexisse, & ita clarè sentit Decius in consilio c. charta 76. column. j. vbi videt. Et fortè in fortioribus terminis hoc idem videtur dicendum, quando simpliciter notarius diceret, Presentibus testibus, sine verbo, intelligentibus: ex quo intelligentia videtur necessariò subaudienda, secundum Paul. de Castro. in consil. cccxii. ad primum quæsitum breuiter dicendum videtur. & Bartol. in l. diem profer-

re. §. si coram. ff. de arbitr. l. i. §. fin. column. antepenultim. ff. soluto matrimon. & Aret. in §. item verbo rum. column. ij. institut. de inutil. stipulatio. Et plus videtur idem dicendum in casu principali, de quo supra, quando testis dicit, Non vidi testatorem. Cum enim notarius testes adhibuerit, tanquam vidissent, & intellexissent deinde dicant se non vidisse testatorem, remouetur solennitas: & si quisquam velle opponere, quod his casibus non finis in teste contradicente instrumento, & in §. si quis neget & vbi supra, saltem negari posse non videtur, quin finis in materia l. iubemus. C. de probationi. quod scripturis suspectis fides non est adhibenda: quia suspicio in materia falsitatis habetur in ciuilibus pro plena probatione, vt cõcludit Decius in consilio clxxxix. columna prima. & in cap. porrecta. in tertio notabili, de confirmatione vtili vel inutili. & allegat Alexand. consilio lxxvij. volumine primo, columna penultima. & Ioan. de Anan. consil. xl. dubium, de quo quaritur, & alia, vt per eum. Sed hic, quod non omnis suspicio tollit fidem instrumenti: imò nec magna suspicio, nisi vitium sit visibile, iuxta cap. inter dilectos. de fide instrumentorum. column. iij. & cap. ex literis. eodem titu. & rex. in l. fin. C. de edicto diui Adriani tollit. & glof. ibi in verbo, vitium. Et ista est decisio Innoc. in cap. j. extrã de fide instrumentorum. col. penultim. in verbo obiciens. vbi ita declarat l. iubemus. C. de probation. & sequitur aperte Abb. ibidem, column. penultim. versicul. vltimus. & etiam alij ibi cum eo transeunt & miror quod Decius non aduertit ad hanc decisionem, quia tamen non erat in loco remoto. Et dicta Innocen. sequitur Pau. de Castro in dicta l. iubemus. vbi videt, quia dicit suspectum esse instrumentum in terminis illius legis, quæ non admittit eo in casu fidem sibi dari, quando peccat in sui forma, vt quia abstrahit in loco suspecto, iuxta notata in l. si vnus. C. de testament. & in l. si. C. de edicto diui Adriani tollit. vel quia non continet consuetam formam vel solennitatem l. iubemus. in fine. C. de testament. Item dicit, quod redditur suspectum ex persona confidentis illud, vt si consuevit facere falsa instrumenta. Cui vltimo addo glossam in l. si quis ex argentariis. §. cogentur. ff. de edendo. vbi videt Doctores, & Bald. consilio ccccij. volum. quinto. vbi quid si notarius est infamis. Et vide ad confirmationem horum Bar. not. in l. j. C. de iuram. column. vbi not. tangit, quando negatur instrumentum, cui incumbebat probatio: & dicit, quod aut negatur scriptura priuata, & producenti incumbit probatio: & idem si negetur exemplar instrumenti: secus si producat instrumentum publicum authenticum, quia tunc statum in instrumento, nisi probetur aliud nisi esset aliqua suspicio, vel quia abstrahit esset, vel ratione personæ producentis: quæ esset assuetæ facere similia, per notata in dicta l. si quis ex argentariis. vbi omnino videt Bartol. qui dicit quod licet non valeat instrumentum vti instrumentum: loquendo in terminis glossæ, quando persona est suspecta: tamen illud instrumentum sumit effectum ex subscriptionibus testium non in vim instrumenti, sed in vim probationis ex instrumento resultantis, de qua materia vide Iasonem ibi, vide ad hoc vltimum, quando persona notarij est solita conficere instrumenta falsa, vel producens est solitus saltem tales scripturas suspectas producere, & quæ reddant instrumentum suspectum. & quid possit opponi contra instrumenta publica. Alb. in d. l. iubemus, & Fulgosi in l. ij. ff. de fide instrum. contra prædictam meam opinionem: imò obstat maximè quod dicit

Do

Doctores in hac materia. §. si quis neget. & c. cum Ioannes. quod ad hoc vt testis instrumentarius reddat instrumentum nullum contradicendo instrumento, est necesse, vt directè contradicat ipsi instrumento, vel dicendo, Non interfui, vel, Interfui: sed ita nõ fuit dictum, vt per Felin. in d. capitul. cum Ioannes. col. antepen. & per Doctores in dicto §. si quis neget. Sed testis qui dicit, Interfui, sed non intellexi, non directè videtur contradicere: imò non solum quando vnus, sed etiam quando plures testes instrumentarij sic dicunt, præsumitur error ad excusandum notarium, secundum Paul. de Castro in l. j. C. de errore aduoc. Et si aliter diceremus, infinita instrumenta destruerentur: quia vt plurimum testes non aduertunt, notario tamen exiistente in bona fide: si tamen omnes dicerent non intellexisse, oriretur suspicio contra notarium, quæ fortè esset sufficiens cum aliqua alia coniectura ad torturam. Et ex his idem dico, quando testis, vel aliqui testes dicunt, Non vidi testatorem, quia ob hoc non contradicunt magis directè quàm quando dicunt, Fuimus presentes, sed non intelleximus, & licet vtroque casu presentia inducere videatur intelligentiam, & visum, vt etiam in visu dicit Bal. in d. l. si non speciali in j. col. C. de testament. qui propter hoc dicit, testes, qui non viderunt, debere cauere, ne afferant etiam se fuisse presentes: tamen non contradicunt directè: Afferit enim notarius duo, presentiam testium, & rem ita gestam: Si alterum horum negatur, sumus in regula. Si verò negetur intelligentia vel visus, non contradicunt directè: imò notarius excusatur, vt errore fecerit, nisi tamen essemus in casu, de quo supra. Non quiescit adhuc animus, quamuis prædicta videantur plana: quia dato, quod notarius excusatur à falso, tamen verum est deficere solennitatem: quia si septem testes requiruntur qui viderint & intellexerint: vnus non viderit nec intellexerit, nõne est idem, ac si loco eius interuenisset lapis? ergo deficit solennitas: & magis hoc dicendum est, quod plures essent. Adhibentur enim testes in instrumento, vt ei fides per eos habeatur §. si verò in athen. de fide instrument. Bartol. in dicto §. si quis neget column. ij. versic. præterea. Fateor quod Doctores in d. §. si quis neget. & in cap. cum Ioannes dant exemplum, quando contradicit, vt supra directè. Sed tamen videtur, vt in hoc casu militet eadem ratio, quod deficit solennitas, corroboro dubitationem per textum in l. hæredes palam. in principi. ff. de testament. ibi enim textus vult, vt in testamento testes debeant palam intelligere nominationem hæredis. Et dicit tex. quod si testes deponant non intellexisse, deficit solennitas, nisi solennis numerus testium dieat audiuisse. Et ita illud textum notant omnes ibi. Fateor, quod si dicant non recordari, non offendunt testamentum. Bar. in dicto §. si quis neget. columna penultim. in verbo, que ro quid si testes, & Felin. in dicto cap. cum Ioannes. column. penultim. versic. ex prædictis ampliationibus. Si verò dicant, Recordamur, quod eramus presentes, & non intelleximus talem nominationem, vel non vidimus testatoris faciem, iuxta dictam l. si non speciali. certè videtur solennitatem deficere, nisi adiungetur, iuxta l. iubemus. & l. hæredes palam. quæ videtur in terminis, potest dici, quod quando testis est vocatus ad testimonium: & ita scribitur pro teste, si postea interrogatus affirmet se interfuisse pro teste, & non intellexisse, non deficit solennitas, quia isti non creditur, sicut creditur, quando dicit, Non interfui, & quando dicit, Res non fuit sic gesta: quia primò casu se-

ipsum notat, non alijs casibus: hæc argumento. l. quoniam liberi. C. de testib. Et ideo si notarius præterea dicat falsum esse instrumentum, quod ipse rogauit, non creditur ad annullandum instrumentum. Paul. de Castro in l. Seia. ff. ad Vellian. & Iason in l. iulianandum, quod ex conuentione. §. procurator. column. antepenultim. ff. de iureiuran. Sed si dicat, quod non fuerit vocatus pro teste: verum, quod præsens fuit, sed non intellexit, tunc deficit solennitas, vbi est testis ex numero, text. est in l. hæredes palam. princip. in versicul. & si testes plures. vbi Bartol. & alij notant. ff. de testamen. & tunc plures etiam magis nocerent, & hoc sine dubio, non obitante dubitatione. Iason in dicto §. procurator. dum videtur velle, vt duo iudices eneruent fidem instrumenti, non duo testes: quia tibi loquitur de testibus, qui deposuerant prius cum iuramento, postea reuocarant dictum suum. hic de his, de quorum primo dicto nihil apparet, nec tacite nec expresse: Quo casu secundum prædicta etiam vnus solus necessarius facit cessare solennitatem. Quinimò in præcedenti casu quando tacite prius visus est testificari, adhuc videtur, quod duobus magis sit credendum, quàm in casu Iason, quia in suo casu cum iuramento deposuerat expresse, hic sine iuramento tacite: est verum quod quantum ad conuincendum notarium de falso potius præsumeretur error, vt dixi, nisi omnes ita deponerent: & ex prædictis liquet, quando vnus testis dicitur contradicere testamento, ita vt ei tollatur fides: & etiam quando dicatur suspecta scriptura, dato quod non appareat vitium in ea: quia tamen si non appareat ex scriptura, tamen si appareat deficere solennitatem per examen testium, deficit fides instrumenti. Sic declarat Innoc. in dicto capitul. j. de fide instrument. & Abbas ibi, & Paul. de Castro in dicta l. iubemus. & Doctores vbi supra: & ad prædicta vide Bald. in l. si non speciali. col. j. C. de testamen. dum dicit: Cauent testes, vbi non viderint, ne deponant se fuisse presentes, inferens clarè, si postea dicant contrarium, vel appareat contrarium, quod sunt in discrimine: & ideo non mirum, si postea non creditur eis dicentibus contrarium, & quod falsum deposuerint. Vnde, dum supra dixi quod deficit solennitas, si vnus ex necessariis dicat, Non audiui, non vidi: bene dixi, vbi sumus in casu, in quo ei credatur. Et vbi non sumus in casu, vt quando sunt inter duas depositiones contrarias fortè duo probant, ex considerationibus supra ad ductis, diuersum faciendo casum Iasonis ab illis terminis. Vides igitur ex præmissis malè dici, quod suspicio falsi in ciuilibus habetur pro veritate, & annullat instrumentum, nisi sumus in suspensione visibili, iuxta dicta Innoc. in dicto ca. j. de fide instrum. & Paul. de Castro & aliorum in l. iubemus. C. de probat. & Innoc. in dicto ca. j. ibi sequuntur Abb. Hostien. Anto. de Butrio, & alij Doctores, vt dixi. Et aduerte, quia originale dictum in hac materia, quod facit difficultatem est Archidiacon. in capitul. memoriam. xix. distinctio. dum dicit, quod in crimine Falsi est speciale, vt suspicio habeatur pro falsitate: quod dictum Dec. & Alex. per eum allegat. intelligunt in criminalibus in procedendo, & in ciuilibus: Sed certè nec Archid. dicit, quod suspicio habeatur pro veritate, nisi secundum l. iubemus. C. de probat. & consequenter quando vitium est visibile, quia ita procedit lex. Nec Deci. nec Alexand. dicunt, quod sola suspicio in genere loquendo reddat instrumentum nullum, sed sequuntur Archidiacon. qui loquitur secundum l. iubemus. & si aliter dicerent, esset

con

na duodecima, versicul. iuxta prædicta. ff. de iur. iur. & Felin. in capitul. cum accessissent. columna tertia, de constitut. & Deci. ibi. colum. iij. in fine. versic. non habet. Vbi igitur vnus est exclusus, non reducitur res ad ius commune nec ad causam intestati. & de illo §. vide Roman. conf. cccxvj. & Alexand. conf. cxlv. versic. postremò non obstat. in secundo volumine. & Bar. in l. si ex duobus. §. si prius. in fine. ff. de contrah. & Alexan. in dicto §. si quis autem. & Alex. in d. l. si filius. colum. iij. Tertio nota, quod ad hoc vt testes res probent instrumentum, debent necessariò concludere esse falsum, secundum gl. in l. iuris gentium. §. quod ferè. ff. de pact. vbi Iaf. deci. in terminis in ista materia in dicto conf. cj. col. j. & ideo Deci. ibi non habet rationem alio quorum testium non instrumentariorum, qui deponebant nihil intellexisse de contentis in instrumento: quia dicit ipse, quod non erant ex rogatis & positus in eo: vnde licet ipse non aduerterint, sufficit vt alij de scripti audierint. Et aduerte, quia Deci. expressè sentit, quod si isti testes fuissent instrumentarij, & ex rogatis in instrumento: satis esset, si dixissent, Non audiuimus, ad destruendum dictum instrumentum: in quo dicit, vt supra dixi, in prima conclusione, vbi latissimè. Si etiam testes expressè loquantur de tempore instrumenti præsumuntur loqui de alio actu. Ita Abb. in cap. tertio loco. colum. iij. in notabilibus, de probat. Deci. vbi supra, colum. fin. & Deci. in d. cap. col. ij. vers. secundo. Sic etiam oportet, vt appareat esse illòmet, qui sunt in instrumento descripti, aliàs hoc non confitè, si dicant non interfuisse, nihil esset. Abb. & Felin. vbi supra, colum. fin. & Deci. vbi supra. Et idem de adiuantibus: quia debent necessariò adiuuare, quia potest esse ille actum, & non sic confectum. & hæc Salic. in l. in exercendis. colum. penult. in fin. de fide instrum. & Fel. in d. cap. col. fi. & dicam latius infra in vers. adde etiam in ista materia circa d. gloss. §. quod ferè. & eius materiam. Et supra dicta procedunt, quando potest probari contra instrumentum: sed si non potest probari, putat, dicit statutum, non possit probari contra instrumentum, nisi per aliam scripturam: vel non admittatur probatio, nisi per aliam scripturam, tunc quomodo possit probari, & quæ exceptio possit opponi, vide Felin. in d. capitul. cum Ioannes. in j. char. colum. vltim. versicul. prima conclusio. & sequen. Circa prædicta etiam querit de questione notabili, Tu scis testatorem debere ore proprio nominare heredem, aliter testamentum esse nullum. I. iubemus. C. de testam. l. heredes palà. in princip. vbi gloss. & Bartol. ff. de testam. & ita statutum nostrum Mediolani. Pone modò, quod notarius scribat testamentum, & sic etiam nomen heredis, & legat illud testatori, interrogando eum vt sit, Si placet ita facere: & tunc ipse respòdeat placere: & in ipso instrumento testamenti contineatur, qualiter ipse testator ore proprio nominauit eum, quem tamen aliter non nominauit, nisi modo quo supra, an dicatur falsarius: Et videtur dici, quia falsum est immutatio veritatis, secundum Azonem in summa in titul. de falsis, & Hostiè. in summa extrà, de crim. falsi. sed ista est immutatio veritatis: quia non est verum, quod ore proprio testatoris sic nominatus, sed folum scriptus per notarium, & deinde ratificatus per testatorem. Verùm aduerte ad duo, Primò an sit in casu, in quo testamentum sustineretur modo quo supra: An etiam sit in casu, in quo non possit sustineri. Nam communis est conclusio, quod licet lex ita loquatur, vt ore proprio nomen heredis sit nominandum, tamen te-

stamentum modo quo supra valeat: ita communem esse attestatur Iaf. in d. l. iubemus. colum. penult. & vlti. vbi examinat hunc articulum, & Soci. in iij. volu. consil. xcij. in iij. charta, col. j. & seq. & in eod. volu. consil. xxvij. col. penult. & in consil. cxxx. col. iij. & v. & ita etiam esset tenendum stante statuto nostro, & statutum satis operatur in reliquis, & ita fuit iudicatum per D. Gregorium Panigarolam ex venerando nostro collegio, sicuti habeo in viro probò, & doctore optimo D. Ioanne Naua. Sed limitatur vno modo, vt non valeat, quando articulatè loqui testator non posset, secundum omnes in dictis locis, de quibus supra. Item limitatur vt non valeat, quando notarius à semetipso illud scripsit absque consensu testatoris, maximè quando erat turbatus valde ob infirmitatem, vt per Iaf. in d. l. iubemus. & Cor. ibidem. vnde dico, si sumus in casu, in quo testamentum sustinetur, non est dubitandum, quod non potest puniri de falso ex actu non falso, imò valido, quia non dicitur immutatio veritatis: sed si sumus in casu, in quo testamentum nihil valeret, videretur tunc immutatio veritatis: quia non est verum hoc casu ipsum testatorem illum nominasse, sed ita dixisse notarium. vt testamentum, quod non valebat, fortiretur effectum: & hoc sine dubio procederet, quando constaret ipsum notarium sciuisse conclusiones iuris, de quibus supra. Et quod requirebatur expressa nominatio quæ facta non fuit, sed nihilominus sic fuit scriptum. Verùm in dubio præsumptio videretur pro notario, vt notarius potius errore quam malitiosè illud fecerit, per regu. Barro. in l. quoties. §. sed si ff. de hæred. instit. quæ est, quod si vnum fuit dictum per contrahentes, & aliud scriptum per notarium, non præsumitur dolosè, imò errore factum, nisi ex alijs circumstantiis aliud appareat, secundum Bart. in d. §. sed si non quæ circumstantiæ inter cæteras videntur illæ, quas paulò antè dixi, quando appareret de scientia illius, & quod tamen ita scripsit, licet non expressum fuerit nomen per testatorem: ad quam reg. quod in dubio præsumitur error in notario, vide vltra latè supra congesta in ista materia falsitatis in prin. Dec. in l. si librarius. in fi. ff. de reg. iur. vbi allegat multa consilia, & ibi etiam in apostillis multæ aliæ auctoritates allegantur. Quid dicendum in dubio, an præsumatur falsitas vel non, Putarem si examinatus notarius diceret fuisse ore proprio nominatum heredem à testatore, & appareret contrarium, quod ex hoc mendacio argui posset falsitas. cap. literas. de præsumpt. & l. vnus. §. iudex. ff. de quæst. & posset poni ad torturam, iuxta dictum Bartol. in l. fin. colum. ij. ff. de quæst. & per Fel. in d. cap. literas. colum. ij. & Alex. consil. lxxvij. volum. j. & Ro. consil. viij. & Anch. conf. cclxxxvij. & alibi sæpe. Sed si examinatus fateretur ingenuè rem, prout dixi, quod ipse scripsit & testator respondit ad interrogacionem eius sibi placere, approbando illud, sed quod tamen errore ita scripsit cogitans idem esse: hoc opus, hic labor est. Et licet pro notario præsumatur, vt dixi, tamè dicit Bal. in d. l. quoties. vbi supra. ff. de hæred. instit. quod contra notarium debet præsumi ratione sui officij, in quo debet esse diligens, per ea, quæ habentur in l. si quis ex argentariis. §. j. ff. de eden. & vbi. Sed tamè verior est sententia, secundum Bal. & Imol. in d. l. quoties. quod còsideranda est qualitas personæ: quia si aliàs fuit bonus, præsumitur pro eo: si verò malus, est præsumptio quod illud dolosè fecerit, per not. in d. l. si quis ex argentariis. §. ij. & in I. iubemus. C. de proba. & in l. non omnes. §. à barbaricis. ff. de re mil. & maximè quando aliàs fuisset malus, suspicaretur contra eum: quoniam nota

notarius præsumitur scire leges, præsertim vulgatas, secundum Angel. in d. l. iubemus. C. de testam. & maximè illas, quæ respiciunt suum officium, & quæ dant formam actui, quem confecit, secundum Paul. de Castr. ibidem, Turpe enim est cuique ignorare id, quod est ex suo officio, & in quo quotidie versatur, secundum Cyn. & Salicet. ibidem. vnde dicit ibi text. in d. l. iubemus. in fin. vbi vide, quod si omittatur aliqua solennitas, vel forma, de qua ibi potius præsumitur falsitas, quàm iuris ignorantia: & ideo punitur de falso, & est præsumptio iuris & de iure contra notarium, vt ibi in text. & Doct. ita not. maximè Corn. ibi, quem vide col. j. in fin. & princ. seq. & ideo tollitur illud, quod supra dixi. in quo etiam vide Imol. in l. j. §. in fundo. ff. de hæred. instit. vbi dicit, quod notarius præsumitur literatus, non illiteratus. & hoc sine dubio procedit, quod probata scientia conclusionum iuris in notario, contra eum esset suspicio. Ista igitur est conclusio, si examinatus notarius dicat ipsum testatorem ore proprio, &c. & conuincatur de mendacio, præsumitur falsitas: si verò veritatem dicat allegando errorem, si aliàs fuit malus, non creditur, & actus & testamentum corruit: si bonus, creditur. Sed tamen hoc vlt. adhuc simpliciter non existimo verum. Pone enim quod probaretur in iudicio quod iste notarius alia fecit instrumenta testamenti: & semper cum vulgari sermone ea legeret, faciebat vt testator ore proprio nominaret heredem, vt quasi omnes in hac ciuitate facere consueuerunt: certè hoc casu etiam suspicarer contra eum, qui ex consuetudine sua solebat operari, vt testator ore proprio, &c. & in hoc casu id non fecit: qui enim recedit à solito, suspectus est gloss. in l. iij. ff. de cond. insti. Item consuetudo patris famil. attendenda est. l. ceteri conditio. §. quoniam. vbi Moder. latissimè. ff. si cer. petat. & hoc est quod dicit Bart. in d. l. quoties. in §. sed si non. ibi, nisi ex alijs circumstantiis, aliud appareat quarum exemplum poni potest sicut dixi supra post Bald. & Imol. ibi, & quando aliàs fuit malus, & etiam quando consuevit interpretari illa verba ore proprio ad literam, & augetur suspicio, quia loquor, vt supra dixi, in casibus in quibus testamentum non valet, vt quando balbutiens est testator, vel notarius sine eius commiffione illud scripsit, & vt supra, in quibus casibus plurimum laborat suspicio contra notarium. Nam quod testamentum est validum est quod notarius male fecerit scribendo sic, quia tamen constat de veritate, & mente testatoris valet, & ei nihil adscribitur, sed quando est inualidum non constat de veritate, quia in balbutiente semper remanet mens dubia, & præsumptio falsitatis. Item etiam quando ipse notarius absque commissione illud scripsit, sed tamè aduertat, quia text. in d. l. iubemus. in fin. videtur ponere gladium ad radicem disponens puniri de falso notarium talem, ita vt non posset contrarium probari. Cur igitur tam longa disputatio? Sed dic quod illa lex loquitur in omittente solennitatem testamenti vel formam ibi traditam. Nos loquimur in scribente illud quod non est, quod tamen videbatur æquipollens. Nam pluribus modis committitur falsum, & scribendo & loquendo, & tacendo, & vt latè per Hostiè. in summa huius tit. de falsis. in §. qualiter committatur. per totum, & per Hippol. in reperto. suo in rubr. ff. de fals. col. iij. vers. modo. sed licet ita loquatur tex. præcisè, tamen veritatem etiam omnino decidere questione, Nam si in omittendo est pœna falsi propter præsumptionem iuris & de iure quæ sit in dolo notarius, vt ibi est tex. in terminis, multò magis est pœna falsi, quado ore pro-

prio non est nominatus hæres, & tamè notarius scripsit nominatum fuisse: nam hoc casu est verè & propriè falsum, & priore casu est præsumptum, quoniam aduertat, quia secundum opinionem Ricar. Malum. & Bal. ille tex. in d. l. iubemus. tantum loquitur in hoc casu, videlicet quando non interuenit forma vel solennitas, sed tamen notarius expressit eam interuenisse, sed quia iste intellectus non congruit literæ, & etià quia res non haberet dubium, cõmuniter intelligitur in notario omittente, vt per Alex. ibi col. ij. vers. & intelligit qui ita attestatur. quam opinionem etiam sequitur Corn. ibi. Apparet igitur quod in faciente & scribente illud quod non est, res procedit absque minore dubio, quàm si omittatur solum, & vide omnino Corn. ibi, col. ij. qui dicit quod in se est verus intellectus, Ricard. & Bal. & ideo est dicendum in questione nostra quod notarius in casibus in quibus Doctores concludunt debere exprimi nomen à testatore, si id non fit, & tamen notarius ita esse attestetur, puniatur de falso, & de hoc videtur decisio Bal. in l. si post druidionem. C. de iur. & fact. igno. col. ij. in vers. iij. casu. vbi dicit quod quando notarius scribit testamentum de eo quod est sibi prohibitum, propter eam quod veritas posset de facili mutari vel in veritate errari, tunc istud instrumentum habetur pro falso, & dat Bal. exemplum, vt si scribat nomen heredis quod testator non voce, sed nutu declarauerat, vt d. l. iubemus. in fin. & refert & sequitur Alex. in d. l. iubemus. col. ij. in verbo, tamè est verum quod Bald. ponit exemplum quando nutu testator declarat, quem velit heredem sibi esse, sed idem est quando aliter id facit, & non exprimit ore proprio nomè, vt in d. l. iubemus. & licet in casu questionis nostræ communiter valeat testamentum: tamen in aliquibus casibus non valet, vt supra dixi, & in illis verum est quod non est seruata forma, & ideo non valet testamentum, & notarius punitur de falso, sed tamen subtiliter aduerte quamuis hæc opin. in dubio sustineri possit, vt sit præsumptio falsi, & per dictum Bal. & Alex. & quia dictus intellectus non reprobat ad tex. eò quod non sit verus: tamen quo ad se excusandum, minus cadit error in d. l. iubemus. in fi. & sic in omittente quàm in scribente loquor in casu nostræ questionis, quia si solennitas, vel forma non interuenit, vel interuenit, & notarius illam omiserit, videtur sine dubio illud fecisse dolosè, & excerta scientia. Turpe enim est ignorare id quod est ex suo officio, vt supra. ideo hoc casu tex. vult vt error non possit allegari, sed in scribente quod testator nominauit, licet tantum ratificauerit, potest cadere probabilis error, quia potest dicere postquam testato contentus erat, & apparebat de eius voluntate putabam quod idem esset, ac si ipsemet nominasset, vt patet ad sensum, & ideo si allegerit error, dic vt supra dixi, aut fuit malus, & tunc malè contra eum præsumitur, aut bonus, & tunc aduertendum est, vt dixi ad consuetudinem notarij, quia stante, vt supra præsumo malum, licet tamen ex alijs coniecturis possit probari contrarium. Et respondeo ad conf. Anch. cclxxxvij. in Christi nomine Amen. tria principaliter, vbi dicit quod quando notarius peruertit suum cõsuetum, non propterea est substantia: nam in casu nostro erat de substantia, sed tamè potest probari contrarium quado faciendo id euenit, non quando omittendo, vnde si allegerit error res remanet clara, ex prædicta distinctione, sed quando non allegatur error, imò dicitur quod testator ore aperto nominauit heredem, & quod ipse scripsit sicut testa-

tor dixit, & postea apparet contrarium ex testibus instrumentariis vel aliis, dixi supra quod propter hoc mendaciam ponitur ad torturam, sed clarius dic & notabilis, quod si perseveret in hac opinione affirmando se scripsit, sicut dixi, est falsarius: quia apparet nitidè quod sciebat qualis esset forma, & illa omisit, sed tamen scripsit interuenisse. loquor ut sepius dixi, quando testamentum non valet secundum limitationes supra allegatas, vel etiam in terminis statuti nostri, quia non decido utrum communis procedat stante dicto statuto, licet supra dixerim ita fuisse iudicatum. Verum est enim quod notarius scripsit illud quod non interuenit, & quæ scriptura facit ex nullo validum, & ex nigro album, & ideo non requiritur tortura, quæ non datur, nisi in subsidium. Verum si videns se conuictum diceret, quod errore ita fecit in casu in quo hoc posset, iuxta quæst. Gandi. in titulo de defen. à reo facien. col. pen. vers. sed pone. & per Felin. c. pastoralis. col. v. de except. & in c. cum dilecti. col. v. de accusa. & per Bal. & Doct. in auth. contra qui prodiam. C. de non numer. pecu. de illo, qui simpliciter negavit maleficium, postea conuictus dixit fecisse ad sui defensionem, utrum audiat? Hoc casu ego habere eum pro conuicto, nisi elideret parum per illam probationem contra eum resultantem, quo in casu eum torquerem ad eruendam veritatem, sed si aliter non elideretur de subtilitate iuris posset condemnari per notaria per Bal. in lin. bonæ fidei. C. de rebus ere. di. & in l. si. C. de prob. tamen si essem iudex cum agatur de vita hominis potius ponerem eum ad torturam, ut intelligeretur an dolosè illud fecisset, vel non. & vide omnino in præcedenti articulo. Corn. in consil. c. lxxj. vol. iij. col. j. & col. vij. & seq. vers. nec obstat. nam ibi facit conclusionem quod si notarius omittat solemnitate in testamento præsumitur falsum instrumentum, & ideo cum debuerit esse nominatum ore proprio hæredis nomen, & hoc non sit factum, notarius puniri debet de falso, & hoc col. j. postea in col. vij. & seq. sustinet hoc, quia cõmunis est conclusio, quod testamentum valeat ex approbatione testatoris, qui prius rogasset. vult igitur quod si cessaret ista communis, ut in casu limitationum, vel in casu statuti nostri, ubi illud tolleretur ius commune, omnino incurreret in falsum, quod est clarum in omittente, sed ubi notarius scriberet id quod non est, etiam secundum Bal. in d. l. si post diuisionem est idem, imò videtur multo magis ita dicendum, ut superius deduxi arguendo de præsumpto ad verum falsum, tamen dic vt supra dixi. Sed aduerte quod hoc clarè videtur procedere in terminis statuti nostri, posito quod illud tollat ius commune, & hoc propter maximè dubium articuli, sed ubi essemus in terminis fallentiarum, quia esset balbutiens, vel testator prius non rogasset notarium, & maximè si testator erat multum grauat, esset magna suspicio contra quemlibet notarium, maximè per decisionem Bal. in d. l. si post diuisionem. quæ in hoc proposito mirabiliter facit, si benè aduertis, & ideo plus mali adhuc esset contra notarium, si probaretur consuetudo de qua supra, & idem quod Corn. dicit Alex. consil. lxxij. col. ij. vol. j. Sed dic, vt dixi supra, vide etiam infra in vers. facias etiam quod notarius qui conficit instrumentum minus solenne, &c. Et quia dixi quod in notario præsumitur error, de hac regula & conclusione quæ multum reddit notarios audaces in falsitatem committendis, vide Ias. in l. errore. col. ij. C. de testam. Fel. in c. ex literis. de fide instrum. col. ij. vers. tertia conclusio. Barba. in reperto. rub. de fid. instrum. col. iij. Ias. in l. qui

accusare. col. j. C. de eden. & in l. singularia. post Bar. in j. q. ff. si cert. per. & omnino Soc. consil. c. lxxvij. col. j. & 69 ij. An notarius si præter testatoris mentem testatum in publicâ formâ redegerit possit argui de falso, vide Alex. in consil. lxxij. in j. vol. v. v. testamento. ubi alia multa adducit in materia falsitatis notariorum, & Paul. de Cast. in consil. c. cccxxj. v. v. & examinato. col. j. vers. sed in casu nostro. in ij. vol. ubi dicit nõ esse in arbitrio notarij omittere illa, quæ necessariò sunt ponenda, vel de iure, vel de facto, vel ex consuetudine: sicut nec in arbitrio partium, quominus omitta viciet per gl. in c. de causis. de officio dele. l. j. §. i. de feris. Et 71 si notarius omittat aliquid in instrumento quod non ceat parti, tenetur de damnis & interesse, & de damnis statui iuramento partis: primò probatur per text. in l. si. C. de magist. conuenien. & ibi Bar. & alij. Secundum dicit Alexan. post Bal. in l. qui accusare. C. de eden. quod tamen procedit notarius dolosè illud omisit, sed si culpa, interesse debet plenè probari, secundum Bal. in l. si. in pen. col. C. de eden. in quibus vide latè Ias. & scribentes in d. l. errore. col. j. & ij. C. de test. 72 Et in hoc crimine falsi, quod est grauissimè, & quod magis quam aliud crimen vituperat famam & statum hominis, vt dixit Paul. de Cast. consil. clj. videtur dicendum, post prin. multa sunt specialia, vt per Hip. in suo reperto. in rub. ff. de falsis. col. iij. & seq. Et dum dicit 73 inter cætera quod licet confirmatio operetur supplementum vitiij existentis in confirmato: tamen si priuilegiu confirmatum etiam cum clausula, ex certa scientia. reperitur falsum nihil operatur, & non tollit falsitatem, allegando Abb. Feli. & alios de quibus ibi, col. iij. vers. & facit etiam: vide quæ dicam infra in materia confirmationis priuilegiorum sub tit. de principi. 74 pe. & adde aliud speciale, quod si sententia lata prætextu falsorum instrumentorum quando documque retractatur ostensa falsitate instrumentorum, etiam absque eo quod appelletur vel appellatum sit. l. si. C. si ex falsi. instrum. quod tamen procedit in falso propriè & expressè, quia notarius apposuisset illud quod non erat dictum non in præsumpto, etiã tali præsumptione quæ esset iuris, & de iure, iuxta libebemus. in fin. C. de testa. ubi est text. quod si notarius omittit formam & solemnitate testamenti, de qua ibi, tenetur pœna falsi, tanquam dolosè egerit, ita vt non posset allegari error, quia est præsumptio iuris & de iure, vt ibi omnes Doctores norant. Nam hoc in casu quando esset præsumpta falsitas, non posset reuocari sententia, siue transactio prætextu instrumenti talis, quia om. ssa esset forma vel solennitas, ita Bar. egregiè in l. si post. C. de iur. & facti igno. ubi omnino vide. & Alex. in d. libebemus. col. ij. vers. & circa & sequitur Alex. consil. lxxij. col. ij. vol. j. Est aliud speciale secundum Hippol. quod 76 musua si cõpensatione non tollitur hoc crimen, imò vtrunque punitur, cui addo Fel. in c. dilecti filij. extra, de except. ubi vide. Est aliud quod non requiritur appositio loci & temporis in inquisitione, sed tenoi contrarium supra in materia inquisitionis post Aret. per l. libellorum. ff. de accusat. ubi etiam text. loquitur de adulterio, & sic de crimine secrete, & tamen requiritur talis solennitas, vt ibi. Item est aliud quod licet publicatis attestacionibus non liceat probare super directo contrariis capitulis, authen. qui semel. C. de prob. & c. fraternalitatis. de testi. Tamen agendo de falso potest ita deduci & probari quemadmodum etiam non obstante re iudicata potest agi. l. j. C. si ex falsi. instrum. ita Dec. in c. caulam. de proba. chart. antepe. col. iij. ubi vide, dicam infra in materia publica-

tionis

tionis testium, circa princ. & ad eum locum te reicio. 79 Aliud est speciale quod suspicio falsi habetur pro veritate contra labentem. ff. de pœn. Hippol. ubi supra, col. iij. vers. adde etiam prædictis. quod in criminalibus quomodo intelligatur, ponit Deci. consilio clxxxix. in j. col. & in cap. porrecta. de confirm. vi. vel iurici. & in ciuilibus dixi supra latissimè in prin. huius 80 materiz. Statutum nostrum quod Mediolani quod incipit, Falsum committens, & disponit quod ubi lex municipalis non punit falsum, illud puniri debeat in ere vel in persona arbitrio iudicis, intelligitur de falso propriè per quod quis incidit in aliquod caput l. Cornelie de falsis. Bartol. in l. quid sit falsum. ff. de falsis. Cepol. consil. xxij. col. iij. & consil. xxij. col. ij. & Alex. 81 consil. lxxij. col. iij. volum. j. Falsificans scripturam priuatam an puniatur de falso, dic puniri. l. j. §. qui in rationibus. ff. de falsis. l. si quis decurio. l. qui veluti. & l. 82 damus. C. eod. & ideo Ange. in d. l. qui veluti. vult quod etiam si in scheda mea faciam te debitorum tenear pœna falsi. glo. tamen communiter approbata in d. l. damus. vult quod talis scriptura debeat esse apta ad nocendum quo quomodo, & ideo Bar. ibi dicit quod saltè debet facere indicium. idem in §. qui in rationibus. & in l. si quis legatum. col. ij. ff. de falsis, exemplum ponit quando talis scriptura esse apta ad faciendam de ea comparisonem, vt quado habet tres testes. vnde Paul. de Cast. in l. si. in fi. C. de fid. instrum. requirit subscriptionem trium testium in tali scriptura priuata falsificata ad hoc vt sit falsum, & non solum consideratur actuale dactylid est, quod re vera noceat, sed etiam quod habitus & potentia possit nocere secundum Bal. in l. si falsos. C. de falsi. sequitur Soc. consil. c. iij. col. j. per quod non video quomodo in exemplo schedulæ de quo supra possit verificari ista conclusio. bene posset verificari in apocha literis & libro rationum, & in alia scriptura subscripta tribus testibus vt loquuntur dictæ leges, si illas vides. De apocha, literis, & libro quod sunt apta ad nocendum habes. in l. admonendi. per Bart. & alios de iure iur. de scriptura subscripta tribus testibus, habes etiam in d. gloss. l. damus. & in l. comparationes. C. de fide instrum. Non etiam posset verificari falsitas nocibilis, si tertius faciat scripturam falsam, in qua Titius donet causam mortis ancillæ suæ prædiu, 84 quæ scriptura si sit subscripta per quinque testes qui dicant eam esse falsam, quia talis scriptura ex se non probat nec facit indicium, & tota vis consistit in testibus probantibus dictam donationem, iuxta dicta Bart. in d. l. admonendi. col. ante penult. Aliud esset in scripturis priuatis, quæ aliam solennitatem nõ requirunt vt in prædictis, quia vel nocent re vera, vel sunt aptæ 85 ad nocendum modo quo supra, punitur tamen talis pœna stellionatus. Soci. in d. consil. in fin. & consil. lxxij. & consil. clxxxvj. Ancha. consil. xxij. col. ij. Salic. in l. j. col. pen. C. de sepul. viola. quicquid teneat Paul. 86 de Cast. consil. clj. col. j. & pœna t hæc est pecuniaria secundum Soci. in d. consil. c. iij. post Gandi. & August. de Arim. in verbo, falsario, sed videtur quod sit relegationis. l. fin. cum alus. in d. tit. ff. de crimi. stelliona. Tamen ex §. solent. in l. iij. eod. tit. de crimi. stellio. non imponitur necessariò pœna relegationis. & aduerte, 87 quia tunc itatura ac ordinationes locorū recipiant interceptationem à iure communi. l. j. C. de noxal. cum similib. si puniatur falsum in scripturis etiam intelliguntur de priuatis, quæ tamen nocent siue ad nocendum aptæ sunt, quod procedit multo magis quando statutum nominaret, non scripturam simpliciter, sed aliquam scripturam, prout facit decretum nostrum Me-

88 diolani. Testis an t puniatur de falso si dolosè falsum dixit, & eius depositio nulla est, vel non nocet. Hipp. in l. j. præterea. colum. iij. ff. de quæstio. latè concludit extraordinariè puniri, arbitror esse recurrendum ad decisionem Bart. in l. si quis legatum. colum. ij. vers. iuxta hoc quæro. ff. de falsis. ubi quando est falsus, & dictum est nullum, distinguit vtrū testis habeat suam formam, vel non: vt primo casu puniatur, secundo non, sed difficultas est quando dicatur habere formam. Item Bart. non declarat, an ordinariè vel extraordinariè puniatur, vnde vide Bald. in l. iusturandi. ad fi. C. de testi. qui vtranque dubitationem deiecit, loquitur tamen Bart. & Bald. quando dictum testis est nullum, in quo semper vide ibi: sed quando non est nocibile absolute, sentio cum Hippol. per ea quæ allegat, & secundum ista declaro Felin. in c. j. de præsumpt. vers. primò fallit. 89 Quæro t quando promissio vel legatum essent inuualida, vel quod libet aliud in instrumento contentum, putà si donaretur vel legaretur concubina: quæ esset nupta, & sic coirus esset punibilis, quo casu non valet donatio vel legatum, vt per Ias. in l. miles ita. in fin. principij. ff. de re iudica. Dic breuiter puniri notariu de falso, quia notarius fecit quantum in eo fuit, vt res haberet effectum, & in eo quod erat officij sui non defect, quia apposuit omnem solennitatem requisitã, tam in tali instrumento, secus si in dicta solennitate defecisset, & ex hac ratione instrumentu nullum esset, quia si contineret falsitatem non puniretur pœna legis Cornelie de falsis, quia non fecit quicquid potuit, vt haberet effectum falsitas: nam falsitati resistit iura declarant. Bartol. in dicta lege, si quis legatum. columna prima & secunda, & Socin. consilio sexagesimo secundò, & habetur in l. prima, C. de sepul. viola. & quid quando notarius fecit instrumentum nullum an de falso possit puniri, vide vltra Bartol. in dicta lege si quis legatum. textum, Alexand. & Doct. in lege iube mus. C. de testa. Alexand. j. volumine, consil. lxxij. & sequen. Bald. quinto volumine, consil. xcij. & primo consil. cvj. circa fin. & per Angel. in gloss. in verbo, falsario. & Gandi. in tit. de falsis. & alibi sæpe: & vide quæ dixi supra in vers. quæro an falsificans scripturam priuatam. ubi latè, quando scriptura falsa non est nocibilis, quomodo puniatur, & in effectu conclusio est, quod requiritur vt falsitas sit nocibilis ad hoc vt possit puniri de falso pœna legis Cornelie. l. damus. & ibi gloss. & Doct. C. de falsis, & etiam per Angel. in dicto verbo, falsario, & alios in plerisque locis, puniatur tamen extraordinariè, vt dixi in d. vers. & vide Cur. etiam consil. lv. colum. ix. in vers. & consequenter. & Angel. l. si falsus. in fin. C. de falsis. Habui hoc in facto. 91 Quidam t accusauerat notarium de confectioe instrumenti falsi, & non minor erat præsumptio in eo quam esset in notario, & ideo dicebatur ita esse torquendum accusatorem sicut reum, & allegabatur text. in terminis in l. vbi. C. de falsis. obstupui & dixi quod dicta lex procedebat secundum terminos l. fin. C. de accusa. ratione calumniæ & pœnæ talionis quæ hodie cessat: tamen postea cognoui quod etiam hodie procedebat illa opinio torquendi ita accusatorem sicut accusatum, & pone exemplum sicuti tunc obuenierat, habet instrumentum Titius in quo sunt plura quam in matrice, vtur illo, pars contradicit instrumento, dicens, quod si inspicatur matrice non ipse est obligatus vigore dicti instrumenti: secus si inspicatur exemplar contra eum productum, quare Titius querelat de falso notarium, quod veram matricem subrepperit & aliam supposuerit, querelans facit exami-

nari testes, qui erant presentes rogationi instrumenti, qui dicunt talia verba fuisse postea posita, & sic resultat indicium contra notarium. Notarius ex adverso facit examinari alios qui contrarium dicunt, & consequenter est suspicio, an notarius veram matricem occultaverit, an querelans verba addiderit stantibus probationibus paribus, uterque est torquendus, sic loquitur d. l. vbi. quam vide, & ita ibi Bal. & clarus & aperius Salic. quae not. Datur t. querela de falso contra notarium, & haeredem in testamento institutum rogato per dictum notarium, & narratur quod testator tunc erat mortuus, & quod haeres loco testatoris supposuerat se in lecto, & fecerat testamentum, examinatur dictus notarius, & in effectu non fuerit id quod continetur in querela. Tamen faretur tale quid propter quod testamentum esset falsum.

92 Nam t. dicit quo tempore rogavit dictum instrumentum se testatorem non vidisse, & hoc quia habebat faciem sub stragula, ita ut videri non posset, & ideo cum debuit illam vidisse. l. si non special. C. de testament. maxime, quia ipsemet notarius hoc in testamento attestatur, quod illum novit & cognovit dicitur falsum scripsisse. Insuper quia iste notarius rogauerat dictum instrumentum cum alio notario infolidum, ille alter fuit vocatus, & cum noluerit venire ad iudicium fuit damnatus de falso, Queritur an propter hoc notarius debeat puniri de falso, Et an instrumentum ob hoc dicatur reprobatum quo ad notarium, non habeo difficultatem quod est uti falsarius puniendus,

94 & maxime t. quia non debet scribere, nisi ea quae vidit & cognovit, iuxta dicta Bald. in rubr. C. de fide instrum. Quo ad instrumentum t. & sic quo ad partem videtur non debere dici reprobatum, quia licet notarius dicat tale instrumentum esse falsum: tamen non nocet parti, ista est decisio Paul. de Cast. in l. Seia. ff. ad Velleia. & in similib. Bart. in l. si quis in gravi. §. j. ad Silvaniam. & hoc credo verum, vbi est solus notarius, quia quo ad partem verum est dicere quod est singularis, secus si sint duo notarii, prout etiam Ang. in l. errore.

96 C. de testamen. in lectura Perusina. Idem t. dicit in duobus iudiciis qui asserit se pecunia fuisse corruptos ad sententiam proferendam: quem in effectu sequitur las. in l. iusurandū. §. procurator. col. ix. de iure iuran. intelligendo tamen quod ambo essent examinati in iudicio, & citata dicta parte iuxta cap. ij. de testib. & verè confessi essent, secus si ficti, ut contrigit in hoc casu, in quo, ut dixi, alter contumax, & consequenter

97 habitus pro confessio, & conuictio fuit danatus, t. quia ficta confessio non nocet alteri iuxta dictum Bar. in l. eius qui delator. ff. de iure fisci. & praedicta clara sunt, si isti notarii ita attestarentur nondum expleto instrumento testamenti, prout intellexit hoc dictum las. in d. §. procurator. Ceterum si expleto & iure acquisito parti, ita attestarentur, t. tunc maius dubium videretur per text. in cap. sicut. in fi. de testib. vbi non creditur pluribus testibus dicentibus se fuisse corruptos ad infringendum sententiam super dicto eorum latam. las. tamen idem etiam tenet vbi supra, quae opinio omnino esset seruanda in casu quem nunc habeo in factis, quia etiam alij duo testes comprobant dictum notarium, & adfuntque multae aliae coniecturae ad idem. Et aduerte vltimus t. quod Doctores supra loquuntur in notario, vel teste, vel iudice qui extraiudicialiter, puta in articulo mortis moti conscientia dicerent concessisse, vel dixisse, vel protulisse falsum instrumentum, falsum testimonium, & falsam sententiam propter pecuniam, & ideo non mirum si non in-

fringitur dictum instrumentum, vel sententia, & ita etiam praecise text. loquitur in cap. sicut, de testibus. & ideo si in iudicio hoc asserant, & citata parte cui dubium quin sit credendum magis ipsi quam aliis iuxta, cap. fin. de testib. cogen. & quod ibi dicit Felin. est verum quod etiam praedicti Doctores & text. in d. cap. sicut loquuntur quo ad interesse partis tantum. Et ideo si tractaretur de poena ex eorum dicto alicui imponenda aliud esset, & tunc recurreretur ad vim testium. & l. sciant cuncti. C. de probat. & considerare tur, an essent socij criminis vel varij, & an alias paterentur exceptiones. Non etiam obliuiscaris eorum, quae dicit Bart. in l. si quis obreperit. ff. de falsis, quando t. defertur scienter scheda notario ad illam ponendam in actis, quae continet aliquid plus quam debeat, & sic falsum, quia dicit quod non teneatur ille quasi fecerit falsum cum non ponat in actis, sed notarius, qui nec ipse teneatur, quia bona fide facit, sed dicit Bart. quod teneatur defertens schedulam eod quod obreperit Praesidi falsum per d. l. si quis obreperit. secus si faciat illam scribi a notario, & scienter aliquid omittat, est vltima determinatio, & sepe occurrit circa quam vide Imol. consil. c. ij. & Bart. consilio c. x. & Bald. notabiliter in rubr. C. res inter alios acta col. fin. in fin. Non omitto etiam t. si notarius quid falsum asserat in instrumento ad seipso & non rogatus, ut saepe facit maxime in testamentis, dum dicit talis sanæ mentis, iuxta notata per Bald. in l. ij. ff. de testam. & in rubr. C. de fide instrum. col. iij. per Aret. in d. l. ij. col. j. & ij. non propterea est falsarius, quia facit vbi priuata persona & non ut notarius, ita Bald. in l. ex his verbis. col. ij. in princ. vbi vide, C. de testam. milit. Alex. in d. l. si quis obreperit. in glo. quae incipit, quaedam pars, & Felin. in cap. si cautio. columna xvij. versic. & vnum perpetuo nota. de fide instrum. & latissime Corn. in iij. volum. consil. c. lxxj. vbi vide, & est hoc dictum maioris momenti quam dictum Bald. in l. vnica. C. de confes. col. x. versic. hoc breuiter. vbi dicit in hoc casu quod si furor erat latens excusatur, aliter secus videtur dicere, cuius contrarium tene propter praedictas auctoritates & rationem, nisi dicas quod loquitur quo ad crimine stellionatus, & hoc potes pendere ex dictis Bald. in l. iusurandi. in fin. C. de testib. Et ad principalem conclusionem vide etiam Tindarid. in suo dialogo. de contrarietate testium, in illa quaestione quando testis dicit sine causa, & postea contrarium cum causa an puniatur de falso? chart. 4. col. iij. in fin. & seq. col. vbi tenet in casu de quo agimus non incidere in falsum. facit etiam quod dicit Bartol. in l. si quis legatum. ff. de falsis. in quaest. de teste, qui

102 dixit non iuratus, vel alio modo nulliter, t. quia in effectu vult, vt si non deposuerit in forma iudicij non teneatur. & facit communis conclusio quae habetur contra dictum Bart. in l. eos. in fi. ff. de falsis. quod de positionis extraiudicium non habetur ratio, quo ad ut sit falsus. Cum igitur a pari procedant testis & notarius, vt per Socin. consilio c. lxxij. col. iij. ergo, & c. placet tamen illa opinio, vt teneatur poena stellionatus. An quilibet t. iudex coram quo committatur falsitas possit, punire de falso, vide Bartol. tenentem non posse in l. diuis. ff. de falsis. nisi alias esset latrunculator, contrarium videtur tenere. idem Bartol. in l. nullum. C. de testibus. Tamen non est contrarius, quia loquitur de poena extraordinaria, & vult tamē quod iudex competens possit cum punire ordinariē, & ita intellige Bart. in l. hoc iure. §. aqua. ff. de aqua quodid. & artua. & in l. penult. C. si aduer. lib. & ita Fulg. in l. j. §. qui

§. qui mandatum. ff. de offic. eius & Angel. in l. querela, in vltim. col. C. de fals. & ita probat text. in d. l. diuis. & ita Abb. in capitulo primo, ad fi. de crimi. falsi. in delegato verò aliter tenet, & est communis opinio Doctorum ibi. Et in delegato latissime las. in d. §. qui mandatum, col. penult. & fin. idem tenet quod dixi in ordinario, & non allegat Abb. hanc opin. in ordinario tenet Aret. in cap. cum literis. de testi. columna secunda, vbi etiam addit, & ita ibi Fel. columna secunda, quod puniatur sine processu extraordinariē, quod vult etiam gloss. in d. c. j. & communiter Doctores ibi, & ita intellige Anchar. consil. c. lxxij. col. fin. & alios qui sequuntur Bart. in d. l. diuis. & est opinio gl. in d. l. nullum, quam ibi sequitur Bart. & ita etiam intellige Aret. in dicto verbo, falsario. col. vj. versic. quero an quilibet. Et aduertendum est, t. quia Doct. communiter volunt, vt etiam puniatur tali poena extraordinaria, adhuc possit accusari poena ordinaria l. Cornelie de falsis. & si ita non esset frequenter nimium fierent falsitates testium: quia illius poenae extraordinariae exemplum ponitur in colopho secundum Ioan. Andr. Ant. de Butr. & communiter alios in d. c. j. Sed an finita t. duntaxat instantia, in qua sunt examinati testes possit accusari, an verò etiam illa pendente, prima facie videtur dicendum, vt finita instantia tantum liceat, prout explicite gloss. dicit in c. j. & multi alij tam ibi quam alibi: tamen aduertendum est, quia illud dicitur habita ratione ad poenam extraordinariam, quae non nisi pendente iudicio ex officio, etiam potest imponi, vt declarat Abb. in d. c. j. col. ij. quia in ordinaria & finita lite potest imponi intentata accusatione, tunc & ante, ita optime vult Abb. ibi, vbi vide cum diligentia, quia sic inuenies. Et cui dubium vult etiam pendente iudicio ciuili possit accusari testis de falso? & ideo disputatur, an durante discussione falsitatis sit futurum iudicium in ciuili, vt dicam paulò infra, potest igitur accusari & pendente iudicio sicuti mox dicam, & eo finito ad retractationem sententiae, iuxta tit. si ex fals. instr. C. & not. in l. diuis. ff. de re iudic. Sic ergo quando iudex coram quo examinatur, non est latrunculator, & ita non habet merum & mixtum imperium, solum punit extraordinariē cum colapho, de quo supra, ad poenam verò ordinariam ex nouo processu procedit Capitaneus iustitiae, vel alius officialis rerum criminalium. Et si ipse est latrunculator, poterit etiam ipse procedere ad poenam ordinariam. ita Abb. & Doct. in d. c. j. Et t. si tam iudex coram quo examinatur testis, & falsum dicit quam alius sint iudices competentes in criminalibus, vt praetor & capitaneus iustitiae in hac ciuitate Mediolani, uterque potest procedere. ita Bald. in d. l. nullum. versic. & non solum iudex. vbi vide. & ideo erit locus prauectioni, iuxta nota. supra in tit. de foro comp. in materia prauectionis. Ex praedictis habes quod poena illa extraordinaria non tollit ordinariam, contrarium tenet Bart. in d. l. nullum. per l. Senatus. ff. de accusa. Bald. verò ibidem hoc tenet quando non fuit punitus integra poena, & haec opin. Bald. est approbata communiter ibi, & in d. cap. j. de crimi. fal. vbi vltra alios, vide Ana. col. iij. versic. sed potest dubitari. & ibi pro ratione dicit vnū pro hoc communi quod agitur de diuersis delictis, & ideo poena vnus non tollit aliud, & quod agatur de diuersis delictis, & sit separatum delictum id de quo in l. nullum, a delicto criminis falsi, de quo in d. l. Cornelia de falsis, ostendit ipse, & ponit quatuor differentias, & quando tractaretur de poena imposita a iudice ecclesiastico, an illa deberet esse contentus iudex secularis, Est

sine dubio dicendum non debere nec e contra, Felin. in cap. super his. in xij. limita. de accus. Et ex praedictis habes clarè decum id, de quo nunc dubitatur in Se-
107 natu, An t. testis laicus qui dixit falsum in causa matrimoniali coram ecclesiastico, possit puniri ordinariē ad poenam falsi a capiteano iustitiae, quia potest puniri: & causa matrimoniali finita, & pendente per praedicta, & maxime, quia iudex ecclesiasticus non vult cognoscere de dicta falsitate, nec potest iuxta c. sententiam sanguinis. ne clerici. vel monac. nec etiam vult punire extraordinariem: quo casu cessant omnia. Nec obstat quod iudex causae principalis, scilicet iudex ecclesiasticus sit iudex causae incidentis. l. quoties. C. de iudic. quia non efficitur iudex causae falsitatis, nisi quo ad extraordinariē puniendum, sicut dictum est per nota. in d. c. j. & in d. l. nullum. Si esset ordinarius puta episcopus, fateor quod & ipse posset procedere ad ordinariam poenam secundum ius canonicum, sed cum sit delegatus firma remanent & solida quae supra dicta sunt, & idem etiam procederet, si esset ordinarius non habens merum & mixtum imperium. Et ideo hoc mane ita fuit stabilitum, vt scilicet dictus testis falsus puniatur poena falsi a capiteano iustitiae. Et retulit reuerendiss. D. episcopus Nouariensis in suo casu Romae pariter fuisse seruatum, quia cum quidam in causa beneficii agens contra eum ad beneficij priuationem adduxisset quatuor testes falso deponentes quod mandauerat fieri quoddam homicidium, & ipse eos coram gubernatore vrbis accusasset de falso, & falsitatem detexisset, omnes fuerunt infami poena ab eo puniti. Sic etiam saepissime in hac ciuitate fuit seruatum, & seruari debet, quia aliter malè consultum esset bono publico. & ad praedicta facit, quia cri-
108 men falsi t. commissum in re ecclesiastica, puta, in literis Apostolicis est crimen mixtum, quod potest puniri a iudice ecclesiastico & seculari. ita Abb. & Doct. in cap. cum sit generale. de foro comp. & per Ana. in
109 c. ad falsariorum. de crimi. falsi. Scias autem t. quod vbi etiam secularis non posset cognoscere, nihilominus posset interrogare, puta, si pars vult vt testibus coram ecclesiastico examinatis, ita Bald. l. vbi cuncti. C. de interrogatio. las. d. l. quoties. columna secunda. Et haec not. quia ipse iudex ecclesiasticus non vult admittere has interrogaciones timens ne fiat irregularis, iuxta cap. sententiam sanguinis. ne clerici. vel mona. Est tamen aduertendum ad praedicta t. quod
110 est testis laicus efficiatur ex foro iudicis laici qui eum examinat quo ad poenam extraordinariē imponendam, tamen clericus non efficitur. ista est communis opinio in locis de quibus supra, & ita attestatur Ioan. Bernard. Hispanus in sua practica criminali canonica. cap. lxxxvij. ad fin. pro quo etiam vide decis. Neapol. in c. xxx. quae adhuc tenet huic opinio. Et t. quia dixi supra
111 testem posse accusari de falso pendente iudicio, & esse dubium an suspendatur iudicium principale, in hoc vide Bal. in l. si quis testibus. columna penultima, C. de testib. Alexand. in lege secunda, §. primo, in prima apostil. ff. vi bonor. raptor. Salicet. in l. si docueris. C. de falsis. & ante eos Cyn. in l. j. col. penult. & vlt. C. qui accusa. non poss. Et conclusio est vt differatur, & licet res sit inter alios, scilicet inter reum vel actorem & testes, & non inter ipsas partes, quo casu non videtur, vt acta in eo iudicio faciant fidem in primo contra producentem, iuxta notata per Bart. per illum text. in l. Lucius. ff. de his qui notan. infam. Tamen reddunt dubiam probationem ex quo non potest sequi cōdenatio. ita Sal. not. in d. l. si docuerit. in fi. & sequitur

quiritur Barba. consil. xliij. vol. j. col. viij. Et licet Salic. loquatur accusato accusante testes: tamen idem videtur quando tertius accusaret, puta, frater, vel coniunctus accusati, nam militat eadem ratio. & Cy. etiam in d. l. in questione quam format, iuxta quam verba facit Salic. atque alij aperte loquuntur, siue accuset pars, siue tertius: si tamen alias dicta testium non nocerent illi contra quem essent producta, vt quia repleri essent maculis, vel verisimilia non deponerent, vel aliter non probarent. Non video quare esset differendum quia frustrata expectatur tempus, cuius euentus non operatur. aliquando in fin. ff. ad Velleian. & ideo cum ratione loquuntur Doctores in accusato testibus conuictis, & ita etiam in fortioribus terminis est decisio Neapolyt. cccxxix. vbi latissime de hac questione dum concludit, quando decisio causae non pendet à falsitate dilucidatione non superferri, si etiam accusatio testium esset facta coram alio iudice maxime per fisci vel tertium, & pars contra quam fuissent examinati acquiesceret, vt causa finem acciperet, etiam non dilucidata falsitate secundum acta & probata in causa non video quare esset differendum, quia Doctores loquuntur siue saltem expressè sentiunt, vt procedat dicta conclusio ad fauorem conuicti, nisi dicas quod tamen oporteret partem ita esse contentam, vt etiam renuntiaret omni maculae falsitatis, aliàs militarent rationes Salicet. pro sua opinione. Et hoc vbi ex actis constat quod causa falsitatis penderet, aliàs posset iudex causas, in tante eo, contra quem producti sunt testes ignorantiam pretendere & determinare causam secundum allegata & probata. Quando tamen videns rem duobus incidat in falsum, iuxta l. qui duobus. ff. de falsis. vide ibi per Hippolyt. & per Aret. in gloss. in verbo, falsario. colum. vj. & in apostillis nouis & nouissimis. & Cuman. consilio clxxij. colum. ij. in fin. Et quid si hoc facit procurator, vel syndicus an incidat in hanc poenam. vide Angel. in consilio quadagesimo tertio, & quid in muliere vendente duobus, & quid si vendatur secundo scienti primam venditionem, & quid si primus postea ratificauerit, vide Bald. ij. volumine, consilio cccxl. Et adde quod si eadem res vendatur à duobus representantibus eandem personam non incurritur poena de qua hic Signorol. consil. cccvij. & si vendatur dimidia pro indiuiso postea aliqua pars in specie, tunc videtur incidere in falsum, quia primus emptor in qualibet minima parte habet partem. l. Menius. §. duobus. & ibi Bartol. ff. de leg. ij. Bartol. in l. ij. C. quomodo & quan. quar. pars debilib. xj. & in l. ij. §. in certis. ff. de acquir. poss. & ita videtur bene probare text. in l. si consenserit. §. fin. ff. qui potio. in pigno. habe. Tamen considera, quod licet reperitur deceptio re ipsa, iuxta l. qui cum aliter. ff. de verbor. oblig. tamen non fuit in dolo ex proposito venditor, quia est presumendum quod ex quo sciebat se habere dimidiam non considerata subtilitate. d. §. duobus. crediderit se posse vendere partem alterius dimidiam etiam in specie, vbi tamen hoc allegatur, iuxta text. in l. si adulterium cum incestu. §. idem Polioni. ff. de adul. Nam quaelibet causa excusat à dolo, & licet in dubio sit presumptio contra eum, iuxta doctrinam Angel. in l. plagij. C. ad l. lul. de plagia. & dixi supra circa decretum, quando res habet originem à contractu, tamen cum iuramento, & datis aliquibus presumptionibus procedit quod dixi, & presumptio est vt non sit in dolo, quia propter hoc non consequitur duplex pretium vt ei iudicet rei, vt considerat text. in l. qui duobus, & tamen etiam ille qui sibi aliquid adscribit in testamento in-

cidat in poenam falsi, est text. in l. ij. §. ex illa quoque. ff. de falsis. Adde Bald. v. volum. consil. xcij. Cuman. consil. lxxvij. colum. ij. & Salicet. in l. prima. C. de his qui sibi adscrib. colum. iij. in fin. Et tamen quando haeres scribit testamentum, & illud tradit notario à quo rogatur, vide Bartol. in d. §. ex illa, & Alexand. in ij. volumine, consil. 70. & vide quae not. Fulg. consil. cxxij. colum. ij. & Roman. consil. cxly. versus finem, & in apostil. Angel. & Angelusmet. Scias tamen quod pro instrumento falso potest quis puniri ex triplici capite, quia fecerit, quia fieri fecerit, & quia illo vsus fuerit scilicet. primis duobus modis quis punitur poena l. Cornelia, iuxta l. j. §. fin. ff. de falsis. Tertio casu non punitur ordinariè, sed relegatione ad tempus. ita Salicet. in l. si veteris. columna iij. in princ. C. de fide instrument. & dicit quod hæc est communis opinio, & ita intelligit Bald. in l. iubemus. §. sanè. colum. fin. in versic. extra quæro. C. de sacrosan. eccle. allegat gloss. quæ tamen dicit aliter in producente literas principis, & ita etiam gloss. in d. l. si veteris & vbi que, vt dicit ibi Salicet. & vide latè apostillas ad Abb. in cap. presentium. de testib. Tamen per statutum nostrum in criminalibus imponitur eadem poena illi, qui scienter producit falsum instrumentum, vel testes scienter. Sed aduerte, tamen quia differentia est inter primos duos casus & istum, quia in primis casibus non prodest abstinere ab vsu, in isto autem prodest. l. si falsos. C. de fals. & ibi per Bartol. & Doct. in l. diuus. ff. de fals. & potest produçens abstinere vsque ad sententiam, vt habetur in d. l. si falsos. Et ideo vt tollatur hæc facultas interrogatur statim facta publicatione, si vult vt testibus, vt per Bartol. in d. l. diuus. vbi vide, & maxime interrogatur, quia statutum nostrum dicit quod si aliter de scientia non constat, postquam fuerit interrogatus si voluerit vti, & responderit velle, dicitur eo ipso de scientia constare, & sic statutum videtur dare hanc practicam, maxime vt tollatur onus probandi scientiam, de qua etiam potest constare aliter, vt etiam sentit statutum. Et tamen in dubio presumitur quando scriptura est super facto proprio, vt not. per Aret. & Fel. vbi vide omnino de ista materia, & in d. c. presentium. & hoc not. in casu, tamen in quo produçens non teneatur respondere, iuxta statutum nostrum Mediolani in ciuilibus in quibus caueretur, vt aliquibus casibus non teneatur respondere, qui nihilominus tenetur si aliter constat quod scienter vsus fuerit. Et aduerte, quia nec semper produçens est inexcusatus si perseuerat vsque ad sententiam, quia si verisimiliter non sciat, non tenetur vt in facto alieno, vt per Doct. vbi supra. Et tamen modum respondendi quando quis interrogatur ne faciat se suspectum quod falsum commiserit, ponit Bald. in l. si. in fin. C. si ex fals. instrum. & debet etiam respondere clarè & aperte, vt ponunt Doct. vbi supra, & Bald. consil. lvij. in v. lib. secundum antiquam impressionem, vbi tenet quod si dicit velle vti in passibus & punctis, &c. quod est perinde ac si nihil responderet, & ponit etiam statutum nostrum in ciuilibus. Item modum interrogandi vide per Aret. & Fel. vbi supra, & vltra prædicta in hac materia vide Angel. in d. verbo, falsario. col. penult. & ibi in apostillis, & gl. & Bart. & Doct. in l. iij. C. de fid. instrum. Angel. in §. appellatur. in instit. de except. col. iij. vers. & 110 est sciendum. Et tamen quando procurator producit falsos testes, an dominus teneatur, vide Paul. de Cast. in l. si quis iniquis. §. si procurator. ff. quod quisq. iur. Et si quis vitur scienter per alij, an teneatur poena statuti de vsu, vide Roma. consil. cccv. & Alex. in d. l. si falsos. Et 121 quando tamen capitulum est falsum, an abstinens hoc casu sit excusa

excusatus, vide Bart. tenentem non esse in d. l. diuus. ff. de falsis. Angel. de Aret. in d. verbo, falsario latè & notabiliter distinguentem, Aret. & Fel. in d. cap. prætentem. Et tamen vbi capitulum est verum, & testes falsi dicuntur isti dicere falsò, non fallum, & extra ordinè puniuntur. Fel. in cap. trateritatis. in fin. de hereti. post Anchar. ibi per eum allegatur. Socin. consil. ciiij. circa fin. & consil. seq. & Bald. consil. cccij. volum. j. 122 Et tamen quis possit respondere se velle vt si appareat testes verum dixisse, vide Barr. in d. l. diuus. & Aret. & Fel. vbi supra, & dicam infra latissime sub ista rubrica. Et profecto credo quod illa disputatio cesset per statuta nostra quibus cauetur, vt clarè & nitidè debeat responderi, per que statuta etiam datur terminus ad deliberandum quo casu cessat difficultas, si dicitur non est certus, & vide Lap. allegat. cxi. & Fulg. 124 consil. clxxvij. & not. etiam ad intellectum statuti, tamen quod aliud est ostendere, aliud est vti. Bald. in l. eo quod à multis. ad fin. C. si cert. per. Item nota tamen quod per statuta nostra cautum est, vt etiam quis possit respondere velle vti in parte, dummodo clarè respondeat pro qua, & sic feruatur, quod etiam dicto testis quis poterit vti in vna parte in alia non: subaudiendo etiam vnum verbum, & declarando illam partem, dummodo 126 do aperte & clarè loquatur. Item nota tamen quod ille qui producit instrumentum falsum presumitur illud fecisse vel fieri fecisse. d. l. maioram. & ibi Bald. Alexand. consil. lxxvij. colum. iij. volum. j. Ana. in cap. ad falsarium colum. v. de crim. falsi. nisi ostendat à quo habuit, 127 vel quis fieri fecit, vt in dictis iuribus & locis. Et tamen si dicatur nolo vti, si quis ipse possit vti videtur posse, & quod hoc decidat. Bartol. in quæ. tit. que incipit, iudex maleficiorum colum. iij. in princ. & colum. fin. & facit quod licet accusator renuntiet testibus non valet, quia videtur concludere cum accusato, & quia non debet posse præiudicare sico. Aret. in cap. cum venissent. de testib. colum. iij. versic. tertio vtrum. & Fel. ibidem 128 col. ij. Et ideo nec valet delatio iuramenti, tamen quam facit accusator reo super crimine, quo ad præiudicium facti. l. si. in l. ait prætor. la prima. in princ. colum. si. vers. secundum principalem. ff. de iur. iurand. Iudex tamen vbi videtur non adesse collusionem, & testes de falso suspectos malè faceret, si per eos vexaret partem. Teneatur 129 poena tamen falsi notarius vel aduocatus, vel causidicus qui instrumenta vnius partis ostendit alteri. l. j. §. is qui vbi Bar. ff. de falsis. Ang. Aret. vbi supra, in verbo, falsario. 130 rio. & dicam infra in tit. de præiuratis. Et tamen quid si testes non publicatos, vide Fel. in cap. pen. de testib. colum. ij. circa fin. Et quid de Medicis & obstetricibus qui non fideliter referant, vide Fel. in cap. propofuisti. colum. iij. de proba. & eod. tit. cap. quoniam contra. colum. xxij. & l. in rubr. ff. de iure iurand. & Dec. in 131 d. cap. propofuisti. Ille, tamen qui se facit doctorem, & non est, teneatur de falso. l. eos. §. si vbi Bar. ff. de fall. & vide Alex. consil. 70. in ij. vol. & Fel. in cap. tertio loco. de proba. & idem in notario qui vti notarius conficit instrumenta, & non est, quia tenetur poena falsi, secus si erat & fuit depositus. Fel. in c. super literis. de re script. colum. xvij. Sic etiam qui non mercatur dignitate propter vilem eius conditionem, & tamen tacita vilitate illam tanquam nobilis impetrauit punitur poena falsi, ita in l. vnica. C. ad l. Viscel. quam vide, & licet illa lex sit correctæ in casu suo secundum not. ibi, tamen non est correctæ ratio legis, super qua est fundata 132 ta l. eos. §. fin. quæ non est correctæ. Quæro tamen de eo qui allegat leges abrogatas, & statuta, an sit falsarius, vide Bar. in l. si. ff. de falsis. & Fel. plenè in c. j. de consti.

133 col. v. & in c. fraternitatis. in prin. de her. Adde tamen etiam in hac materia falsi quo ad excusandum à falsitate vnà notab. conclusionem, quod possibile veritate in esse posita, nulla sequitur necessaria falsitas. ita Bald. in c. j. in §. notandum. de not. feud. refert & sequitur Alex. in l. quidrum. in §. si arbiter. ff. de arbit. Ad quod est glo. in l. iur. gentium §. quod ferè ff. de pact. & ibi l. la. 134 la. è de qua dixi supra. Et ideo tamen sufficit vt quis habeat aliquam presumptionem pro se ad excusandum à falso. Bal. in l. fin. colum. xij. circa med. C. de edictio diui 135 Atr. Tollen. Et tamen consuetudo etiam excusat à falsitate. Cepol. consil. xij. in antepen. col. vnde etiam testis defenditur qui primo dixit nescire vel non recordari, & postea dixit scire vel recordari, vt per Alex. vbi supra intelligendo, vt per Aret. consil. lxxj. colum. ij. est materia Bart. Alex. & Doct. in l. qui bona. §. si quis stipulatus. vbi vide Alexand. col. ij. ff. de damn. infect. Similiter econtra, si primo dicat scire vel recordari, postea nescire vel non recordari, defenditur vt per Aret. in cap. cum causa. col. ij. de testib. nisi tamen esset nimum evidens contrarietas per notata à Bal. in prima consil. C. §. quibus. & vide etiam l. ait prætor. la prima. §. iurari. col. penult. & vlt. ff. de iure iur. & Dec. consil. 100. col. ij. & Alex. in l. stipulatio habere licere. §. hæc quoque. col. j. ff. de verb. oblig. & Bal. in l. j. col. 136 penult. C. de consel. vbi tamen quando quis primò dicit credere postea non credere, non est perituros, & semel habui in facto, quod testis primò narrauit rem asserendo ita esse, postea in repetitione fortè videns se conuincit, dixit credere quod ita esset, & videtur quod sit falsus per dictum Paul. de Cast. in l. dolo. C. de dolo. vbi si quis asserat illud de quo non est certus præsumitur in dolo. Videtur enim postea ita dicere subornatus, vt per Fel. in c. præterea. colum. fin. de testib. cog. Dolus enim probatur ex coniecturis. d. l. dolo. sed tamen vide Aret. consil. xliij. col. vlt. vbi dicit quod si testis dicat primò scire, postea credere, non est falsus: quia etiam credere possumus id quod scimus, est materia cap. quoties. extra, de testib. & consil. Aret. proccedit in dubio, vnde quando expressè apparet in secundo dicto quod testis non habet certitudinem in primo, res videtur admodum clara quod sit falsus sed in dubio fateor non esse falsum maxime per dictum Bart. in l. de ætate. char. a. col. j. vers. sed quid ff. de minor. & Bal. in l. data opera. C. qui accu. non pos. qui allegatur à Modest. in locis vbi supra, tamen circa dictum Paul. de Cast. in d. l. dolo. vide Fel. in c. si autem. col. ij. de resc. & Alex. in l. dolum. C. de dolo. & in l. ij. col. iij. ff. quod quisque iur. & de prædictis etiam supra dixi in materia torcularis testium, & dicam infra sub rub. de pub. process. 137 sus circa si. Et tamen hæc etiam adde quo ad excusandum quem à falso, quod licet testis rei veritate sit falsus: tamen si iusta credulitate illud falsum dixit, excusatur à falso, vt per Hippo. in rubr. ff. de falsi. col. j. & ij. Ex istis habes quod falsus debet necessariò concludere, quod procedit vbi agitur ad poenam, secus si agatur ad rescissionem instrumenti. l. ai. in l. licet Imperator. ff. de lega. j. & in l. si quis, ex argentariis. §. prætor ait. ff. de eden. Itè adde 138 quod tamen dicit falsum testimoniū in causa capitali puniuntur l. Cornelia de sicar. l. j. §. præterea ff. de licar. & ibi per Hippo. quem vide, qui præter alia dicit quod hoc ad offensionem procedit, non ad defensionem, quia tunc tantum de perituro puniuntur. Et facit quod minus peccat delinques defendendo quam offendendo secundum Bal. in consil. ccccxv. in fi. vol. v. secundum impressionem Mediolani, & quibus modis testis dicat, vel dicere possit falsum testimonium, vide Bald. plenè, & aliter non intel

tium & fidem testium, & subditur in dicta respon-
sione secundum practicam, quod in reliquis non fac-
cientibus ad causam eeditur eorum vsui. Sed aduer-
te, quia etiam absque dicto statuto videtur quod imò
clare & sine subterfugio debeat respondere. Ita Bar-
tol. in l. diuus. ff. de fals. qui dicit, quod statuto termi-
no ipsi interrogato ad respondendum debet ille res-
pondere clarè nitidè absque aliqua protestatione. Est
verum, quod Aretinus & Felin. aliter dicunt, vbi ver-
similiter non potuit esse doctus: regulariter tamen
ita & ipsi volunt. Aduerte etiam, quia solus Aretin.
hoc vult, quando est statutus terminus, vt adhuc si ve-
rissimiliter non est instructus, &c. vnde quando est
statutus terminus, habes Bartol. qui præcisè loquitur,
quem sequitur Salicet. in l. si falsos. C. de fals. Est ve-
rum, quod Salicet. ibi intelligit hanc opinionem Bar-
tol. quando iam esset instructus interrogatus de falsi-
tate, vel eius culpa non esset, vt quia non adiuu-
catos & causidicos. & Bartol. etiam sequitur Angel.
Aretin. in verbo, falsario. col. antepenultim. versicul. &
scias vbi intelligit Bartol. & Sali. quod dato termino
clarè & apertè debet fieri responsio. & bene intelli-
git. & ita etiam dicit D. Anto. de Butr. in capitul. impu-
tari. de fide instrum. Et est communis opinio, quod sta-
tuto termino debet clarè respondere. Bald. in l. si ad-
uersarius. C. de fide instrumentor. in fine, qui vult ta-
lem protestationem prodesse, non loquitur statuto
termino, & sic conuenit cum aliis, solum discrepat Spo-
cul. in titul. de instrument. edit. §. videndum. versicul. si
velit. allegatur per Aretin. in dicto capit. presentium.
Sic igitur vides quod etiam de iure communi debet
statuto termino responderi clarè absque conditione,
& alia adiectione secundum magis communem. Et
ita etiam Bald. in consil. xcvi. volumi. j. secundum im-
pressionem Mediolani, vbi loquitur de eo, qui respō-
det velle vti in passibus & punctis pro eo facientibus,
& non aliter, & dicit quod nihil respondet & ita re-
fert Aug. de Arim. ad Angel. vbi supra, in d. gloss. falsario.
corruptè tamen, sed rectè illud refert Cepolla cau-
tel. liij. incip. communiter in causis. Ergo stante statu-
to, vt supra, quod clarè debeat responderi, res non ha-
bet difficultatem, tamen vt dictum est, vsus videtur
approbare prædictam responsionem in concernentibus
substantiam negotij, & fidem testis: quia satis po-
test dici clara responsio. Sic etiam si dicatur, & decla-
rando, intelligendo, concordando, distinguendo, limi-
tando, & supplendo eorum dicta, ex natura & quali-
tate facti antiqui, & qualitate personarum: Nam om-
nes vel pro maiori parte sunt rustici, qui deposuerunt,
videtur clara responsio: quia ita sunt consideratio-
nes iuris, quod est certum ornamentorum. ff. de au-
ro & argen. leg. & eodem modo, quando dicitur, &
vbi etiam intendunt cum additionibus, supplementationibus,
limitationibus, intelligentiis, & concordantiis,
quæ in iure quomolibet fiunt, & fieri possunt circa
illos testes, & capitula, tam pro concordia testium,
quam aliter, satis dicitur clara responsio, quia ius est
certum; quod concordat, limitat, intelligit, supplet, d.
ornamentorum. & vltra fundamentum d. l. ornami-
entorum. ad sustinendas in iure dictas responsiones, ad-
do quod interrogatio dicit, vt respondeat an velit
vti in toto vel in parte, & in qua parte: & ita etiam sta-
tutum permittit vt respondeat in parte. Idèd cum hæc
responsiones tendant ad partem, quia dicunt in con-
cernentibus substantiam, &c. admittuntur. Est verum,
quod vnum verbum positum in quadam responsione,
quam nunc habeo in facto, reddat difficultatem; quia

dicit in concernentibus substantiam necessariam. Nisi
157 dicas quod omne id, quod est ex substantia, dicitur
necessarium. Et quæ sint ex necessariis in teste, ponit
Ias. in l. i. C. de sec. tab. & in l. admonendi. char. 20. in
j. col. ff. de iureiuran. Et quid sit ex concernentibus
substantiam negotij & fidem testium, vide Bald. in ru-
bri. de controuers. inuest. & dum dixi, quod ideo
responsio sic admittitur ratione partis in effectu: quia
etiam interrogatio in parte admittit similem respon-
sionem. Facit quod dicit Bartol. & alij post eum in l. j.
in princip. col. ij. ff. de vulg. & pup. quod et si responsio
ad positionem debeat esse simplex: tamen si interro-
158 gatio continet sermone duplicem, talis etiam ad-
mittitur responsio. Facit etiam ad sustinendum talem
responsionem, quod satis clarè dicor respondere, si
respondeo, Volo vti etiam in d. l. ff. de vulg. & pup. maxime
per Alex. & Ias. Sed dicor simpliciter & clarè res-
pondere, quia dico, Volo vti in hac parte, & in alia
non. Nec curandum est, quod aliquis ignarus, & rudis
nesciat intelligere responsionem: quia satis est, quod
expertus & sciens illam intelligat: & hoc est, quod vo-
luit statutum nostrum, disponens vt clarè debeat res-
pondere, an in toto vel pro parte, & sic non conditio-
naliter vel dupliciter. Sustinetur igitur hæc practica
etiam de iure. Et ad confirmationem prædictæ opinio-
159 nis, adde quod si quis responderet clarè velle vti si-
ne dictis verbis, de quibus supra: & tamen testis depo-
sisset falsum circa extranea, non teneretur, secun-
dum Bartol. in l. eos. col. ij. ff. de falsis. & Ias. in d. l. ij. C.
de sec. tab. & in l. penultim. C. de transact. igitur ex-
pressit id, quod tacitè inerat dicendo, volo vti in sub-
stantialibus, Et vidi etiam, quod dum D. Azo. Landria-
nus doctor admirandus collegij Mediolanensis tulisset
sententiam non habita ratione testium, quibus pars
responderat velle vti in concernentibus substantiam
negotij tantum, fuit commissum Abbatibus notario-
rum, & D. Casari Guascho, vt viderent an mereretur
illa sententia retractationem. Erat enim lata in causa
credarum, quo asu prohibita est appellatio: & dum
rem Senatui retulissent, narrarunt difficultatem, quæ
erat, quod iuramentum erat in diuinduum, & quod
pars non poterat respondere velle vti in parte, & in
parte, non ad quod respondebatur, vt supra, quod sta-
tutum hoc admittebat: & ita interrogatio erat facta, vt
supra dictum est, & tandem retulerunt, quod, vti nul-
la, erat retractanda. Vidi etiam aliam responsionem
in alia materia, quæ est similis prædictæ, & in qua
etiam adest verbum, substantiam necessariam. Etiam
vidi duas alias, in quibus non est verbum, & necessaria.
Et breuiter sine verbo, necessaria, res videtur planè
procedere cum illo verbo insurgunt difficultates, ta-
men adhuc sustinetur, vt vides, circa alia verba, vide-
licet, supplendo, limitando, secundum ius & qualita-
tem facti & personarum non fit difficultas. Nec huic
conclusioni obstat communis opinio, de qua supra dixi,
quia loquitur in casu, in quo responsio erat conditio-
nalis & perplexa: quo casu res est charissima, vt un-
que sit adhuc Aretin. responderet tenendo eam opinio-
nem. Non obstat consil. Bald. xcvi. vol. j. quia nimium
generaliter loquitur, scilicet in facientibus ad victo-
riam, non autem magis præcisè in concernentibus
substantiam & fidem, quæ ad victoriam profunt. Ta-
men multum vrget dictum Bald. maxime in respon-
sione

sione quam nunc habeo in facto: quia et si dicat in con-
cernentibus substantiam, tamen declarat se, quod vo-
luit dicere in concernentibus victoriam, dum postea
dicit, in cæteris verò quæ non concernunt substantiam
sive victoriam, &c. vnde est necesse respondere, quod
illud consilium non militat stante statuto nostro per
quod admittitur responsio, pro parte, quo casu admit-
titur etiam ista responsio, sed in casu Baldi non admit-
titur: quia interrogatio fuit facta quo ad totum. Igitur
160 o7 quia iuramentum est indiuiduum, non potest accep-
tari in parte, & in parte non: quod autem iuramen-
tum sit indiuiduum, dicunt Bartol. & Doct. in l. si ex
falsis. C. de transact. & Felin. post alios in capitul. frater-
nitatis. de testib. Sed alia est responsio, quia in dicto
Baldi responsio erat, quod volebat vti in punctis fauo-
rabilibus sive facientibus in eius fauorem, in aliis non
quæ responsio erat omnino, quod volebat vti pro se,
non autem contra se. Et ideo non immeritò sic non-
valet, quia in actis iudicij, prout sunt depositiones tes-
tium, quia non potest dicere, Volo vti, quatenus con-
cernat meum fauorem, secundum Bald. in l. j. C. vt
quæ desunt aduoc. & Felin. in cap. cum venerabilis. col.
v. & vj. in v. casti. de excep. Sed in casu nostro est aliud
quia si bene vides, non ita dicitur, sed in effectu, dicitur
quatenus concernat substantiam: & substantialia sunt
ea, quæ ad victoriam pertinent, Et sic noluit dicere,
quatenus sint pro me, sed circa ipsam substantiam,
vel circa ipsam victoriam causæ, non pro se, sed in ge-
nere pro vtroque: vnde non differt ab illa simplici re-
sponione, quatenus concernant substantiam, quæ to-
leratur secundum practicam, & de iure sustinetur
vt dixi. Non enim confert ad victoriam illud, quod non
facit ad causam: & sine dubio nunquam fuit mens ta-
lis respondentis velle dicere, quatenus sint ad victo-
riam suam: vel quatenus concernant suum fau-
orem. Sic etiam admittitur illa responsio, quatenus ap-
pareant vera, sed quatenus appareant falsa, non, se-
cundum Aretin. & Felin. in d. c. presentium. vers. tertia
conclusio. & supra dixi declarando, vt ibi. Et secun-
dum statutum nostrum Mediolani, de quo supra, si
respondens clarè non diceretur respondisse haberetur
161 ac si dixisset, Nolo vti. Sed tunc quæro, an in causa
criminali posset facere, fundamentum super eis ip-
semet modo respondens, putà, ad arguendos testes
aduersæ partis de falso, & partem producentem illos
de vsu falsorum testium, videtur non posse, d. l. si ad-
uersarius. C. de fide instrum. & ita videtur velle Bart.
in d. l. diuus. dum dicit, quod nolens vti nunquam am-
plius potest vti. Fateor, si adhibeatur modus in respon-
dendo, iuxta dicta Bald. in d. l. si in fi. C. si ex falsis
instrum. quod euitatur suspicio falsi: sed tamen non fit
propterea, vt vnquam credatur. & ita Salic. & Bald.
apertè in d. l. si aduersarius. qui volunt, quod protesta-
tio facit, vt non fit suspicio falsi, in eo sed non fit quod
credatur, si dixit nolle vti, negans falsitatem. Et ita etiã
sentit Gand. in titu. de fals. col. ij. versicu. & nota etiã.
vbi dicit, quod talis scriptura penitus caret viribus,
per d. l. si aduersarius. & ita credo, quod nunquam ille
posset vti: quia cum videatur ipsemet fateri illud non
esse verum sed falsum, quomodo debet eo vti posse,
vel in illo iudicio vel in alio: verum vbi illud non esset
reuoatum in dubium: quia sine interrogatione re-
nunciasset vsui, vel etiam cum interrogatione: quæ ta-
men non dicebat, quod vellet arguere de falso, vbi, &c.
tunc licet in illo iudicio non posset vti, in alio tamen
posset. Et ita clarè Bar. iuris lucerna in dicta l. si aduer-
sarius. Ad instantiam tamen fisci hoc posset fieri, fecit

dum Bar. in questione, iudex maleficiorum. col. ij.
in princip. & in fine questionis, & dixi supra in dicto
versicul. etiam quod pro instrumento falso, &c. Dixi
162 supra, quando pars non vult vti testibus, tan si scus ip-
se possit vti illis, sed quid de eius aduersario, an possit
super illis facere fundamentum: Dic vt per Salicet. in
l. si quis testibus. C. de testibus. col. ij. versicu. quæro se-
cundò. & per Felin. in c. de testibus. col. si. extra, de testi-
bus. & dicam infra in titu. de publicat. testium. Quæ-
163 ro, quando testis se subtrahit à perhibendo testimo-
nio, qua pœna puniatur, & an incidat in falsum? Dic
puniari crimine stellationis criminaliter, & civiliter
teneri parti actione de dolo. Bald. in l. presbyteri. col.
penult. C. de episcop. & cleric. versicu. quid in eo, &
hoc, quia adhuc non assumpsit officium testificandi
secus si iam assumpsisset, siue iurasset, siue non. Sic col-
ligo ex dictis Ias. in l. prescriptione. col. ij. C. si contra-
ius vel. vtil. public. & clarius ex dictis Alexandri tan-
gentis rem magis apertè in largetarius. §. cum, autem
colum. j. & sequenti. ff. de eden. & ideo dum Bart. etiã
dicit in l. Paulus. per illum text. ff. de falsis. quod quan-
do quis aliquid facit, vt occultet veritatem incidit in
falsum, quantum ad presentem causam, sic, vt dixi,
intelligit: & ideo si postquã deposuit parte non citata,
& citatus ad repetendum se subtrahit, nulli dubium,
quod incidit in falsum & hanc opinionem, quod qui se
subtrahit, ne dicat testimonium, non incidit in falsum
tenet etiam Tindar. in tractatu suo contrarietatis tes-
tium, charta 4. col. j. vbi allegat glossam notabilem
de hoc & Bald. in l. data opera. colum. ij. C. qui accusa-
re non possit. & vide omnino Bartol. in l. j. §. j. qui inci-
pit, sed & si quis de falsis. qui vult, vt si tamen testis ac-
cepisset pecuniam ne diceret, eo casu esset falsus: &
ideo dat cautelam, quando non vult comparare, quid
facere habeat iudex: Senatus tamen, etiam si testes
non assumpserint officium testificandi, iubet illos cita-
ri sub pœna falsi, & ita condemnantur, quod non exi-
stimo iuridicum. Nam propter contumaciam est re-
currendum ad l. vnicam. ff. si quis ius dicenti non ob-
temper. propter delictum verò non est pœna falsi-
tatis, vt dixi. Et quid de eo per quem fit, vt te-
164 stes occultentur? an ipse incidat in falsum? Dic non
incidere ex prædictis. Et facit in fortioribus terminis
quod decidit Alexand. in l. j. ff. de his, qui si, mortem
confici. quando reus per mendacium respondet cum
iuramento inquisitioni, quod tamen non est falsus, &
quod ille non incidat in falsum, patet, quia principalis
scilicet testis non incidit, vt dixi: ergo nec mandans. I.
si quis rem. §. si tu Titium. & ibi Bartol. ff. de fur. &
ita Bal. in c. peruenit. el primo. de testibus cogend. qui
dicit non reperiri lege cautum, vt puniatur pœna fal-
si, sed tanquam contemptor iudicis debet mulctari,
& sequitur Felin. ibi, & ibi vide, An etiam amittat cau-
sim. Et conclusio est non amittere, vbi aliàs ostendat
se ius fouere, licet sit præsumptio contra eum. Sic Fe-
lin. ibi post alios: & hæc mala præsumptio sumitur ex
l. si de possessione. C. de probat. per quem text. ibi
Bald. & Doctores notant, quod qui subtrahit instru-
mentum, præsumitur habere malam causam, & idem
probat in cap. peruenit. allegato, quem vide. Et ad
prædicta vide omnino Abb. consideratissimè loquen-
tem, & quem sequitur etiam Felin. ibi in ca. cum cau-
sam. col. antepen. de testib. versicu. quæro quia text. man-
dat. vbi distinguit, an simus in causa civili, an in
criminali: & in criminali vult, vt si pars subtrahat, vel
subtrahi faciat testes illos corrupendo, vel cum eis
simulatam, aut de industria inimicitiam contrahendo

tales testes habeantur pro productis. & loquitur quā do clarum est, quōd pars subtrahit, vel subtrahi fecit. Ceterum si est tantum praesumptio, tunc secus per regulam l. sciant cuncti. C. de prob. Non vult tamen, etiā si sit clarum, quōd propterea amittatur eius, imō nec in civili vult, ut perdat ex hoc crimine, ut ibi in primo membrō licet velit, ut habeatur pro productis, etiam si non sit clarum ipsum subtraxisse, ut ibi nota-
165 tur per eum. Et ex praedictis sequitur, quōd si unus testis in criminalibus subtrahatur a reo, vel eius opera, erit sufficiens indicium ad torturam contra eum, ubi tamen aliā esset omni exceptione maior. & sic intelligis quōd dixi supra, subtractionem hanc facere praesumptionem contra eum. Et quōd testes habeantur pro productis in casibus, de quibus supra, tenet etiam Felin. in d. c. peruenit. *el primo*. per gloss. in d. ca. cum causam. in verbo, compellas. & qui contradicunt, ut Ioan. And. & alij ante Abb. quos refert Felin. idem tamē in effectu volunt, saltem addito iuramento, secundum quam opinionem in criminalibus omnino non esset verum, quōd dixi, ut unus testis omni exceptione maior aliā sufficeret ad torturam, sed requiritur aliquod aliud adminiculum. Et huius vltimae opinionis sum, quōd si subtrahatur a reo testis etiam omni exceptione maior tamē sine aliquo adminiculo non posset reus torqueri: quia negari non potest, quin propter non examen aliquid desit, puta, quia non plene deposuisset, & quōd pars subtrahens posset puniri extra ordinem, dicit Abb. in dicto capitul. Re-
166 liqua in materia eorum, qui testantur veritatem, vel subtrahendo in instrumento, vel comburendo, vide in d. l. Paulus. de fals. per Felin. in capitul. sicut de re iudi. col. vij. & in capitul. accepimus. col. iij. de fide instr. & in capitul. cum olim. *el secundo*. de of. delegat. per Anch. consil. clxxij. in j. char. Anan. consil. xij. ubi etiam quid de occultante acta, Bald. quarto volum. consil. 167 cccxxij. ubi etiam, si an comburens possit torqueri, & vide glossam & Angel. in l. instrumenta. C. ad exhiben. Et quid de eo, qui deleuit, vide Bald. ij. volum. consil. cccxxx. & Alex. in l. qui accusare. C. de eden.
168 Testis, qui habuit pecuniā, ut nō testificaretur secundum veritatem, tenetur poena falsi. l. j. in princip. & ibi gloss. & Bartol. ff. de falsis. In son. in l. ij. quam legit pro prima. colum. j. ff. de condi. ob turpem cau. ubi etiam dicit hoc procedere in statuto puniente testes falsos, quia proprie falsi sunt, ut per eum: & ideo nescio quid dicat Decius in consil. lxxix. col. vj. versic. item dicitur. ubi tenet communem opinionem esse, ut non sequatur, est corruptus testis, ergo falsum deposuit, allegando Io. And. & Doctores in c. licet causā. de probat. subdens quōd licet teneatur de falso: hoc tamen est, quia iuravit, quōd non prece nec pretio, &c. iuxta gl. in cap. fraternitatis. de testib. Est verum quōd etiam Bartol. animadvertit ad hoc, in dicta l. j. in princip. dum dicit, quōd Innoc. in capit. licet causam. tenet contrarium: sed quōd intelligitur, ut loquatur secundum notata in l. diuus. ff. de re iudic. qui Bart. in dicta l. diuus. versic. quero quid si propono. tenet idem quōd in dicta l. j. imō magis clarē, quia non solum dicit, quōd testis punitur falso, sed quōd falsum committit, licet Innocen. dicat contrarium in dicto capit. licet causam. si finet tamen dictum Inno. quando testis corruptus est aliter quā pecunia. Credo opinionem Bartol. prosequere ante sententiam, sed post, quo ad retractandum illam, non: ut per Orian. in capitul. quoniam contra falsam. in verbo testium. de proba. colum. xv. & per Felin. in dicto capitul. licet causam. colum.

quinta, versic. non d. nōt. & in xvij. colum. in versic. l. secunda conclusio. absolutē tamen quo ad ipsum testem puniendum, non dubito quin sit verē falsus, & procedat dicta l. in d. l. ij. Sed hoc locum non habet, ubi palam darentur pecuniae. Bald. in capi. fi. de appella. & Dec. ubi supra in dicto consil. & vide etiam
169 ad praedicta l. in dicta l. diuus. Et aduertet quia si deponat falsum in causa publici criminis & capitali, tenetur eadem poena sicut in alia causa poena falli. Salic. in l. ij. C. de rebus creditis, & probatur in l. j. in §. j. ff. de sicar. iuncta dicta l. j. in princip. ff. de fals. & vide omnino gloss. in dicto §. j. quae ponderat, ut text. loquatur in crimine publico, & capitali, & aliter non habeat locum textus. Ang. tamen ibi simpliciter per illum textum loquitur in causa capitali, sed plus etiam Doctores loquuntur in causa criminali, ut l. in l. et si legibus. ad fi. C. si contra ius vel vtil. publ. ubi multas auctoritates allegat ad hoc, quōd testis dicens falsum in causa criminali puniatur eadem poena. Et eandem etiam auctoritates allegat idem l. in l. diuus. ff. de re iudic. & Alex. in d. l. j. ff. de sicar. §. primo. Sed dicant quicquid velint Doctores in aduertet, tu tene quōd dicit Salic. ut loquatur ille text. in publico crimine & capitali, ut ponderat gloss. ibidem, & ita clarē, & cum pulchra distinctione Alb. in dicto §. j. qui ponit quādo est falsus testis, & in causa criminis publici capitalis, & non capitalis, & in causa civili, & in contractibus, & de periculis etiā dicā infra in titulo ad hoc praecipuo. vñ tamen non ignores, quōd si testis diceret f. l. ium testimonium in crimine publico & capitali, non ut innocentem suffocaret, sed solum accipiendo pecunias, ut tamen verū diceret, iuxta dicta in praedicti versiculo, tunc non puniretur poena de sicar. sed poena falsi sic patet in d. §. j. & in l. j. in prin. ff. de falsis. & hoc clarissimum est, quia lex Cornelia de sicar. animaduertit contra homicidas, dico homicidas vel gladio, vel testimonio, vel iniqua sententia iudicis, qui vendat iustitiam pecunia, ut in dicto §. j. & ibi Ang. quem
170 vide. Nō omitto, quōd testis, qui dicit scire id, quod audiuit ab homine bonae famae non potest de falso puniri. l. in l. j. ff. de eo per quem fact. erit. & in l. non solum. §. morte ff. de oper. noui nuntiat. colum. v. & vide omnino in hac materia falsi, quando quis incidit in falsum. Alb. in rubr. ff. eod. de fals. ubi attingit omnes
171 casus remissiūe, & in fine dicit, quōd si milites recipientes stipendia pro pluribus equis vel militibus, quā habeant, incurrunt poenam falsi. Quod volui comme morare, quia casus frequens est, & dum non ita pridem de hoc accusatus fuisset magnus vir apud Caesarem, comperto quōd accusatio fuerat calumniosa, accusator ille morte mulctatus fuit. Si falsum mādant
172 vel syndicatum faciat notarius, & illud ratificet dominus, vel vniuersitas, an liberetur notarius ad crimine falsi? Vide Luc. de Penna notabiliter declarantem & distinguentem in l. j. C. ut nemo ad suum patrocini. libro xj. col. antepenul. versic. quid si procurator etiam
173 qui falsū se asserit procuratorem, cum non sit, falsus est. l. si procurator falsū. ff. de condi. ob. caus. & not.
174 in capi. ex parte decani. de rescript. & punitur hac falsitas extraordinariē iuxta qualitatem rei. Bonif. in tit. de falsis col. ij. Et an ratificatio tollat hoc delictum, vide Lucam ubi supra, & Bald. in l. falsus. col. ij. C. de furt. l. in l. licet col. fin. C. de procurat. Felin. in c. non nulli. §. sunt & alij. de rescript. col. ij. versic. amplia ter tiō. & col. seq. ubi enim tangit articulum, quando quis impetrat à principe nomine meo, qui non dedit tali quod mandatum, utrum ratificatio tollat crimen: & vult,

vult, ut et si Bald. distinguat in dicta l. falsus. an impetratio sit facta à principe vel inferiore, nihilominus passim valida reddantur, quae gesta fuerint per tolem procuratorem, secundum communem opinionem, si ibi in ea col. ij. & seq. circa fi. & ibidem eam per Felin. numero 44. ponitur quando quis nomine capituli mittit literas Papae, cum tamen non consenserit maior pars capituli, qua poena puniatur. & qua poena puniatur, qui scribit canonicos consensisse, si non consenserint: & in effectu vult, ut poena non sit ordinaria falsi, sed extraordinaria. vide ibi omnino.

Tit. de His, qui sibi adscribunt in testamento.

SVMMAE.

- 1 Falsum, & quasi falsum quid inter se differant. Vide etiā quod habetur supra in titulo, de falsis. nu. 55. & nu. 80.
- 2 Titulus, de his qui sibi adscribunt, an habeat locum non solum in testamentis inscriptis, sed etiam in nūcupatiuis.
- 3 Falsitas, de qua in hoc titulo, non habet locum, nisi scriptura sit talis quae faciat fidem.
- 4 Haeres institutus scribens testamentum manu propria, & tradens illud notario, qui illud rogat, non incidit in falsum. Et supra in tit. de falsis. nu. 110.
- 5 Adscribens sibi aliquid in testamento, quando incidat in falsum. Et supra in tit. de falsis. nu. 113.
- 6 Falsitas non committitur, si ab initio scriptura non faciebat fidem licet postea conuallidetur.



IX I supra in titulo praecedent. de falso proprie, de quo per Bar. in l. quid sit falsum. ff. eo. & in l. nec exemplum. C. eod. Curt. consilio lv. columna v. & dixi supra in versic. item adde quod statutum nostrum Mediolani, verum etiam, quia habemus quasi falsum, in quo non est immutatio veritatis cum dolo, tamen propter malum exemplum punitur poena falsi. Ideo de hoc etiam dicam, sed vnicō verbo: hoc enim quasi falsum committitur, quādo quis sibi adscribit relictum in testamento, & punitur per Senatusconsultum Libonianum, de quo in secunda parte rubricae. ff. de falsis. & in l. Senatusconsultum. C. de his, qui sibi in testamento adscribunt. Sic declarat Alberic. in rubrica ff. de falsis. in princip. & patet in l. diuus. in principio. ff. eodem. ibi, ab si commississet in l. Cornelia. & melius in dicta l. Senatusconsultum. & vide Salicet. in dicta l. j. in primis verbis qui dicit hanc prohibitionem fecisse Senatusconsultum, ut evitentur falsitates: Et aduertet, quia loquuntur leges de testamento in scriptis, quod sunt vires à scriptura ipsa, & cuius effectum ignorant testes: quia tunc facile scribens posset falsum committere, & sibi adscribere contra voluntatem testatoris: Et ideo Doctores dubitant, an idem sit in testamento nūcupatiuo, quia tunc sit palam, & coram testibus, tamen committitur esse opinio, ut sit idem propter facilem obliuionem testium in l. prima. §. ex illa. ff. de fals. loquuntur tamen, quando scriptura facit fidem. Et ideo si haeres manu sua scribit testamentum, & eum tradit notario, qui illud rogat, non incidit in falsum. Bartol. ibi & Alexand. in tertio volumine, consilio. 55. de quo per Bald. quinto versic. consilio xcij. & Cuman. consilio lxxvij.

col. ij. Salicet. & alios in dicta l. prima. C. de his, qui sibi adscribunt. Et breuiter, si vis scire an & quando notarius sibi adscribens, vel alius incidat in hanc poenam, & quando non, ac etiam quando quod sibi relictum est, debeat, & quando excusetur, vide Ang. & Alb. in dicta l. j. & semper ponderatur, quōd scriptura faceret fidem, adeo ut sit etiam à principio non fecisset fidem, & tamen postea ex alio statuto superueniente faceret, cessaret poena hanc. Bar. in dicto §. ex illa. versic. quero haeres. Ang. & alij communiter in dicta l. j. Circa hoc tamen ut scriptura debeat se facere fidem, ad hoc ut possit committi poena, vide Roman. consilio clxxxv. versic. si. & Fulgos. consilio cxxij. col. ij. & vide in praedicta materia dictam l. j. §. testamenta. cum duobus §. seq. & l. si quis legatum sibi adscripserit. ff. eodem. & l. Senatus poenam. ff. eodem. & d. l. diuus per totum. & l. filius emancipatus, per totum. ff. eodem. & in aliis multis legibus dicti tituli, adeo ut non mirum sit, si hoc quasi falsum puniatur ab eo Senatusconsulto Liboniano continet secundam partem tituli de falsis.

Tit. de His, qui prohibent aliquem testari.

SVMMAE.

- 1 Prohibens aliquem testari, qua poena puniatur. & nu. 3.
- 2 Prohibitio testandi, & metus illatus, vel coactio, quomodo probetur late. & nu. 6.
- 3 Prohibens aliquem testari quomodo conueniatur, an civiliter, an verò criminaliter.
- 4 Haeres institutus per metum, an perdat hereditatem in adiecta, etiam si ipse ignorauerit metum.
- 5 Testamentum metu factum, an ipso iure valeat.
- 6 Prohibent aliquem testari per indirectum, puta, clamando, an si puniendus. & supra nu. 2.



IDE T V R quōd prohibens aliquem testari, sit puniendus poena falsi tanquam veritatis occultator, iuxta l. Paulus. ff. de falsis. & l. praescriptio. cum ibi notatis. C. si contra ius vel vtil. publi. Quod tamen declaratur ex his, quae dixi supra in tit. de falsis. in ea materia, quādo testis se subtrahit à deponendo, & veritas est eum puniri criminaliter, sed poena est extraordinaria determinanda iudicis arbitrio. l. j. cum gloss. ubi Bartol. Alexand. & alij communiter. C. si quis aliquem testa prohibi. Aduertendo tamen an interueniat vis publica vel priuata, quia tunc poena est certa. l. qui dolo. §. fin. ff. ad leg. Iul. de vi publi. & l. j. ff. ad legem Iul. de vi priuata. Ita Alexand. an dicta l. j. ubi, vult ut procedat tantum dicta l. j. interueniente solo metu. Et quomodo probetur prohibitio testandi, vide Corn. consilio lxxxij. col. j. vsque in fin. volum. j. & in eodem casu in eod. volum. consilio lvi. maxime in fin. Et casus est clarus, quando impeditur notarius ingredi, vel testes. Item, quando impeditur, ne alius necessarium interueniat. Item casus est clarus, quando immediate impeditur ipse testator ne testetur, quia oritur metus, sicut declarat Bart. in l. si. ff. si quis aliquem test. prohibi. in primo casu. Et ita Corne. in dicto consil. lvi. in fine. Sed quando verba non diriguntur ad hoc in eorum sensu, sed fit tantus clamor versus testatorem, illi facte increpado, ut non sequatur testamentum in hoc opus, hic labor est. Et

dicerem, ubi clarum esset, quod ad finem perturbandi & testamentum impediendi proferretur, satis talis diceretur impedisse. Verum in dubio, ubi maxime esse in quarto & vltimo casu Bar. in dicta l. si dice rem pro testamento l. si pars cum similibus. ff. de inof. testamen. intelligendo quod dixi, quando est clarum fieri ad finem turbandi. Si tamen etiam clarum est, quod testator volebat testari. j. in prin. ff. eodem. & Bart. in dicta l. si. vers. quero qualiter. imò nulla prohibitio habetur in consideratione, si hoc non constat. Et ideo consultuit Corne. in dicto consil. lxxxiii. col. j. & per totum, quod etiam remoueantur notarius & testes, tamen nihil est, si non constabat, quod vellet ille testari, & ibi erat vocatus notarius, sed non appar. bat quod à testatore, nec notarius artebatur, quod testator aliquid sibi dixisset. Et dicit etiam Corne. in eo consilio, quod venientes ab intestato, si in tant contra alios instituendos, ne infirmum turbent, male non faciunt, imò boni opus, ad eod quod nec in culpa sunt, nedum in dolo, & quod possunt etiam infirmum à testando remouere. l. si. ff. & C. eodem titulo, vt ibi notabiliter per eum. Et vide etiam quid sit probandum contra eum, qui testari prohibuit. l. si. in consilio xxxij. vol. j. col. ij. vers. nunquid sit probata prohibitio confectiois testamenti. Et in eo, qui vult probare, quod talis fuit eadē institutus, res de plano procedit, vt debeat probare talem in eum inculsum, sicut dicit Bar. in dicta l. si. in j. col. vers. quero, quare coactio, & ita proprie Bar. loquitur hoc casu, quando heres fuit metu institutus. Et ad probandum merum recurrere ad l. in l. interpositas. C. de transactio. & Deci. in regula, in omnibus. ff. de regul. iuris. & Alex. consil. xlvij. quoniam. vol. iij. & sufficiunt coniecturae, vt ibi. In eo verò, qui vult probare prohibitionem, sufficit probare impedimentum. l. si scriptis. ff. de his, quib, vt indig. & in l. j. C. si quis aliquem, & c. Et exemplum est, quando quis non patitur vt ingrediatur notarius vel testes, vel aliud necessarium non interueniat iuxta ea, quae modo dixi, vel quae do expelluntur è cubili notarius vel testes, secundum Bald. in l. testamenti. C. de inofficio. testam. Et magis quando prohibitio sit directè contra infirmum, iuxta Bar. in dicto vers. quero quare coactio. Est etiā, vt supra dixi, aliud probandum, quod vellet testari. j. in prin. ff. si quis aliquem, & c. & ideo rubrica etiam dicit, Si quis aliquem testari prohibuerit, & hoc non apparet, vt dixi, cessat omnis violentia quo ad materiam istam, vt ponit Corn. vbi supra. Et hoc quo ad fiscum, quod verò ad partem laicam, est necesse vt probet quod volebat testari, & quod volebat eum instituer. Bar. in dicta l. si. col. j. quod etiam replicat Bartol. infra per verbum, constaret. sic Bald. etiam loquitur. C. eodem per verbum, constaret, & replicat sapius. Hoc ponderat etiam Corneus in l. j. C. si quis aliquem, & vide omnino Socin. in tertio volum. consilio cy, vbi dicit, quod testes debent concludere de prohibitione tempore testamenti, & quando facturus erat testamentum, quod tunc prohibebatur, aliter non probat, de quo est textus in l. j. in principio. ff. si quis aliquem. Item multa alia in eo consilio ad materiam dicuntur, & in consilio Cornei cxi. in ij. volumine, vbi pulchrè & laetissime. Et aduerte, dum Bart. reducit ad practicam hanc materiam in dicta l. si. col. j. & ij. & dicit quod primò prohibens accusandus est criminaliter, & puniendus postea ciuilitè per fiscum, agendum est petitione hereditatis, & quod sententia criminalis habeat effectum publicandorum bonorum. Nam hoc intelligitur, vbi fiscus agere potest criminaliter,

Sed pone quod non possit vigore alicuius statuti, in eo casu possit agi ciuilitè. Videtur non posse: quia Bartol. vult, vt prius sit agendum criminaliter. Dic contrarium vt per Alexand. in consilio clxxij. volum. quinto. & satis probat textus in l. j. C. vbi caute fiscal. in fin. quem allegat ad hoc Alexand. in eo consilio. Practica etiam illa procedit quo ad fiscum: quia non agit ad bona, nisi prius agit contra personam vsquo ad sententiam: sed quo ad fiscum, qui non fuit institutus, vel qui non potuit institui, qui potest agere etiam ad duplum, vt per Bartol. in dicta l. si. col. j. vers. si autem. & col. ij. vers. i. ita intelligas, & col. iij. vers. i. hoc semper intelligas, quid prohibet, quin possit ipse agere ciuilitè ad sua damna contra prohibentem, probando prohibitionem, & quod volebat eum instituer. iuxta dictam l. j. in principio. ff. si quis aliquem. & Bartol. columna iij. in dicta l. si. vers. i. quero qualiter. Et nulli dubium est, quod etiam potest sicut fiscus agere criminaliter, iuxta notata in dicta l. j. C. eodem. & in consequentiam ad damna, iuxta l. interdum. §. qui furem. ff. de furtis. & hoc quod etiam ipse potest agere ad crimen, satis probat text. in dicta l. iuncta declaratione Bartol. ibi, item potest intelligi, quem sequitur Corne. ibi. Sed tamen aduerte, quia etsi Bartol. ponat pro ab soluto, imò expresse velit in dicta l. si. quod termini l. in cognitione. ff. ad Sillania. sint pares nostris, & sic quod in materia nostra, sicut ibi, prius sic agendum criminaliter. Tamen non videntur ad rem, quia ibi agitur ad bona ob aliud factum principale, meritò prius de principali debet constare. ita procedit dicta l. in cognitione. quae loquitur de confiscatione contra heredem proueniente à facto principali occisorum, & ita loquitur dicta l. j. C. vbi caute fiscal. In materia verò nostra agitur, & agendum & ciuilitè, & criminaliter contra eundem ideo etiam fiscus debet posse agere ciuilitè sine hoc ordine, & pariter pars laica. Fateor quod fauorabilius est fisco & parti primò criminaliter agere, vt de se patet. & ita optime declarat Alexand. si cum bene vides, in dicto consilio clxxij. volum. v. vers. i. comprehenduntur. Adde, quod hanc difficultatem mouet Corn. in dicto consilio cxx. volum. ij. & col. iij. firmit meam opinionem: tamen in col. iij. tenet quod Bartol. in dicta l. si. & Doctores loquantur de ordine necessario, nihil tamen allegat, & ideo mihi magis placet opinio mea. Non omitto communè opinionem esse, quod aliquis institutus metu, alterius perdit hereditatem, iuxta secundum casum, Bartol. in dicta l. si. & ita Bartol. ibi, & sic attestatur Alexand. C. eodem, in illis legibus, quas omnes pro vna legit. Sic apparet ex dictis Bart. in l. j. C. eod. & Cornei ibi in l. j. quam legit cum secunda in sine. & vide Iacobi, qui hac opinionem intelligit, vbi institutus erat volens vel sciens, nò in ignorante. Alij non sic distinguunt, sed simpliciter dicunt, quod etiam in tertio instituto habet locum editum. Et ratio est, quia quando metus est causa immediata acquisitionis illius, etiam militat in ignorate. Adde etiam quod testamentum sic metu factum mero iure valet, vt latissime per Aret. in l. j. col. iij. ff. de testamen. vbi est materia. Adde etiam circa dicta Bar. in d. l. si. vers. quero qualiter probabitur prohibitio, si impediatur notarius vel testis intrare, quod Sal. C. eo. adit, vel si impediatur aliud requisitum à statuto, vt testamentum valeat. quod nota. Sed pone, quod nihil horum prohibeatur, tamen quia desiderabat, vt non fieret testamentum clamabat contra testatorem,

statorem, incipiendo eum, An propterea non secuto testamento sumus in edicto, de quo in dictis legibus Videtur vt non sumus, quia debet interuenire timor mortis, vel cruciatus corporis, vel talis timor reuerentialis, qui pareret restitutionem in integrum, vt declarat Bar. in d. vers. quero quare coactio. Tamen quod dicit Bart. non quadrat, nisi secundum terminos Bart. ibi, qui loquitur in eo, qui cogitur instituer. tunc quilibet metus non sufficit. Sed vbi loquimur, quando prohibetur testari, vel mutare testamentum, tunc modus est ille, quem dicit Bart. in d. vers. quero qualiter, prohibendo notarium ingredi vel testes: vbi tamen nihil deficeret, & omnia essent parata coram volente testari, tamen nolens, vt testaretur directè prohiberet dicens, Nolo vt testeris, vel tantum contra eum clamaret, vt perturbatus desisteret. Crederem idem, quia prohibet voluntatem testatoris, quae est inagis necessaria, vt in diffinitione testamenti patet in l. j. de testa. & est hoc magis proximum actui, quam impedimentum ingressus notarii, vel testium. Satis est enim, quod vel directè vel indirectè quis impediatur, quod probat textus in l. j. C. eod. & in l. si scriptis. ff. de his, quibus vt indignis. & dic vt dixi supra in principio. in vers. & dicerem. & de materia vide etiam Socinum in consilio. col. ij. circa medium. & Butrig. consil. lxxvii. Anchar. consil. cccxxxix. in maxime col. iij. vers. ad hoc vbi dicit, quod duo testes sufficiunt in probanda prohibitione, & Corn. & Butrig. vbi supra.

Titul. de Mutatione nominis.

SVMMAE.

1 Nomen licet unicuique sibi mutare, dummodo id fiat citra fraudem.



MUTATIO nominis in fraudem, vti saepe faciunt falsi testes, & criminibus notari, ne detegatur, poena falsi puniuntur, quae fraude cessante, cessat. l. j. C. de mutatione nominis. & l. falsi nominis. ff. de falsis. & ibi Bart. Soc. consil. lxxij. col. iij. vers. ad victimam. Felin. in solu. dcccxc. col. xv. vers. tertia conclusio. & omnino quo ad mutationem nominis agnationis suae, & assumptionem alterius, maxime testatoris, vide per Guliel. Benedictum in capit. Rainutius, extra, de testa. super verbo. Rainutius de Chera. nu. 47. & multis. seq.

Titul. de Partu supposito.

SVMMAE.

- 1 Partus suppositi crimen, est falsi, & capitale.
- 2 Crimen partus suppositi at tollatur tempore viginti annorum.
- 3 Crimen partus suppositi, an possit tractari post mortem delinquentis.
- 4 Crimen partus suppositi, an differendum sit in tempus pubertatis.
- 5 Carbonianum editum quid sit, & in quibus casibus, & quomodo procedat late.
- 6 Sequestri an & quando transferat possessionem. & nu. 23.
- 7 Sententia diffinitiva de partu supposito contra matrem, quando actum fuit criminaliter, an prauidendum faciat ipsi filio. & nu. 12.
- 8 Partum non fuisse suppositum, sed eum esse verum & legitimum partum quomodo probetur. & num. 9.
- 9 Filiatio an probetur ex tractatu, vt saltem transferat.

- onus probandi in aduersarium, & nu. 22. & 27.
- 10 Ventrem esse pregnantem quomodo probetur.
- 11 Filratio an probetur per assertionem parentum, & numero 22.
- 12 Praesumptiones multum sunt inspicienda in materia probanda filiationis. & nu. 30.
- 13 Probatio per praesumptiones & coniecturas admittitur in crimine falsi, cum agitur ciuilitè, & in quocunque alio crimine difficilis probationis. & nu. 31. 32. & 33.
- 14 Probationes concludentes requiruntur, vbi agitur criminaliter, etiam si agatur de crimine falsi vel furto.
- 15 Mulier excedens quadraginta annos an possit concipere.
- 16 Simulatio alicuius actus quomodo probetur, & quod in probanda simulatione requiratur causa, propter quam verisimiliter fiat simulatio.
- 17 Confessio facta cum aliqua qualitate potest acceptari, res ista qualitate, si is, qui confitetur, habeat praesumptionem iuris contra se.
- 18 Testium dictis an magis credatur, si deponunt cum tortura, quam sine tortura.
- 19 Testibus variis, & qui non fuerunt torti, nulla est adhibenda fides.
- 20 Fama sola an sit sufficiens probatio in iis, quae sunt probationis difficilis.
- 21 Fama ad hoc vt probet, an necesse sit vt habuerit originem ante litem motam.
- 22 Matri dicenti aliquem non esse filium suum an sit credendum.
- 23 Acta in uno iudicio non nocent in alio, si etiam sententia nocet.
- 24 Possessio feudi stare debet apud dominum superiorem, cum disputatur de causa status, seu de qualitate persona alicuius vassalli.
- 25 Possessio vitiosa non operatur, vt possidens habeat fundatam intentionem.
- 26 Notorium non requirit aliquem ordinem iudicarium, & potest quis etiam sine sententia priuari possessione.
- 27 Filiatio an probetur ex eo, quod quis fuerit à parentibus tractatus vt filius, scilicet in iudicio petitorio. Et vt de quod habetur supra num. 9. & 11.
- 28 Dominium probatur per possessionem, quando tractatur de eo incidenter.
- 29 Exceptio dominij an possit opponi contra remedium reintegranda.
- 30 Filium aliquem esse vel non esse potest etiam ostendi per praesumptiones & nu. 12.
- 31 Praesumptiones an sufficiant in iis, quae sunt difficilis probationis, quando agitur ciuilitè, & nu. 13. & 14.
- 32 Praesumptiones an sufficiant in crimine falsi, quando agitur ciuilitè, & nu. 13. & 14.
- 33 Praesumptiones quae admittantur in his, quae sunt difficilis probationis, quales esse debeant.
- 34 Praesumptio legis, & praesumptio hominis quid sint, & quomodo inter se differant.
- 35 Dolus quomodo probetur.
- 36 Praesumptioes singulae debet probari saltem per duos testes.
- 37 Iudex vel Senatus, quando iudicare debet secundum conscientiam suam, an possit attendere etiam conscientiam suam in formatam, dum esset in minoribus.
- 38 Partus suppositi crimen, licet publicam accusationem non habeat, sicut nec adulterium, tamen crimen publicum est sicut adulterium, & secundum statuta Mediolani in eo crimine ex officio absque partis instantia procedi potest: imò etiam de iure communi, vt ibi.
- 39 Accusandi ius tollitur ex receptione satisfactionis simpliciter sine remissione, etiam in crimine publico, nedum in privato.

Tit. de Partu supposito.



VASTIO maxima nunc pendet partus suppositi inter comitem Hieronymum Ruscam parte vna, & comitem Franchinum Ruscam ex alia. Et breuiter in factis res ita se habet, Decepsit comes Hercules Rusca, qui et si esset naturalis, tamē fuerat legitimus etiam ad feuda deficientē prole legitima, relicto dicto comite Franchino legitimo & naturali ac relicti comitibus Eleuthero, & Galeatio fratribus ipsius Herculis legitimis & naturalibus. Deinde decepsit Galeatius sine liberis masculis, & ita omnia feudalia bona & alia peruenerunt in comitem Eleutherium, decepsit deinde is comes Eleutherius. Verum prætendit præfatus Franchinus, quod ad fraudandum eum adhuc minorem magnificam Do, Eleonora Corrigia vxor præfati comitis Eleutherij cum scientia, & consensu præfati Eleutherij fuerint se grauidam, & supposuerit sibi dictum Hieronymum. E contra prætendit ipse Hieronymus, siue comes Hieronymus, se esse filium verum comitis Eleutherij & Eleonoræ iugalium. Et quia bona relicta per eum comitem Eleutherium, in quem, vt dixi, omnia peruenerant maximè feudalia sunt maximi præij, Ideo super hoc partu supposito acerrimè disceptatum hæcenus fuit, & adhuc disceptatur. Et primò criminaliter instat fisco contra ipsam Do, Eleonoram matrem factus fuit maximus processus, ac contra complices. Est enim crimen hoc crimen falsi & capitale, textus est in l. j. C. de fals. & leum suppositi. C. eodem titulo. l. prima. §. finali. l. qui falsam. §. primo & l. lege. §. primo. ff. de fals. & in dicta l. qui falsam, §. primo. habes crimen hoc non tolli annis viginti, iuxta l. querelam. C. de falsimò nullo tempore, vt ibi. Item habes quod etiam si mater, quæ fecit delictum, decepsit, tamen non extinguitur delictum contra regulam, quod morte delinquentis extinguitur delictum. l. de functo. ff. de pub. iud. Hippolit. ibi dicit, quod est speciale, prout alij plures casus sunt vt in glos. in dicta l. de functo & alibi sepe. & pro hoc est Alber. in rub. ff. de fal. circa finem, prima columna, in versiculo de accusatione. Errant tamen, quia nullibi hoc reperitur & loquitur dicto §. primo, quo ad puniendos complices. & ita glos. ibi declarat, & vide de partu supposito, quæ ibi ponuntur in reperto. Hippolit. & quia textus in dicta l. prima. C. de fals. dicit quod si obiciatur hoc crimen matri, hæc questio non debet differri in tempus pubertatis pueri, quia cum causa sit capitalis, non est verisimile eam non defensuram, & glos. ibi dicit, quod si sequatur sententia pro vel contra matrem, non prodest, nec nocet partui & Bartol. ibi eam sequitur. Vt hæc intelligas, scire debes, quod ex quo mortuo patre, relicti filii impuberibus, agnati, qui eos defendere deberent, curant eos priuare successione, & mouent questiones aduersus eos, quod non sunt filij, & vt in dicto titulo de Carbo, edict. ff. de C. & quia in ea lege non possunt se defendere, statuit Carbonianum edictum, vt differatur hæc questio, donec efficiantur puberes, & ponantur in possessione interim ex eo edicto, vt possint se tueri. Ias. post alios in rubric. C. de Carbo, edict. columna prima. Et hæc rationem vide in dicta l. prima. §. finali. ff. de Car. edict. Requiritur tamen vt præsumpti ex summaria cognitione appareat eos esse filios, Ias. ibidem, aliis si mouens questionem probaret clarè eos non esse filios, denegare-

tur ei Carbonianum edictum, & quod sufficiat præsumptiua, & qualiquis fides filiarionis, tenet Ias. in l. j. col. iij. C. eod. verò. & propterea. & ibi, quis potest beneficium Carbo, edicti, & ita differatur questio, & deinde differat apprehensionē possessionis veniente pubertate, sublinebit partes actoris, & sibi erit necesse ostendere se esse filium. Casus est in l. quaritur. ff. de Carbo, edict. Si verò apprehendit possessionem veniente pubertate, an tunc fungatur officio rei, ita vt sit necesse mouenti questionem ostendere illum non esse filium, vide text. in l. de bonis §. post. ff. de Carbo, edict. & competit Carbonianum edictum, non solum quando mouetur questio ab agnatis, sed etiam quando à fisco, vt fuit in questione, de qua supra, Ruscarum, text. est in dicta l. j. §. sed si quis. versicu. quod est quia incepit criminaliter vexare matrem, & procedebatur per captura & torturam iuxta qualitate criminis, ipso Hieronymo dicente se esse in quasi possessione filiarionis, & petente differri questionem in tempus pubertatis, & interea confirmari in possessione: & non solum beneficii edicti Carboniani locum habet, quado quis petit mitti in possessionem, sed etiam quando iam immissus iuxta l. an. C. de edict. diui Adr. tol. vel decretum continuandi hæredes in possessione defuncti; iuxta l. cum hæredes. & ibi per Modernos, ff. de acquiren. poss. petit se confirmari, nota sibi questione status. l. j. C. de Carbo, edict. & competit etiam pro bonis feudaliibus. Ias. & Dec. in rub. C. eodem. Et ideo in questio. præmissa, dum ageretur criminaliter contra matrem & complices. Hieronymus in effectu perseverauit in possessione. Est verum, quod relato processu in curia Christianissimi regis tunc tenentis dominium Mediolani, per præsidē Tholosanum iudicem causa ita visum fuit partum suppositum omni parte parere, vt possessio bonorum fuerit posita in sequestrum apud regiam cameram, & cum fuerit sequestrum, & non diffinitiuè sententia, non fuit translata possessio in regem & cameram, sed remansit apud comitem Hieronymum. Bart. in l. inter esse. ff. de acquire. posse. et si etiam fuit translata, iuxta id quod dicit idem Bart. in dict. l. inter esse. non tamen sequestrum trahit vim possessionis, ideo vt qui fuit possessor in effectu, non sit, & transferat onus probandi in aduersarium, vt norant Doctores in cap. j. & ij. de seque. poss. & fruct. vbi per Abb. & Abb. in ca. examinata. vbi est locus, extra, de iudiciis, & ideo cum mortua matre, causa, quæ per multos & multos annos sopita remanerat, iterum fuerit suscitata, & nunc pendeat ciuilititer inter præfatos comites Franchinum, & Hieronymum onus erit comitis Franchini contra comitem Hieronymum in effectu regum, ostendere partum esse suppositum, ex quo id, quod fuit iudicatum per regem, non nocet partui supposito, iuxta gl. & Bartol. in d. l. j. C. de falsis, & consequenter nec acta. Bartol. in l. ij. ff. iudicatu solui, & infra latius dicam, & ita capitulauit, & conatur ostendere. Et si sequestru fuisse sententia diffinitiuè, & ita iudicatum fuisse partum esse suppositum in iudicio criminali, An esset probatio probata contra filium, ita vt non esset opus ulteriori disputatione. gl. & Bar. vbi supra, dicunt non facere fidem contra filium. Sic gl. in dicta l. j. §. ff. eodem. Textus tamen in dicto §. fin. videtur expressus in oppositum, & ita Salicetus tenet per illu text. in d. l. j. opinionè Bar. & glos. sequitur Anton, de Butrio in cap. penul. in versu. sextus casus, de re iudicat. & dicit, quod non nocet filio quo ad abdicanda bona ab eo: & ita intelligit glos. & Bar. & Cuius in dicta l. prima. C. de falsis & satis in simili hanc

hanc opinionem tenet Alexand. in l. Cepe. ff. de re iudicata in xxvij. columna, in versicu. ex his inferitur. vbi late disputat, An sententia inter patrem & matrem quo ad matrimonium, verum legitimum esset, noceat filiis, & concludit non nocere. Et aduerte, quia D. Anton. vult, quod si est in possessione filius impubes, sententia contra matrem non aufert bona: si non est, sentit nocere ei. hoc intellige, vt noceat quo ad hoc, vt postea habeat necesse plene ostendere se esse filium. & ita Cin. in dicta l. j. in secunda questione. Et quod simpliciter sententia talis non præiudicat, post argumenta hinc inde tenet Cinus in dict. l. j. & idem quod tenet Cin. in dicta l. j. C. eodem. vt noceat quo ad transferendum onus, &c. Dicit Alberic. in dicta l. j. Est verum, quod tamen nec Cin. ibi, nec Alberic. se firman, eos tamen sequitur Iason ibi, columna penult. versicu. in secunda. allegat etiam ibi Fulgo. dicens aliter non posse euitari text. in dicto §. finali. Est pulchra conclusio & concordia, vt dicamus, quod si filius est in possessione, propter hoc non auferuntur ei bona: si non est, non sufficit præsumptio filiarionis, de qua supra, & in l. ij. §. cau. ff. de Carboniano edicto. sed requiritur plena probatio, & ideo dum text. in dicto §. fi. dicit quod tunc actiones hereditariæ denegantur, & quod perinde est, ac si non esset scriptus hæres intelligitur hoc modo, vt licet scriptus, & ita in possessione filiarionis, tamen non audiat nisi plene, &c. & tantò magis sentio contra Salicet. in d. l. j. C. de falsis quia contrarium tenet idem Salicet. in dict. l. j. C. de Carbon. vbi vult absolue, vt non noceat. Dum conferrem questionem cum domino Francisco Sfondrato Senatore & Doctore maximo, nuncq; meritisimo Cardinali ambo deuenimus in infra scriptam sententiam, quod sententia contra matrem non noceat filio. Sic Bartol. & glo. volunt quo ad plenum præiudicium, sed quo ad Carbonianam bonorum possessionem noceat, vt si non est in possessione, non sit ponendus, ex quo calumniosè petit. Et si est in possessione, & petat se confirmari, iuxta dictam l. j. C. de Carbon. quod adhuc non confirmetur. Salicet. in dicta l. j. C. de falsis. vbi vide, in fi. & vide ad hoc textum & ibi Bartol. in l. j. §. si cui. ff. de ventre in spi. custodiendoque partu. Dixi, quod capitulauit comes Franchinus, & vt intelligas quemadmodum res se haberet, scias, quod comes Hieronymus capitulauerat comitem Eleutherium, & comitissam Eleonoram fuisse legitimos iugales, ad hoc vt magis ipse præsumeretur filius ab eis tractatus pro filio legitimo, tam in eorum testamentis, in quibus hæres fuerat institutus, quam aliter. Item quod anno millesimo quingentesimo decimo octauo peperit ipsum comitem Hieronymum, cum esset in suburbano, quod longus aberat mille passibus ab hac ciuitate Mediolani, quod comitissa habebat lac in mamellis, passa fuit febrem tunc, & alia signa incommode valetudinis, quod præfati iugales tenebant eum comitem Hieronymum pro eorum filio legitimo, & pro tali ab aliis tenebatur, quod fama fuit à diè natiuitatis vsque ad litem incoatam, quod esset talis, & postremò quod præfati vir & vxor erant bonæ vocis, conditionis, & famæ. Capitulauit igitur comes, Franchinus in effectus quod comitissa finxit & simulauit se grauidam superponendo vtri aliquid, quo sic appareret, quod infantem alterius sibi supposuit, quod simulatè & frau-

dulenter tractatus fuit ab eis pro filio; & denique totum contrarium eius, quod capitulauerat aduersarius & vtrique examinati fuerunt infiniti testes. Et si verum dicerent testes comitis Hieronymi, cessaret omnis dubitatio, an esset partus suppositus: qui astante vera prægnatione, & magis vero partu, & quod emisit lac, cui dubium, quod esset determinandum cum verum filium esse: imò solus tractatus transfert onus probandi in aduersarium. Bartol. in l. non nudis. C. de probationibus. Deci. in consil. liij. & per Doctores maximè Felin. in capitulo per tuas de probationibus. Sed tamen an concludant, vel verum dixerint, in primis consideretur in specie, quomodo probetur mulierem esse prægnantem, quod ponit textus in l. j. ff. de ventre inspicien. in princip. & versiculo hoc interdictum. vbi vult, vt multæ requirantur obstetrices fidei & artis approbate, quæ mulierè etiam nudam, & simul inspiciant, atque ita debent esse contestes, quod etiam ad alium finem dicitur: quia si vna dicat. Est grauida, potest alia dicere contrarium. Verum tamen quado re discussa, prægnantem esse concludunt, magis est credendum: & in effectu est potius deliberatio quædam facta in consilio istarum obstetricum, quam dictum testium, vt etiam inferant ibidem Doctores maximè Albc. nec mirum, si tot requiratur: quia iudicium obstetricum est fallax. cap. nec aliqua. xxvij. questio. j. & Aretin. consilio cxliij. versiculo venio ad quartum. & bene probatur in dicta l. j. in prin. de ventre inspicien. dum vult, vt si illæ obstetrices reperiantur errasse, possit agi contra virum de calumnia. Item facilius esset eas decipere, vbi obstetrices non essent, sed alia mulieres, maximè quando illa, quæ se prægnantem assereret, potens esset, & femina viles, vt per te potes considerare: quia non audent similes personæ plus vltra tangere, vel manu progredi, quam velit matrona. Et si dicis, quod ille text. procedit quo ad effectum, vt habeat locum edictum de ventre in possess. mittendo, vt per glos. & Doctores in l. edictum. eod. titu. non autem propterea impeditur, quin possit aliter per testes probare quis mulierem esse grauidam, admitto illud dici ad eum finem. Tamen est aduertendum, quia ex dicta solennitate aliquid requiritur ex parte mulieris, vt est, quod debeat denunciare bis ad finem inspicien. di, & tertio ad finem custodiendi, & quarto ad finem videndi eam parere. Alia est solennitas factis denuntiationibus, vt certò sciatur an esset prægnans verè, quam lex tradidit, vt cognoscatur veritas in re, in qua de facili potest fieri fraus: prima tendit ad illum finem solum illius edicti, sed secunda in genere quomodo sit credendum quod esset prægnans, & saltem negari non potest, quin et si aliter possit testibus probari tamen testes debeant esse periti in arte, integri, sine suspicione & contestes. Et ideo dum multi in hoc casu concludunt fuisse prægnantem ea ratione, quia videtur & tetigerunt ventrem durum, & tumefactum; cum tamen multæ ex aliqua infirmitate sic habeant, quæ non sunt prægnantes. Et cum etiam testes tali visu & tactu corpore recto veste, vel etiam interula, non considerant quod mulier potuit aliquo super imposito reddere ventrem suum tumidiorem, apparet eos esse malè expertos & temerariè iudicare, & nihil eis credendum esse. Quod est maximè dicendum est, quia etiam vnus testis deponit quodam diè vidisse decidere culcitram quandam paruam ei comitisse, quo tempore assererat se grauidam, & deponit etiam ipsam comitissam veritatem ne testis aduertisset, eum respexisse toruis oculis. Ex istis igitur tamen aliquæ mulieres

mulieres depoluisse, dum tetigerunt sensisse puerum in utero, non crederem eis, cessante peritia, & stante quod tactus factus fuit supra vestes, & maxime, quia si matrona voluit fingere se gravidam, potuit etiam tunc trahendo spiritum mouere ventrem, & ita mouendo dicere mulieri tangenti, Sentis? & eam inducere ad credulitatem, & minus esset credendum, quando iste tactus esset factus instante ipsa matrona, & minus etiam quando appareret ex processu fuisse sollicitatam circa hoc scilicet, vt tangeretur: quia in effectu quod obicitur ei, nihil aliud est quam quod finxerit & simulauerit se gravidam. Et consequenter est a cautis, & prudentibus credendum quod dum volebat tangi, etiam tunc parasset artes ad inducendum tangentes vt crederent. Ex istis etiam dico quatenus fieret fundamentum quod pater & mater tractassent eum pro filio, & consequenter diceretur quod esset presumendus filius, donec probatum esset contrarium, vt dixi supra quod inepte fieret, quia ad augendam fidem figmento quod esset filius, sic erat faciendum, & aliter simulatio fuisse admodum insipide recta, & nihil aliud esset dicendum quam quod crederetur suspectis de fraude & dolo. Et ad haec accedit quod hic agitur principaliter de filiatione, & consequenter non operatur tractatus Bartol. in dicta l. non nudis. in lectura non impressa. Iason. in dicta l. neque professio. C. de testamentis. Alciat. in tractatu, de praesumpt. regula iij. praesumptione xxxviij. versicul. dicit tamen Bald. Adde insequendo praedictam considerationem, vt non sit credendum parentibus circa tractatum filiationis quod etiam testibus dicentibus, Audiuimus a comitissa, quod erat gruidam, ac etiam a comite, & vidi quod tanquam gruidam ex comite lamentabatur quia dolore, vel alio malo affecta esset, non est credendum, tum quia de auditu loquuntur, tum etiam quia in his in quibus creditur debent audiuisse non a suspectis, sed ab hominibus bonae qualitatis. casus est in capita. licet ex quadam de testibus. & ibi dicitur quod etiam debent illud audiuisse ante litem motam, quod nota. Et si dicas, supra dictam conclusionem, vt non credatur parentibus in eo quod concernit filiationem, esse contra notata in dicta l. non nudis. C. de probationibus. vbi, vt dixi solus tractatus sufficit ad faciendum, vt in effectu consequatur tanquam filius id quod consequitur filius, & contra notata maxime per Felinum in dicto capitulo. per tuas. de probationibus. & in l. filium diffinimus. ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur. & Alciat. vbi supra. Respondeo me loqui, vbi ipsi parentes principaliter arguuntur de suppositione partus, & consequenter principaliter tractatur de filiatione: nam tunc non creditur, & hoc per ea quae modo dixi post Bartol. Iason. & Alciat. Item loquor tibi etiam non principaliter tractatur de filiatione, sed in consequentiam in crimine partus suppositi obiecto parentibus, militantibus maioribus praesumptionibus, vt sit suppositus, quam quod sit filius: quia vna praesumptio maxime maior tollit aliam. l. diuus. ff. de integritate restitut. & Bald. in l. non ignorat. colum. secunda. C. qui accusare non possunt. Et quod praesumptio maior tollat hunc tractatum in specie. patet quia sententia contra matrem in hoc crimine saltem facit tantam praesumptionem quod non sit filius vt tollat praesumptionem filiationis quae oritur ex filiationis etiam possessione, & sic ex tractatu filiationis. & consequenter impedit Carbon. bonorum possessionem sicut dixi supra, circa principium huius materiae post Salicet. in l. prima. C. de falsis. & facit sicut ibi dixi. l. si si cui. &

ibi dixi ff. de ventre inspiciendo, custodiendoque partu. & ita volui dicere paulo supra, imò sola confessio matris plenum praesudicium facit filio, iuncta cum fama vel aliis praesumptionibus, secundum Bald. in dicta lege filium diffinimus. in prima lectura, circa medium & dicam infra. Et ita videtur esse in quaestione, praedicta, quia comitissa ista fuerat sterilis vique ad annum etatis suae quadragesimum primum, & cum esset magna matrona habitans Mediolani, vbi est mira copia rerum, voluit tamen eo die fero, quo dixit peperisse recedere in rheda, & ire ad suburbanum distans ultra miliare a ciuitate, & non preparatis obstetricibus, nec aliis ornamentis circa puerperium, quod admodum mirum videtur: maxime, quia erat in horrido mense Ianuarij, recessit etiam associata duabus duntaxat ancillis, cum tamen soleret secum multos plures ducere, postea fuit ad illud suburbanum conducta quaedam obstetrix dum comitissa diceret, se parere velle, vilis multum & abiecta habitans ad quoddam Molendinum, quae tamen non superuenit dum pareret, sed instante existente inter eius femora, dicente matrona, se tunc eum peperisse. Additur etiam quod comes ipse erat infirmus multum, & podagra laborans, & quod comitissa etiam ante dixerat sensisse dolores partus, propter quod minus est credendum, vt voluerit se exponendo tanto periculo ponere in Rheda, & nulla re preparata accedere ad locum solitarii ad patientium, praesertim cum esset matrona delicatissima, ditissima, iam aetate prouecta, & primipara. Accedit etiam quod praeter ancillas quas domi reliquit propriam etiam matrem dimisit. Et vt se ab his excusaret, dixit se iuisse animo redeundi vocatam a marito, qui aegrotabat, quae excusatio non videtur admittenda, eo quia secum duxit in rheda lectum, & lecti operimentum. Accedit quoque quod ex duabus ancillis quas secum duxit vnam remisit statim retenta chariore, & de qua magis confidere solebat. Adducitur alia coniectura quod e latere comitissae probatum est, ipsam laborasse ex doloribus spatio duarum horarum, & partum fecisse orto capite mediae horae, & tamen non fuerunt interim vocatae aliae obstetrices peritae, quae potuissent vocari & venire in tanto temporis spatio etiam ex quauis parte remota Mediolani, sed solum fuit vocata quaedam muliercula de qua supra vicina viridario, quae adeo festinauit, vt caligas non posuerit quod accederet celerius, & tamen, vt supra dictum fuit, non venit nisi nato puero, & propter has coniecturas & suspiciones, & infinita alia quae oriuntur ex processu, & de quibus infra, Possessio feudorum fuit sequestrata apud regiam cameram: quapropter si pro concessio habeatur deficiente probationem veritatis e latere comitis Hieronymi, prout habetur, tum ex considerationibus praemissis: tum quia quo ad partum ipsum, Diamanta & alia muliercula solae de eo deponunt, & sunt directo contrariae in multis, quae substantiam rei tangunt, & quo ad hoc conuincuntur de falso, qui de eo deponunt ex dicto comitissa, & aliis, Sicque militante solum pro comite Hieronymo tractatu filiationis qui nihil prodest quia agit principaliter de ea, vel quia agit de partu supposito pro quo tot suspiciones, & praesumptiones adsunt, ita vt propter eas tandem etiam fuerit per sententiam reposita possessio penes cameram, vt dixi. quae repositio, vt etiam dictum est, facit praesumptionem contra filium, videtur posse iudicari, & quidem recto iudicio partum suppositum.

positum. Ad quod demonstrandum iure medio, Dico, quod in probandis simulatis actibus & fraudulentiis sufficit probatio per praesumptiones & coniecturas. ita Bartol. in l. post contractum. col. j. ij. & iij. ff. de donationibus. & Iason. in l. cum ea. columna secunda, post Pau. de Cast. in duobus consiliis & infinita alia. C. de transactionibus. Item in crimine falsi in specie vbi ciuiler agitur, & in quolibet alio crimine difficili ad probandum sufficit talis probatio, ita Bart. in l. si quis ex argentiis. §. & an heredi. ff. de ed. do. vbi Iasam ple. Decius consilio clxxix. columna j. & ij. & in capitulo de confirmatione vtili, vel inutili, & est text. quasi in terminis loquens de suppositione partus. in capit. afferte. extra. de praesumptionibus, vbi agebatur de filio mortuo cuiusdam mulieris supposito per eam alteri mulieri a qua viuum subtraxerat, & sic agebatur de partu non sibi supposito, sed alteri, propterea loquutus sum per verbum, quasi. quia nos loquimur de partu sibi supposito, quo idem tamen est quo ad effectum. Item agebatur de crimine furti quod transit in crimen abigeatus, scilicet de subtractione hominis, iuxta capitulum primum de furtis. & dicam infra in titulo de abigeis. Et quia ciuiler agebatur in istis criminibus difficili probationis Salomon, & per eum summus Pontifex iudicauerunt ex sola praesumptione, & ideo magis vbi militasset infinite, vt in casu isto, iudicasset. Vbi vero agitur criminaliter etiam in crimine falsi & furti, requiruntur probationes concludentes, iuxta l. sciant cuncti de probationibus. ita glossa ordinaria, & ibi Doct. in l. iurisperitum. §. quod feret. ff. de pact. Dec. vbi supra, & c. literas de praesumptionibus. & quod sufficiant praesumptiones, valide tamen ad declarandum quem non esse filium talis, est consilium Fulgosi. ccxij. vbi vide, & ibi columna penultima.

13 circa medium etiam dicit, quod si mulier excedit annos quadraginta, quod est concipere possit, tamen non praesumitur, quia frigidescit semen, & ibi etiam dicit quod cessat praesumptio filiationis quae oritur ex contractu, concurrentibus praesumptionibus in contrarium de quibus ibi, & scias quod non consideratur in hac materia quod potuerit mulier concipere, sed an verisimiliter conceperit, ita solenniter Socin. consilio lxxv. columna prima, & secunda, in tertio volumine. Est materia l. Gallus. in principio. ff. de liberis & posthumis. Et aduertendum est circa dicta Bartol. in dicta l. post contractum quo ad probandam simulationem, & in consilio sexagesimo sexto. & consilio sexagesimo octauo, dum concluditur quod tempore simulationis debet subesse causa quare id fiat, ad hoc vt operentur praesumptiones, vt ponit Aretin. consilio sexagesimo quinto. columna iij. & consilio clx. in tertio dubio. Alexand. consilio lvij. volum. quinto. quod hoc casu militabat euidentis causa, quae erat ne feuda decedentibus comitibus sine filiis masculis transirent in fiscum, prout verisimiliter timor erat in eis, eo quod constituti reperiebatur propter aetatem, infirmitatem, & longam sterilitatem in eo vitae statu, vt ferè non superesset spes, tunc & minus in futurum suscipienda proles, imò amplius appareat ex processu, quod timor iste inuaserat eos, quia eo tempore comes fecerat componi preces per aduocatum suum porrigendas Christianissimo regi, vt gratiosè secum dispensaret, quod de feudis disponere posset deficientibus sibi filiis in eos quos elegisset, voluitque etiam comes dare operam, vt Iacob. Triuulius vir illustris & maxime apud praefatum regem autoritatis, posset emere bona sua feudalia. Adde quod non solum constat de causa, &

quod haberet comes vnde timeret, imò constat de delicto, quia quo die fuit dictum comitissam peperisse qui fuit dies decimus Ianuarij. m. d. xv. i. i. vnus infans natus ex quadam Ursina fuit statim, vt natus fuerat traditus in ciuita nobili cuidam, cuius frater adeo erat amicitia coniunctus cum comitissa, vt nihil magis, & fuit traditus per horam, vel circa antequam pareret comitissa, quae hora continet solum tempus quo potuisset iri a domo matris dicti pueri ad illud suburbanum de quo supra, & licet dictus nobilis qui confitetur habuisse dictum puerum illa die & hora excuser se, quod alia causa illum acceperit. Tamen non creditur sibi illam excusationem alleganti, ad se exonerandum ex quo fuisse particeps criminis suppositi partus, & consequenter incidisset in crimen falsi, iuxta dicta l. prima, cum similibus. C. de falsis. Et quod non credatur ei contenti cum qualitate excusante, allego dictum Bartol. vulgatum in l. Aurelius. §. idem quasiuit. ff. de libe. lega. vbi vult vt si quis confiteatur cum qualitate, tam est acceptanda sit regulariter confessio cum qualitate, nihilominus si confitens habeat praesumptionem iuris contra se, possit acceptari quod confitetur, reiecta qualitate. Quod autem praesumeretur contra eum liquet ex praedictis: nec quicquam facit quod tortus perseuerauerit in excusatione quo ad tertium, quia magis statur dicto sine tortura quam cum tortura quando interrogatur de se, & de alio. Bar. in l. j. §. qui quaestioni. ff. de Actio. Item fuit minus legitime tortus consideratis iudiciis & qualitate delicti, & quod plus est non animaduersum fuit in eum de crimine plagiarij, de quo saltem erat confessus iuxta capitulum primum de furtis. & toto titulo. ff. & C. de crim. plag. quamuis mulier quaedam paupercula quae interuenerat in emptione dicti infantis fuerit fugata, iuxta illud,

Dat veniam cornis, vexat censura columbas.

Et ultra praedicta inferuntur etiam aliae praesumptiones, quod esset partus suppositus ex contrarietatibus infinitis testium ipsius comitis inter vnum & alium, ac in dictis met eorum. Et additur quod cum iudices haberent amplam auctoritatem procedendi, seruata & non seruata forma iuris & statutorum, & testes manifestè varios non torserint, imò statim dimiserint non potest super eis fieri fundamentum, vt not. in l. ex libero ff. de quaestionibus. & in l. ob carmen. §. si ea rei conditio. ff. de testibus. & facit glossa in l. Lucius. ff. de his qui notantur infamia. Non omittitur etiam quod fama probatur vehementissima quod erat parrus suppositus, & sufficit sola fama in his, quae sunt difficili probationis, vt per Iasonem in l. si quis ex argentiis. §. an vero heredi. ff. de edendo. & in dicta l. cum eadem columna finali. C. de transactionibus. & alibi saepe. Respondetur tamen ad hoc testes non dicere quod habuerit ortum ante litem motam quo casu non haberetur in consideratione secundum Abbatem in capitulo licet ex quadam. columna secunda de testibus, sed dic quod est. Abba. id dicat, tamen veritas est quod potest oriri fama quae habeat omne robur famae, & tempore malefij, & postea etiam ex intervallo post litem motam quando manifestatur aliquid ex quo populus deducitur in opinionem, scilicet si solum fundamentum fama esset in personis a quibus auditum esset. pone enim quod res sit facta secretè, & postquam incepit iudex indagare, propalatum est aliquid in facto, vt scilicet in casu isto quod eodem die partus suppositi fuerit infans emprus, qui tunc etiam erat natus & emprus a familiari matris, & vt supra,

suprà, certè si oriatur fama ab hoc actu, vel alio etiam fama idonea est, ita Bart. in l. de minore. §. plurimum. in iij. quæ. ff. de quæ. etio. & Aret. not. in d. ca. licet ex quadam. & alibi sepè, & cum iste actus & alij produxerint hanc famam creditur, & utraq; sit etiam ante licem moti habuit initiu, vt apparet ex processu.

22 Vnum est quod videtur tollere omnes amaritudines quia videtur probatum Comitissam, & Diamantam confessas fuisse, quod erat partus suppositus, nec dicitur non dari dicto matris quod talis non sit filius secundum Bart. in l. diffinitus. ff. de his qui sunt sui, vel alieni. iur. & not. in dicto cap. de tuas. de probat. & maxime quia non constat eam iudicialiter dixisse: nam respondetur quod iunctis prædictis aliis coniecturis standum est, ita Alciat. in terminis in suo tractat. præsumptio. in reg. ij. xxvij. præsumptio. num. 9. & col. f. i. ten. & vide Bald. in d. l. filium diffinitus. vbi vult quod dictum matris cum fama sufficiat, nec est curandum quod dictum matris esset extrajudicialiter prolatum, quia de hoc non curant Doctores in d. l. filium, loquentes quado extrajudicialiter id asserit, & etiam de solo dicto matris, hic verò etiam adesse dicitur dictum Diamantæ. Non obstat quod comitissa nominauerit eum filium in sine dierum suorum in suo testamento in quo etiam eum instituit, & ita quod magis est standum dicto primo, & vltimo quàm medio maxime extrajudiciali, quia respondetur solum colligi ex processu in quo apparet quod quando detexit partum suppositum fuisse in suo chirographo rogauit. D. Vicecomitem sui studiosissimum, vt dictum chirographum, & confessionem Diamantæ nemini reuelaret, præterquam Christianissimo regi, & hoc ob honorem suum & multorum nobilium qui deposuerit in causa pro ea, ne sic eos perderet, vnde cum vellet comitissam hac secretò agi cum rege, non miru si postea voluit persequi in primo negotio, & quod confessus fuerit ultra hoc quod plene constat, etiam demonstrat effectus secutus priuationis commodi possessionis bonorum feudaliu. Item demonstratur, quia ex processu constat quod postquam intellexit regem noluisse ratam habere quandam conuentionem factam cum D. Vicecomite timens ipsa non propter confessionem per eam factam caperetur, & puniretur eum iam esset detecta, auferit ad ciuitate Mediolani. Adde aliam rationem quare instituerit filium, & sic perseuerauerit, quia pro partu supposito videtur quod possit procedi contra memoriam defuncti, vt dixi supra, licet ego reprobauerim, & ideo potuit verisimiliter timere ne

23 procederetur, ipsa mortua. Et si dicat comes Hieronymus quod factum fuit contra matrem meam, mihi non nocet, nisi quo ad priuationem beneficii Carboniani, vt supra dixi in pri. & si non nocet sententia, nec acta, iuxta notata per Bartol. in l. ij. ff. iudicatum solui. & in l. si mater. §. item si in rem. ff. de exceptio. rei iudicat. Alexand. consil. cxlj. in vij. volum. & Roma. consil. cxj. in ij. colum. & per Dec. in l. ij. C. de eden. & consequenter nec confessio facta in illo processu, nec testes. Cum igitur omne fundamentum è latere comitis Franchini sit super dicta ordinatione, & testibus in illo iudicio criminali examinatis contra matrem ad ostendendum partum suppositum esse, sequitur vt nihil sit pro eo in hoc iudicio quod nunc agitur ciuilitate inter ipsum comitem Hieronymum, & Franchinum, si nihil ergo cum comes Hieronymus sit in possessione, quia sequestrum non priuauit eum possessione, vt dixi supra, circa princip. debet absolui per regulam. l. qui accusare. C. de edendo. & l. si. C. de rei vendicat. vbi dicitur quod possidens etiam vitiosè non debet repelli nisi ab eo qui fundauit suam intentionem, & faciunt notabiliter circa hoc dicta per Decium in d. l. qui accusare. Ad hoc respondetur, quod si esset sequestrum, res esset dubia an esset priuatus possessione, quia sequestrum non fuit voluntarium, iuxta doctrinam Bartoli in d. l. inter esse. ff. de acquiren. possessio. & Abb. in dicto capit. examinata. de iudiciis. vbi etiam Felin. & Aretin. & per Iasonem in l. si fideiusor. §. fin. ff. qui satisfacere cogantur. per Abb. in c. ij. de sequestratio. possessio. & fructuum. & Curt. in tractatu suo de sequestris, sed non fuit sequestrum, verum mera priuatio

24 possessionis nec de sequestro verbum aliquod, sed quod rex ordinauit possessionem esse reducendam ad manum regiam, & sic ad dominu apud quem stare debet possessio donec disputatur causa itatus, iuxta glo. in c. ij. de feud. fuer. controuer. inter domi. & agna. in pri. vbi glo. vult, vt si oriatur mortuo vafallo quælitio itatus inter dominum & agnatu vafalli, quia dominus negat eum succedere posse, tunc debeat possessio stare penes dominu, & loquitur in feudibus. In aliis verò, iuxta l. si. C. de edicto diui Adria. tollen. vult contrarium. & Afflit. ibi late. hanc opin. tenet, scilicet quod non sufficiat aliqua probatio filiationis, nec eius quasi possessio iuxta consiliu Dec. liij. cclxxij. & clij. col. ij. Sed debeat plene probari filio, si etiam vult glo. ibi si intelligatur, quia dum mentionem facit l. si. C. de edic. diui Adria. tollen. loquitur de instituto, & sic de existente in quasi possessione filiationis, si de filio intelligamus, & tamen vult, vt aliud sit eo casu. Et licet hac opinio possit habere difficultatem propter opinionem Doct. relatorum per Affli. ibi, tamen in hoc casu nullam habet, quia quasi possessio descendit ex tractatu factò à patre & matre, quibus crimen hoc imputatur, & suspectissimis, imò conuicta matre

25 per confessionem, vt supra dixi, & facit quod dicitur vitiosa possessio non operatur, vt qui in ea est, habeat fundatam intentionem. text. est vbi Bald. & alij in l. vis eius. C. de probat. & Bald. in l. j. C. de ordi. cogn. vbi vide, habetur in l. si prius. ff. de oper. no. nuntia. quare igitur rex non debuit priuare puerum possessione reru feudaliu? Adde quod tractatus iste oritur à patre & matre oritur ab his qui nullo modo possunt disponere de rebus feudibus, iuxta text. in cap. j. §. j. de success. feud. ergo non est eis credendum, aliàs per indirectum disponere possent de re feudali. Sic cessat oppositio, quia apparet quod rex priuauit eum possessione & iure quidem, & consequenter cessat. d. l. fin. C. de rei vendic. Et vltreus insisto, quod rex priuare iure debuerit eum possessione, prout priuauit, quia fundamentum possessionis fuit super eo quod mater truxit dixerit eum filium, & super tractatu parentum, & patrefactum fuerat, quod proueniebat à parentibus suspectissimis anhelantibus ad prouidendum ne bona reuerteretur in cameram, & ita declarat in specie Corn. in consil. cclxl. col. penult. & si. vbi vide, volum. j. Item patefactum fuerat ex dicto matris Diamantæ & aliis infinitis, de quibus supra tollentibus omnem præsumptionem, si que erat pro filio, imò facientibus rem notoriam quo casu etiam sic abrupto potuit priuari

26 possessione, quia in notoriis aliquis ordo non est attendendus, vt supra sub rub. quomodo procedatur in crimine notorio, & potest etiam sine sententia priuari quis possessione. c. si constiterit. vbi Abb. de accus. Si igitur ita iure fieri debuit, cur non est præsumendum ita facere voluisse, & maxime quia rex etiam interposuit in eo suam absolutam auctoritatem, quod fuisse inepum

in epum si solum gratia custodia possidisset possessionem penes cameram. Cesset igitur assumptum, quod actore non probante contra possessorem, &c. Sed vbi etiam adesset possessio penes eum cum appareat tum ex processu nouo inter eos, tum ex processu criminali inter matrem & fiscum quod non est filius, debet obtinere Franchinus, quia apparet nullum ius competere Hieronymo, maxime coram Senatu qui iudicat, vt Deus, & qui non debet attendere ad illam subtilitatem quod magna pars fundamenti, vt non sit filius appareat ex processu criminali, non cum eo factò, & sic res inter alios acta sit. Et aduertatur quod comes Franchinus habet fundatam intentionem ex eo quod est filius comitis Hercules legitimati & habitati à principe, & ideo si comes Hieronymus non probet verè se filium debet succumbere, & restituere possessionem honorum si eam habet. ita in terminis Angel. in l. liberorum. in princip. ff. de infami. vbi omnino vide, sed hoc non probauit, quinimò comes Franchinus probauit contrarium ergo, &c. Et licet tractatus iste non esset suspectus, tamen adhuc non possit obtinere de ficiente probatione filiationis, non dico ex eo quod principaliter tractetur de filiatione, quia forte non est verum, quicquid dixerim supra, sed ex eo quia sumus in decisione petitorij, quo casu non sufficit, sic omnes in l. non ignorat. C. qui accus. non poss. sic Bal. in duobus locis. sic Ias. in l. neq. professio. Dec. consil. cccxxj. col. liij. Sic alij relati per Alciat. in tractat. præsumptio. reg. ij. præsumptione xxxvij. num. 6. & sequent. vbi ostendit quod Dec. in consil. liij. malè dicit, qui tenet oppositum, & dicit communem esse in contrarium: allegando tamen in terminis solum Anto. de Butr. non tamen me firmo in hac opinione Alciat. quod in decisione petitorij non sufficit tractatus, quando tractatus est nitidus, & non agitur de crimine vel commo

28 do ipsorum parentum, quia imò sufficit quando incidit de dominio tractari, iuxta dicta Bartol. in l. quidam in suo. ff. de constit. instit. & credo quod in prædicta præualeret opinio. Pro opinione tamè Alciat. optimè facit quod dicit Bart. in l. j. quorum bonorum col. ij. circa. fin. vbi dicit quod in petitione hereditatis requiruntur veræ & liquida probationes, in interdico verò possessione de quo ibi sufficiunt præsumptiua, & faciunt dicta per Bartol. in extrauagant. ad reprimendum, in verbo, summariè. vt cunque sit in casu isto evitatur optimè consil. Dec. liij. qui loquitur quando saltem apparebat quod erat filius matris, & ideo tunc sufficere debet probatio tractatus propter probationis difficultatem, sed nos loquimur quando etiam dubium erat de matre. Ordo fuit iste in hoc iudicio, Comes Hieronymus agit remedio reintegranda, quia petit contra cameram sibi restitui possessionem, vel commoditatem eius, tertius se opponit, scilicet comes Franchinus, & opponit de dominio suo vigore priuilegiorum suorum tanquam quod sit filius comitis Hercules, & sic agnatus proximior, quod dominium & ius potuit opponi contra remedium reintegranda. l. bona fides. ff. de deposit. & in fal. si. Alex. in l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poss. vbi ait quod tertius auditur, allegans dominium suum contra agentem remedio reintegranda. Respondet comes Hieronymus quod ipse est filius qui excludit agnatos, & replicat comes Franchinus non esse verum quod sit filius, & ideo sper habet filiationem incidenter contenditur, & crederem in practica esse seruandum, vt solus tractatus deberet sufficere ipsi comiti Hieronymo, quicquid dicat Alciat. & credo quod ita sem-

per fuerit seruatu, sed cum iste tractatus sit suspectus, & militent tot præsumptiones contra filiationem potest sanè iudicari ipsum non esse filium, ad quod ostendendum sufficiunt præsumptiones, vt not. in l. filium diffinitus. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & Corn. in dicto consilio cclxl. colum. finali, volumine primo, & hoc non habet difficultatem, cum non tractetur quo ad comitem Hieronymum de crimine, nec criminaliter, nec ciuilitate, qui errare non potuit, & ideo fatuum est ingredi illam difficultatem, An in crimine difficilis probationis sufficiant præsumptiones quando ciuilitate agitur. In qua tamen verum est quod sufficiunt per ea quæ dixi supra, dum allegauit Bartol. in l. si quis ex argentariis. §. j. ff. de edendo. & capitulo asserte de præsumpt. & Alciat. Adde quod hæc est ratio, quare etiam adulterium probetur coniecturis ciuilitate agendo, secundum Bart. in l. capite quinto. ff. de adulter. & Felin. in ca. præterea. de testibus. Ad hæc etiam Bartol. & Doctores in l. post contractum. ff. de donatio. vbi volunt vt præsumptionibus iudicetur talem alienationem factam fuisse in fraudem, & tamen agi etiam potest criminaliter ob crimen stellionatus, vt in illo titu. de crimine stellio. & dixi supra hoc eod. titu. Adde quoque quod metus puniatur criminaliter per titu. de l. Julia de vi publi. & priua. & dixi supra in titu. de pluribus violentis, & tamen coniecturis probatur. Bartol. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de noui oport. nuntia. Bartol. & doct. in l. interpositas. C. de transact. & in crimine falsi, quod sufficiant præsumptiones, quod quando ciuilitate agitur late concludit Dec. consil. cxxxix. columna prima, & primo sequent. vbi ad hoc allegat plura consilio. Alexan. & aliorum. Est verum quod vbi agitur de falsitate instrumenti suspiciones debent oriri ex inspectione instrumenti, vt declarauit supra in crimine falsi, circa pri. per notata à Paul. de Cast. in l. iubeamus. C. de probat. Abb. & Innoc. in capitulo j. de fide instrum. sed vbi non agitur de falsitate instrumenti suspiciones & præsumptiones sufficiunt sic vult Dec. qui loquitur in falsitate testium in dicto consilio: sic etiam voluit Alexand. & alij. ibi relati, imò vbi agitur criminaliter videtur idem dicendum per allegata à Dec. pro prima opinione quam ad hoc approbat Felin. in capitulo. asserte. de præsumptio. versiculo tertio limita. & ad hoc etiam vide Bald. in l. presbyteri. C. de episcop. & cleric. in penult. colum. vbi loquitur de falsitate testis, & dicit quod iudex loquendo in criminalibus debet se temperare in pœna, & illam non aggrauare, quia suspitio solum militabat clarè, volens vt omnem pœnam imponere debeat, vbi militat clara præsumptiones, & hæc decisionem sequitur idem Felin. in dicto capitulo asserte. columna prima. Non recedo tamen ab opinione Decij, quod quando agitur criminaliter non sufficiunt, nisi tamen secundum terminos. l. fin. ff. de probatio. quando præsumptiones essent indubitatae, vel præsumptiones essent approbatae à lege, secundum ea quæ ponit Felin. in dicto capitulo, asserte. versu. sed ista limita. vel etiam violentissima, iuxta ea quæ ponit Felin. ibi, versiculo quarto limita. vel etiam quando essent violenta mitigata pœna, iuxta ea quæ ponit Abb. not. in dicto capitulo asserte. & Felin. in versu. not. quarto. imò ex quo est crimen difficilis probationis, minor præsumptio in hoc delicto debet existimari violentia, tamen si ita non fiat in aliis, & vide quæ late dixi supra in tit. de conuictis de istis præsumptionibus. Dixi quod in probando actu difficilis probationis si agatur ciuilitate sufficiunt præsumptiones siue criminaliter agi possent, siue

non. Sed hic quæro an istæ præsumptiones debeant esse approbatæ à lege, & videtur debere per glo. in l. absentem. ff. de pæn. Bald. in l. ciues. C. de appellat. & in l. licet. in prin. ff. de legat. j. & ibi Alexandr. & latius 34 Ias. Sed tunc dicendum: nam alia est præsumptio legis, alia hominis, vt declarat not. Abb. in capitu. accedens. columna ij. de accusatio. & Bald. not. & consideratè admodum in l. ea quidem. col. ij. C. de accusat. præsumptio legis est quando lex præsumit sic esse, vt quod contractus sit vltimarius si interuenit pactum de retrouendendo, & adit modicitas pretij, & persona sit solita scenerari, iuxta capit. ad no. tram. de empt. & vendit. & tunc talis præsumptio dicitur liquidissima probatio, & non solum præsumptio, sed etiam quælibet coniectura approbatæ à lege facit liquidissimam probationem, sic loquuntur not. in dicta l. licet Imperator. Præsumptio verò hominis est quado iudex suspicatur ex diuersis actibus ita esse, & tunc lex non requirit hanc approbationem legis, & ita Felin. in dicto capitu. asserit mihi gladium. vbi loquitur de præsumptione hominis. Et si consideres quæ dicuntur à Doctoribus allegatis supra, circa actus simulatos, & fraudulentos, cui dubium quod ipsi non requirunt, vt omnis præsumptio sit approbatæ à lege, sed solum considerant id quod dicit textus in l. dolum. C. de dolo. quod d. dolus cognoscitur ex insidiis perspicuis. & in cap. ij. de renuntiat. in vj. vbi idem. & vide glo. in d. l. dolum. dum ponit exemplum Hispanorum, qui ebrios reddiderunt mercatores ad perpetrandum dolum, quod exemplum inducit præsumptionem hominis non legis, & ideo Alexandr. consil. l. viij. ad fin. volum. ij. dicit quod ad probandum dolum suffiunt coniectura, quæ probatio arbitrio iudicis committitur, sic etiam Socin. consil. xcij. col. iij. volum. iij. percurrit plures coniecturas ex quibus probatur dolum, quæ tamen non sunt à iure approbatæ, & dicit Corne. in consilio clxxvij. col. v. volum. ij. quod coniectura extrinseca facit præsumi dolum, & vt ibi. Et ad hæc facit text. in dicta cap. ij. de renuntiationibus in vj. & Dec. consil. 36 cexlv. Est tamen aduertendum quod de his præsumptionibus saltem constet per duos testes pro vnaquaque earum, iuxta glo. in l. si. C. famil. ereiscum, & not. in l. admonendi. ff. de iureiurand. & dixi supra in materia torturæ l. i. simè. Et in hoc casu etiam aduertatur ad ea quæ voluit Abb. & Felin. in dicto cap. asserit. vbi dicunt quod etiam ex præsumptionibus extrinsecum, iudex potest informare animum suum ad sententiam. Item aduertatur dum dixi quod debet constare per duos testes de vnaquaque præsumptione, quia quo ad indicium est verum, secus quo ad præsumptionem, quæ etiam potest oriri ab vno solo, & manifestam differentiam inter præsumptionem & indicium. facit glo. in l. ij. ff. de excusat. tutor. in prin. in verbo legitimis. & Bald. in dicta l. ea quidem. col. iij. Item aduertatur quod si istæ coniecturæ ponuntur in arbitrio cuiuslibet iudicis, multo magis debent poni arbitrio principis vel Senatus, qui iudicant ex conscientia sua. Bar. in l. j. in fin. C. vt quæ defunt aduocat. etiam quod de ea conscientiam haberent antequam dignitates suas consequerentur. Dec. in consilio cccclxij. ad finem. Hæc sunt quæ possunt adduci in hoc casu, & cum hæc & alia essent reuoluta longo tempore in Senatu, tandem deuenit in eam opinionem Senatus, vt parus esset suppositus, & ita iudicauit. Et ad id quod dixi principem vel Senatum iudicare, ex conscientia sua etiam quod scientiam haberent ante adeptas dignitates, Adde quod superioribus me

stibus summus Pontifex Paulus tertius damnauit magnam virum: quasi mandasset fieri homicidium, quia id ei Pontifici dum Cardinalis esset factus fuerat, & eum priuauit amplissimo sacerdotio, & magnis redditibus. Addo etiam circa partum suppositum quod hoc est crimen publicum, licet publicam accusationem non contineat, sed tantum accusatio spectet parentibus, & his de quorum interesse agitur, textus est in dicta l. lege. §. de partu. ff. de falsi. idem est etiam in crimine adulterij, quia est publicum, & tamen accusatio non competit nisi viro & coniunctis. l. quamuis. C. de adulteriis, ex quibus colligi potest quod non valet consequentia, Quilibet non potest accusare, ergo non est publicum: sicut etiam e contra non valet consequentia, Quilibet potest accusare, ergo est publicum. & ita declarat Barto. in l. j. in vltima quaestione. ff. de public. iudic. Addo quoque quod per statutum quartum huius ciuitatis in criminalibus ponens omnes casus in quibus ex officio procedi potest, inter quos est casus falsi, siue falsitatis, sub verbo, falsarios, postet etiam ex officio nulla parte instante procedi, licet secus in adulterio, de quo in eo statuto nulla est facta mentio, & ideo mulier quedam que renuntiauit iuribus dotalibus per instrumentum transactionis in manibus fratris, & nunc petit transactionem rescindi, quia allegat se fecisse metu fratris qui dicebat vbi ita non fecisset, velle eam accusare de partu supposito, quod crimen reuera commiserat, malè petit cum metus fuerit iustitiae. l. accusationis. C. quod met. cau. & ibi Pau. de Castr. in pri. & si dicatur quod ante transactionem erat remissa iniuria ab eis ad quos attinebat res, quo casu saltem remissum debet posse repeti, ex quo accusatio comminata erat calumniosa, iuxta l. in summa. in pri. ff. de condi. indebi. glo. in dicta l. accusationis. & in l. si quidem. C. de contrahen. & concip. stipul. Respondetur quod illa remissio non impediebat hunc posse instare iudicem, vt ex officio pro interesse publico & fisci procederet, & ipse iudex potuisset procedere ex officio per dictum statutum, quod non solum enumerat crimina publica in quibus ex officio potest procedi, sed etiam infinita priuata delicta, vt ex eo legi potest, & sine illo statuto malè res fisci & iustitiae gubernarentur. Et dum dixi quod statutum nostrum comprehendit falsarios, & consequenter etiam crimen partus suppositi, hoc satis est clarum, eo quia crimen hoc, est crimine falsi, & ex comprehensio in capitibus l. Cornelia de falsis: vt est text. in dicta l. j. C. de falsis. & in aliis legibus supra in pri. allegatis iunctis quæ dicit Bart. in l. quid sit falsum. ff. de falsis. Et quia etiam dixi quod est crimen publicum huic non obstat quod secundum statuta nostra est alterata pœna in omni falsitate præterquam in casibus expressis per statuta, iuxta statutum, quod incipit falsum committens, quia hæc alteratio pœnæ non facit quin sit publicum, secundum Bart. in dicta l. j. col. iij. penult. & pri. seq. ff. de public. iudic. & Fulgo. consilio lxxij. col. ij. & quod in crimine partus suppositi iudex possit ex officio procedere, dato quod certis personis sit concessum accusare. tenet Angel. l. falsi. in fin. C. de falsis. motus bonis rationibus. & ita est etiam in crimine adulterij, vt ibi, & aduerte quia in multis delictis in quibus passim, omnibus non licet accusare, iuxta tit. qui accusa. non poss. & no. per Aretii. in glo. nec non ad querelam. tamen iudici licet inquirere secundum regulas traditas per Barto. in l. j. §. si publico. ff. de adulteriis. est t. verum quod circa hæc communiter per statuta & consuetudines prouidetur, quæ dant modum,

dum, quando ex officio, & per inquisitionem possit procedi, & in quibus non, vt in hac ciuitate Mediolani, & illi ad quos spectaret hæreditas, si reciperent satisfactionem simpliciter à matre propria ante partum absque alia remissione, amplius eis non pateret ius accusandi, sicut & in quolibet alio publico delicto, de priuato non est dubium, ex quo facile posset mulier pœnam euadere, quia alius non poterit accusare, nec fortè iudex inquiret. ita Ang. in l. v. ca. col. si. C. quanciu. act. pr. iud. crim. quod nunquam obliuiscaris.

Tit. de falsa moneta.

S V M M A E.

- 1 Monetarum falsarum excusatores, & eis præstantes auxilium, vel eas expendentes, qua pœna puniantur.
- 2 Moneta dicitur falsa etiam si in se sit bona, sed fiat à nō habente auctoritatem.
- 3 Moneta falsam expendens an excusetur, si doceat à quo eam habuerit.
- 4 Moneta appellatione in statutis non venit minima.
- 5 Alchimista an peccet.
- 6 Moneta falsam sui principis vel alterius falsificans an incidat in crimen læsæ maiestatis.
- 7 Indicium ad torturam est reperire instrumenta ad eandem falsam monetam in domo alicuius etiam non demonstrat scientiam domini.
- 8 Torqueri debent plures fratres in eadem domo existentes, in quareperta essent instrumenta ad monetam, si essent male vite.
- 9 Moneta rudentes & tangentes cum ferro, vel minuites cum aquis, & simili modo, qua pœna puniantur.



VIA excusator falsæ monete incidit in l. Cornelia de falsis. l. qui falsam. ff. de falsis. ideo hic necessarium est tractandum de materia falsæ monete. Verum quia plenè habetur in repet. Hipp. in d. l. qui falsam. in prin. in antepe. char. col. l. j. & sequen. & per Afflic. in titu. quæ sint regalia. in verbo, moneta. in quibus locis habetur amplius tractatus in materia ideo paucis ero contentus, & circa pœnam tam eudentium, quam expendentium, & tondentium, etiam bonas monetas, & auxilium præstantium talibus delinquentibus, arbitror quod in quolibet dominio superin de sint edita statuta, & decreta clara, prout & in hoc dominio ad sunt, ideo non est opus alia disputatiōe. Concremantur tamen secundum decreta nostra excusatores falsarum monetarum, eis præstantes auxiliū, & idem de expendentibus falsas monetas, sed in rudentibus est alia pœna, quo tamen ad expendentes, & si in procedendo fiat indagatio iuxta qualitatem pœnæ, tamen postea in fine volētibus ipsis componitur res pecunia, vel alia pœna non corporali, & vide in materia Cepol. consil. lxxvij. vbi confirmat d. Barto. in d. l. qui falsam. quod licet moneta in se fiat bona: si tamen non sit ab habente auctoritatem, dicitur falsa, & adulterina, & alia dicit vt per eum etiam quando expenditur falsa moneta, iuxta mirabilem distinctionem Bar. in l. lege Cornelia. ff. de falsam pecunia talis sit plumbea vel alterius generis in qua materia maximè expendentis omnino vide Barb. in iij. volu. consil. l. j. col. v. & seq. vbi ponit quomodo debeant esse nummi, & de scientia expendentis, & quado talis docet à quo pecunias habuerint tunc secundum eum est excusatus per decisionem Ang. post Iac. Butr.

Bossius

in l. maiorem. C. de falsis. Sed credo cum malè dicere stantibus statutis & decretis de quibus supra, nam fateor eum excusari ab illa præsumptione quæ non fecerit, fieri non excusatur ab usu, quæ solū statutū considerauit, fieri vt colligitur clarè ex dictis Salic. in d. l. maiorè. & probatur in l. si falsos. e. ti. & alibi saepe, & ita quo tidie practicitur. In materia etiam vide Alex. consil. c. iij. col. l. j. volu. j. vbi tenet quod statutum loquens in moneta non habeat locum in minima, licet Cepol. vbi supra loquatur in eadē moneta, per quod consilium non ita pridem exemi à morte duos qui in viridario magno castri portæ Iouis cudebant quadrantes. De t. alchimista an peccet vide Abb. in c. ij. de fortilegis post Oldr. per eum allegatum, & in apostillis ad eum, vide etiam in materia Cepol. consil. xvij. col. v. versic. & idem vult Bald. vbi dicit, quod falsificans monetam sui principis incidit in crimen læsæ maiestatis, secus si extranei, quia eius subditus non est, allegat text. in l. si quis nummos. & ibi Bald. C. de falsa mone. Adde ad materiam Albe. de Rosa. in dictionario suo. in verbo, moneta. vbi inter alia dicit quod illi triginta nummi argentei quibus proditus fuit dominus noster, fuerunt primæ pecuniæ quæ fuerint in mundo confectæ, de quo sto à veritate. Scias autem quod reperire instrumenta ad eandem monetam apta in domo alicuius est indicium ad torturam in homine male fame, vt per Hippol. in d. l. qui falsam. in col. antepen. & pen. vbi vide. sed secundum decreta nostra antiqua erat pœna mortis, verum ex nouis constitutionibus imponitur pœna confiscationis bonorum, & alia etiam corporalis arbitrio Senatus, qua pœna contenta fuerunt dictæ nouæ constitutiones, quia in effectu licet antequam ederentur ab solutè esset pœna mortis, tamen illa nemo vnquam affici solebat, sed res componebatur. Ad uertendum tamen est ad hos nostros ordines, quia loquuntur vbi quis habuerit in domo sua dicta instrumenta, quæ verba denotant scientiam, vt de se patet, prout etiam dicimus in receptorate, quod tenetur eadem pœna quando scienter recepat. Nec quis dicitur receptate nisi scienter l. j. & ibi no. ff. de recept. & ideo non demonstrata scientia, nec etiam ignorantia sequèdo ius commune deueniendum esset ad torturam, iuxta d. per Hippo. Et si plures fratres habitarent in eadem domo omnes torquerem, si omnes essent male vite, vel eum solum qui malè audiret alios nullum, & minus damnarem, quia minus apparet de scientia quæ si vnus solus esset, & hæc consideratio heri fuit habitata in Senatu. Et vide omnino Salic. in l. j. & iij. C. eodē. & ibi ponit de excusatoribus rudentibus & tangentibus iam formatam, vt in malis aurificibus & campso-ribus, & dicit ibi quod cum aquis aliqui minuunt pecunias, & ponit de pœnis talium, vide etiam Angel. in verbo, falsario. col. vj. versic. quæro an ille qui expendit. & ibi in additionibus nouis & nouissimis. vide etiam Vitali. in tit. de pœna falsæ monete. vbi ponit specialia in hac materia, reliqua vide per Afflic. vbi supra, & dicam infra dum tractabo de regaliis & eorum materia.

Tit. de Incendiariis.

S V M M A E.

- 1 Incendiarij qua pœna puniantur.
- 1 **P**ŒNA incendiarij est capitalis vide Bar. latè distinguentem in l. prima ff. de offic. præfecti. vigil. Albe. in l. si. ff. de incend. ruina naufrag. & Doct. maximè Salic. in l. data.

Z 2

C. qui accusa. non possunt. vbi etiam in omnibus casibus considerat quid iuris sit quo ad emendationem damni, & punitur etiam incendiarius in capitulis l. Cor nelia de sicariis. l. j. in pri. ff. de sicariis. & ibi amplissimè in repertorio Hippol. in vltima charta. col. j. & duabus sequentibus, & de hac materia vide etiam Angel. Areti. in verbo. incendiario, & in additionibus, & hic Mediolani habemus statutum tales puniens.

Titu. de Damno dato.

SVMMAE.

- 1 Damnum dare, censetur esse maleficium.
2 Percussus vel aliter iniuria affectus ab aliquo potest agere civiliter & criminaliter.
3 Incisores vitium qua poena puniantur.
4 Damnum arboris incisa, vel domus diruta, quomodo consideretur.
5 Statutum vt villa teneatur pro damno dato in territorio suo, quomodo intelligatur.
6 Custodes an possint torqueri pro eruenda veritate damni dati, vel furti commissi.
7 Domini an teneantur ex delicto suorum familiarium.
8 Repraesalio concessis ex facto vnus, si alius fuerit captus, potest repetere omne damnum, quod passus est, & ibi limitat duobus modis.
9 Statutum loquens de damno an habeat locum in furto, & supra titu. de captura, num. 43.
10 Damnum si det animal in meo prato, & illud inueniam an possim de iure retinere.



VIA damnum dare est etiam maleficium. leg. ex maleficio. ff. de actio. & oblig. & instit. de oblig. que ex delict. nascunt. in pri. Ideo etiam non sunt praeterenda duo verba ad cognitionem materiae. vide titulos ff. si quadrup. pauper. fecisse dica. de noxalibus ad legem Aquiliam. & titu. ff. de his qui eiecerunt vel effuderunt. in quibus de damno dato ab animalibus, & damno dato, tam a seruis quam a liberis personis, & tam in seruis quam a liberis personis & bruta animalia & alia, non omittendo tamen quod vbi interuenit furtum cessat Aquilia. l. si seruus, si quis de manum. ff. de iur. iudic. & vbi sit homicidium etiam quod habeat locu. l. Cornelia, de sicariis. l. ex morte. C. eod. & s. liberum, instit. de lege Aquilia. erit tamen Aquilie locus non solum si sit homicidium serui, sed etiam si liberæ personæ, & hoc ad damna non ad corporis æstimationem l. qua actione. in pri. & s. si quis in colluctatione. vbi gloss. ff. eodem. & Floria. l. liber homo. in pri. ff. eod. & per Iazo. in summa. C. eod. column. tertia. Est quoque videndus titu. de iniuriis, tanquam satis pertinet ad presentem materiam, & propterea Specul. simul de iniuriis & damno dato tractauit, vbi omnino vide, quod ante etiam fecerat summus Pontifex in titu. de iniur. & damno dato. vbi vide capitula breuia sumata subdita rubri. per que comprehenduntur omnes species damni, & volens Abb. in paucis declarare terminos in capitu. primo. sub dicta rubri. de iniur. & damno dato. in si. dum tex. prouidet. t. percussio, circa repetitionem impenfarum factarum in medicis, & operarum deperditarum, querit an alio remedio talis percussus, & iniuria affectus agere possit nam egerat in illo text. ad merum damnum per l. Aquiliam, & re

spondet Abbas etiam posse agere actione iniuriarum criminaliter r ad poenam arbitratiam applicandam fisco, & civiliter estimata iniuria per iuramentum taxatione premissa, ad poenam sibi applicandam, qua verba docent multum materiam. vide etiam text. in s. ex maleficiis. instit. de actio. & Doctores ibi declarantes prædictos titulos, sumpta occasione quod dicitur §. loquatur de actione l. Aquil. & maximè ibi vide ad terminorum declarationem Ioan. de Plat. & Areti. vide etiam Vital. in tractatu suo, in titu. de damno dato. vbi materiam prosequitur per v. colu. integras, & multas in materia damni dati, vide per Iaf. & vt paucis me expedit in suo reperto. in verbo, damnum. & alibi sæpe, & Mediolani statuta præcipua habemus formam dantia, & poenam impositionem in rebus damnorum datorum, aditque etiam officium damnorum datorum & quia damna data vt plurimum versantur in arboribus, ideo facio finem. vide tamen circa damna arborum præcipuum titulum ff. arbo. furtim. casar. vbi in l. j. dicitur quod arbores casæ furtim comprehenduntur quo ad poenam non solum in l. duodecim tabularum. per illum titulum, sed etiam in l. Aquilia. & l. ij. dicitur quod qui vires exciderint, tanquam latrones puniendi sunt, addens gl. quod latrones furcis suspenduntur, & deinde bestiis subiciuntur. text. tamen etiã loquitur de aliis arboribus, sed maius delictum legislatori videri in vitibus, hæc tamen poena videtur mirabilis Alberico de Rosar. ibi. vnum est quod secundum statuta de damno dato, poena est pecuniaria in genere loquedo de qualibet arbore, est verum quod Senatus quo ad hos incisores vitium obseruat vt percussus fiat in carcere, ac si ageretur de poena sanguinis & poenam imponit grauiorem poena statutaria, & vide Bart. in l. facienda. ff. arbo. furtim. casar. qui dicit per illum tex. quod damnum non est totum pretium arboris incise, vel domus diruta, sed illud quod superest deducto pretio rei & materiae. de quo vide omnino Alex. in l. in singulis. C. de pac. pri. lib. xj. & vide in l. cum prætor. §. si ff. de dam. infect. & adde tex. confirmem in l. si duo. in si. ff. vi. possi. & Barto. in simili, in l. pretia rerum. ff. ad legem Falcid. Vn tamen multum practicable in hac materia est, t quomodo intelligatur statutum quod vbi que videt, vt villa teneatur pro dānis datis in territorio suo, in qua materia vide quæ amplissimè dixi supra, sub titu. de captura. & de iure, an dominus territorij teneatur de damno dato in suo territorio, & quid de villa, & qualiter probetur damnum, & qualiter sit imponenda collucta pro solutione condemnationis que sequeretur, & an quilibet teneatur in solidum, vide Bart. in l. ne quid. ff. de incend. rui. na naufrag. Et quando in loco fuit datum damnum, vel furtum factum, An hi quibus custodia credita erat possint torqueri, vide notabiliter Cepol. qui tenet posse, consil. xvij. col. vj. & in effectu de iure sic videtur dici debere, quod si communitas sciuit, & prohibere potuit teneatur aliter non Bart. ibi. & Ange. Iacob. de Belui. in §. quoniam verò, in authent. vt nulli iudic. D. Anton. Abb. & Imo. in c. j. de restitu. spolia. & Dec. vbi vide, & quem sequor in reg. culpa caret. col. ij. in prin. ff. de regul. iur. & vide de villa an teneatur, & loquedo de iure Bal. in l. si quis in hoc genus. circa fin. C. de episc. & cler. Bal. iij. vol. consil. ccccxlvi. post pri. Signo. consil. cxliij. colum. ij. plenè Cuma. consil. cl. col. j. & ij. & Corn. primo volu. consil. cxxij. col. ij. & dum Bar. in d. l. ne quid. dicit quod vniuersitas dicitur scire delictum, quando est factum palam, Adde Ange. in l. ij. C. de noxa. & Rom. consil. vij. col. ij. & sequen. & Barba. consil.

consil. xvij. in ij. volumi. vbi etiam ponit quando dicitur factum occultum. Item idum Bart. querit quando villa teneatur vtrum quilibet teneatur in solidum, Adde notabiliter Bald. in l. j. C. de condi. furt. & iij. volu. consil. cccc. xix. & dum Barto. in princip. ibi dicit, quod t. domini non tenentur ex delicto suorum familiarium, nisi quando delinquant in ministerio in quo eorum opera utebatur dominus. Dic vt dixi supra in titu. de furtis. Adde Iaf. in l. age cum Geminiano. col. j. C. de tranfact. & Feli. in cap. cum ordinem. col. iij. de respit. Scias etiam in hac materia dedisse videtur, & ideo tenetur ad damnum. l. qui occidit. §. in hac. ff. ad legem Aquilia. & c. si. in si. de iniuriis & damno dato. & gloss. notabilis atque optima, que allegat multos text. in vtrâque parte in cap. sicur de testibus. Et t. ideo captus pro repræsalio concessis existo alterius potest repetere illud quod soluit ab eo cuius causa repræsalio sunt concessæ, Bart. in l. ij. §. item si in facto. ff. de verb. oblig. vbi Alexan. Et hoc est verum quando iuste fuerunt concessæ, sed si iniuste, & tunc idem si non procurauit, vt non concederentur, sed si procurauit, & mouit non potest vtrâque, sic Socin. in dicto §. item si in facto. colum. iij. Est alius casus quando non interuenit factum, sed negligentia eius, cuius factio fuerunt concessæ. Et in hoc communis est, si non fuit procuratum, vt supra quod teneatur. vide Socin. vbi supra. Et quid iuris, quando in rebus cõductis datur damnum propter inimicitias locatoris, vide textu in l. si merces, §. culpa. ff. locati. Alex. in d. l. ij. §. item si in facto. & Aretinum ibidem. Corn. consil. xij. col. iij. & consil. xxvij. volum. ij. & Alexand. in vj. vol. consil. lxxxij. & dicam infra in ij. parte tracta. in materia remissionum que fiunt conductõribus. Et quid differat damnum a furto. Et an t. statutum loquens de damno, putã, quod datur damnum passo, etiam habeat locum in damno dato, cũ asportatione rei, & sic in furto, vide clarè Iasonem, vt paucis agam, in l. si familia. col. ij. ff. de iurisdictione omnium iudicum. & vide Hostien. in materia damni in tit. de damno dato. in summa post alium titulum, de iniuriis & damno dato. Scias etiam t. quod animal inuenitum in meo prato, non possim retinere, si scio cuius sit, aliàs secus, donec sim satisfactus. Bart. l. ratis. de incendio ruina naufragio. & in l. hoc amplius. §. de his. ff. de re iudic. in p. Speculat. in titulo, de actionibus. §. j. verfic. sed poen inuenio. de quo etiam per Abba. in c. si laferit. de iniuriis & damno dato. & communiter tenetur a Doctõribus sicut dixi. Verum statutus locõrum, vt plerimum cõtrarium disponitur, quia retinetur donec sequatur satisfactio.

Tit. de Iniuriis.

SVMMAE.

- 1 Iniuriarum agi potest tam civiliter quam criminaliter.
2 Iniuria an cessat committi per conuictum cuius pater factio conuenit bonum publicum, vel si conuictum qua locumque sit continet vepitatem.
3 Iniuria an cessat committi per conuictum cuius pater factio conuenit bonum publicum, vel si conuictum qua locumque sit continet vepitatem.
4 Ad noxam & obsequium an possit obici conuictum quatenus possit acriter causæ.
5 Iniuria an cessat committi, si vnus ex duobus existit.

tibus in cubili vel domo principis, & imprudenter con tendentibus, dicat alteri, quod nunquam dicite verum, & aliter postea ex interuallo, & extra atrium principis mtiatur illum.
6 Iniuria semper censetur minor ex parte illius, qui est pro uocatus.
7 Iniuria apud Italos non censetur committi si dicatur, Tu mentiris.
8 Iniuria inuicem inter duos illata, an tollatur per compensationem, maximè quando non apparet quis incepit.
9 Duellum an sit licitum propter iniuriam illatam.
10 Iniuriosa verba quæ dicantur.
11 Iniuria an censetur committi per id quod fit ex precepto iudicis.
12 Iniuria agi potest criminaliter, & civiliter, & agitur civiliter duobus modis, & an sententia lata in vno iudicio præiudicat in alio.
13 Iniuriarum actio an requirat dolum, & qua causa excuset a tali dolo.
14 Iniuria non fit volenti. Et hoc nisi de fraude agatur misero. 19.
15 Iniuria aboletur dissimulatione.
16 Iniuria an possit remitti in testamento, vel aliter in absentia partis.
17 Iniuria si sit remissa an deinde possit pro ea agi criminaliter.
18 Iniuria quando a principio sit volenti, cessat etiam fisco agendi, secus quando superuenit remissio.
19 Iniuriam passus si dicat voluntarie sua sibi factam iniuriam an ei credatur.
20 Iniuriarum actio an teneatur qui excipiendi in iudicio, opponit crimen contra partem, vel testes.
21 Iniuriam qui infert, si reuocet eam dicendo fecisse calose iracundia an cesset actio iniuriarum.
22 Iniuriarum actio quanto tempore duret.
23 Anni viginti quibus excluditur ius agendi criminaliter contra maleficium, iuxta l. quærelam. an incipiant a die scientia, an vero sint contum.
24 Tempus in dubio est continuum.
25 Tempus quando sit utile initio sui, & postea contrarium.
26 Prescriptio, tunc criminalis iudicio an possit vaxari, ex confessione sua.
27 Prescriptio in criminalibus quomodo interrumpatur.
28 Delictum quando continetur ultra tempus prescriptiois.
29 Iniuria poena est arbitraria, sed an index vsque ad mortem possit arbitrari.
30 Iniuria crimen an possit ex officio vindicari.
31 Iniuria licet sit crimen priuatum, tamen quilibet potest agere ad poenam pecuniariam fisco applicandam.
32 Iniuria si fiat clerico, famulo, vel similibus, an compen sat episcopo, domino, vel similibus.
33 Iniuria principem efficiens quomodo puniatur.
34 Decreti Mediolanensis interpretatio, quo puniatur efficiens dolorem iniuriæ.
35 Repraesalio an possit extendi contra personas ecclesiasticas, quando ab ipis prouenit iniuria.
36 Repraesalio an possit per Senatum Mediolanensem concedi contra clericos ob iniuriam factam Mediolanensi a summo Pontifice.
37 Iniuria, quæ sit officiali in iudicio accusando eum iniuste, puniatur aliquando poena mortis. Et an videri procedat durante officio. num. 39.

Tit. de Iniuriis.



In hac materia quæ, vt dixi supra in precedenti titulo multum attinet ad materiam damnorum datorum, adeo vt Bart. dubitauerit, an esset differentia inter actionem legis Aquiliae, & actionem iniuriarum, in l. prætor edixit. §. j. in fi. ff. de iniur. habemus statutum in criminalibus de poena facientis iniuriam dicto, facto, vel scripto, disponens vt quicumque fecerit iniuriam alicui personæ dicto, vel scripto, puniatur arbitrio iudicis secundum quod aliter iniuriæ personarum, loci, & temporis procedendo summarie, & cum sacramento iniuriati cum unico teste idoneo & fide digno. De iure pro iniuria agit tam civiliter quam criminaliter. §. in summa. in fi. de iniur. l. prætor edixit. §. j. & l. fin. ff. de iniur. Si civiliter agitur, estimatur iniuria. §. poena in fi. eod. & dict. §. in summa. quæ estimatio potest habere relationem, vel ad lucrum, vel ad damnum: quia vel possumus dicere, Nollem esse lucratus tantum, & talem iniuriam pati: vel possumus dicere, vellem potius tantum amississe, & talem iniuriam mihi illatam non fuisse. Iaf. vt paucis agam. in fi. de act. in pri. col. viij. in ea glo. ibi licet. Et an fieri debeat hæc estimatio iniuriæ interueniente iuramento partis, an arbitrio iudicis. Et quid sit facta probatio estimatiouis iniuriæ, vide copiosè per Soc. consil. cxlvj. viso processu. versic. circa quartam & vltimam questionem, cum seq. versic. & ibi in effectu redigit rem ad arbitrium iudicis, qui absolute debet se qui probata per testes circa estimatiouem iniuriæ, vbi plene probent: & si non plene, potest deferre iuramentum parti in supplementum probationis: & probatione cessante, vult vt per iuramentum partis faciat fieri probationem: modo tamen adhibito per eum, vel à scripto taxando ex officio consideratis circumstantiis. & vide de forma libelli & estimatiouis iniuriæ, & an sit exprimens certa quantitas, vide Fel. in c. cum te. col. pen. de re iud. & dictum statutum nostrum puniens iniuriosum non se extendit ad patrem, qui filium, nec ad maritum, qui uxorem iniuria afficiant. Aret. consil. cxvj. & de materia vide omnino Fel. in d. c. cum te. col. penul. & in locis allegatis supra in tit. de inquisit. dum declaro, quare in inquisitione apponantur verba contumeliosa. Agitur etiam, vt dixi, criminaliter, & tunc poena extraordinaria, applicanda fisco imponitur. d. §. in summa. & l. fi. ff. eodem titu. Et quid quando aliquis dixit alteri conuictum, cuius patefactio concerneret bonum publicum, an si verum diceret, teneatur actione iniuriarum? Exemplum, si dicatur alicui, Tu fuisti condemnatus de falso, & virgis caesus, vel es spurcius: quia interest reipublice, vt infamia illius manifestetur, ne admitatur ad testimonium, & ne superius admitatur ad dignitates. text. in Leum, qui nocentem. in pri. ff. eod. inquit non tenetur actione iniuriarum, vbi conuictus sit verum. Bar. ibi nihil determinat, vide Fel. in ca. dilecti. col. viij. extra de except. Et de aliquo iniuriam dicente, qui verum dicit, an propterea estimatur ab actione iniuriarum? Dic non eximi, quia ad hoc vt estimatur quis, quando verum dicit, etiam requiritur, vt illud non dicat animo conuicti, & in dubio presumitur animo conuicti dixisse. l. si non conuicti. C. de iniur. ita Abb. in d. c. cum te. col. fi. per textum in l. ij. C. de officio rectoris. ibi, nam si veræ voces sint, nec ad libidine effusa, ideo puniendi essent multi, qui hoc tempore obloquuntur de offi-

cialibus, tamen si verum dicerent, quia animo peruerso loquuntur, & vt iniuria afficiant, ac distant. Et hanc conclusionem etiam facit Fel. ibi, qui limitat quando quis conuictum verum dicit in iudicio, quia tunc non tenetur. & idem Roman. consil. cxvj. col. ij. Secundò fallit dicta conclusio, quando etiam extra iudiciu verum dicit cum causa, quia non tenetur: quilibet enim causa etiam iniuriam excusat ab animo conuicti inferendi. litem apud Labeonem. §. si quis Astrologus. ff. de iniur. & ibi glossa parua in verbo, si quis, & est regula generalis in omni materia, quod causa etiam iniuriam excusat ab animo conuicti inferendi. l. igitur. ff. de liber. causa. Vnde non immeritò dixit tex. in l. qui quis. C. de postul. & ibi glossa in verbo, vtilitas aduocaturum posse obuiere conuictia in alteram partem, quantum poscit vtilitas cause. & vide quod ibi dicit gloss. Vnde etiam si iudex tulerit sententiam falsam vel iniuriam contra me, possum ire ad iudicem superiorum, & illud ei enarrare, ad hoc vtile alter castigetur, & non teneor iniuriarum, quia non facio animo iniuriam inferendi, sed vt puniatur, & eius poena transeat in exemplum ceteris. Ita notabiliter Roman. consil. vt supra, col. ij. vbi omnino vide. & res est clara, quando exprimo, vt puniatur. Item etiam quando dicerem, vt retractaretur sententia, & nihil dicerem de poena, tunc enim appareret etiam de causa, & esset in terminis Romani ibi. Sed pone, quod tantum referam vitium sententia, an præsumatur causa? Videtur non præsumi, per d. l. si non conuicti, & ibi Bald. Sed conuictum videtur, quia adiuu superioris, & coram eo conuictum dixit: & ideo non videtur dixisse alia causa, nisi vt castigetur. Et istam declarationem sequitur, quando cum causa, Abb. vbi supra, non tamen ita clare nec allegat §. si quis Astrologus, & facit etiam optimè textus in l. illud §. si & l. de q. ff. de iniur. vbi licet factum sit malum, tamen quia fit sine animo iniuriæ, non tenetur faciens iniuriarum: quando vero factum est sine causa conuicti, tenetur etiam si sit verum, per illud tex. & ita Roman. ibi latè col. ij. Et aduerte ad casum Roman. super quo consuluit nam in precibus reus partem vel iudicem iniuriis affecerat: & hoc, vt facilius conuictus queretur que petierat. & ideo consuluit Roman. id factum fuisse ex causa, & quod cessabat animus iniuriæ. Nec obstat l. j. C. de famo. libel. vbi dicitur, quod si etiam quis verum dicat in famo. libello, tamen tenetur. & ita Roman. & omnes vbi supra. Sed dic, quod adire iudicem, & petere iustitiam, non est facere famosum libellum, licet porrigat preces, vel accuset, vt in dicta l. j. vbi casus ad literam. In reliquis vide Fel. in d. c. cum te. ad finem, Sed aduerte, quia, vt vides, quando in iudicio quis obiicit, licet sit verum sit non tenetur, quia videtur facere animo se defendendi. & ita Doctores in l. si ff. quod quisque iur. tamen debet probari illud esse verum. Ita ibi Alex. & loquuntur Doctores, quando quis obiicit in iudicio testi, quod est infamis crimine notatus; & Iafon tamè refert Doctores tenere contrariu, sed credo quod erret: & vt dixi, quod debeat probari, teneor Abb. & R. d. vbi supra. Istam opinionem tenet etiam Fel. vbi est videndum, in d. c. cum te. vbi facit regulam, quod veritas conuicti non excusat quæ ab iniuria: & post dicit, fallit in iudicio, & limitatio debet esse de regula. Ita etiam tenet Fel. in c. jin fine, de exc. & ibi allegat ita tenere Bal. Ange. & Alex. in d. l. fin. & sic contra Iaf. qui allegat Doct. tenere oppositum. & vide omnino in ca. fi. & ita etiam tenet Fel. in cap. dilecti. in vj. colum. de except. in verbo primo dum modo dicens, Mentiris, dicat verum. & ibi allegat multa, & facit

Mentiris, dicat verum. & ibi allegat multa, & facit quod vult Alexand. consilio xj. volum. j. colum. ij. vbi dicit, quod accusans alium de aliquo crimine, & non probat potest conueniri iniuriarum actione. Limita tamen quod dictum est, vt quando quis obiicit alicui in iudicio, quod est, &c. Si non probet, teneatur non procedere si fuisset deceptus a testibus, qui promississent ei dicere veritatem: vel si fuisset impeditus potentia aduersarij, vel etiam alia iusta causa non posset probari. Ita Angel. Aretin. in tractatu malefic. in gloss. nec non ad querelam. colum. ij. vbi allegat Angel. & Ioan. And. & sequitur Fel. in dicto ca. j. de exceptio. in fi. Sed contra prædicta videtur ob stare, quia ego non teneor actione iniuriarum, si non habui animum iniuriam faciendi. l. quod resp. publicæ. cum similibus. ff. de iniuriis. & causa non solum iusta facit, vt non habeam talem animum, sed etiam iniusta, vt dixi, per optima iura, & tenet Roman. vbi supra, & colum. ij. Ergo non debet considerari, an sit verum vel non, vel an probem, vel non: quia satis debet esse, quod non habui animum faciendi iniuriam. Sicut etiam non consideratur an bonum vel malum faciam, vel dicam, quando non habui animum faciendi iniuriam, dicto §. si quis Astrologus. & dicta l. illud. §. fina. & l. sequenti. Facit pro hac opinione, quia maior est iniuria facti, quam verbi, vt per Aretin. not. consilio xxxiiij. colum. j. & sequenti. Sed si sit factum, licet illud factum sit omnino reprobatum, tamen faciens non tenetur, per leges supra allegatas: ergo, &c. Et ideo forte Iafon in dicta l. fin. dicit veritatem, nisi dicas, quod licet causa aliqua faciat præsumi, vt non animo, &c. tamen quando postea contingit, & apparet non esse verum, illa præsumptio tollitur per istam aliam præsumptionem, siue per veritatem. l. diuus. ff. de integr. restitut. tamen non satisfacit: quia vt dixi, siue bene, siue male agam, non teneor iniuriarum, quando aderat causa etiam iniuriam non faciendæ. & de ista materia vide omnino Socin. plenè consilio cxviij. incip. visis narratis puncti. versic. sed his non obstantibus. & consil. cxlvj. circa princip. in vj. colum. Vide etiam quod dicit Alexand. ad d. l. eum, qui nocentem. ff. de iniur. Communis est, quod tenetur, si in probatione deficit, etiam facta pretestatione, quod non dicit animo conuicti, vt ex supra allegatis ostenditur. & ad hoc omnino vide Socin. in d. consil. cxviij. & ibi not. An vnus testis excuset, & an excusetur, si probet, licet testes reprobentur, & alia circa excusationem. Aduerte tamen, dum dixi quod quando libellus porrigitur in iudicio, non est libellus diffamatorius, & allegauit d. l. vnica. C. de lib. famo. quia hoc non est verum, vt patet ibi in tex. & gl. nisi per solennem accusationem aliquis voluerit instare coram iudice, vt ille puniretur, vt ibi in gl. & quod hoc casu si probet, non puniatur, ponit Abb. in c. fi. de iniur. Sed certè credo, quod vbi in iudicio quis porrigat etiam libellum contententem diffamationem, adhuc non puniatur: Ita intel ligunt Abb. & Doctores d. l. vnica in d. cap. cum te, quia in membro, quando sumus in iudicio, non ponunt de libello diffamatorio, sed in secundo membro quando extra iudicium, bene dicunt, quod quis propter talem libellum puniatur, etiam quod probet esse verum. Ita etiam Roman. in d. consil. nec reprobatio aliquem contradicentem: volunt ergo, quod vbi in iudicio quis, vel agendo, vel excipiendo, etiam in libello dicat conuictum, non teneatur probando esse verum: quia id facit vtendo iure suo. Ita etiam tenet Angel. in d. l. vnica. dum dicit, nisi probet quod deduxit in libello dedu-

cto in iudicio, & ista videtur intentio iurium. Tamen in contrarium est directè text. in d. l. vnica. ibi, ore proprio. vbi dicit, quod si non vult incidere in illam legem, debet in iudicio ore proprio profiteri nomen rei. Sed potest dici, quod quando vado ad iudicem, & accuso aliquem, vel querelam defero dicendo quod commisit homicidium: hoc facio, vt delicta puniantur, vel causa alicuius iuris mei conseruandi: vnde quia dicor vt iure meo, non teneor, vt in iuribus allegatis per Doct. in conclusione de iudicio, & ita procedat quod dicit Abb. in d. c. fi. de iniuriis. & quod dicit Roman. vbi supra, & Doct. in d. c. cum te. Sed certè tex. ibi, ore proprio, multum obstat: & considera, an per pecces porrectas principi dicendo sententiam iniustam, & petendo remedium, sumus in iudicio, iuxta l. item apud Labeonem. §. si quis libello. ff. de iniur. & dicta per Abb. in c. examinata. col. ij. de iudic. Si tamen in cubili vel domo principis duobus imprudenter contententibus, & non considerantibus in quo loco sint super causa & lite, quam inuicem habent, alter dicat alteri, quod nunquam dicit verum, altero respondente ex interuallo extra atrium principis, quod mentitur, an uterque sit puniendus, si demus etiam, quod qui dicit alteri, quod nunquam dicit verum, postea reuocet illam qualitatem nunquam. Et quo ad primum dicebat quidam non exigua autoritatis, hanc esse atrocem iniuriam, considerato loco, cui non est habitus respectus, iuxta §. atrocem. in fi. de iniur. & l. prætor edixit. §. atrocem. ff. eo. & consequenter illum esse plectendum, iuxta l. fi. ff. de iniur. distinguentem in hoc inter honestas & humiles personas: & bene dicebat habita ratione ad personam affecti iniuria, qui egisset actione iniuriarum, vt potè magis propter locum illatæ sibi iniuriæ: & ita loquuntur iura per eum allegata & l. quæ omnia §. ff. de pro cur. & sic quo ad actionem iniuriarum competentem illi, cui conuictum dictum sit, sed quo ad iniuriam principis læsi ob non præstitam ei condignam reuerentiam, quam illa ponderare videbatur, minus videbatur bene considerasse dicta iura: quia tunc, etiam si desisteret agere is, qui iniuria affectus fuerat, quamuis pro iniuria remissa fisco non posset agere, ratione iniuriæ principis, potest tamen ille plecti poena aliqua arbitraria eò quod incidit saltem in crimen, stellionatus. Ad quod facit text. in l. j. C. de domest. protect. libr. xij. ibi, poena enim sacrilegij similis erit, si his honorificentia non deferatur qui contingere nostram purpuram digni estimati sunt. Et dixit text. in eo lib. in tit. de silent. in l. j. quod princeps adorandus est. quod gl. ibi ponderans dicit, princeps adorandus, alij salutandi, & l. primicerium. C. de Fabric. lib. xj. Et euaginantur arma in præsentia vel domo principis vidi sepius puniri acriter. Et in dominio nostro, ad sunt ordines, similiter intellexi, quod quidam acriter fuit castigatus tempore ducis Galeati Sfortie, eò quod in eius præsentia pepedisset, risu deinde post crepitum subsecuto. Et memor sum etiam legisse, quod habita fuit magna consideratio per Senatam Romanam, eius amplitudinis neglectæ, dum quidam orator ante orapatrum verba faciens, nimis altè oscitasset, & propterea quodam modo visus fuisset Senatam ipsum contemnere: quapropter nisi aduocatus iureiurando affirmasset se laborare morbo, ex quo grauior illa oscitatio proueniret, magna poena fuisset multatus. Est tamen ponderandum, siue loquamur de iniuria contrapriuatam, siue contra principem, quod tamen qui prouocatus illam intulit, minus est puniendus, vt per Doct. in regula quicquid calore. ff. de regul. iur. & Fel. in

in capitul. dilecti. column. vj. vbi amplissimè extrà, de
 7 exceptio. Item est aduertendum, quod secundum
 Italos ille, qui alteri dicit, Verum non dicis, non inten-
 dit dicere, Tu mentiris, quicquid sit secundum Gal-
 los: tamen est iniuria, vt patet ex declaratione verbi,
 conuictum, siue verbi, Contumeliosum, in locis vt in-
 fra & latissimè per Afflict. in titul. de pace iurament.
 firman. §. iniuria punitur. & vbi etiam multa in mate-
 ria. Item est aduertendum, an retractatio, quæ fuit
 facta in casu supra scripto illius verbi, nunquam, legiti-
 mè facta fuerit, ita vt fuerit notificata parti, vt l. si
 non conuictij, vbi Angelus. C. de iniur. & Felin. in
 dicto capitul. dilecti. columna finali. vbi omnino vide.
 Quo ad secundum, dato quod potuisset dicere incon-
 tinenti, secundum veritatem tamen, Tu mentiris: quia
 hoc non erat conuictiari, sed negare quod esset men-
 dax, vt notat Felin. in dicto capitul. dilecti. columna
 vj. Claud. Iason. & Deci. in l. vt vim. ff. de iustitia &
 iure, non tamen ex interuallo licuit, quia incontinen-
 ti tantum licet iniuriam repellere. l. tertia. §. igitur. ff.
 de vi & vi armata. & dicta l. vt vim. & hoc colligitur
 ex ratione Doctorum ad dictum, de quo paulo su-
 pra, quod possit responderi, Tu mentiris, & non per
 aliud conuictum. Et no. omnino in hac materia, quod
 8 ¶ duobus se inuicem verbis iniuriosis efficiantibus,
 licet vterque puniatur, & compensatione non tollat-
 ur delictum: Tamen quando non apparet quis in-
 cœperit, vel quando simul ambo incœperint, vter-
 que est absolendus, Felinus in dicto capitul. dilecti.
 columna fina. Secus si contendissent armis, vt ibi. Hæc
 tamen sint dicta circa actionem iniuriarum secun-
 dum terminos legales, non circa honorem, quem
 tantum ponderant milites & nobiles, maximè no-
 stri temporis: in quo recurre ad tractatum de duel-
 9 lo, & materiam ¶ in locis vulgaris. traditam, & qua
 pœna puniatur prouocans quem ad duellum, & ac-
 ceptans. & quæ pœna puniatur victus in duello, &
 alia infinita de duello, vide per Afflict. in §. si quis ho-
 minem. de pace tenen. & in tracta. de duello, maximè
 10 in tracta. Alciati. Et ¶ quod dicatur verbum iniurio-
 sum, vide Bartol. in litem apud. §. ait prator. ff. de in-
 iur. Roman. consilio cccxxviii. Bartol. consilio cviii.
 Anan. consilio xliii. & Socin. in dicto consilio cxlvi.
 colum. j. & ij. & omnino Afflict. vbi supra. Et quando
 dicitur alicui. Tu mentiris. Bart. vbi supra. Bald. v. vol.
 consil. cccxi. colum. ij. & sequen. Et quando additur,
 Satis honorè tuo. Soci. consilio cxvii. columna quar-
 11 ta. Et ¶ quando quid sit ex præcepto iudicis, an carat
 in iniuriam? Dic non cadere. l. iniuriarum. §. is qui iu-
 re. ff. eodem. Cepoll. cautela liii. & cclxxix. & plenè
 Fulgos. consilio cccxxv. colum. ij. & sequenti. & Ce-
 pol. consilio lxx. columna iij. Aduerte tamen, dum
 supra dixi, quod actione iniuriarum agitur civiliter,
 12 facta estimatione. & vt supra, ¶ quia etiam sic agen-
 do civiliter aliquando agitur ad vindictam publi-
 cam, aliquando ad re familiari, ex quo sequitur quod
 sententia in iudicio etiam ad vindictam præiudicat
 postea accusationi criminali. Hæc per Bar. notabili-
 ter. & Angel. in dicta l. prator edixit. §. j. ff. eodem,
 Alexand. consilio cccj. vili. columna ij. Volumine tes-
 tuendo, Deci. in cap. de causis. col. pen. de offic. deleg.
 & dixi supra sub rubrica, quomodo procedatur per
 actionem in delictis: & quod ideo sic ad vindictam
 non debet agi nolente iudice, vbi sit præiudicium le-
 13 gitimè. Concl. de testariis. Quod vtriusque ibi dicta. sequitur
 Angust. in l. j. C. vbi dicitur. Et ¶ in actione ini-
 uriarum requiritur dolo & quæ causa excuset tali

dolo vel actione iniuriarum? Vide Cepollam con sil.
 lxxj. colum. iij. & sequenti. & Badl. consil. cclxxvij. vo-
 14 lu. v. Et ¶ quando fit iniuria volenti, non est iniuria. l. j.
 §. vsque adeo. de iniur. & l. nemo fraudare videtur. de
 regul. iuris. Si tamen quis pateretur se percuti sine cau-
 sa, agere posset iniuriarum argumeto. l. liber homo. la
 prima. ad leg. Aquil. & per Bar. distinguentem in dicto
 §. vsque adeo. & Alex. l. quamuis. colum. ij. vbi etiam
 15 Bar. ff. de in ius vocan. Aboletur etiam dissimulatio-
 ne hæc actio iniuriarum: & ideo qui iniuria affectus
 fuit, vel debet statim dicere, Reuoco iniuriam ad ani-
 mum, vel remanere iratus. text. & gloss. not. in §. fin.
 16 insti. de iniur. & not. illam gl. quæ vult, vt possit fieri
 in testamento, & sic in absentia partis. quod non est
 verum in foro iudiciali. Imola l. iij. §. Caro. de verb.
 oblig. & Aretin. in l. pro hærede. §. si. col. pen. de acquir.
 hære. vbi vide omnino, & sentit dicta glossa, quod
 etiã remissio facta sacerdoti in conf. sione sufficit:
 in quo etiam errat, vt per Ia. l. si tibi. §. j. de pact. quem
 17 omnino vide. & ¶ quando remittitur iniuria alicui, an
 adhuc possit ille accusari criminaliter, vel à iudice in-
 quiri, quo ad pœnam fisco applicandam? Bartol. tenet
 posse, in dicto §. vsque adeo. & Barbat. consilio lxxv.
 18 volum. j. Sed hoc non procedit, ¶ quando à principio
 iniuria facta esset volenti, quia tunc cessaret actio quo
 ad omne, secundum Bartol. in dicto §. vsque adeo. &
 Salicet. quem vide in l. si non conuictij. C. de iniur. col.
 fin. versio. quarto ad declarationem: Dico, quando à
 principio esset illata ex consensu eius, qui iniuriam pas-
 sus esset, & consensus duraret tempore iniuriæ: secus
 si amplius non duraret. exemplum ponitur in rustico
 qui conuenit cū nobili, vt si Amplius eum reperi-
 ret in vinea sua, verberaret: quia tempore verberum
 sine dubio cessabat voluntas. Sic etiam Bartol. & Sa-
 licet. vbi supra, & per Ang. de Malefic. in tract. suo in
 glo. contra voluntatem dicti Titij. & per Barbat. d. cō
 si. lxxvij. vol. j. & per Alexand. d. l. quamuis. colum. ij. Et
 an valeat talis conuictio, vltra Bart. vbi supra, vide Fe-
 lin. c. contingit. el. primo. in prima notabili, de sentent.
 excommunicati: & Deci. in regula, nemo fraudare: de
 regul. iuris. Et ex prædictis an à principio interuenerit
 consensus, vel ex post, vt primo casu tollatur iniuria;
 etiam ad damnum fisci, apparet non bene ponde-
 rasse Deci. dicta Bartol. in dicto §. vsque adeo. in ea re-
 gula, nemo fraudare videtur. in si. maximè dum con-
 tra: ea opponit, dicens, quod ex quo videtur remissa
 iniuria, non videtur vt etiam re publicè ius aliquod
 queratur: quia Bart. loquitur quando superuenit re-
 missio. & vide omnino in hac materia Deci. in d. reg.
 19 nemo fraudare: quæ allegatur, quod ¶ volenti non fit
 iniuria, qui dum limitat nisi agatur de fraude. Ad do-
 ego exemplum ad eam limitationem in pulchro ca-
 su, qui his diebus contingit, Dixit quidam ad socium,
 dum esset in taberna diuersoria, Nisi te digito auri-
 culari eleuauero à terra, si te ligatum pro sternas, vo-
 lo perdere prauidium: & si te eleuauero, tu perdes
 decem solidos: Cui socius confestit. Unde cum ille
 alligasset funiculo testiculos prostratus in terra, & per
 funiculum ad eum digitum alligatum traheret in al-
 20 trum, & tractus præ dolore testiculorum se tollere-
 ret à terra, dixit is, qui dolum fecerat, Vici. Et quia
 ista illa hæc facta fuit in consentientem fraude, quam
 vides, non iniuria si ille postea infra decem horas
 20 fuit occisus ab eo, qui iniuriam fecerat. Quarto ¶ an
 et edatij ej. cur iniuria facta est illi, de volun-
 tate mea mihi dicitur esse culpa, vel verbum ini-
 21 turiosum dixit contra me? Vide Salicet. in dicta l. si

non conuictij. col. fi. & ibi tenet credi cum suo iuramen-
 to, etiam ad præiudicium fisci. In quo tamen dic, vt in
 simili voluit Bartol. qui consideratius loquutus est in
 21 l. inter omnes. §. rectè. ff. de furtis. Quæro, ¶ an si quis
 in iudicio excipiendo opponat crimen contra par-
 tem, vel testes, & non probet, an teneatur actione in-
 iuriarum? Est materia l. an. ff. quod quisque iuris. Vbi
 Iason & Deci. post alios. Communis est teneri, limi-
 tando tamen vt ibi per eos, & latè in additionibus ad
 22 decisionem Tholosanam cccix. Quando ¶ quintulit
 iniuriam, reuocat eam, & dicit fecisse calorem iracun-
 dia, an cesset actio iniuriarum? Deciso Tholosana,
 de qua supra, cccix. dicit non eximi ab actione ini-
 uriarum in additionib. ibi additur Salicet. in dicta l. si
 non conuictij. colum. ij. versio. oppono quod dicta. qui
 concludit, si palam, publicè, & statim reuocet, quasi
 esse satisfactum, & leuiter esse puniendum: aliàs si per-
 seueret, grauius puniri debere, etiam si postea reuoca-
 uerit. Et licet contrarium velit Felin. in capitul. dilecti
 filij, de excessu ad finem, vbi allegat etiam Angel. &
 Lanfranc. Orian. in capitul. quoniam contra. de proba-
 tionib. §. confessiones: tamen magis placet opinio, de
 qua in ea decisione, per rationes ibi adductas, & de-
 23 qua in dicto Saliceti, quàm etiam non vidit Deci. in
 l. quod calore. ff. de regulis iuris. qui post Lucam de
 Penna vult, vt possit reuocari infra triginta dies. Ang.
 etiam in l. si non conuictij. quem allegat Felinus, nihil
 dicit in libro meo. Et in Senatu hæc opinio Saliceti
 24 demulsit aures omnium in casu arduo. Quæro, ¶ quan-
 to tempore duret actio iniuriarum? Dic anno l. si non
 conuictij. C. de iniuriis. & Salicet. ubi dicit annum
 istum esse continuum, ita vt currat etiam ignoranti,
 de quo potest exemplum poni, quando iniuria esset
 24 facta in absentia, iuxta dicta supra. Et ¶ quid in casu l.
 quærelam. C. de falsis. an illi viginti anni, de quibus
 ibi, currant ignoranti? Est questio ardua, Senatus quo-
 tidie sentit currere, dum absolute liberat delinquen-
 tes lapsis viginti annis. Bart. in l. fin. ff. si quis testam-
 liber esse iustus fuerit. format questionem in crimine
 falsi, quod sit occultè (vt videri potest) & quod reman-
 25 nerit occultum aliquando per viginti annos, & vltra,
 & relinquat indecisam. Alexan. latè ibi ponit. Paul. de Ca-
 stro consilio xvij. incipiente, potestas. distinguit nota-
 biliter, & in effectu facit differentiam inter crimen fal-
 si & alia. Veritas videtur illa, quam seruat Senatus, vt
 colligitur ex dictis Alexandri, vbi omnino vide in l.
 fin. C. de dolo. & sic vt currat ignoranti. Et loquitur
 Alexander etiam in crimine falsi, vt apparet ex allega-
 tis per eum, maximè quia citat Bartol. in dicta l. si. qui
 loquitur, vt dixi, in crimine falsi. & vide in omni mate-
 26 ria, an tempus currat ignoranti. Bald. Salicet. & Ale-
 xand. in l. quando. C. qui admittit. & ibi Deci. remissi-
 uè omnino aduertat ad fundamenta Saliceti in dicta
 l. si non conuictij. in actione iniuriarum, quod sumus in
 25 pœnalibus, ¶ & quod in dubio tempus est continuu: de
 quo vltimo est glossa penultima in l. j. ff. de diuer. &
 temp. prescriptione. & ponit Orian. in cap. quoniam
 contra. in versio. dilationes. col. iij. de probationibus
 26 quando in aliis materiis tempus initio sui sit vile, &
 ex post continuum, vide Felin. in capitul. quarenti-
 colum. j. de offic. de legat. & Deci. consilio xxxvj.
 27 & an ¶ ex confessione rei, qui est in tuto propter
 lapsum temporis possit procedi? Vide Alexand. in
 dicta l. fin. C. de dolo & ibi etiam habes, an compe-
 tar etiam in integrum ex capite ignorantie, de
 quo etiam per Iasonem in l. quando. C. qui admit-
 28 ti. Et ¶ quomodo interrumpatur prescriptio in crimi-

nalibus? Vide Felin. in capitul. lxxv. columna vj. de præ-
 scriptione. & Iason. in §. pœnal. s. in statu. de actio-
 29 nib. column. penultima. Et ¶ quando delictum conti-
 nuatur vltra tempus prescriptionis, vide Ancharan.
 consil. iij. Bartol. & Doctores in Leum qui in popula-
 ribus. ff. de iure iuran. Butrigar. in capitul. ij. de con-
 sanguinit. & affinit. & Angel. in l. iniciando. §. infans
 30 ff. de furtis. Quæro, ¶ an pro iniuria possit iudex
 vsque ad mortem naturalem arbitrari quo ad pœ-
 nam pecuniariam, & circa suspensionem, vel priua-
 tionem officij, res nullam habet dubitationem: quia
 pro qualitate personarum & iniuria potest altera ex
 illis imponi. l. an. ff. de iniuriis. Sed difficultas est ra-
 tio ne pœne mortis. & in hoc recurrendum ad gloss.
 in §. in summa. in l. titutio. de iniuriarum. quæ est triti,
 & quotidie allegatur pro parte affirmatiua, vt possit
 imponi. & proprie loquitur text. in crimine iniuria-
 rum. Et ex dictis ibi per Aretin. veritas videtur esse, vt
 vbi sit iniuria enormis, possit extendi arbitrium vsque
 ad mortem inclusiuè. Iason. in genere loquendo in l.
 et si legibus. C. si cōtra ius vel vtilitatē publi. tenet ali-
 ter, dicens quod in iudicando opinio contra glossam
 in dicto §. in summa. obseruaretur, in effectu puro,
 quando iniuria esset enormis, & quæ in facto confi-
 31 siteret, non in solò verbo, quod de plano sustine-
 retur etiam in practica, vt posset imponi pœna mor-
 tis, vt quando pratori vel alteri magno officiali da-
 reur colaphus, vel aliter verberaretur, iuxta dictum
 Baldi in capitul. primo. §. iniuria. de pace iurament.
 firman. & ita Felin. & clarius Deci. in capitul. ex lite-
 ris. de constitution. aliàs non. Pro summo etiam li-
 bello punitur quis capitali pœna. l. j. C. de famos. li-
 bel. & pro iniuria etiam verbo dicta in officialem
 tempore syndicatus. §. ex diuerso, & ibi glossa in
 authen. vt iudices sine quoquo suffrag. & dixi supra
 proximè. Est tamen aduertendum, quod in hac ciui-
 tate Mediolani non imponeretur pœna mortis vi-
 gore statuti dicentis, vt supra, quod quicumque fece-
 rit iniuriam, dicto, facto, vel scripto, puniatur ar-
 bitrio iudicis secundum qualitatem iniuriæ, perso-
 narum, loci, & temporis, procedendo summarie &
 cum sacramento iniuriati, cum vnico teste idoneo
 & fide digno. per quæ vltima verba, statutum nun-
 quam voluit loqui de pœna mortis, imò nec corpo-
 rali: quia absurdum nimis fuisset, vt cum vno teste
 quis capite truncaretur, vel alia pœna corporali af-
 32 ficeretur: imponeretur tamen à Principe vel Senatu,
 qui statuta & leges, maximè in pœnis, transgrediun-
 tur. Et vide ad prædicta infra in titul. de pœn. ver-
 ficulo pœna. vbi non est terminata. & Felin. in dicto
 verficulo, quarta declaratio. quem tamen Deci. ibi
 31 mordet. An ¶ ex officio pro iniuria possit agi? Videtur
 non posse, quia est crimen priuatum, in quo non agi-
 tur nisi parte instante, dicto §. in summa. & ibi Angel.
 Aretin. notabilis est textus in §. iniuriarum actio. C.
 de iniuriis. Est verum, quod si ex ea iniuria natum es-
 set publicum crimen, iuxta l. prator edixit. §. primo.
 de iniuriis. & ex eo ageretur, prout agi potest, dicto §.
 32 aliud esset. Dic quod ad pœnam ¶ pecuniariam fisco
 applicandam quilibet potest agere, & ex officio po-
 test procedi iuxta glossam in rubr. ff. de popul. actio.
 Et idem quando ex consuetudine pro quolibet deli-
 cto etiam priuato potest agi ex officio, quo ad pœ-
 nam corporalem, hæc habes latissimè per me in titu-
 de furt. verfic. & quia Mediolani. & idem quando ini-
 32 iuria esset remissa ab eo, cui facta est Bartol. in l. j. §.
 vsque adeo. ff. de iniuriis. Et recurre in hoc ad dicta
 per

per me in d. vers. & supra hoc eodem tit. vers. & an in actione iniuriarum. & videbis an ea fuerint confiderata ab Afflicto, qui tangit questionem in §. iniuria. col. ij. & ita non expedit ingredi materiam, quando iniuria videtur remissa iuxta §. fin. in §. de iniuriis. & dicta per me supra, & Afflicto in dicto §. iniuria. col. penultima & si. nisi quo ad actionem competentem illi cui facta est iniuria. Et si fiat iniuria clerico, famulo, vasallo vel subdito, an actio iniuriarum competet episcopo, domino, vel principi? Bar. in l. j. §. si. ff. de iniur. tenet non competere, nisi agatur criminaliter pro interesse suo. vide Mar. in tractatu de prin. in prima rub. conclus. cclxiii. Felin. in cap. licet causam. colum. viij. in ultimo notabili, de probat. Oldrad. consil. ccvj. col. iij. Aretin. in cap. illa prepositorum. de accusat. colum. iij. Et si fiat monacho, vel religioso, vide Aretin. consilio cxxix. circa finem. Et si fiat vni ex agnatione, non tamen actio competet illis, qui sunt eiusdem agnationis. Aretin. in cap. de cetero. de testib. ad finem. Bart. in l. lex Cornelia. in princ. ff. de iniuriis. Iniuria principem afficiens, tan teneatur, sicuti teneretur, si afficeret alium? In hoc est l. vnica. C. si quis Imperat. maledixit, quae secundum verum intellectum vult, vt iudex non puniatur, sed querat an conuictum dixerit, quo cognito iudex refert principi, & ipse iudicat, an ex leuitate vel iniuria dixerit, & dimittitur absolute, si ex leuitate verba illa protulit, verò ex iniuria, vel parit, prout communiter faciunt boni principes, vel puniunt ultimando iniuriam, iuxta terminos materiae, & aliquando contra terminos: & non sunt multi dies, quod modum predictum seruauit Senatus, me audito, cum quidam in Marchionem vasti huius domini æquissimum moderatorem conuictum protulisset. Nō omitto etiā, quod Doctores nostri venerandi collegij obtinuerunt decretum particulare imponens poenam pecuniariam & corporalem iis, a quibus iniuria afficiuntur, quod vidi seruari. Sic etiam causidici aliud decretum speciale quo ad ipsos obtinuerunt. Et adde etiam adesse statutum in criminalibus puniens afficientes iniuria prætorum Mediolani, & eius familiam & circa dictum decretum puniens inferentes iniuriam Doctoribus collegij. Nunc cadit quæstio, an quidam, qui dixit Doctori Sgamberlono Gambirone, & in absentia eius, sit in casu decreti? Duplex est dubitatio: prima, quia Doctor ille erat tibiurum miræ longitudinis; secunda, quia non erat presens. Quo ad primam questionem tenetur, etsi dixerit verum. Bart. in l. eum qui nocentem, in princ. ff. de iniur. & vbi supra. Circa secundam pariter est decisio Saliceti, vt etiam in absentia sit iniuria, & habeat locum statutum puniens proferentem iniuriam in doctorem. Salic. in l. vnica. C. si quis Imperat. maledixit. Circa tamen hanc dubitationem videtur decretum nostrum loqui in presentia, quia vult vt credatur doctori cum vno teste fide digno. Sed nihil hoc obstat, quia non excluditur alia probatio, si affectus iniuria voluerit in se assumere onus, ex quo decretum concernit fauorem eius, iuxta regulam l. quod fauore. C. de legibus. nisi dicas, quod tamen licet intelligere hanc fuisse intentionem, & maximè quia decretum dicit, si quis nō prouocatus, quod intelligitur de prouocatione in eo actu, aliàs redderetur decretum elusorium, si bene consideras. Et vbi aliter diceremus, quia pro iniuria illata doctori in absentia incurreretur poena decreti, nihil magis apud iudices ageretur, quàm de huiusmodi causis. Fateor quod possit agi actione iniuriarum. Item apud Labeonem, §. conuictum, ff. de iniur. vbi casus ad litteram, sed non ad pe-

nam decreti. Et facit, quod in privilegiis, in quibus nos sumus, sit stricta interpretatio. Bartol. in l. j. in fin. C. de iuris & facti ignorant. Et hoc mane, me adducente hoc, Senatus sic interpretatus fuit decretum, quod scilicet loquatur de conuictio dicto presente doctore. Quæ opinio est optima: quia quotidie contingit, vt in domibus, & per plateas multa de doctoribus absentibus detrahendi causa maledicè cōtumeliosè que dicatur. Fuit etiā dictū, hoc decretum loqui, quod dicitur conuictum doctori circa aduocationis exercitium, & hoc clarè dicit decretum. Vltimè esset tractandum de repræfaliis, quæ in effectu inferunt iniuriam vni pro iniuria facta alteri: & quæ materia ideo ponitur in tit. de iniur. & dam. da. & de his vide Bar. in tract. repræfal. & Doct. in d. capitul. j. maximè Ioan. de Canibus repetentem illum text. & Ioan. de Lig. in 36 tract. de bello & repræfal. Et tunc habeo in facto, & repræfaliis, quæ sunt prohibita contra personas ecclesiasticas, & eorum bona. d. capitul. j. sint licita, vbi iniuria prouenit a personis ecclesiasticis. Ioan. de Canib. dicit non esse licitas: & ita tenent Canonistæ, quicquid dicat Bartol. in suo tractu. Ioan. de Lign. in suo tract. capitul. cxxxvij. dicit vanam esse dubitationem, & nō esse licitas etiam eo in casu. & ita Franc. post Archi. reprobatō Ancha. in d. cap. j. colum. pen. Bar. etiam in d. tract. quamuis teneat contrarium, tamen subscribit sententia Canonistarum. Et ideo hæc opinio, vt d. ca. j. absolute procedat est communis. Et quomodo sint licite repræfaliis, breuibus ponit Corne. ij. volu. consil. clx. colum. ij. & in consil. lxxij. in iij. volum. & consilio clxxvij. in iij. volum. & in questione proposita, quando a clericis denegatur iustitia, Aduerte quia Doctores dubitant, an iudex ecclesiasticus possit contra clericum concedere repræfalias, cum non possit adiri superior suus, quia forè sit schismaticus: sed an laicus possit, nemo dubitat: quia secularis nullam habet potestatem contra clericum cui, de foro compe. vide Io. de Cani. & Fran. vbi supra, quia sic inuenies, & hoc animaduertit. Io. de Lig. quem vide. Vnde in questione, quæ est in facto, cum tractetur, an Senatus possit concedere repræfalias contra clericos ob iniuriam factam Romæ a summo Pontifice, cessat opinio dubitatio. Est tamen durū, vt aliqua ratione indemnitati nostræ non consulatur. Non omitto in hac materia in iniuriarum, quod etsi regulariter poena iniuriarum agēdo criminaliter sit extraordinaria, iuxta supra allegata: tamen quando iniuria fit officiali, qui est in syndicato accusando eum, quod sit tyrannus, & iustitiam venalem habeat, & similia, & non probatur, tenetur talis poena mortis. §. ex diuerso. & ibi glos. in authent. vt iud. sine quoquo suffrag. & Put. in tract. synd. char. 4. vers. iniuria officialis. & hæc poena imponitur eo ipso, quod non probet saltem semiplenè, vt per Put. vbi supra post Ang. in litem apud. §. si quis libellos. ff. de iniur. & de inferente iniuriam magistratui & officialibus, vide ibi per Paridè omnino, & hoc remediū agendi ad iniuriam est tutius, & pinguius prouidet, quàm si ageretur de calumnia, ad similitudinem supplicij, si esset crimen publicum, quod esset obiectū vel ad poenam extraordinariam, si aliud crimen, iuxta l. fin. C. de accusa. & l. & in priuatis. ff. ad Turpil. ita notabiliter Soci. consil. cxvij. col. pen. & fin. vbi vide. Ne tamen putet hanc eandem poenam imponi, si officialis exercens suum officium iniuria afficiatur: quia text. in d. §. ex diuerso, ideo loquitur in syndicato: quoniam pro paruo furto crudelissimè sedit contra officialem: & ideo visum est etiam conueniens, vt econ-

trā lxx

trā factatur cōtra accusatores, & eū iniuria afficiētes in syndicato. Quapropter etiam Doctores, qui ponunt exemplum, quando colapho percutitur prætor, vt tunc sit poena capitalis inferunt expressè, quod si solum afficeretur verbo iniurioso, non esset poena mortis. loquentes Doctores, non quado percutitur in syndicato, sed durante officio. Et latè de materia iniuriarum vide per Luc. de Penna in l. j. C. de pec. lib. xij. & Parid. in dicta charta, vers. si contra.

Ti. de Sacrilegiis.

S V M M A E.

- 1 Sacrilegium quomodo committatur tam de iure ciuili quam canonico.
- 2 Monumentorum ornamenta furari an sit sacrilegium.
- 3 Sacrilegium committitur, etiam si maculentur imagines sacratissima virginis Mariae.
- 4 Statutum puniens furtum an comprehendat sacrilegium.
- 5 Sacrilegij appellatio in statuis an intelligatur sacrilegium secundum ius ciuile, vel secundum canonicam.
- 6 Sacrilegus quia poena puniatur.
- 7 Sacrilegij crimen est mixtum, ideoque potest in vitroque foro puniri.



A CRILEGIUM cōmittitur de iure ciuili, quando res est sacra, & aufertur de loco sacro: sed de iure canonico sufficit vel rem esse sacram, vel auferti de loco sacro. Sic glos. in l. si nondum. C. de furt. & ibi Bal. & communiter Docto. & ibi Bal. & communiter Docto. & glos. & communiter Doct. post Bartol. in l. diuus. ff. ad leg. Iul. pecul. loquor de rebus subtractis, quia etiam aliis modis committitur sacrilegium: vt si quis clericū verberet, vel religiosam personam, vel rem habeat cū moniali, vel violentur immunitates ecclesiæ, vt notabiliter per Bald. vbi supra, in d. l. si nondum. quem vide.

Et an spoliare siue furari ornamenta monumentorum sit sacrilegium? glos. in tit. de pub. iudic. in §. lex Iulia pecula. sentit esse in verbo, religiosam. volens vt ornamenta sepulchrorum dicantur religiosa iuxta tit. de reli. & samp. fu. Credo contrarium, quia sepulchra ipsa non dicuntur religiosa, nisi auctoritate Pontificis sint constituta. c. ad hæc. de reli. domib. Et iura ciuilia aliter dicentia correctæ sunt. Felin. in c. quanto. in fi. de iud. Si igitur religiosa non sunt sepulchra, minus res illæ tanquàm dicantur rei religiosa, dicuntur religiose, iuxta tex. & not. in d. l. si nondum. & de his vide Rip. in l. j. ff. de interd. col. j. & vide omnino quando dicatur sacrilegium. Firmi. in verbo, sacrilegium dicitur. vbi latissimè, & ponit quoddam maculantes imaginem sacratissimæ virginis Mariæ sacrilegium committunt. Et si statutum imponit poenam pro furto, multò magis habet locum in sacrilegio: quia quod plurius est, vtique tantum est. l. cū fur. ff. de in li. iur. & ad hoc vide omnino Bal. in l. de his. C. eo. de fur. volentem statuta loquentia de furtis habere locum in furtis maioribus, & ideo haberet locum in expilatore hereditatis: quia improbius furtum committitur, quàm simpliciter furando. Item in rapina, prout dixi supra in tit. de captura circa declarationem statuti, vt villa teneatur pro damno dato in territorio suo. & in tit. de fur. Et si statutum faceret mentionem de sacrilegio, an deberet intelligi de sacrilegio secundum ius canonicum, vt secundum ius ciuile? Communis est in d. l. si nondum. vt statutum laicorum intelligatur secundum ius ciuile, & statutum episcopi secundum ius canonicum, & dicitur sacrilegium crimen publicum. l. si quis in hoc genus.

& ibi Bal. not. C. de crimi. sacri. vbi que, etiam sacrilegi capi possunt, & remittendi sunt ad loca commissi delicti. Bal. in consil. cxliij. ij. vol. secundum antiquam impressionem. de iure loquor, sed consuetudo obstat, vt ibi etiam per Bal. & puniatur sacrilegus per leg. Iul. pecul. vt in d. §. lex Iul. pecul. & ff. ad leg. Iul. pec. & poena sacrilegorum est poena capitalis. l. sacrilegij. in pri. ff. eo. & licet lex Iulia. §. mandatis. dicat extra ordinem puniri: tamen hoc intelligitur secundum l. sacrilegij poenam, in prin. ff. eo. quæ dicit poena sacrilegij debere esse pro qualitate personæ, proque rei cōditione, & tēporis: & ætatis, & sexus, subdēs, & scio multos etiā ad bestias damnasse sacrilegos, nonnullos etiam viuos exussisse: alios verò in furcas suspendisse, & reliqua vt ibi. Si tamen vera esset opinio cuiusdam furis, qui in ciuitatem Astensem tanquam magnus nobilis, stipatus multis famulis, non ita pridem venerat, & multas ecclesiās spoliauerat furtim calicibus & aliis ornamentis pretiosis, postea captus, & confessus solū de furtis in ecclesiis cōmissis, interrogatus cur tot furta contra ecclesiās cōmississet, & non cōtra priuatas, persona, Respondit, quia Deus non eget talibus; ideo existimauit hoc modo minus delinquere, quàm si talia patraffem contra priuatas personas: lex non adeò seuera fuisse contra hos homines scelestos, & quia vera non fuit eius opinio, ipse super furcis altissimis cum tota caterua furū, quam habebat, fuit laqueo suspensus. In reliquis de crimine sacrilegij vide Host. & Azon. in summis suis, & Alb. in dictionario suo in ver. sacrilegiū. Et facit Vicco, etiam ti. de hoc delicto. & crimen hoc est mixtum, & puniatur tam p. iudicem laicum, quàm in ecclesiasticū. Abb. & Doct. in c. cum sit generale. de foro compe. & vide de sacrileg. etiam latè Gemin. in c. felicis. in prin. col. si. de pœn. in vj.

Titul. de Lege Iulia peculatus, & de residuis.

S V M M A E.

- 1 Capitanei militū seu eorū questores cōuertētes in vsum propriū pecuniā dādā militibus, incidit in crimē de residuis.



N hanc legem incidit subtrahēs pecuniā principis, & quo ad poenam sit differentia, an esset cōmixta cū fisco tempore furti, an nō. & itē sit differentia, quando quis furripit pecuniam alicuius ciuitatis vel cōmunis, quia tūc non incidit in leg. Iul. pecul. sed in leg. Iul. de residuis. Hæc breuiter per Cepol. consil. xl. col. vj. ver. & breuiter. In qua materia vide vltra Doct. in locis suis Host. & Azo. in sum. suis, & quado aliquid superest ex pecunia, eroganda in vsum publicū, vt sepe contingit in quæstoribus militū, & ad vsum propriū retinetur, incidit in hoc crimē de residuis, vt ce. ti. ff. ad le. Iul. pec. & in §. sunt præterea. vbi vide gl. & Doct. in ff. de pub. iud. & quia hæc furta sunt aciora simplicibus furtis, ideo statuta poenitentia furta etiā comprehendunt hæc, sicut dixi in ti. præcedenti. Dicam tamen in titulo de poenis.

Capitanei militū seu eorū questores cōuertētes in vsum propriū pecuniā dādā militibus, incidit in crimē de residuis. N hanc legem incidit subtrahēs pecuniā principis, & quo ad poenam sit differentia, an esset cōmixta cū fisco tempore furti, an nō. & itē sit differentia, quando quis furripit pecuniam alicuius ciuitatis vel cōmunis, quia tūc non incidit in leg. Iul. pecul. sed in leg. Iul. de residuis. Hæc breuiter per Cepol. consil. xl. col. vj. ver. & breuiter. In qua materia vide vltra Doct. in locis suis Host. & Azo. in sum. suis, & quado aliquid superest ex pecunia, eroganda in vsum publicū, vt sepe contingit in quæstoribus militū, & ad vsum propriū retinetur, incidit in hoc crimē de residuis, vt ce. ti. ff. ad le. Iul. pec. & in §. sunt præterea. vbi vide gl. & Doct. in ff. de pub. iud. & quia hæc furta sunt aciora simplicibus furtis, ideo statuta poenitentia furta etiā comprehendunt hæc, sicut dixi in ti. præcedenti. Dicam tamen in titulo de poenis.

Titul. de Sortilegis, & mathematicis.

S V M M A E.

- 1 Sorte aliquid dirimere an sit prohibitum.
- 2 Astrologia an sit prohibita.
- 3 Diuinationis species quot sint.

VIDE



Vide in tit. de sortileg. extra, ubi in j. c. prohibentur sortilegia, pro furis inveniendis, vel diuinationibus faciendis; & in secundo imponitur poena presbytero, qui per inspectionem Astrolabij furta requirit; & in tertio prohibet per fortes fieri debere electione. in vide Hosti. in sum. & Spec. breuib. in tit. de sortileg. & posui supra sub rub. de homi. de pœnis eorum, & de aliis: & non est talis, qui, quod per magicas artes contractum fuerat, soluit. l. j. C. de mal. & mat. ubi Bart. no. f. & de electione per fortes, & de aliis questionibus sorte dirimendis, an hoc liceat, vide Doct. in c. licet causam. de pro. maximè Dec. col. pe. & in effectu licet ipse dicat aliter communis est, ut si sit questio facti, non liceat secus si sit iuris, Adde etiam, quod Astrologia est prohibita, si iten si quis Astrologus in litem apud ff. de iniur. not. xxvj. q. ij. §. his itaque. & ca. cau. q. iij. in c. igitur. & ratio est, quia consistit in iudicando futura, & solius Dei est futura præscire, cap. j. xxv. q. v. cum aliis allegatis per Deci. ubi vide in cap. nouit. de iudic. in j. not. Et quot sint species diuinationis, & an aliqua sit licita, & quæ sit poena committentis illicita, vide Vital. in tractatu suo in tit. de sortileg. & mathe. & vide etiam de dubio forte dirimendo, Fel. in c. capitulum. col. fi. de rescript. & qui sint sortilegi, & quomodo puniantur, & de materia sortilegiorum late, & per quindecim fol. per Paul. Grillan. in tract. de sortilegiis. & per Io. Ber. Hispanum in cau. sua practi. criminali. c. 100.

Tit. de Seditiosis.

S V M M A E.

Seditiosi qui dicantur remissive.



Dixi de seditiosis supra sub rub. de cri. late maiest. in vers. & quædo concitatur seditio, cum vers. seq. qui incip. adde quod ad sedandum tumultum, & alio vers. inci. adde quoque dum dixi quod seditio. Adde ad ultra dicta ibi, f. q. qui dicantur seditiosi, & de eorum poena ponit Gem. in c. decet. in ij. col. de immu. eccl. in vj. Et quia sepe in causa est ut populus tumultuet, dum audit aliquod nuntium contrarium principi suo sibi infesto, propter quod summa cum diligentia postea queritur author dicti tumultus, & de eo solet fieri exemplaris animaduersio: ideo caue sicut ab igne, quando audis talia nuntiar, ne sis primus, imò nec quintus in eis propalandis, nec cū amicis, nec cū aliis, & experto crede mihi.

Tit. de Vnionibus & colligationibus.

S V M M A E.

- 1 Vniones & congregationes cum armis facta qua poena puniatur.
- 2 Armatos homines congregatos in domo detinens qua poena puniatur.
- 3 Adherentes & federati, & qui partes principum sequuntur vel ciuitatum, comprehenduntur in federe inter ipsos principes vel ciuitates facta.
- 4 Mercatores & artifices an possint facere conventionem inter se, ut merces sua vendatur iato pretio, & non minori.
- 5 Collegium Doctorum non potest facere statutum in gra.

- uamen scholarium, qui proxime Doctores futuri sunt.
- 6 Mercatores pannorum statuentes ut cimatores non accedant cū volentibus emere, an dicatur facere monopolium.
- 7 Statutum, ut quis non admittatur in collegium Doctorum, nisi sit natus ciuitate, vel territorio, debet stricte interpretari.
- 8 Monopolium iuratum an valeat, & alia de materia monopolij. & supra nu. 5. 6. & 7.
- 9 Collegia qua dicantur approbata.
- 10 Subditi an possint conuenire de defendendo aliquo ex vniuersitate ab iniuria superioris.



N hoc dominio pura decreta edita fuere contra illos, qui faciunt vniones, de quibus decretis & de vnionibus dixi sub rub. de cri. late maiest. in vers. adde quoque, dū dixi. & de iure f. communi quomodo puniatur qui faciunt vniones & congregationes cum armis, vide Alex. consil. iij. vol. j. col. fi. ubi in effectu vult, ut puniantur poena mortis, quando sint facta ad eos malos effectus, de quibus ibi, scilicet ut irrueretur in ecclesiam, & ad præiudicium alicuius, ut fieret tumultus in populo, & prodeponendo prætor, & f. puniuntur etiam lege Iul. de vi pub. qui tenuerint homines armatos in domo vel extra. l. fin. C. ad len. l. de vi publi. in princ. l. iij. in prin. ff. eo. & l. quis illicitum. ubi Bart. not. de coll. illic. quas leges hodie allegauit contra quendam, qui volebat se eximere à poena vnionis imposita per decretum quod punit eum, qui congregauit gentes armatas, dicens ipse, Non congregauit, sed retinuit illas in domo, in quam venerant ad me visendum, quia respondi ego, nõ euitabis tamè l. iij. in pri. ff. ad leg. Iul. de vi pub. & l. fi. C. eo. quæ dicitur, sicut dixi, & quot homines faciunt vniones, & quomodo intelligantur decreta, Si quis congregauerit vel vnerit gentem, vide Bartol. & ibi Alex. in l. prætor. la. secunda. in pri. ff. vi bon. rapt. & Sa. li. in l. vnica. C. de abig. & quomodo puniuntur colligationes & coniuurationes, vide in statutis nostris criminalibus sub poena facientis societatem, iuramentum, vel ligam improbam, & sub rub. de iniuramentis. Et superioribus annis in ciuitate Cremonæ fuit editum decretum super hoc: quia in ea ciuitate quotidie tales societates & colligationes fiebant, portantibus etiam singulis societatibus singula signa, & tunc quædam magna colligatio allegabatur, quæ gerebar plumam albam, & finis colligationis erat, vti contigisset vnum ex eis offendi, alij omnes eius societatis deberent accurrere, & sic tyrannidem exercerent, quæ societates & colligationes siue coniuurationes prohibentur à legibus, vti in toto ti. ff. de coll. illic. ex legibus cuius ti. habes regulam prohibentem collegia siue collegiationes, quod idè est, vt ostendit Bar. in l. fi. in eo. ti. de coll. illic. col. ij. in fi. ibi, omnia alia collegia, & omnes alia sectæ, & colligationes sunt prohibita. Et hanc regulam etiã fecit Afflic. ubi amplissimè ponit hanc materiam in ti. de pace iur. fir. in §. cõueticulas. in j. col. vbi postea ponit, & quando sint licita, & quædo permissa, iuxta notata per Bar. in d. l. fi. vbi omnino vide, & quando illicita, & ponit idem col. pen. in fi. & pri. seq. de poena tallium. Et quia quando fiunt fœdera inter principes & ciuitates, etiã comprehenduntur adherentes: sibi habes de his, de que illis, qui partes eorum sequuntur, & quid sit fœdus siue liga, vt Doctores vocant, de quibus etiã dixi supra sub rub. de crimine læsæ maiestatis. Et facit tract. Mar. Laud. Et vna conuenticula & coniuatio est valde illicita & perniciosa reipublicæ, quæ fit à mercato

Tit. de Periurijs.

S V M M A E.

- 1 Periurus an puniatur poena ab hominibus imponenda & quomodo, & in quibus casibus.
- 2 Periurus an dicatur is, qui iurat credere, vel non credere id, cuius contrarium postea reperitur.
- 3 Periurij poena non punitur reus accusatus de crimine, respondens inquisitioni cum iuramento contra veritatem.
- 4 Mendacium, quod fit ad salutem alicuius, an sit peccatum mortale, & an puniatur poena hominum.
- 5 Periurium non committitur sine dolo.



CREDVNT multi periuros in foro ciuili solum Deum habere vltorem, & aliam poenam in hoc mundo eis non irrogari, per l. j. C. de reb. cre. Sed in contrarium est textus in l. de periurio. ff. de cri. stellionat. Bart. ibi mouet difficultatem, & dicit, pcedere illum text. pe periurio, quando iurauit aliquo non deferente, vt alium deciperet. & l. ij. quando iurauit aliquo deferente ad litis decisionem: & ideo statuta nostra hęc Mediolani tali falsum deieranti imponunt poenam criminalem, vide breuiter in hoc articulo, an & quando periurus puniatur, pulcherrimam & consideratissimam distinctionem Salic. in dicta l. ij. & in teste falsum deierante, ibi vult, vt in causa publici iudicij & capitali, similitudine suppletij puniatur. l. j. §. j. & ibi gl. ff. ad legem Cornel. de sicar. In alia verò causa tenetur poena falsi. l. j. circa principium. ff. de falsis. In principali verò persona, tenet deierantem falsum deliberatè per iuramentum litis decisum solum Deum habere vltorem: per aliud verò iuramentum prolatum ad deceptionem alicuius, puniri crimine stellionatus, consueuens eum Bar. vbi supra, & loquitur in iuramento su per præterito: Super futuro autem punitur is poena l. si quis maior. C. de transactionib. vt ibi latius per eum, & de variis poenis grauitate periurij vide Soci. consil. vij. col. penult. Ad dicta Salic. vide omnino Ang. post gl. in authen. sed non solum fideiussores. & c. circa mediū col. v. vbi à Salic. deniat, pulchre Ang. in l. Lucius. §. j. ff. de iudi. col. ij. & in l. fin. circa fin. ff. qui fatid. cog. Bal. in l. si cum patruo. C. commu. vtriusque iudic. Ioan. Pertrum in tit. de pac. & tranfact. in vltima gl. circa fi. Bal. v. volum. consil. ccxix. & an dicatur periurus, f. qui iurat credere vel non credere illud, quod postea esset probatum, vide Bald. in l. ij. §. quod obseruauit. C. de iuram. calum. Adde notabiliter, f. q. reus & sic persona principalis, accusatus de aliquo crimine, & inquisitus respondens inquisitioni cum iuramento contra veritatem, non punitur de periurio. Ita Alex. ad Bar. in l. j. ff. de bon. eorum, qui ante sentent. mortem sibi confesi. per dicta Bar. ibi. Reperio apostillam ad Abb. in c. j. de test. cogent. in qua allegatur dictum Alex. & dicitur paucos illud scire, & licet talis peccet, vt dicit Abb. & sequitur Fel. in dicto c. cum P. de testibus cogend. col. ij. vers. & in quantum artamen in foro contentioso non punitur, & ita practicitur. Ad quod etiam vide Put. in tracta. syndic. char. 82. col. ij. vbi ad idem Allegat Andr. de Ilernia. Et facit gl. notabilis. in c. ne quis arbitretur. xx. ij. q. ij. quæ vult vt mēdaciū benignitatis f. q. fit ad salutem alicuius, nõ sit peccatum mortale, & loquitur in parte: vide tamen Bal. in l. et si legibus. C. si contra ius vel vet. l. i. q. public. Fateor, q. torquetur propter mendacium Sed aliter, vt dixi, non punitur: & q. fit verum, patet: quia reus potest vti pluribus defensionibus, vt supra late dixi

Aegid. Bosj,

A

mercatoribus & artificibus circa merces suas, vt non possint vendi, putà carnes, pisces, & aromata minoris, l. vnica. C. de monop. vbi Bald. & alij, vel vt certæ per sonæ possint tantum illam artē exercere, & quod qui dam doceantur, quidam non: & quod vnus incipit, alius non desiciat. Bar. in d. l. fi. col. iij. vers. quæro super quibus. ff. de colleg. illic. circa quæ vide Fel. in c. cū omnes. col. vj. vers. quartò est aduertendum. de constitut. & col. viij. ver. & quod vniuersitas. Adde f. quod collegium Doctorum nõ potest aliquid statuere in gra uamen scholarium, qui Doctores proxime futuri sunt. Fel. in d. c. ex literis. de cõstitut. col. j. Et an dicatur monopolium, si mercatores pannorum statuunt, vt emēt res non possint secum ducere tonsores laneorum pannorum ad videndum ipsos pannos? Vide Ancharan. cõsilio clxvj. & an tales mercatores possint cogi ad vendendum? Ancharan. ibi col. iij. An f. possit induci cõsuetudo, vt venditores pannorum admittant doctos tonsores ad videndum pannos? Anchar. ibi col. fin. Statutum quod quis non possit admitti in collegiū Doctorum, nisi natus sit in ciuitate, vel territorio cū sapiat monopolium, est stricte interpretandum: & verbum, territorium, est late accipiendum. Bal. ij. volum. consil. clxxxij. & de dicto statuto vide Fel. in c. Rodolphus. col. ix. de rescript. Statutum, vt nõ liceat ire ad aliam molenam, sapit monopolium. Soci. consilio cclxxij. col. iij. Et de materia monopolij vide per Innocen. in ca. significasti. de appell. & in dicto cap. cū omnes. & in c. cum accessissent, de constitutionibus. Et an valeat monopolium iuratum? Vide Bartol. in l. si quis ad declinandam. C. de episcopis & clericis. si quis conueniat cū vno, vt non vendat alios pannos, quàm suos, an sit monopolium? Bald. tenet non esse, volum. j. consilio cccxlvj. Et quæ collegia dicantur approbata, vide late & notabiliter Fel. in c. accedentes. col. j. & ij. de prescrip. tionibus. & Calderi. de his, quæ fiunt à prælatis. consil. v. col. ij. Adde non esse admittendam petitionem exceptionis, ita vt sepeantur membra à capite, putà, vt tinctores non sint ex collegio artis lane, sed faciant collegium per se, nisi concurrat aliqua vrgens causa, Fel. in capitulo cum non liceat in princip. de prescrip. tionibus. An f. subditi possint conuenire de defendendo aliquo ex vniuersitate ab iniuria, quæ ei inferri dicitur per superiorem? Vide Perus. in c. constitut. §. j. circa fin. de verborum sig. lib. vj. Et poena monopolij est confiscatio bonorum, & perpetuum exilium, d. l. vnica. malè tamen seruatur hæc materia, & propter hoc hodie, in qualibet arte id, quod pretij est decem, venditur quatuordecim. Adde etiam quod quamuis cõspiratio accipiatur in malam partem, imò in deteriorem, tamen etiam potest fieri ad bonum finem. Fel. in c. cū I. & A. de re iudic. col. v. & tunc potius dicitur concordia, quàm conspiratio. vt per Fel. in c. exhibita, eolum. 15. de iudic. & ibi ponit differentiam inter conspirationem, coniuurationem & conuenticulam.

Tit. de Blasphemis.




VOTIDIE clamantibus publicis cõcionatoribus cõtra blasphemos, & superiores illos acerrimè non punientes, fiut decreta seuera cõtra blasphemos, & plura nos habemus vetera & noua. Tamen postea malè seruantur: & quia dixi de hac materia latè sub tit. de inquisitione, dū declarauj, quare in inquisitione dicantur verba contumeliosa, ad illum locum te reuocio.

sub rubrica de confis. Cetera circa peritos vide in pra in titu. de inquisitione super declaratione verborum, iniuriosa, & contumeliosa, vbi lard. Non est tamen peritius quis sine dolo, Bald. in l. obseruare. §. proficil. c. col. i. §. de officio proconsul. & lega. Iaf. in d. l. si quis maior. in prima col. & plenius in l. qui iurasse. in princ. ff. de iureiur. d. o. Et ideo difficultas in materia l. si quis maior. excusata perituro. Iaf. vbi supra & Alex. consil. xc. j. vol. j. col. penult. & vlt. ponit Parpal. in d. l. si quis maior. in octavo nota. limit. in j. & Deci. consil. cccclij. Causa tamen, quae allegatur ad dolum excludendum, & sic perituro, debet probari fuisse sibi notum, & se motu fuisse ex illa: quia sibi fuerat dictum se posse ita facere. Alex. consil. c. ij. col. penult. vol. j. & Dec. in d. consil. col. ij. in fi. vbi omnino vide in materia d. l. si quis maior. & de perituro vide in practica canonica Ioannis Bernar. H. Spani. c. lxxxvj.

Tit. de Plagiariis.

S U M M A E

1 Plagiarij qui sunt, & qua pena puniantur.



VI sunt plagiarij, habes in titulo ff. & C. de plagiariis. & in §. est & inter publica. in tit. de public. iudic. per Specu. in titulo de accusatio. vericulo nunc Hostien. & Azo. in summis suis, & capit. j. extra. de furtis. & in effectu qui vendunt seruos, vel filios alterius, & qui donant liberas personas, & qui illas furantur, incidunt in crimen plagij, vbi tamen fiat ad hoc vt eis tollatur libertas: hinc dicitur, quod non est plagium, quando inter Cardinales vel magnos viros donantur pumiliones, seu nani, vel cantores, & famuli optimi: quia ad eum finem non fit, vt eis tollatur libertas, vt per Bar. ff. eod. & ibi in l. no statim. §. si dicit, quod vidit quendam damnari de hoc crimine, qui subtraxerat iuuenem quendam. Ego etiam vidi tempore Gallorum quendam obstetricem, cuius opera vendit fuerat infans, fultigari, & poni ad cathenam, non tamen punito emptore. & vide etiam omnino Salicet. C. de plagiar. & dicit Alex. in consil. xv. col. ij. vol. j. circa cap. afferte mihi gladium. de praesumptio. quod loquitur de muliere illa, quae surripuit filium alterius mulieris: quod vbi Salomon de hoc habuisset veram probationem, & non praesumptam, iuste condē nasset eam ad mortem, per dictum titu. de plagiar. Et nos Mediolani etiam habemus statutum capitali poena puniens plagiaris: excusantur tamen, iuxta gl. in l. plagij. ij. C. de plag. quando putarunt esse suos, vt etiam in titulo sequen. dicam de Abigeis. & vide Alber. in d. l. plagij. & quae dicam infra in dicto titu. de Abigeis.

Tit. de Abigeis.

S U M M A E

1 Abigei qui sunt, & de materia remissione. 2 Abigeus non dicitur qui credebat se habere aliquod ius in proprietate animalium abactorum.



ABIGEI illi sunt qui furantur arma ex pascuis & quos acriter castigat lex quam simplices fures, vt etiam diximus de plagiariis, de crimine peculatus, sacrilegij, & de retiduis, vide l. j. in princ. ff. de abigeis. & quot oues, & peccora debeat quis surripere ad hoc, vt sit abigeus, vide l. fi. ff. eo. & gl. in l. vnica. C. eod. & ibi omnino Salice. & nota omnino in hac materia tex. in d. l. j. ff. de abigeis. in §. fin. ex

quo habes quod vbi abigeus controuersiam fecisset de proprietate animalium abactorum, criminatim eorum non esset procedendum: si tamen color abigeus quae sit non esset, sed vere putasset animalia sua, iustus esset rationibus ductus, vel non iustus quomodo cum quae sua credidisset, vt ibi in glo. in l. plagij. C. de plagiaris. sed difficultas est an haec exceptio siue causa possit ostendi extra carceres, dicam infra in tit. de rejs no requirendis, &c. In hac tamen ciuitate & dominio cessaret haec difficultas propter decretum, quod quando res habet originem a contractu, non potest procedi criminaliter, volens insuper vt allegatio contractus possit ostendi extra carceres interueniente fidei iussore de reuertendo ad carceres, si probatio deficiat, & vt dixi super declaratione dicti decreti, etiam de dicto §. fin. vide de hac materia Azo. in summa. & l. vnica de abigeis, quae est canonizata. iij. q. iij. c. item abacti, alias est sub §. ali quando. & de materia vide Salice. in d. l. vnica. vbi melius quam alibi.

Tit. de EffraCTORIBUS carcerum.

S U M M A E 29 part. 7

1 EffraCTORES carcerum qua pena puniantur: & quid de conspiratoribus, qui nondum ad effectum deduxerunt. 2 Fractura carceris aggrauat delictum.



EFFRACTORES carcerum puniuntur poena capitis. l. j. in princ. ff. de effra. carce. Conspiratores vero nondum effectu secuto solium habentur pro confisus & conuictis. l. in eos ff. de custod. & exhibi. reor. & ibi Ang. not. & ita Alberic. ibi re bene considerata, vt dixi supra in rubr. de carcere. ver. quero qua poena. vbi omnino vide, & procedit haec poena capitis etiam in detento causa debiti publici vel priuati, quae solum consideratur violatio loci publici qui dicitur facer. non causa detentionis, vt per Co. mens. consil. cv. vbi omnino vide in fi. quod probatur in d. l. in eos. vbi non consideratur causa, adeo vt si esset innocens, tamen puniretur, iuxta d. l. j. Ad do. quod ista fractura aggrauat delictum, vt declarat Alex. consil. cxxxv. vol. j. & Cepol. consil. xxvj. circa fin. & quae poena imponatur aufugienti e carcere, dixi vt supra sub tit. de carcere. & omnino vide in materia Cuman. vbi supra. Ad do. etiam quod vbi fractus est carcer, vel tractatur de frangendo, tunc procedunt praedicta etiam si sit innocens. d. l. in eos. si tamen iuste fuit detentus cum legitimis iudiciis, iuxta dictum Bar. in l. vis eius. C. de probat. & in l. in eos, loquitur quando postea inueniuntur innocentes, & licet Iaf. in l. admonendi. ff. de iureiur. in re pecc. chart. a. col. j. clarē velit eum haberi pro confesso & conuicto, si effraCTOR carceris fugiat: tamen veritas de iure est quam dixi quod hoc solum procedit in conspiratoribus adhuc non secuto effectu.

Tit. de Prauaricatoribus, calumniatoribus, & tergiversatoribus.

S U M M A E

1 Prauaricatores qui sunt. 2 Procuratores

1 Procuratores & aduocati aliquando incidunt in crimen prauaricationis. 2 Prauaricationis crimen potest sapi in iudicium deduci. 3 Prauaricatio quomodo probetur. 4 Aduocatus edoctus de iuribus vnius partis, cui promiserat praestare patrocinium, an si deinde ea reliquit, & pro alia parte patrocinetur incidat in crimē prauaricationis. 5 Sententia lata aduocato prauaricante, an sit nulla. 6 Calumniatores qui dicantur. Et ibi ponit de syndico communitatis qui pro vniuersitate veru atē nominat testes ad defensionem, qui nominandi essent ad offensionem. 7 Calumniaris poena, quae sit. 8 Instigator quomodo differat a calumniatore. 9 Tergiversator quis sit. 10 Accusator quando a principio fuit in bona fide, quae postea cessauit, an sit in calumnia. 11 Accusatoris calumniam quae qualitas excuset. 12 Accusatores falsi quot modis puniuntur.

Tit. de Prauaricatoribus, calumniatoribus, & tergiversatoribus.



Prauaricatores sunt, qui cum aduersa parte colludunt, quod frequentius ab accusatoribus fit, qui subornati vera crimina abscondunt, & diuersam partē adiuuant. p dita causa. l. j. §. prauaricator. ff. ad Turpil. l. j. ff. eo. in rub. C. ad senat. Turpil. & hoc est quod habet in c. j. & ij. de calū. & poena horū est extraordinaria. l. ij. & l. p. ff. eo. & ita Doc. vbiq; maxime rub. extra. de calū. Et non minus caudidici incidunt in hoc crimē quā aduocati. l. j. in fi. ff. eod. iuncta reg. l. ij. ff. de crimi. stellio. Iaf. in rub. C. de procu. Ideo memini vidisse caudidici quendam in hacciuitate multatum ob crimē prauaricationis extilio ad tempus & publicatione honorum. Est texus clarus etiam qui dicantur prauaricatores in l. athletas. §. itē prauaricator. ff. de his qui notan. infamia. qui etiam vult tales infamiam incurrere, nec de hoc crimine erubuit Demosthenes seipsum accusare, dum interrogasset quendam alium aduocatum, quam mercedem accepisset, vt causam diceret, & responso accepto quod talentum, ipse dixit, Plus accipi ego vt tacerem scribitur quoque apud Aulum Gellium in eodem loco legatos e Mileto Athenas venisse causa reipublicae, Aduocatōs quē pro Miletiis verba fecisse, & Demosthenem Miletorū Aduocatis acriter respōdisse, & re in posterū diē prolata, legatos ad Demosthenem venisse, eumq; pecunia ab ipsis petisse, & quantum petierat habuisse, & postea cum res cepta agi denuo esset, Demosthenem laena multa collo circumuoluta ad populum prodisse, & dixisse se anginam pati, & ita cōtra Miletiōs loq nō posse, tūc ex populo vnū exclamasse, nō anginā, sed argentequinā pati: & tribus modis potest pcedi de hoc crimine, vt declarat Bar. in d. §. prauaricatores. Ex quibus modis apparet quod et si de delicto sapi queri nō possit. l. si cui. §. eisdē. ff. de accusat. at tamē vbi cognoscit prauaricatio, itēū queri potest, & refert Fel. in c. de his. i. viij. fallē de accusa. gl. & Bar. in d. §. eisdē & quomodo probetur prauaricatio vide Bar. in d. §. prauaricatorē, volē tē, si iudex videat accusatorē cōuertari cū reo, hoc facere sufficiens indicium, vt sit prauaricator, nisi tamē persona accusatoris esset integra. Fel. in d. c. de his. in d. ver. 8. li

mita. & sequitur d. Bar. ibi Ana. f. d. rub. de calū. Querit Bar. in d. l. j. ff. eo. Aduocat⁹ puniatur praestare partoci nū in quada causa, & acceperat pecuniā, & ita viderat omnia instrumenta partis, demum transtulit se ad aliam partem, cui reuelauit omnia secreta primae partis, & illam inuit, licet foueret iustitiam, & inuit etiam factō pacto de quora litis, & fuit cum ea parte secunda coram iudice palam, & tandem sententiam obtinuit. fuit dubitatum, an iste commisisset crimē falsi, vel prauaricationis. Bar. consuluit non incurrisse crimē prauaricationis, sed falsi, & sequuntur alij Doct. communiter, licet Ana. vbi supra etiam consideratē teneat vtrunque crimē commississe: placet sententia Barto. quia verba diffinitionis, prauaricationis, benē concludunt eius intentionem, vt excludatur prauaricatio, & incurrat falsum, sicut etiam placet Alecia. in l. prauaricatores. ff. de verbor. sign. qui addit quod tamen non incurreret etiam poenam falsi, quando omni quaestione in iure existente duntaxat aduocatus suscepisset iustitiam causam, restituito tamen honoratio, quod habuisset a prima parte, quae consideratio etiam si iuridica dici possit: tamen est periculosa, ne offendam honorem viri. Et an sententia lata aduocato prauaricante sit nulla, vel retractanda ope restitutionis, vide in l. j. C. de aduoca. diuer. iud. per Put. in tract. suo, in §. char. in tit. de excess. aduoc. & communis est ope restitutionis retractari. Ana. in c. j. col. iij. extra. de calumnia. probat tex. in l. vnica. C. de senten. contra sic. latis. lib. x. & ita per Alex. & Iaf. in l. Imperatores. ff. de re iudi. Dixi de prauaricatoribus. Calumniatores vero ij sunt, qui falsa crimina scienter intendunt l. j. §. calumniatori. ff. ad Turpil. est materia Barr. in l. j. in prin. ff. eo. & in §. calumniator. in l. athletas. ff. de infami. & late hanc materiam ponit Felin. in tit. extra. de calumniat. maxime in c. ij. & dixi supra sub rub. de accusa. in vers. quinto quarto. vbi vide omnino, & ita seruatur. Et adde illis quod si syndicus forte ad instructionem captiosi procuratoris, iuxta caut. Cepol. l. x. incip. in causa criminali. vers. potes etiam, dū debet nominare testes ad offensionē, no minet ad defensionē, vt veritas offuscetur, puniri debet de prauaricatione. Bar. in d. §. calūniator. & Put. char. 77. ver. syndic⁹. Et quia ad effugiēdū hoc periculū deferrabat notificatio sine nomine querelatis: ideo Senatus decreto illas vetuit. Et quae excusata calūnia ex diuersis causis. & in multis casib⁹, vt per gl. & Doc. in d. §. calūniator. & per Fel. in d. c. ij. Scias quod si tamē apparet de vera calūnia nō excusatur. Bar. in l. in Senatus. §. eos. ff. ad Turpil. Aret. cō. lxxx. col. iij. Itē scias poenā calūniatoris in effectu esse arbitrariā, cōsiderato quod poena similitudinis supplicij cessat de cōsuetudine, vt declarauit in tit. de accusat. Aduerte tū quod in hoc dominio nemo puniatur de calūnia, eodē solū quod defecerit in pbatōib⁹, iuxta cōmūne opinio. de qua in d. §. calūniator. & in d. c. ij. sed solū puniatur in expēsis, & dānis, & ad hoc vt puniat poena calūniatoris extraordinariē requirit pbatō cōcludēs de calūnia & falsa accusatione, iuxta ea quae declarauit in d. tit. de accusat. vbi vide. Cautela est quae calūniator nō effugiet poenā cōdignā, vt re⁹ agat actione iniuriarū, & obtinebit agēs etiam criminaliter, eo quod calūniator nō pbauerit iniuriā. Soc. cō. cxxvij. col. penult. & vlt. & per Put. in tract. syndicat⁹. char. 41. ver. iniuria officialis. vbi omnino vide. & per istos terminos hodie aduocatus quidē quae calumniōse querelā detulerat cōtra Praetorē, quē postea declaratū est benē iustitiae se gefisse, fuit bannitus a dominio Mediolani. Et quod dico de calumniatore, idem procedit in instigatore. & pluribus modis quis dicitur instigator, vt in lege prima. §. incidit. ff. ad Turpil. & ne decipiatis in ter-

ribus percussioibus. & Moderni in l. circa gl. vnicā. ff. de lega. j. Et ex hoc dicitur videtur limitari lex, si quis intentione ambigua. ff. de iudic. vt non procedat in criminibus. Tamen contrarium est veritas, vt colligitur ex no. per Alex. in l. diuortio. in prin. iij. col. ver. & ex huiusmodi. ff. sol. matri. & vide Rom. consil. cccj. col. ij. & Doct. in d. l. j. & quid sit dicere se p̄simsimē, vide gloss. in c. si quis erga. ij. q. vij. & Imol. consil. c. j. col. j.

Tit. de Tigno iniuncto.

S U M M A E.

- 1 Tignum adibus, vel vineis iniunctum si quis euellat, puniatur sicut furtiuum esset siue alienum.
2 Tignum alienum adibus, vel vineis suis iniungens quinque actionibus tenetur, & an vna tollat aliam.



NON permittit lex duodecim tabularum, alij quem soluere, vel vendicare tignum furtiuum adibus, vel vineis iniunctum, videlicet omnem materiam, ex qua edificium constat, & pertinentem ad necessaria vinearum, ne edificia diruantur, vel turbentur cultura vinearum, quod facit contra exportantes propria autoritate palos vinearum quibus alligatae sunt, & ligna ac trabes quae tectum sustinent sub excusatione quod eis furto subtrahata fuisse: & arbitraret tales non posse excusari, quominus criminaliter posset procedi contra eos non obstante decreto nostro, vt non procedatur criminaliter quando res habet originem a contractu, per ea quae dixi supra, circa declarationem dicti decreti, & loquitur dictus titulus quando tignum erat furtiuum, & hoc ex verbis legis duodecim tabularum, sed per extensionem sufficit vt esset alienum, ad hoc vt procedat dictus titulus, & ad hoc vt puniatur euellens, sic gl. & Bar. ibi in d. l. j.
2 Prouidet tamen lex aduersus eum, qui aduincitur iniunctis adibus, vel vineis tignum alienum per quinque actiones vt declarat Bart. in l. j. ff. eod. Sed an vna actio tollatur per aliam, vide notabiliter Barto. in l. ij. ff. eod. Azo. in tit. de oblig. quae ex quasi delicto nascuntur. col. ij. & per Bart. in l. j. in §. vnde quaeritur. ff. de publi. & dicam infra in materia poenae & practicam dicti tituli de tigno iniuncto, vide per Spec. in titu. de consecratione ecclesiarum vel altaris, ver. & quid.

Tit. de Termino moto.

S U M M A E.

- 1 Terminos agrorum amouens qua poena puniatur, & qua formam debeat seruare iudex in constituendis terminis.



QUAE sit poena amouentis terminos, & qua forma seruare habeat iudex in ponendis terminis, vide Fel. in c. quia iudicatur. col. ij. de praescript. & omnino vide Cin. in l. j. C. de accu. & ibi dicitur quod scieter amouens gratia occupandi confines, corporat poena puniatur, arbitrio iudicis secundum qualitate rei & personae, quod arbitrium vltimū ad mortē potuisset arbitrari iudex in casu qui meis diebus contigit de quodā, qui adeo tyrannicē viuebat, vt quadā nocte ausus fuerit in hac ciuitate Mediolani immutare in omnibus, & per omnia facere cuiusdam camerarum vicini sui, quae adiacebat domui ipsius, & qua vicinū sine controuersia

possibebat. fecit ergo aperiti hostiū p̄pateret aditus domo sua in camerā illā, & obturari illud p̄ qd̄ ingrediebatur vicinus, & equos in eū locū, vt eo vteret̄, p̄ equorū stabulo, & ad eū immutauit p̄stitinā speciem & forinā camerarū illarū, vt quilibet ignat̄, quomodo ante id tēpus se haberet vtraq; dom̄ facillē iudicaretur esset dictā camerā, nō vero domino, sed vsurpatori spectare, p̄pterea ex qualitate illius & nō solū termini, sed etiā domus immutatē arbitriū debuisset esse, vt dixi, ad mortē. Debēt enim homines esse cōcēti terminis suis, citāta negotia. lxxxvj. distin. & alibi dicitur, nō egrediaris terminos aut quos, quos posuerunt patres antiqui c. j. de sepul. lacus etiā & stagna, & prouinciae habēt terminos suos, vt latē per Alberic. in rubr. ff. termino moto.

Tit. de Crimine stellionatus.

S U M M A E.

- 1 Stellionatus crimen quando committatur.
2 Lacerantes literas sui aduersarij in praesentia iudicis, quomodo puniantur.
3 Probationes si quis subtrahat in aliqua causa, quomodo puniatur.
4 Actio de dolo ciuili datur in subsidium.
5 Vendens, seu alio modo alienans rem pignoratam, an incidat in crimen stellionatus.
6 Emens in platea frumentum cariori pretio scilicet, & ad eū finem vt alij sic emant, incidit in crimen stellionatus.
7 Periuurus an incidat in crimen stellionatus.
8 Stellionatus crimen admittit poenitentiam.

Tit. de crimine stellio.



M BICVNQVE deficit titulus criminis nominatus vel innominatus, & tamē aliquid dolo factum sit, illi nō p̄tē stellionat̄ obiciunt̄. l. iij. §. stellionatū. & §. vbi cūq; ff. de crimi. stellio. & qd̄ dico nominat̄, vel innominat̄ patebit̄. tit. i. vbi vide, dū pono differētiā inter hūc titulū & sequētē. Et de crimine stellionat̄ quādo committat̄, vide Bal. cō. xliij. & sequē. vol. j. & Fede. cōf. cclv. & poena est arbitraria, vt notabiliter dicit Cuman. cōf. xli. circa fin. vbi vide Bar. in l. j. in fin. ff. si quis ius dic. nō obtēp. qui loquēdo in extraneis a iudicio turbatib; iurisdictionē iudicis, dicit, quod putat iudicē posse illos punire crimine stellionatus, quod habet locum vbi deficit nomē delicti sicut dixi, vide etiā Abb. in c. fin. in fi. extrā de rescript. q. vult vt abutētēs rescripto apostolico possint puniri crimine stellionat̄, quia delictū nō sumit sibi nomē aliqd̄ in specie, iuxta totū tit. de crimi. stellio. qd̄ tit. est etiā in C. Sicut etiā t̄ lacerat̄ res literas aduersarij, patēt̄ & violēt̄ in praesentia iudicis, possunt puniri ab eo iudice, sic Fel. post Ioan. An. dr. & Hostien. col. v. in prin. in c. sicut. de re iud. portantes etiā triste nuntiū dolose alicui nō solū tenentur ad interesse. l. j. & ibi Ang. not. ff. de eo per quē fact. erit. Verū etiā possent puniri hoc titulo. Item t̄ subtrahentes probationes, & subtrahentes se, ne deponant, puniuntur nō poena falsi, sed hoc titu. vide quae dixi in tit. de falsi. vbi latē de hoc, est materia. c. puenit. el primo. de testib. cog. vbi Fel. & Alex. in l. si quis ex argētariis. §. cogētur. ff. de eden. Et t̄ scias quod sicut actio de dolo ciuili datur in subsidium, quando non est prouisum de alia actione, vt in

vt in tit. ff. & C. de dolo. & ita commissio furto in quo inest dolo, nō dat actio de dolo, quia prouisum est de actione furto ciuili, pariter adinuenta est accusatio criminalis p̄ dolo ex crimine stellionatus, quādo non est prouisum de alio proprio nomine delicti, & ita in l. iij. ver. q. enim. ff. eo. & ibi gl. clara, iuncto §. i. in l. j. ff. de dolo. & ibi in gl. vbi vide, & ita planē Cyn. C. de crimi. stellio. Et exempla huius criminis vltra praemissa de quibus per Bart. & Abb. vbi supra, poni possunt si t̄rem pignoratā vendas vel permutes, vel in solutum des, nisi fuisset ad modicum obligata, ita vt possēt vtrique satisfieri, vel si imposturam facias, id est, pretium imponas alicui rei, puta quando vadis in plateam, & promittis de tritico plus debito, vt alij eo pretio emant, vltiter facis aliquam promissionem vltra debitum in alterius detrimentum, vt in d. l. iij. §. j. & §. item si quis. & ibi Bart. quem vide, quia vtiliter admodū sic declarando loquitur & verē, & ideo etiā si liciteris maiori pretio, vt noceas tertio, incidis in hoc crimen. Alex. in l. si tempora. C. de fide instrum. lib. x. & notabiliter Rom. in singul. in char. 36. in iij. col. In t̄ hoc crimen etiā incidit qui committit periurium. l. si. ff. eod. & ita qui ponunt ad proclama bona iuxta ordines Mediolani, & iurant contra veritatē se possidere, vt disponunt dicti ordines, incidunt in hoc crimen, de quibus periuris dixi sub rub. de periuris. & pariter quamuis possideat, quia dicunt velle vendere infra annum, & non vendunt, incidunt in hoc crimen, nisi ordo vel consuetudo repugnet, vti repugnat in hac ciuitate. Nota tamen quod in hoc crimine locus est poenitentiae, quia si quis satisfaciat laetate, vltimū criminaliter aduersus eum non quaeritur. l. j. C. eod. & ibi latē Salic. an in eo delicto, & aliis locis sit poenitentia, & per Alex. in l. quamuis. in prin. ff. de in ius voc. & in d. l. qui ea mente. & arbitrium iudicis potest versari in expellendo Hebraeum de loco vbi morabatur, si ibi dolum talem commisisset, Cuman. in d. consil. xliij. in fi. & de poena vide in d. l. iij. in fi. Not. etiā quod dolo qui parit hoc crimen debet esse commissus in faciendo, secus si in omittendo. ita notabiliter Alberic. in d. l. iij. In reliquis vide doctores in dictis locis, & Bald. in l. j. C. de iur. iur. lib. x. j. & vide etiā supra in titu. de falsi. in versic. quēro an falsificans scripturam prouatam, &c.

Tit. de Extraordinariis criminibus.

S U M M A E.

- 1 Titulus de crimine stellionatus quomodo differat a titulo de extraordinariis criminibus.
2 Conatus an puniatur si effectus non sit secutus.
3 Osculum inferens virgini inuita an sit puniendus vltimo supplicio.
4 Falsificantes sal, vel frumentum, vel vinum & similia immiscendo, scilicet alias res, quomodo puniantur.
5 Frumentum, & similes fruges non licet emere in maxima quantitate, scilicet causa deinde vendendi, & nu. 8.
6 Vicarius provisionum idem est quod praefectus urbis.
7 Vendere frumentum an possint cogi homines locupletes maxime tempore penuria, & minus iusto pretio.
8 Pondera adulterina, seu stateras falsas tenens quomodo puniatur.
9 Cirantes debitores suos in vallem Iosaphat post eorum mortem, & similibus superstitiosis actibus ad terrorem ventis, quomodo puniantur.

Tit. de Extraordinariis criminibus.



S VNT inter crimina aliqua ordinaria, vt adulterium, stuprum, homicidium, & similia, aliqua extraordinaria, non habentia nomen aliquod congesta in tit. ff. de extraordin. crimi. & quae extra ordinem puniuntur, non tamen propter hoc dicta extraordinaria, quia etiam multa sunt ordinaria, quae extra ordinem puniuntur, vt apparet in legibus eorum, & hoc expressē dicit Specul. in tit. de accusat. versic. nunc forme alique, vbi vide: sed, vt dixi, eod quod nomen clarum, & propriū non habeant iuxta praemissam opinionem. Azo. in rubr. ff. de extraordin. crimi. dum dicitur supra de priuatis, & nominatis criminibus, nunc de innominatis de quibus innominatis delictis ponit Bart. in l. si familia. ff. de iurisd. omn. iudic. Et si dicis, quod differt a titu. de crimine stellionatus, iuxta ea quae dixi supra in eo. titu. declarando crimen stellionatus. Respondet quod ille titulus loquitur de dolo commissio, si aliud crimen non sit quod obiciatur quam dolo ipse. l. iij. §. stellionatum. ff. de crimi. stellio. tit. verō de extraordinariis criminibus. loquitur quādo crimen adest, quod obici potest, licet nomen propriū non habeat: nam quod dubitat quin sollicitanti uxorem alterius obici possit delictum? & similiter deturpanti vestimenta alicuius, & sordes proicienti in puteum alterius, & persuadenti stuprum puero vel mulieri? iuxta l. j. ad fin. ad fi. & alias leges dicti tituli. & haec declaratio magis placet, quā id quod voluit dicere Accurs. post Rogierium in d. rubr. de extraordin. crimi. in §. continuatione. & maxime quia et si Bart. & alij simpliciter transeant, tamen inculcantur in ea opinione aliqua ineptia, quae subsistere non possunt: nam pro concessio habetur, imō clare dicitur ibi, quod ex publicis iudiciis ordinaria poena solum irrogatur. & hoc non est verum, vt dixi post Specul. propterea etiam pro concessio habetur quod actio ciuili non cōpetat ex publico iudicio. quod est falsum, vt supra latē dixi in rub. quomodo procedatur per actionem in delictis. Preterea nescio quae verba inculcat Accurs. quae nunquam ab eo intellecta fuerunt. Sequendo ordinem legum sub dicto titu. dum text. in l. j. in prin. loquitur de iis, qui conatus delicta patra re. Aduerte, quia haec est materia, an conatus puniatur tanquam si effectus esset secutus, in qua materia Fel. fecit tracta. vulgatū, quando conatus puniatur, & ideo ad illum te reuocio, & ponit etiā Fel. in c. consulere. in fin. quod quisque iur. & regu. est quod nemo incurrit poenam nisi delictum fuerit consummatum, sed dantur fallentiae, vt per Ias. & alios in l. j. §. fin. ff. quod quisque iur. Sed tamen an qui non perficit, saltem extraordinarie puniatur, iuxta d. l. j. in prin. vide in d. tract. & in l. si quis non dicam rapere. C. de episc. & cleri. & Alex. ibi, & in l. qui ea mente. ff. de furt. Hic est determinanda quaestio, an Trapiens osculū virgini inuita sit puniendus vltimo supplicio? hanc quaestionem latē ponit Afflic. decisio. cclxxvj. & tenet tandem puniendum esse poena extraordinaria, & hoc per gl. in d. l. j. in prin. quae clarē vult, vt qui peruenit ad oscula cum nupta puniatur iuxta d. l. j. poena extraordinaria, licet Bart. ibi sit in eōtraria opinione. Credo quod Afflic. non bene aperuerit oculos, quia gloss. in ca. l. j. loquitur quando osculum sit sine vi: sed quando cum vi, tunc sumus in quaestione nostra, & tunc succedit text. in d. l. j. §. j. qui loqui

tur in tentante puellam ad stuprum cum aliqua vi, & vult si no i pfectis delictum, vt sequatur pœna de portationis, & sic pœna ordinaria loco cuius, quia in vfu non est. pfectis delictum perpetuò damnari ad trimeses, & si glo. in d. l. j. in princ. sensisset vim interuenisse, non ita leuiter pertransisset, & memor sum magnum Jacobum Triuultium vices gerentem regis Gallorum in hoc dominio, securi percussit insisse Gallum qui rapuerat oscu lū dominæ Susanæ Triuultia mulieri nuptæ. Et de materia an conatus puniatur, vide etiam in ea decisio ne, & ita nec prima nec secunda opinio Afflicti esset vera, quia prima est, vt sit pœna vltimi supplicij, secun da vt sit extraordinaria Est verū quod cessante vi om nino placet opinio Afflicti, vt extraordinariè punia tur. Reperto quod hanc quæstionem etiam allegando Afflicti. determinat quemadmodum facit Afflicti. Deci. in l. si fugitiui. col. iij. C. de fer. fugit. tamen & ipse secu tus est eundem errorem & de materia conatus, tam de inre communi quam statutorum, vide omnino Dec. in d. l. si fugitiui. post glo. ibi. col. iij. & iij. Et dum in dicta l. j. §. qui puero. dicitur quod stuprum tentatum in puero vel puella meretur de portatione: perfectum verò, capitis abscissionem. Dico hoc videri mirum, cum in puella pro stupro sit pœna bonorum. §. item lex Lu lia de adulteriis. in situ. de publi. iudic. Bart. in d. §. qui puero. dicit conciliando contraria quod in eo §. inter uenit aliqua violentia. Tu tene, vt dixi supra in titu. de coitu damnato. Et circa l. sub prætextu religionis eo dem tit. quæ lex prohibet conatus illicitos etiam tentari. Dic vt supra dixi in titu. de vnionibus & colligationibus. Circa verò l. diuus severus, quæ castigat mulie rem data o pera abortum facientem, dixi latissimè su præ in titu. de homicid. Reliquum est, vt aliquid dicam circa l. annonam. eodem tit. Nam lex illa ponit de com mittentibus contra annonam, id est victualia, sic enim intelligitur verbū, annonam. vt ibi per Alberic. & Ang. & Alber. in dictionario suo, in verbo, annona, quam uis etiam annona possit continere fœnum, & palcam, vt per Fulgo. vbi vide, consil. cxvi. quod fit illam cor rumpendo, vt faciunt vendentes sal, qui immiscent al bos lapillos, & vendentes triticum qui immiscent aue nam, aut aliam speciem, vel triticum corruptum, & vè dentes vinum Creticum, qui immiscunt aliam vim spe cietem, aut aromatarij qui aromata corrumpunt & dant, vt vulgò dici solet. Quid pro quo. & vendentes oleum qui immiscunt aquam, omnes enim isti extraordinariè puniuntur, quia sunt mercimonij falsificatores. ita me lius quam ali. Ang. in d. l. q. subdit. quod filius tamen habet priuilegiū, vt cum bonis licet possit immiscere species suas venustate corruptas, quas sine magno dam no vendere non possit, nisi ita faceret. l. j. C. de cōdi. in pub. hort. lib. x. quæ est singularis ad hoc secundum eum. Pariter etiam illa lex annonam, maximam frumen torum copiam vndique coaceruantes, vt postea carius vendere possint, & ita non licet emere fruges, triticū, siliginem & similia in mensura copiosa, vt iterum pos tea vendantur, & licet secundum prædicta lex non pu niret emptores, & venditores aliarū mercium, quæ nō continentur sub nomine annonæ, & sic victualium: Tamen puniretur crimine stellionatus, nec in hoc mul tis agam, quia vbique sunt ordines punientes omnes abique aliqua distinctione, sic etiam in victualis loqui tur tex. in l. j. in §. cura carnis. ff. de offic. præfecti. vrb. & in hac ciuitate Mediolani adiuat præfecti annonæ, qui solum curam habent rei frumentariæ, & curam rei fru mentariæ, & cæterorum tam victualium, quam quæ rumcunq; mercium, habet præfectus vrbis quem Vicarium prouisionum appellamus, & in iure repe

ritur quod etiam ultra præfectum vrbis, ad quem spectabat onus in genere, nequequam committeretur contra annonam, & alia etiam aderat præfectus annonæ. l. j. C. de apparit. præfecti annonæ. lib. xij. An thomines locupletes possint cogi ad vendendum fru mentum sum maximè certo pretio, Bar. in d. l. annona. vult vt cogantur vendere, & si non parent possint pu niri, vide Bar. in d. §. cura carnis. qui vult vt tēpore pe nuria quis cogatur vendere minus iusto pretio, & ea cessante cogatur vendere iusto pretio, res quæ sunt ad cōmunē vsum hominū, vt carnes, triticū, & similia, vi de Alex. cōf. c. x. j. col. in ij. vol. & cōf. cxvii. j. col. vol. iij. Et an cōmunitas possit statuere pretiū frumentis, vi de Bar. in l. fin. ff. ad legem Iul. de anno. Onerant anno nam tētia stateræ aduerterina. d. l. §. fin. habetur in l. lar bitrio. §. de eo. ff. de dolo. vbi glo. ponit vnā distinctio nem de ponderibus valde pulchrā, & melius & plenī quā alibi secundu Bar. ab. vide Alberic. ibi. & Abb. in c. ij. de empt. & vendi. & Alex. & Bar. in d. §. de eo. Et de his qui emunt fruges & frumenta, vt iterum vendant, vide Laurent. de Rodolphis in tracta. v. furarū. vbi latè. Solent etiam puniri pœna capitis, qui lapides ponunt in prædiis iudicio futuros, id est, vt iudicaretur quod si quis eū agrum coluisset maleto petentus esset in sidis eorum qui tales lapides postissent, sic in l. sacca larij. §. sunt quæ dā. eo. tit. vnde t. potest inferri ad eos qui a quibusdā annis citra inueniunt nescio quā for mā citā dī illos quos existimāt suos debitorum esse, licet non possit debitum probari in valem Iosaphar, eū tot & tātis verbis inferentibus terrorē, nisi fiat solutio, vt non solum homines leues, sed etiā animo fortes vbi non soluerent etiā indebitū facili ter possent mortē timere. & ad hoc est melior tex. in l. si quis aliquid. ff. de pœnis qui sicat, si quis aliquid fecerit, quo leues hominū ani mi superstitione diuini nominis terreantur, tubet diuus Mar. in insulā relegari. quā illationē tæpe admisit Se natus in his castigandis. Et ideo memini fuisse puni tos quosdā ciues Cremonæ, qui sanguine vna nocte a sperlerant muros domuū dicte ciuitatis, intra & extra domos in mille locis & deinde dicebant, & alios ad ita dicendū suadebāt, qd factū erat hoc, p. dignosē ppter tæ uinā militū principis hospitātiū in eacuitate, & qd ma lè tractabatur ab eo princ. De pœna tamē an sic capita lis ratione capitis naturalis, an alter, die vt in glo. in d. l. si quis aliquid & sequitur Ange. in d. l. secularij. §. sunt quæ iam. Et nota quod cum hoc delictum ordi naria pœna capitis puniatur, sequitur id quod supra dixi, quod non su. optit nomen ite titulus de extraor dinarius criminibus ab eo quod extraordinariam pœ nam contineat. Ponuntur & alia multa crimina extra ordinaria in d. l. secularij. quæ est longa, & quæ nō indigem declaratione, & additur aliud in l. fin. per te vi de, quia clara sunt & vulgata.

Tit. de Ambitiosis.

SUMMA

- 1 Officia & dignitates cōferri debet propter virtutes & me ritum, non autem causa pecuniarum. §. m. 3. & 5.
- 2 Dignitatem an liceat petere, quæ non habet annexam in iurisdictionem.
- 3 Officium an liceat emere, si non habet iurisdictionem.
- 4 Sacerdoti an liceat accipere pecuniam pro sacro celebrando, & huiusmodi.
- 5 Dignitates & officia dari debent fugientibus ea, & non desiderantibus.
- 6 Officialis in initio sui officij tenetur iurare se non dedisse neque promississe pecuniam.

7 Officij

- 7 Officij confirmationem an liceat petere.
- 8 Officialis soluens pecuniam pro administratione. patitur tripliecm pœnam.

Tit. de Ambitiosis.



AMBITIOSO S castigat lex Iulia, de ambitu pœna infamie, & aurorum centum, vide ff. ad legem Iul. de ambitu. Et aduerte, quia non tantum emere officia est ambitiosum, verum etiam solum petere, text. est in l. vnica. ff. ad legem Iul. de ambitu. & licet textus sentiat contrarium in l. Barbarius ff. de offic. prætor. vbi ille prætor, petierat præturam, tamen solutio est, vt ibi in glo. quam vide in verbo, designatus, quod prætor ille præturam petierat Romæ, vbi cessat per textum apertum in d. l. j. in princ. Intelligit tamen Bar. ibi hoc de Romæ, quando princeps ad est Romæ propter bonam præsumptionē quam lex habet de eo, vt nō causa pecuniarum, sed solum bene merentibus propter eorum virtutes officia conferrebat, prout verè faciebat dux Franciscus. Storta, qui in hoc præcipuè laudandus est, gl. etiā in d. l. Barbarius. ponit in secunda solutione aliā declarationē, vt etiā si Romæ non simus, tamen liceat petere, si fiat palam & publicè, & sequitur Bar. ibi. & q. dicit de principe qui Romæ reperitur, Scias hoc dici ad differentiā aliorum ex eius consilio, vel ex suis, cum quibus non licet. Bar. in d. l. j. in princ. & alij. & in l. Barbarius. & in l. vnica. C. eod. & ideo Salicet. in d. l. vnica, dum non facit differentiam inter principem Romanum, & populum, quando habebat potestatem legis condendæ, & creandi magistratus, dicit qd aliud fuisset in aliquibus de consilio, qui, vt singuli talia fecissent. Item quod dicit de principe Romano, vel populo Romano, idē dicit de alio principe nō recognoscere superiorem, vt sententiā clarè Salic. Alber. & alij in d. l. vnica. C. & ff. & hoc possit cōprobari ex communi conclusione Doctorū de qua in l. hostes. ff. de captiuis & postlimi. reuerfis, de principe non recognoscere superiorem, & habetur in l. quisquis. C. ad legem Iul. marit. & dixi supra sub rubr. de crimine lætæ maiestatis. Quod verò dico ab alio inferiore nō licere petere clam, sed apertè, Salicet. reprobat in d. l. vnica. & absolute vult vt liceat petere dignitatē nō habentē iurisdictionē annexam, imò pretio, sed non liceat petere habentem iurisdictionem annexam per dictā l. vnica cui non potest responderi nisi si somnando, & ita Alberic. ibi, & in d. l. Barbarius. & ita tene, licet Iacobi dubitet. Sed si an liceat petere emere officium habens iurisdictionē annexam, & sic officij administrationis iustitiæ, Breuiter hæc est alia materia, & ideo non est dicendum, vel liceat Romæ, nec ab imperatore, imò Doctores vt Bart. in d. l. Barbarius clarè volunt vt non liceat passim, & Alberic. & Salicet. in dicta l. vnica, qui Salicet. dicit quod est possit princeps nō recognoscens superiorē de eius potētia absolute, tamen non est honestat. cōgrua, quia dicitur vedere iustitiā, & satis hanc opinionē vult Bart. in d. l. vnica. ff. imò ipse Papa, vel Imperator si pecunia faciant se eligi, dicuntur incidere in hæc legem de ambitu. ita Frānciscus post Hostiensem in cap. primo in princ. de homicid. in vj. cætera vide in dictis legibus maximè per Salicet. ad quem semper recurre: quia magis consideratè loquitur quàm aliquis alius. Et an t. liceat sacerdoti pro sacro celebrando, vel pro confessione, vel eucharistia, vel concionatori pro concione, & sic de similibus in spiritualibus loquendo accipere pecunias, vide

Albericum in rubrica. C. de ambitiosis. & Ioan. de Sylua in tractatu de episcopo, in prima parte. in vij. quæstione principali. col. x. & xj. & multa de ambitiosis vide per Alberic. in dicta rubri. & in dictionario suo, in verbo ambitiosa. Et adde qd dignitates fugientibus & non desiderantibus cōferendæ sunt. cap. in scripturis. vij. quæstio. j. & vide bonum textum & solen nem in cap. officij. de electio. & ibi Abb. ff. de re iur. officialis in principia officij sui iurare, quod nō dicit, neque dabit, nec promittit, nec pramittere quicquam pro officio. Homō deus in tractatu synodica. char. col. iij. in princ. quod non seruamus nos, & vide etiam per eum, col. iij. vers. quæstio. vbi loquitur de illo, qui obtinuit confirmationem officij pretio, de quo vltimo an sit licitum reperere officij, videt. facti. sibi confirmari officij, & quando valeat talis confirmatio, est, text. in d. l. vnica. C. ad legem Iuliam de ambitiosis ibi Doctores, maximè Salicet. vbi vide. Et quando liceat petere honores, vide Bartol. etiam in l. iustitiæ. C. de legi. lib. x. & postremò. nota. ex omnino in d. l. prima. in princ. ff. eod. qui vult vñ cōdē emnatus dō ambitio restituar aduersus sententiā, si alium qui in iudicet in illud crimen conuincat, & dicit Bartol. ibi hoc esse re pro multis qui aliquo infamie genere publicè affecti sunt, qui se possunt eximere conuincendo alium de eodem delicto, dicam infra in titulo, de remedijs ex sola clementia principis. Et quia in dicta l. prima. in princ. ff. eodem. dicitur, quod princeps confert officia & dignitates, dic de hoc etiam esse textum. vbi vide Afflicti, in §. iudices. in prima col. de pœce iuramento firmanda, & nota omnino gl. in dicta l. Barbarius. quæ vult vt electio simoniacæ teneat ipso iure, in quo vide Iasonem ibi. & intelligo quod Papa Iulius cum vniuerso cōfistorio Cardinalū seclit constitutio, vt electio Papæ per pecuniam & simoniam sit ipso iure nulla. quod si verum esset in controuersia poneretur mundus. Dixi quod non licet officiali emere officium iustitiæ. Adde qd quod absolute dans aurum, vt administrationem accipiat, patitur pœnam confiscationis, ex l. ij. in corp. verberum, & supplicij. §. si quis autē. præter hoc autē, vt iudices sine quoquo suffragio.

Tit. de Lege Iulia de annona.



LEX hæc prouidet ne quid detrimen ti patiatur annona, vt scilicet fraus in ea non committatur, & ne oneretur, de qua latè dixi supra sub titu. de extraordi. crimi. in vers. restat. quæ fraus consistit in eo quod aliqua res iminū da, vel quid simile in frumentis immiscetur, & fit carior dū mercatores faciunt magnos aceruos si uenientorum ad quæ, vt dixi, prouidet lex. Nos verò in hoc dominio tēpore pœnariæ ad hoc, vt annona nō patiatur detrimētum, principaliter prouidemus ne ducatur extra dominiū, cū impositione pœnæ vltimi supplicij, & confiscationis bonorū contrafacientib. Est verū qd etiā cessante penuria durat hic rigor, qd est malū & pessimū.

Tit. de Vi publica & priuata.

SUMMA

- 1 Nobiles in castris & villis habitantes, qui cogunt rusticos ad operas indebitas, quomodo puniantur.
- 2 Tyranni qui proprie dicantur.

3 Tyranni

- 3 Tyrannis quomodo probetur.
- 4 Vexillaria noua imponens presumitur inferre vim.
- 5 Vis priuata in dubio intelligitur ubi sit mentio de vi.

Hinc titulum declarau in effectu supra in tit. de rapinis. & in titulo de pluribus violentiis. tractando de vi ablatiua, expulsua, compulsua, & de aliis iuxta gl. in l. j. C. quod met. cau. & in l. extat. quod met. cau. Sed adde q. qui exercent tyrannidem in patria sua, vt sepe faciunt nobiles, qui extra ciuitate in castris & villis habitant, cogendo rusticos ad vecturas, & operas minimo, vel nullo pretio, terrendo homines, conuersando cu his, qui malae conditionis sunt, vt nil nisi ad eorum libitum fiat, non permittendo, vt iusticie locus sit, verberando homines, & verberari faciendo, vbi statim no obediunt, & in effectu, vt paucis agam, redigendo homines in seruitute. Hi puniuntur d. l. Julia de vi publi. & priua. vide in tit. ff. ad l. Jul. de vi publi. in l. fina. in l. pen. in prin. & per totum. & in titulo sequenti. ff. & C. eodem titulo. cuius pena est deportatio. in tit. de publ. iud. §. item lex. & eodem sequenter amissio eorum que sunt iuris civilis, scilicet iurisdictionum, & dignitatum, ita Bar. in tract. tyrann. col. antepen. Hos homines virum modum persequeretur dux Franciscus secundus Sfortia, qui pati non poterat vt aliquis auderet vltra quam oporteret quantumcunque magnus, in hoc imitando dominum Venetorum & bene, sic populi pacifice, & cum maxima animi quiete viuunt, adeo ipsi duci erat odio hoc hominum genus, vt no possent tolerare allegari per horrescentiam & potestiam alicuius, iuxta c. statutu. §. cu vero. de rescrip. in v. q. etia sepe obseruatur Senatus, noster, per decretum tamen in hoc dominio potest allegari, sed probatio per horrescentiam debet fieri testibus non iuramento, iuxta d. §. cu vero. Not. tamen quod licet tales nobiles sint puniendi, iuxta singula per eos commissa, considerando an interuenerit vis publica vel priuata, quod cognoscitur si vis armata interuenerit, vel sine armis factu sit, iuxta totu tit. ff. de vi & vi arma. §. alie. in pub. C. ad leg. Jul. de vi publi. & priua. Azo. in summa sua, ac ouanes loquentes de ista vi, & in primis gl. in l. hoc iure. in prin. ff. de reg. iur. & considerado an etiam interuenerit homicidium ex tali vi, vel aliud delictu iuxta l. quonia multa facinora. C. ad l. Jul. de vi publi. & priua. No tamen dicitur pprie tyranni, vt declarat Bar. in tract. de tyrann. col. ij. ver. eadem ratione dico, q. in villis, qui in effectu vult, vt tyrannus sit ille qui iurisdictione exercet, vel absque titulo, vel etia cum titulo, exercendo tamen actus tyrannicos, vel cu titulo velato, vt late per eum, & pertinet pprie ad officiu pcedis, ne humiliores a talibus potestioribus opprimantur, licet tunc §. potestiores. ff. de offi. pcedis. aliter tenetur no aduerentes ad hoc in syndicato. Homod. in tract. syndic. char. ro. col. iij. vers. ite tenetur si no, & quia Bar. in d. tract. de tyrann. col. vj. ver. q. quareo. decidit vt barones, comites, dukes, & Marchiones, q. habet titulu, sed exercitio sunt tyranni, sint deponendi a superiore: & quia incidunt in l. Jul. de vi publi. sint deponendi, & consequenter amittant que sunt iuris civilis, & successiue vt infames amittant dignitates & iurisdictiones. Aduerte ad duo, q. tamen Bar. sentit q. si probata tyrannis, quae probatio fit principa liter, quando demonstratur q. tenebat populu suu in diuisione, subditos de pauperibus, ac affligebat in personis, & reb? vt immediate ante d. ix. q. i. p. l. Bar. declarat, ita cocludedo in vlt. verbis. Arbitror tamen, q. sufficiat aliter horu duoru, vel affligere subditos in pona & reb?, iuxta §. illud. in authen. de manda. princip. cum gl. vel tenere populum in diuisione. No loquor, quando vni-

co actu ita fecit, sed quando sic facere solit? est: & ad hoc vltimu moueor ex iis, que egregie ponit Bar. in eo tract. in fi. ver. & predicta vera. du dicit, q. debet esse afflictia maior pars populi, & non sufficere, vt aliqui sibi infestigrauari fuerint. Quae decisio est memoria mittenda. Et magis moueor, quia si bene vides Bar. maxime in d. nona quaestio. dum ad arguendam tyrannidem dat exemplum de impositione noui vectigalis, loquitur in plurali, Nouas exactiones, & noua vectigalia. Item dum ponit exemplum, quando tenet in diuisione ciuitatem, vel dominium, dicit declarando illud, quia iudicia no paritur fieri, vt oportet. Sic etiam loquitur, dum paulo ante ponit, qui sint actus tyrannici, & magis etiam patet ex etimologia titani, & eius definitione, de quibus per Bartol. in principio illius tractatus. Et facit optime etia id, quod dicitur Bar. in d. col. fin. in ver. & predicta vera. dum dicit, q. quando praeualet publica utilitas utilitati pprie, propter hoc quis no dicitur tyrannus, & quod magis diuinitus esset, quam humanum, si illi qui principatum obtinent, nullo modo proprium commodum respicerent, & q. sicut ratio reperitur vnius hominis ex parte sanis, ita ratio reperitur aliquod regimen, in quo absolute ad bonu publicum attendatur. Et hoc opinio est ex mente omnium dum formant quaest. Quando dux vel comes tyrannice tractat populu suum, & rex in §. quicq. ad uocatiua sua, de pace tenenda: & si omnes actus tyrannicos facit, no nego quin sit magis tyrannus, tamen adhuc tyrannus est, si vnum genus tyrannidis exercet. Secundus Bar. in d. ix. q. loquitur etiam aliter non probata vi cum armis vel sine armis, quia in tyranno exercente haec mala, & sic in Principe, Marchione & similibus, vti loquitur Bar. presumitur vis & quid publicae, ed quod arma semper habet parata, vt subditi sibi obediatur: & hoc est, q. voluit dicere Bar. in d. nona q. Et ideo q. eo ipso quod imponit noua vectigalia, presumitur vis in tali persona, & q. de publicae, vti ipse determinat, cum mandatum regium & superioris inducat iustam metum, quando tyrannice solitus erat tractare non obtemperantes suis praecipis, sicut quando praecessissent mince. Ita Ab. post Ioan. And. in c. in finuante. qui clerici vel vouen. & Alex. c. 6. §. xvj. col. penult. vol. iij. cessante tamen hoc solito, id est, de eo non apparet, sicut dixi, non arbitraretur illud factum esse, p. dicta Ab. Ioan. And. & Alex. vbi §. vlt. q. sit, tamen imponens noua vectigalia grauissimè puniunt, etia citra vim publicam. l. ff. C. vectigal. noua impositio non potest esse rapina bona alicuius vi cum armis, vel sine armis reperta in domo, in qua nemo aderat, licet iuerit animo vim inferendi: tamen dicitur simplex rapina, non autem vis publica, nec priuata: gl. & Bar. aperte in l. infame. ff. de public. iudic. & ibi Ang. & Imo. Sed aliquo in ucto est vis publica vel priuata, vt ibi, & l. iij. §. ff. vi bonor. rapt. Videtur tamen refragari tex. in l. nec interest. in fine. C. ad legem Iuliam de vi publica vel priua. sed tamen concordat si bene vides. Et scias omnem vim esse publicam vel priuatam, dicta lege, hoc iure. in prin. ff. de regulis iuris. & t. vbi de vi dicitur, intelligitur de priuata. Dicit in dicta lege, hoc iure. & pena violentiae priuatae est etiam infamia, lege prima, ff. ad legem Iuliam de vi priua. & consequenter amissio totius honoris, & dignitatis, & iurisdictionis, iuxta dicta Bartol. in dicto tract. tyrann. in nona quaestione, in fin. Item est relegatio. Salicet, in lege, quoniam multa, &olumina prima C. eodem titulo. & caetera in hac materia vide per Angelum & Doctores in §. item lex Julia de vi institutis de publicis iudicis. Angelus Arct. in glossa, vno floccho ferreo, & in glossa, dictus Andreas armatus.

Tit. de Officialibus corruptis pecunia, iniusteque iudicantibus.

SUMMA

- 1 Iudex corruptus pecunia iniustitiam faciens, committit baratariam. Et quid si corruptus pecunia fecerit iniustitiam ubi supra & nu. 2.
- 2 Barataria unde dicitur, & quot modis iudex accipiens pecuniam incidat in eam. & nu. 4. cum seq.
- 3 Iudex an licite possit accipere munera, & an esculenta vel poculentia.
- 4 Iudex accipiens pecuniam post sententiam latam an incidat in baratariam, & an sententia dicatur venalis.
- 5 Iudices an possint accipere salarium vel sportulum.
- 6 Baratariam seu extorsionem committens qua pena puniatur.
- 7 Iudex qui corruptus pecunia punit innocentem, vel quid aliud illicitum facit, qua poena puniatur. vbi late de hoc vsque ad nu. 13.
- 8 Penam vnam eligere ex multis, an sit in arbitrio iudicis.
- 9 Pena imposita per legem posteriorem, an tollat poenam legis antiquioris.
- 10 Pena multa si pro eodem delicto imponatur, an vna tollat aliam quo ad originem, vel saltem quo ad executionem.
- 11 Iudex male iudicans dolose, non autem propter pecuniam, quomodo puniatur.
- 12 Iudex qui dolose negligit facere iustitiam, puniatur etiam criminaliter.
- 13 Iudex aperte contemnens legem quomodo puniatur.
- 14 Barataria & doli iudicis quomodo probentur.
- 15 Barataria si committatur opera alicuius, an ille sit idoneus testis.
- 16 Officialis fugiens tempore syndicati, habet presumptionem contra se, & statuitur sacramentum partis.
- 17 Iudex denegans audientiam presumitur in dolo.
- 18 Iudicis qualitas, vita, & mores debent considerari, cum tractatur an quid per fordes fecerit vel dolum.
- 19 Iudex in dubio presumitur iudicasse ex imperitia, & non ex dolo.
- 20 Syndicator potest detinere omnes officiales praetoris ad inueniendum baratarias, & tenetur praetor eos exhibere vna cum aliis ex sua familia.
- 21 Iudex qui in procedendo non seruat seruanda, presumitur in dolo.
- 22 Iudex male iudicans ex imperitia, ad quid teneatur, & an in eo consideretur culpa lata, leuis, vel leuissima.
- 23 Iudex qui peccauit ex imperitia, tenetur solum in quantum facere potest.
- 24 Iudex ita facit litem suam negligendo & denegando iustitiam, sicut faciendo iniustitiam, & ibi ponitur ad quid teneatur.
- 25 Negligentia in iudice quomodo probetur.
- 26 Officialis non est puniendus de qualibet negligentia, sed de ea tantum, quae est dolo proxima.
- 27 Assessoris consilium an excuset praetorem, & nu. 31.
- 28 Iudex an excusetur si secutus sit consilium sapientis.
- 29 Praetor an excusetur si aufugiat vir probus & legalis, qui promiserat se non recessurum.
- 30 Assessor qui iurat, & ad quid teneatur.
- 31 Custodes carcerum, forarum, & alij ex familia iudicis si delinquant, quomodo puniantur.
- 32 Syndicator, qui facit proclama de querelis dadas intra certum tempus, non debet audire querelantes post illud tempus.
- 33 Absolutus semel an iterum possit accusari ab eo, qui fuit ignorans.

- 34 Praetor, & quilibet iudex potest conueniri pro barataria, etiam durante officio.
- 35 Syndicatores non debent assumere informationes passim ab omnibus.
- 36 Inquiri potest non solum contra certam personam, sed etiam contra collegium, vel vniuersitatem.
- 37 Male dicentes seu obloquentes de officialibus debent grauiter puniri, & quomodo: & ibi etiam ponit de querelantibus officiales, & non probantibus suam querelam, quomodo puniantur.

Tit. de Officialibus, &c.



N hac materia, quae est per se tam ampla, vt Homodeus, qui suo tempore neminem habuit magis practicum, secundum Brunu in tractatu suo, char. 8. col. vlti. circa medium, de ea amplius tractatum fecerit, vt Cataldus de Cognonis, qui fuit vir practicus multum, & qui exercuit vltra septuaginta officia, secundum Soc. consilio xxxiij. col. iij. in fi. vbi extollit hominem, alium tractatu fecerit, vt denique inter alios & ante omnes Paris de Puteo doctor copiosissimus opus illud syndicatus tam admirandum sine ordine tamen ediderit. Contentus ero aliquibus conclusionibus magis vtilioribus, ne deponere dicta aliorum, & ne lectorem confundam. Prima conclusio erit haec, quod si iudex corruptus pecunia iniustitiam fecerit, vel iustum omiserit, dicitur crimen illud committere, quod vulgus, baratariā vocat, & acriter puniendus est: & haec conclusio ponitur Azo. in summa sua, Homod. in tract. sui syndic. in verbo, barataria. char. 10. col. fin. & Homod. in suo tract. charta 10. col. fi. vers. syndicanur. Et res non habet difficultatem, quando, vt dixi, facit iniustitiam, & maxime quoad id datur pecunia. Sed dubito, quando facit quod facere debet iudex, an tamen dicatur committere baratariam, & videtur non committere, si bene videatur Doctores, vbi supra, praesertim Azo. In contrarium videtur multa iura. ff. ad legem Iul. repet. maxime l. iij. quae incipit, lege Iulia, quae solum requirit vt detur pecunia iudici, vt aliquid faciat, vel non faciat, lege eadem in principi. & §. lege Iulia, & lex lege Iulia, quae solum requirit vt iudex pecuniam accipiat, vt faciat, vel non faciat. Ratio legum est quia iudices debent contenti esse stipendio suo publico, & priuatis gratis ministrare iustitiam. Hanc rationem ponit ad praedicta tex. in d. l. eadem §. lege Iulia. Fateor q. si datur pecunia, vt fiat quid iustum, iste casus etiam comprehenditur multo magis sub hoc nomine baratariæ, & sub censura dicti tituli. ff. ad leg. Iul. repet. vt ibi in d. l. lex Iulia §. fin. qui incipit, quid enim si ob hominem necandum nihilominus tamen videtur etiam comprehendere praedicti, quando simpliciter datur, vt fiat, vel non fiat, absq. ed quod ad datur aliquid iniusti: & conuenit etia ratio, quare vulgus appellat hoc crimen sub hoc nomine Baratariæ, quae est secundum Homod. & alios, de quibus infra statim: quia fit quoddam baratium pecuniae cum iustitia, ad hoc vide Bald. in consil. xxj. vol. v. vbi dicit q. barataria consistit in corruptione iudicis: & sic non habita ratione an magis iustitia, quam iniustitia fecerit, est veru q. allegat l. de eo. quae est fina. C. de pen. iud. qui male iudic. quae loquitur in iudice corrupto, qui perperam, & sic male iudicauit. vnde contrarium probat ad idem quod requiratur vt sit crimen baratariæ, quod datur pecunia, vt aliquid mali fiat. vide Paul. de Castro consilio clij. incip. videndum est primo, posito q. praefatus Titius, ad quem semper recurritur ad intelligendum quid sit

quid sit proprie Barataria: vbi clarè consuluit, q̄ tunc est proprie barataria, cū officialis pecunia corruptus aliquid facit vel non facit, intelligendo malè, vt postea se declarat in fine illius artic. Tamen aduertendum est, q̄ Paul. de Cast. allegat tit. de calum. ff. & auth. sed nouo iure. C. de p̄ce. iud. qui malè iud. & titu. de calum. vt ibi clarè in l. j. quam vide. loquitur quando datur, vt negotium si vt vel non fiat per calumpniam. Est verum quod d. auth. sed nouo iure. loquitur, quādo simpliciter datur pecunia iudici, & iudex accipit. Allegat pariter ista iura ad diffinitionem barataria; Anch. cons. cclxxij. col. iij. quemadmodum facit Pau. de Cast. Quid tenendum? Dic, quando datur vt fiat, vel non fiat iniuste, & ita sit iniuste, nulla est difficultas, quin simus in tit. ad leg. Jul. repe. & in crimine vulgo appellato barataria. sic titu. de calu. & tex. in d. §. lex Jul. §. qd̄ enim. & ita Azo. in summa. & Paul. de Cast. in d. consi. & vniuersi Doc. & ita clarè gl. in l. j. ff. ad leg. Jul. repe. in ver. acceperit. & in d. l. eadem. §. lege Julia. in ver. legendum. quando etiam simpliciter datur pecunia à parte iudici alio non dicto, ex quadam diffidentia iuris, quam dans habet, etiam iudex quomodocunque iudicet, dicitur cōmittere baratariam, d. l. j. & d. auth. sed nouo iure. quæ sic loquitur. Quod sit vera hæc conclusio, pondera ad diffinitionem barataria; Pau. de Ca. & Anch. allegare dicta iura, quæ sic præcisè loquuntur: & ideo magis procedit hæc conclusio, quando vltro dicitur, Do vt iudices, etiam si non dicatur vt malè vel bene iudices, vt patet ex prædictis. Superest casus, quando datur vt bene iudicet: & iste casus etiam continet baratariam, tex. est in l. j. §. sed et si ded. ff. de cond. ob. tar. cau. iud. gl. magna circa fin. ibi, sed hodie. & ibi omnino vide Pau. de Ca. considerantē dictos tres casus, & quando datur, vt feratur iniusta sententia, & quando vt feratur iusta, & quando simpliciter datur: & omni casu iudex punitur: & idem sentit Homod. vbi §. & si bene consideras, siue fiat iniustitia propter aurū, siue iustitia; dūmodo fiat propter aurum, permutatio est & baratum, & iudex dicitur mercator iustitia. l. omnes. C. ad leg. Jul. repe. & satis præsumitur propter aurū facta, etiam si simpliciter datum sit, iuxta d. l. j. de p̄ce. iud. qui malè iud. quando postea sequitur sententia, quæ tamè multo ante potuerat sequi: & ad hoc satisfacti multū diffinitio barataria; data p̄ Ang. de Perus. in suo tract. paruo syndi. dum allegat d. l. omnes. in col. j. & quod dixi præsumi datam sententiam contemplatione auri prius dati, in hoc consideranda est qualitas personæ, iuxta tex. in l. si. in ff. de act. & obli. & ita Bal. in l. venales. C. quando pro quo. non est nec. Not. ex prædictis non licere iudicibus ꝑ accipere munera, quia officium suum tenentur gratis exercere, aliās incidunt in leg. Jul. repe. In hoc articulo, qm̄ munus aliquod licitè possit accipi, Breuiter dic, officialē sub noīe officij à nullo recipere posse: sed si recipit ab aliquo vt ab amico, q̄ vult sibi donare, licitè pot̄ accipere vtiq; ad certū aureos omnib⁹ cōputatis, nisi sint cōsanguinei vsq; ad sextū gradū à qb⁹ potest accipere vsq; in infinitū. hæc pbantur in l. j. & in l. ea. l. in ff. ad leg. Jul. rep. & vtrobiq; Alb. & Alb. in l. j. C. eo. Et aduerte, qd̄ nō dico, qd̄ nō possit extorquere, sicut disti xi, sed nō posse accipere à spōtè dānb⁹. Nā extorquere indistinctè nō licet, & punitur ita factis p̄na quadrupli & vt §. l. j. C. eo. Et hinc est, qd̄ inter ceteras p̄nas, q̄bus plectunt iudices, etiā ponit p̄na cōcussiois, vt in gl. in l. Jul. quæ est iij. ff. ad l. Jul. repe. De qua cōcussioe etiā §. dicem⁹ vntū verbū. Aduerte quoq; qd̄ cōcussioe & poculenta iudices accipere possunt, & nō cōprehēdunt sub p̄hibitione d. l. ea. l. nec p̄pterea iudices dicunt habere immūdas man⁹, iuxta latē cumulatā p̄ Hipp. circa hæc

immūdicū iudicū. i. sing. exc. q̄ inci. in lices. tex. est in l. solēt. §. si. de of. p̄ce. & leg. Verūtānē nō debēt ista esculenta, & poculenta excedere certū aureos in anno, gl. est notabilis in can. nō liceat. xi. q. iij. allegat dictā lead. in ff. & refert, & sequitur lat. in l. iurigeniū. §. p̄tor ait. col. j. ff. de pac. vers. not. & quia illa gl. loquitur in delegato, & non in iudice ordinario, est aduertendum, qd̄ etiā sic loquendo, bene & consideratè loquitur. Nam in ordinario iudice, secundum vtiorem opinionem, quando habet sufficiens salarium, non est licita ista acceptio xeniorum. Sic Alexand. vt paucis agam, in consil. ccv. eolum. antepenultim. volum. iij. In delegato verò est licita, §. in super. in capit. statutum, de rescript. in sexto. & ibi Doctores. glo. ff. in capit. eum ab omni. de vira & honestate cleric. & ibi Doctores. & ita Alexander in dicto consilio. licet tamen sint prohibita in ordinario secundum Alexand. quæ opinio est honestior, secundum Alberic. in dicto. §. fina. de officio proconsul. Tamen quid minimum potest accipi, vt paruum phassa norum, & amphoræ duæ vini Cretici, accipiendo amphoram tamen secundum vsū loquendi. Ita Bald. in d. §. si. vt eriam par caponum, secundum Alexand. in d. consilio. Et si vis scire quæ dicatur esculenta & poculenta, prout scire debes, ne ex iis putares posse accipi vnum in quantitate, caseum, fenum, auenam, & similia, quæ edantur, vide Alex. in d. cōsi. qui dicit illa esse, quæ sunt corruptibilia & peritura, & quæ paucis diebus consumi possunt, est gl. in d. §. in super. quæ vult, qd̄ hoc vt paucis diebus possint consumi, consideratur habitatio ad qualitatem iudicis accipientis, & suam solitam impensam, ac qualitatem dantis, & in effectu est hæc paucitas dierū, secundum gl. ibi, arbitraria iudici, Scias etiā, qd̄ si pecunia sit data iudici post sententiā, qd̄ propter hoc non dicitur sententia venalis, nec iudex punitur de barataria. Hippol. vt paucis agam, in singulati vbi §. exc. allegat An. h. consil. cclxxij. col. penult. qui sic consuluit, & Fel. referentem & sequentem, in ca. ruanos. col. si. de sumo. Aduerte tamen, quia iudex, qui sic facit, est dignus reprehensione, & illicitè capit. Ita Ane. in d. consil. quod vltimum vt sit illicitum, ita vt contineat peccatum non arbitror verum: quia etiam ille potest donare omnia bona sua. & ita gl. in c. statutum. §. si quid autē, de res. in vj. in ver. remissione. Et in indiuiduo hanc quæstionem formatā sic latè decidit Gemi. in d. c. statutum, super glo. in verbo, recipere. in §. in super. & fortibus & concludentibus rationibus, sic etiam super ea glo. Perus. loquitur semper, vt etiam loquitur Gemi. & Perus. quādo sine peccato & fraude id fit, sed ex mera liberalitate, aliter iudex non esset excusatus. Nec in hoc dominio decretum de sportulis prohibitis continet casum post latam sententiā, sed solum vt dū pertractantur causæ, etiam non accipiant, & sic nec à spontè dantibus, prout etiam est de iure, d. c. statutū, in d. §. in super. & gl. ponderat in verbo, recipere. & Gem. ibidem, & in dubio præsumitur faus, nisi ex circumstantiis & qualitate personarū appareat de bona mentiarum, an & quando liceat iudicibus tam ordinariis, quam delegatis accipere? Vide Abbat. in dicto capit. cum ab omni. col. iij. de vira & honesta. cleric. & latius ibi Imol. qui disputant, & tandem in ordinario cōcludit debere esse contentum salariū: quod satis depræhenditur ex eo, quod etiā non potest accipere esculentas, & poculentas, quādo habet cōpetens salariū, sicut dixi. In delegatis verò est aliter, scilicet dū Abb. & Imol. vbi §. & patet in dictis. gl. Et in hoc dominio sunt statuta, & ordines clari circa hæc: & in specie habemus decretum

tum de prohibitis sportulis, de quo feci supra mentionem: quod non crederem feruari ab iis, qui paruo tempore efficerentur dirisissimi, iuxta dictā Bal. in l. j. C. de hæredit. vel. act. v. d. Non omitto tamen, qd̄ quamuis sit præcaudū à fordidibus, & cōueniat iudices esse immobiles vt columnas in custodienda integritate sua, & ne se flectant cōtra legem. §. si quis in auth. de trien. & semis. & iij. q. ix. c. reuera atramē quādo licitè lucrari possunt, si nō accipiūt, dicuntur sibi metipsis in fidari. sic textus probat in l. j. §. cōfertur. ff. de coll. bonor. & apud Ciceronem in oratione, quā habuit cōtra Verrem, sic dicitur, Improbi sunt, qui aurū contra iustitiam cogūt: scilicet, qui quod iudicātū est, licet prætermittunt, & quæ delegatus licitè accipit salariū, ordinarius verò non, dū bitarum fuit an qui habet cōmissionem iustitiam exercēdi in certo genere causarū, dicitur ordinarius vel delegatus: in quo dic, quod si habet à statuto vel lege, dicitur ordinarius: si à principe, delegatus. & ita Abbas in cap. ceterū. de iudic. & Curt. Iunior in septima parte tractat. feud. quæst. viij. & per Alex. in rub. ff. de offi. eius. Quæ p̄na p̄nariarum committit baratariam & extorsionē, in hoc vide tex. in l. lex Julia. §. hodie. ff. ad leg. Jul. repe. un. q. dicit puniri exilio, vel durius iuxta qualitatem rei, scilicet, quod d̄ si iudex necaret innocentē propter pecunias, vel eū, qui nō debebat puniri, capite puniendus esset, vel in insulā relegandus. & ad hoc etiā est textus in l. in lege Corn. in prin. & in l. j. §. j. ff. de sicar. & in l. j. C. ad leg. Jul. maiestatis. & facit optimè text. loquēs in alia sententiā, id est, his qui propter pecunias occidit homines, in cap. pro humani. de homicid. in vj. vide etiam textum in auth. vt iudic. sine quoquo suffrag. in §. si q̄ autē, vbi dicit, qd̄ sustinet talis iudex cruciatus corporis, p̄nā exilij, & confiscationem bonorū. Est alius textus hos scelerosos iudices puniēs, in auth. sed nouo iure. C. de p̄ce. iud. qui male iud. qui dicit, qd̄ si delinquit in causa ciuili, paritur p̄nā triplicem, & promissi dupli, ac priuationē dignitatis: Si verò delinquit in causa criminali, cōfiscatis omnibus bonis, in exilium mittitur ponderando quod d̄ ideo nō reperit p̄nā priuationis dignitatis: quia propter exiliū satis dicitur priuatus. Alium text. habes in l. iudices. C. de dignit. lib. xij. qui dicit, vt iudices, qui se furis & sceleribus maculasse conuicti fuerint, ablati dignitatū insignibus, & honore exuti, inter p̄simos, & plebeios habeantur, nec sibi posthac de eo honore blandiantur, quo se ipsos indignos iudicauerunt. Alium verò habes in l. j. C. ad leg. Jul. repe. un. quod tales puniatur in quadruplum eius, quod extorserint: quod totum, vt dicitur ibi in glo. & per Doctores, applicatur filco, quando turpiter datur, aliās pro parte filco, & pro alia ei, qui soluit, quod cōcludendum? Paris de Put. in suo tractatu non aduertens ad toriura dicit char. io. col. si. vers. syndicanur. qd̄ pro delicto barataria; iudex tenetur actione ciuili, & publica accusatiōe in quadruplū pro eo, quod ipse extorsit, & eius familia. l. j. C. ad leg. Jul. repe. sententiā quod d̄ iudiciū criminale redar ad quadruplū, & ciuile ad merū damnum, sed nescit quid dicat. Homod. in suo tract. char. io. col. fin. vers. quæ autē sit p̄na iudicis cōmittentis barataria; cōsideratius loquitur, & dicit, quod iure antiquo p̄na erat arbitraria pro qualitate delicti & quantitate causæ, & erat p̄na falsi. l. j. §. qui iudicem. ff. de falsis. Itē incidit in edictum calumniatoribus. l. j. ff. de calum. Item si quid extorsit per cōcussionem, tenetur p̄na cōcussionis. l. j. ff. de concussis. Itē tenetur cōditione ex l. vt in auth. scriptū exemplar. & in auth. vt iud. sine quoquo suffrag. §. hæc omnia. & §. hodie. secundum eum reducitur ad p̄nam d. auth. sed nouo iure. Veruntamen non satisficit: &

primò quia neminem reperio, qui non dicat hodie etiam talem incidere in falsum, vbi tamen sit in casu. d. l. j. §. j. ff. de fals. Item gl. in d. l. j. & Doctores ibi clarè volunt, vt hoc etiam tempore locum habeat p̄na d. §. hodie atque ita sit arbitraria: & neminem alium reperio, qui dicat hodie reduci p̄nam ad dictam auth. sed nouo iure. Et de p̄na quadrupli Homod. nihil dicit: Azo verò in summa sua dicit rectius, quod datur ciuilibus actio in factum, vel conditio ex lege, ac datur publica accusatio. Actio datur ad quadruplū, iuxta dictā l. j. C. ad legem Iuliam repe. quod quadruplum datur filco, secundum distinctionem glossæ in dicta l. j. & Doctores ibi, & accusatio publica, sicuti sentit ad alia p̄nam declarando paulò infra, aliam p̄nam esse exilij, vel capitis, vel deportationis, iuxta dictū §. hodie. Et cum Azo fuerit maximè excellens Doctor, aded, vt in nostrum venerandū collegiū nemo cooptetur, nisi habeat vltra corpus iuris ciuilibus, summam Azonis, Arbitror eum veritatem dixisse, & quod non sit verū, vt dicta auth. sed nouo iure, corrigat tot iura, & maximè quia loquitur quando simpliciter datur pecunia. In hæc opinione etiam est Angel. in l. omnes. C. ad legem Jul. repe. un. qui tamen clarius, & magis consideratè loquitur, dicens qd̄ ciuilibus cōuentus ad vindictā tenetur in quadruplū: criminaliter verò cōuentus pro barataria, & extorsione commissā in causa criminali capitali, debet puniri p̄na capitis, vel deportationis: in pecuniaria verò criminali & ciuili causa relegandus est, dicto §. hodie. quæ §. ego nō puto esse correctū per dictā authenticā. Sed ideo arbitror in ea authenticā imponi alia p̄nam, quia nō simpliciter loquitur de extorquente, sed de accipiente à spontè dātibus: Textus etiam, de quo supra, vt iud. sine quoquo suffrag. loquitur de certis generibus officialiū, & non passim de omnibus, vt apparet in tit. seq. in auth. hæc autem omnia. Nec text. in d. l. iudices. C. de dignitate. lib. xij. dicitur parā prædicta opinione: quia si relegatur, exiit à dignitate, nec amplius reuertitur ad dignitatē. Nō quiescit tamē animus, & ideo vltimus cogitatio super hac difficultate materia, est aduertendū, qd̄ quatenus est barataria simpliciter, & iniustitia facta pecunia, punitur variè, & iuxta dictū §. hodie. & dictam authenticā. & dictam l. iudices vbi vide Plateam. Sed tamen in effectu non potest imponi nisi vna p̄na: textus est in l. Senatus ff. de accusa. Nec propter hoc dico, quod vna lex tollat alia quo ad originem, imò quo ad originem tenetur omnibus legibus: sed dico quo ad executionem: vnam tollere alia. sic intelligitur dicta l. Senatus vt ibi declarat Bart. in primo exemplo: quatenus verò rem ipsam vltius considerando videtur iudicem teneri p̄na falsi, p̄na concussoris, p̄na calumniatoris, & vt habetur in glo. de quibus supra, & melius quam alibi per Azon. in summa. C. de p̄ce. iud. qui malè iud. An tunc vna lex tollat aliam? Dic quod est reperiat eum teneri p̄na falsi tamen falsum non committitur: & ita etiam si teneatur lege Cornelia de falsis, nō tamē falsarius est, & consequenter vna tollit aliam, sicut modò dixi: quia resultat vnum erimen solum licet diuersis legibus puniatur. Ita Bar. in terminis in dicta l. Senatus. col. ij. ver. tertio potest. & ibi apparet hoc exemplū ad illū textū esse optimū, quod fuit glo. ibi, & ita dico quo ad alias leges punientes crimē barataria;. Restat mihi difficultas, quia punitur p̄na concussoris: videtur enim esse delictum separatū, ex quo in effectu non punitur ea p̄na, nisi interueniat cōcussio, & videtur quod extorq; delicto sit punitendus, vt declarat Bart. in dicta l. Senatus. ver. si verò recitabant duo crimina. in effectu igitur non interueniente cōcussione vna p̄na

sufficit: & illa est eligenda quæ magis, vel minus punit iuxta qualitatem delicti & personarum: arg. d. §. hodie sicut etiã apparet esse ex mēte communiter Doctorū: & nunquã est omittenda pœna cõfessionis, vbi interuenit ipsa concussio, quemadmodũ etiam sentiunt Doctores: & licet sit in arbitrio iudicis eligere quam malic, quando plures leges puniunt. l. quoties. ff. de action. & oblig. tamen index debet instrui in ea delicta, sicut ego proximè te instruxi. Ex his apparet non esse pertractandam difficultatem, An vna lex posterior imponens vnam pœnam tollat aliam, iuxta dictã l. quoties, & notata per Bart. in l. i. ff. vi bonorum raptor. & Felin. in cap. quod olim. vbi est videndum, de iudicis. & Marian. in cap. veniens. de accusationibus, chart. 193. col. ij. quia illa materia est, quando ius cõmune imponit pœnam, & superuenit lex statutaria imponens aliam, an tollat statutum ius cõmune. Nos verò loquimur, quando concurrunt diuersę leges pœnas diuersas imponentes circa idem delictum, quo casu vna nõ tollit aliam quo ad originem, dictã l. quoties. Secus autem quo ad executionem. d. l. Senatus. Non omitto tamen veridiciã in hoc articulo indiuiduo, quod omnes leges concurrant, & vna lex magis noua non tollat aliam, sed omnes pœnæ posteriores veniãt accumulatiuè ad alias, per textum in cap. cum æterni. in verbo, scituris. & ibi glo. & Doctores, maximè Perus. notant de re iudic. in vj. per quem textum, & notata ibi, nõ videtur Bart. vbi supra, rectè dixisse, nisi dicas Bart. loqui quo ad originem, non quo ad executionem, sicut & ipse dicit. Et in priuatione officij in pœfens, & in futurum omnes concordãt, iuxta dictã l. iudices. & alia, de quibus supra, & in quadruplo pariter, iuxta dictã supra. In alijs verò pœnis exilij, mortis naturalis, vel confiscationis bonorum, secũdum naturam delicti, quemadmodum etiam fuit consideratum in syndicatu facto annis superioribus vnuerſi Senatus, & fiscalium in ciuitate Aquarum Sextiarum in prouincia, vt commemorauimus supra in rubric. de carcerato fidelis. cõmit. vbi vide. Adde, quod rex Perlarum fecit quandam iudicem corruptum excoiriari, & ad terrorem aliorum affigi tabernaculo sedis. Sic referunt Ioan. Andr. & Doctores in dicto c. cum æterni. §. si quis autem. Et circa quadrupli pœnam, an tota sit fisci, vide glo. & Doctores in l. i. C. ad leg. Juliam repetund. & in l. datur. ff. eodem. & ibi per glo. & Bart. ponitur, An semper actio, quæ datur ad quadruplum, sit ad quadruplum, an etiam ad simplicium solum, & cui applicetur quadruplũ, & an detur cõtra prætorem vel capitaneum pro extorsione familiaris, & an detur contra hæredes officialium: & vide Angel. in dictã l. i. An euilibet ex populo cõperatius gendi ad quadruplũ, & vide etiam circa illud, cui applicetur, Bart. in dictã authent. sed nouo iure. vers. sed quæris. & Cepol. cautel. celiij. legimus hodie. Secunda est conclusio, quod malè iudicans dolosè, non tamen pecunia teneatur ad omne interesse parti læsæ, & infamis efficitur. l. si. C. de pœna iudic. & l. filius. §. iudex. ff. de iudicis. & statutum nostrũ vult etiam vt teneatur ad quadruplũ eius, in quo læsæ sit, sed an etiã possit agi criminaliter contra istum iudicẽ, Dic vbi iudicasset. in necè hominis teneatur lege Cornelia de sicarijs etiã quod non interuenisset barataria, sed dolo, aliter. d. l. in l. Cor. in pri. & l. j. §. j. ff. ad leg. Corn. de sicar. imò iudex, quod dolosè negligit facere iustitiã, punit criminaliter, vt in auth. vt differ. iudic. post prin. & Alex. in l. iij. §. in eũ. ff. de dã infec. dicit etiã gl. instit. de oblig. quæ ex quasi delicto nasc. in prin. & tũc quãdo dolo interuenit, teneatur iudex ex maleficio & nõ ex quasi maleficio, & efficitur infamis. Ad hoc etiam vide quæ ponit Salic. in d. l. si. C. de pœn. iudic. dum punit crimi-

naliter eos, qui suspendunt hominem non suspēdēdũ, & qui torquent, loquendo quando dolosè sit, etiã sine pecunia. In ciuili tamen sententia non reperio aliam pœnã, quã infamiz, quæ tamen est maxima: quia nõ potest esse testis, nec iudex, nec habere aliã dignitatem, vt not. in c. cum æterni. de re iudic. in vj. posset tamen iudex ita contemnere legem etiam in ciuili, vt puniretur pœna falsi. l. j. §. j. ff. de falsi. Secũdum verò ius canonicum, quæ sit pœna huius criminaliter agendo, vide dictum tex. in c. cum æterni. qui est seuerior. d. l. si. C. de pœna iud. Sed videamus quomodo probetur barataria & dolo iudicis, recurre ad generalia, videlicet ad d. l. sciant cuncti. cum materia. C. de probat. & quæ dixi supra sub tit. de conuictis. & in specie, dic quod probationes cõtra officiales debent esse euidentes, cum pro eis multum pœsumatur. Bald. in d. l. obseruare. §. proficisci. xj. q. ff. de offic. procons. & leg. & sequuntur Doctores in suis tractatibus, non tamen bene se expediunt. Sed verior sententia est hæc, quod vbi agitur criminaliter, sumus in terminis, de quibus in dictã l. sciant cuncti. vbi verò agitur ciuilitè, sufficiunt cõiecturæ, iuxta l. dolum. cum materia. C. de dolo. & quæ dixi supra in delictis, quæ sunt difficilis probationis, quãdo ciuilitè agit in tit. de partu supposito, maximè circa si. & quod sit difficilis probationis hoc crimẽ, dicit & ostēdit Bart. in l. qui ea mente. col. si. ff. de furt. Hæc conclusio patet, si consideras, quæ dixi sub dicto tit. de conuictis. & in tit. de hæret. & seq. de crimine læsæ maiestatis. & facit optimè gl. & communis conclusio in ibi Liurigenitiũ. §. quod ferè. ff. de pact. quod etiã in crimine falsi, quando criminaliter agitur, licet sit difficilis probationis, iuxta l. vbi. C. de falsi. & l. si ex falsis. in verbo reuelato. & quod dicit Bald. per illum tex. ibi. C. de transact. & erimen sit horrendum, vt notatur in rubric. extra de falsis. tamen non sufficiunt pœsumptiones etiam violentæ, sed debent esse concludentes, vt etiam late dixi supra in tit. de falsi. Et ex istis facile potes te instruere, quod fidei faciant hi, quorum opera exercetur barataria, de quibus per Homod. vbi supra. & Catald. in suo tractatu, char. 17. col. j. vers. addo, quod si officialis. Et addo, quod probato dolo, scilicet iudicem iniquè fecisse criminaliter vel ciuilitè, prout probandum est, postea stari poterit quo ad quantitatem interesse sacramentodamnum passu, iuxta l. si quando. C. vnde vi. vt dixi supra in tit. de furt. circa si. & ita Homod. vbi supra. Sic etiam potest esse instructus, vbi esset probãda tortura: quia aliquis diceret, Tortus fui, & iudex negaret, de quo tamen per Homod. vbi supra. Sunt enim consideranda prædicta, etiam si sit difficilis probationis, an agatur criminaliter vel ciuilitè. Et quando officialis aufugit à syndicatu, quod stetur sacramento partis, vide Doctores in l. admonendi. ff. de iureiur. in materia fugæ, maximè per Iason. & Iaf. in l. j. C. vt omnes iudic. tam ciuili. quam mil. Et adde, quod iudex denegans audientiam pœsumitur in dolo. Alexand. in l. iij. §. in eum. ff. de dam. infe. & Felin. in c. excommunicauimus. col. iij. de hæret. Item adde, quod ex qualitate personæ iudicis pœsumitur, & non pœsumitur per fortes fecisse quod iniquè fecit, secũdum Bald. in l. venales. C. quan. pro uoc. non est nec. Ad quam conclusionem conferunt quæ dixi sub tit. de inquisitione, vbi habes quid operetur mala fama, & quæ dixi supra in tit. de falsi. circa illud dictum Bartol. quod notarius pœsumitur errare, & non dolo falsum commisisse, de quo in l. quoties. §. j. ff. de hcred. institued. In dubio tamẽ pœsumitur ex imperitia iudicasse, & nõ dolosè. Bald. in d. §. proficisci. 29. quæst. Iaf. in l. j. C. vt omnes iud. tã ciuili. quã mil. quem vide, maximè dum dicit hanc esse optimam

optimam conclusionẽ pro iudicibus, qui teneatur tãtũ pro dolo: quia in hoc vltimo somniãdo loquitur & contra omnes, vt patebit ex infra dicendis in sequenti tercia conclusione. & vide quãdo iudex malè audit, & solitus est extorquere, quid operetur hæc aduersus eum sinistra opinio, latissimè per Put. in suo tractatu, char. 80. c. qui semel. col. ij. & iij. & ibi in effectu vult, vt etiam credatur minus idoneis in hoc crimine, quando iudex malè audit. Sed intelligi, prout supra breuiter cõclusi, quod aut criminaliter proceditur, & requirunt probationes claræ, iuxta d. l. sciant cuncti. aut ciuilitè, & tunc recurrendum est ad formam probationũ, quæ requiruntur in talibus delictis occultis; de qua dixi in pluribus locis. Et adde, quod syndicator potest detineri facere tempore syndicatus omnes officiales prætoris ad inueniendũ baratarias, & tenet prætore exhibere milites lorarios & alios, quos secũdum dicit, de quibus fit querela. l. nullus. C. de officio assessor. & Bald. in dicto §. proficisci. in fi. & Pute. char. 8. col. j. in principio. Item adde ad concernentia probationis malè gestorũ per officiales, quod d. l. officialis in procedendo nõ tenet seruanda, puta, quã admittat defensionis suspecti criminis capitalis sine cõstitutione, pœsumatur in dolo, & per fortes omnia fecisse, argumento licetor qui reperiuntur ff. de administr. tutor. & ad hoc vide Homod. in loco, vbi supra, charta sexta, col. ij. vers. sic. conclude. & Parid. charta 45. col. ij. vers. sic. pro iudice pœsumitur. Tertia est conclusio, quod iudex malè iudicans ex imperitia, teneatur inquantũ videatur iudicari, instituit. de oblig. quæ ex quasi delicto nascunt. in principio. & l. si. ff. de extraordinar. cog. cum similibus, et si est lara culpa, potest sibi æquum videri, vt teneatur in vera litis æstimatione, quia æquiparatur dolo iuribus vulgaribus. Sed si non est in lara, quia quamuis malè iudicauerit, tamen erant pro eo opiniones in illo articulo, tunc potest videri sibi æquũ aliquando vt teneatur in damno partis simplici, & aliquãdo in nihilo. Sic in effectu cõcluditur in prædictis tractatibus, vide Bald. in l. mancipia. C. de seruis fugiti. gl. instituit. de oblig. quæ ex quasi delicto. in princ. Paris. char. 55. col. iij. vers. sic. cõtra magistratũ Homod. in char. 89. & est communis mēs Doctorũ in dictã l. si. C. de pœna iudic. Bald. Præpos. & Afflic. in §. iudices, de pace iurã. firman. vbi Afflic. q. facit tractatũ in hac materia, & Homod. vbi supra cõsiderat in modo puniendi culpã, an sit lara, leuis, & leuissimã. Et vult pro leui & leuissimã criminaliter nõ puniri, licet Bald. in d. §. iudices sentiat, q. pro leui puniat criminaliter, plata autẽ habet illud. p. absoluto: sed quomodo puniatur criminaliter, vide Parid. vbi supra, char. 55. col. fin. & Bald. col. ij. & Doctores in l. si. C. de pœna iudic. qui malè iudic. In qua tamen materia recurret ad generalia, an criminaliter pro culpa leui & leuissimã in omni crimine quis possit puniri. Quam materiã vide in c. eognoscetes, de cõstitutio. maximè per Deci. & in l. j. ff. de legibus. & dixi supra in tit. de homie. Et vltimũ declarando, quod iudex malè iudicans ex imperitia teneatur inquantũ fuerit visum iudicanti, iuxta tamen modo dictã. Scias, quod si dictã sententia iniusta est nulla, non est conueniens vt iudex cõdemnetur in omni litis æstimatione: quia non fuit in causa, vt amitteretur lis: sed in damnis, quæ incutit propter impensas, quæ fiut ad detegendam nullitatem. Sic Bartol. in sua disputatione, iudex per imperitiam. Sed si sententia valida est, & nõ fuit appellatũ, licet potuerit appellari, tamen teneatur ad omne litis interesse prout tamen iudici æquũ videretur. Bart. in dictã disputatione, & si fuit cõfirmata sententia, Bart. vult in dictã disputatione, vt non teneatur, licet contrariũ velint Innoc. & An-

gel. qui illũ sequitur, in l. iij. §. fin. ff. de damno infecto. Et si obtinet in causa appellationis, nõ teneatur iudex ad omne interesse litis: quia reparatũ est per secũdam sententiam: teneatur tamen, si quod datur interesse propter expensas & cetera damna, vt Bartol. in dictã disputatione. Si verò appellatio est deserta, & iudex non detulit appellationem, teneatur ad omne interesse, Bartol. in dictã disputatione, & alibi sãpe. Sed si detulit, teneatur ad expensas, & cetera damna, Bart. vbi supra, & alibi. Et si pendet appellatio, Bartol. tenet vt possit conueniri ad expensas, & cetera damna extrinseca, in dictã disputatione, & Bald. in l. nouissimè. §. Pomponi. ff. quod falso tutore. Sic Corne. breuiter in consilio cccxv. col. fin. vol. iij. Et aduerte, quia loquitur quando ex imperitia malè iudicauit: quia si esset in dolo iuxta conclusionem secundam præcedentem, teneatur ad veram litis æstimationem, & hoc est æquum semper. l. si. C. de pœna iudicis. & Bart. vbi supra. Item aduerte, dum volo quando ex imperitia vt teneatur ad veram litis æstimationem: quia tunc est considerandum secundum prædictã, an dixerit contra legem aperte, an verò essent opiniones hinc inde, & vide. Deciũ in l. j. §. hæc autem verba. ff. quod quisque iuris. quando sententia est nulla, vbi dicit, quod teneatur ad expensas solum, nisi fuerit in dolo: quia tunc teneatur ad omnem litis æstimationem, secũdum prædictã. vide etiam Alex. in l. iij. §. in eũ. in fine. ff. de damno infecto. vbi vult, vt iudex, qui peccauit ex imperitia, non teneatur in solidum, sed inquantũ facere potest, & quod idẽ si non est soluendo, non detradatur in carcerem, secus si dolo iudicauit: quod nota. Quarta est conclusio, quod iudex iura facit litem suam negligendo, & denegando facere iustitiã, sicut faciendo iniustitiã. glo. in cap. excommunicauimus. in verbo, neglexerit. de hæret. probat. tex. in l. argentarius. §. fin. vbi Iaf. not. ff. de edendo. in iij. not. & ideo Bal. & Iaf. post eũ ibi, dicit, quod vidit damnatũ quandam iudicem, qui accusationẽ sibi portatã accepit, sed noluit examinare testes productos. ad idem videl. si quis in cõscribendo. vbi Deci. not. in vj. notab. C. de pactis. & ibi dicit, propter negligentiam magnã tamẽ, nõ parua iudicẽ posse priuari officio. Et sensus huius cõclusionis, quod iudex facit litẽ suam negligendo, est iste, quod teneatur inquantũ iudicẽ videtur æquũ, & sic interdũ ad omnem litis æstimationem, interdum ad merum interesse, & interdum ad nihilũ, secũdum declarata supra in præcedenti conclusione: & licet sit dubitatio, an simpliciter ad interesse partis teneatur negligens actione ciuili in factum, an teneatur inquantum iudicẽ, & c. iuxta dictum textum Institutio. de obligat. quæ ex quasi delicto nascunt. & in l. si. ff. de extraordinar. cognit. & Bartol. velit non hanc, sed præcedentem opinionem in dictã l. si. circa finem. Tamen magis placet opinio contra Bartol. quam etiam tenet Alex. in dictã l. iij. §. in eũ. col. ij. & Felin. in dicto cap. excommunicauimus. col. iij. de hæreticis. & ideo dicendũ est, si dolosè neglexit teneri ad veram litis æstimationem: si per imperitiam, inquantum fuerit visum iudicanti. & ita Alexand. vbi supra, per l. si filius. §. j. ff. de iudicis & decisionem Specular. in tit. de disputationibus, & allegationibus. §. fin. vers. sic. sed quid si noluit. qui Speculator ita præcisè vult, & nescio quid dicat Felin. in hoc, vbi supra, dũ referendo Specular. ait non tamẽ teneri, quando dolosè neglexit, ad omne litẽ: est verũ, quod loquuntur Alex. & Fel. non in dolo aperto: in quo bene verum est, quod teneatur ad omnem litẽ, dicto §. j. sed in pœsumpto in dubio resultatẽ contra denegantem iustitiã, & Specular. loquitur in dolo vero: quod tamen ex iudicis redditũ sit clarũ, iuxta Aegid. Bof. B 2 l. dolum

l. dolum. C. de dolo. & videtur tutior opinio, vt teneatur talis non faciens, & negligens, in dubio, ad solum damnum. vide tamen Bald. in l. si quado. C. de testib. & Homod. vbi supra, char. 6. col. ij. versic. cōclude ergo. Et intellige quæ dico, vbi non reperitur lex, quæ expressum aliud remediū concedat, quia tūc procedūt quæ dixi: sed si reperitur, vti in multis, tunc statur illis certis remedijs. Sic Bartol. in dicta l. si. Felin. & Alex. in locis vbi supra, & per Alex. in dicta l. si. maximè in vltima apostilla. Et vltra remedia ciuilia contra negligentem, & iustitiā denegantē, etiam cōpetit criminale remedium. Sic Bartol. in dicta l. si. Alex. & Felin. vbi supra & potest etiam priuari officio, sicut dixi, vt etiam per Alex. & Felin. vbi supra. Cetera in hac materia iudicis negligentis, & quando dicatur negligens, vide per Homodeum in dicto tractatu, charta 7. col. ij. & pluribus sequentibus, maximè in charta sequen. col. ij. versic. & si quæris qualiter probeatur negligentia: vbi cōcludit, eo ipso quod probatur dilectum a notariū fuisse vel fuisse denuntiatum iudici, cum testib. vel indicijs, & processum non fuisse, probari negligentiam, secus in clandestinis: in ciuilibus autem eo ipso quod probatur requisitio, & causa sit infructuosa, & non fuerit debito tempore terminata, probari negligentiam iudicis, nisi probet ipse iustum impedimentum, & Mediolani habemus ordinē contra iudices non terminantes causas temporibus limitatis, per quod incurruunt pœnam multorum scutorum. Vbi tamen pars est latere suo fecerit faciendā, maximè circa oblatioem salarij, & vide Afflict. in dicto §. iudices. in titu. de pace iuramen. firmā. Catal. in suo tracta. char. 1. versic. adde qd si datur libellus. col. ij. & versic. adde quod si iudex, vbi ponit an iudex negligens in crimine capitali teneatur persona liter venire ad iudicium, tanquā ingeratur pœna sanguinis, quemadmodum dicimus, quando agitur de crimine baratarie, iuxta dictū Bald. in d. §. proficisci. in ix. quæst. in quo etiam vide Homod. charta 6. col. ij. versic. vltimus qua pœna. & col. seq. & ibi enumerantur casus, in quibus iudex negligens punitur capitali pœna, & eadem charta, col. iij. versic. adde an assessores. & char. 2. col. ij. in duobus locis. & char. 29. secundum numerum cum præced. tract. col. ij. Ang. de Perus. in suo tractatu paruo. vide etiā amplissimè Pute. in suo tracta. charta 54. col. j. in verbo. negligentia. cum nouè columnis sequentibus. Item vide de iudice negligente iustitiam facere, Bald. v. volu. cōsi. ccclxix. Fulgos. cōsi. clxix. col. si. text. & Bal. in l. ij. C. de eom. & merc. & Doctores in l. si. C. vt intra cert. temp. & Alex. in d. l. si. ff. de extraord. cog. Et nota omnino, qd pro omni negligentia non proceditur contra officialem, sed tantum pro ea, quæ est dolo proxima, & sic quando est in lata culpa, non autem pro leuissima culpa, nec etiā pro culpa leui, quicquid dixerit Homod. in hoc de leui culpa vbi supra. Sic obseruat consuetudo, & ita attestantur omnes. De iure aliter est pro omni culpa, secundū etiā omnes. Aduerte igitur ad supra dicta, quia ferè non potest cōtingere casus quo ad malè gesta per iudices, siue neglecta, tam in criminali, quàm in ciuili, qui sub his quatuor cōclusionibus decidi nō possit. Pertractant tamē Doctores maximè in sæpe allegatis tract. infinitas quæstiones in specie, quas nō ab re est scire, vt nō desit authoritas, simul cū ratione, quæ ponuntur etiā in rub. & in l. si. C. de pœna iud. qui malè iud. & in locis vbi s. maximè per Alex. remissuè, vbi omnino vide in d. l. si. ff. de extraord. cognit. in omnibus apostillis. Quæro

27 *¶* Teriā an excusetur prætor qui malè fecit ex cōsil. assessoris, vide Deci. in l. iuris ignorātia. C. qui admit. qui tenet excusari, si assessor habebat instrumentum docto-

ratus approbationis facte in studio generali, nisi tamē per se iura scire teneatur, purā, quando ipse esset doctor. Et video iudex, qui secutus est cōsiliū sapiētis, nō excusatur, si malè iudicauit secundū Bartol. in l. si cōuenit. ff. de re iud. vide ibi per Doctores, & ibi etiā, an cōsiliū vnius doctoris magnæ existimationis excuset, & per Felin. in c. cum cōtingat. col. iij. de rescript. & ibi etiā ponit, quod prætor, qui credidit legali homini, quod nō aufugisset de prætorio, & qui tamen fugit, non tenetur in syndicato. Vide etiā Deci. in l. ij. ff. qd quisque iur. ad hoc principale an prætor excusetur propter assessore. Et ad hoc, an prætor excusetur propter consiliū assessoris, & de malè gestis assessorum, & qui sint assessores, & ad quid teneatur assessor, & de multis alijs in materia assessorum, vide Parid. Put. in dicto suo tract. charta 18. col. ij. ver. assessor. & sex sequētib. & etiā in alijs tractib. de quibus supra, & eundē Parid. charta xxiii. col. ij. versic. cōsiliū. & sequentibus. Et quādo prætor particepsat de dolo assessoris, vide Ias. in l. j. C. vt omnes iud. tam. ciui. quàm milit. in fine. Et de delictis custodum carcerum, vide eundem Parid. char. xxij. col. j. versic. an potestas. & octo sequentibus. Item de delictis lotariorum vide chart. xxj. col. fin. & alibi per Homodeum chart. 6. in fall. ij. & seq. vbi etiam de custode, de quo etiam custo de carceris supra dixi sub rubr. de carcere. & in istis locis etiam videbis de notariorum negligentia & syndicato. Et sciendū est, qd prætor tenetur p delicto familiaris, vt per Bartol. in l. j. §. familiaris. ff. de publ. & Deci. in d. l. ij. ff. quod quisq. iuris. & dixi supra in tit. de iur. Et pro absoluteione esset aliquid dicendū de modo procedēdi: verū quia de hoc tractatus nimis apertè loquuntur, & notarij etiā hoc sciūt: ideo cōsultō prætermittā. Nō omitto tamē, qd si syndicator ꝑ facit proclama, vt qd voluerit querelas deferre, veniat infra certos dies, alias non audietur, prout moris est. Si quis veniat post tēpus, non audietur, & querela est nulla. Bald. in d. §. proficisci. in iij. q. Marian. Socin. in tracta. citat. in 77. art. in ij. effectu perceptorij, & per Bald. in d. §. in iij. q. & amplius etiā in propria patria non poterit cōueniri. Bal. & Marian. vbi supra: & loquuntur Maria. & Bal. etiā nō secuta absoluteione: sed secuta absoluteione. Ita etiā tenet Alex. in l. ij. ff. ad leg. Iul. repet. & sequitur Put. in tracta. char. 8. col. iij. versic. officialis. Homod. in suo tracta. char. 11. col. iij. ver. & prædicta. Ego sum in hac opinione, siue sit secuta absoluteio, siue nō: quæ est cōmunis, quicquid velit glof. in d. l. ij. ad si. & Bartol. ibi. Qui tamē defendi possunt quo ad contractus & de dicta extra officiu, de quibus nō fuit cognitū nec decisum, tamen vide tex. in l. si cui. §. iisdē. ff. de accus. vbi dicit, qd quod semel absolutus potest iterum accusari ab eo, qui fuit ignoras, & prosequitur suā, vel suorū iniuriā: & probatur ignorātia iuramento. Felin. in cap. de his. de accusat. in versic. nono. Tamē cum sūt proclamata, nescio videre, quomodo possit allegari ignorātia. vide tamē omnino, cū sūt proclamata, tex. in c. si. extrā, qui matri. accus. poss. qui tex. adhuc admittit omnes, qui etiā impediti legitimo impedimēto. Itē quomodo probetur ignorātia a loco, in quo etiā sūt proclamata, vide Bartol. in l. is potest. ff. de hæ. instit. vbi ponit,

34 *¶* quod etiam prætor potest cōueniri pro barataria & furtis durante officio, non expectato tempore syndicati. & hæc est cōmunis in l. ij. ff. de in ius vocan. vt ibi per Ias. facientē regulam & fallentias, dum dixi, siue secuta absoluteio, siue nō, in propria patria non posse iterū cōueniri, secundū cōmūne. Adde quod hoc procedit quādo officialis erat extra patriā offic. & ibi fuerat facta proclamata. Ceterū si in patria erat offic. nō video quare in patria nō possit cōueniri post dies

quin

quinquaginta, & iudicari vltra dies viginri, non obstiti. vnica. C. vt omnes iudic. tam. ciuili. quàm mil. quæ non loquitur hoc casu, in quo debet habere locū ius regulare, scilicet l. querela. C. de fals. & l. properandum in prin. C. de iudic. Cogita. Non est etiam omittendum, qd quando delegati superiore circa syndicatū officialis, vel officialium, perquirunt passim ab omnibus, de eorum vita ac gestis, quod malè faciūt, & non memores eorū, quæ summus Pōtifex dicit in cap. eum oporteat. in c. qualiter. el. secundo. & in c. si. de accus. Ex quibus iuribus apperet, quod deti princeps cōmittat alicui, vt inquirat contra aliquos, prout dictū est, tamē nō facile debet prostrare ad inquirēdū cōtra officiales, qui exercendo officiu suū sunt sicut scopus ad sagittā: & qui dum corrigunt, & castigāt, nulla habita ratione personarum, multorum odia incurrun. sic in d. c. qualiter & quando. Sed in primis de fama eorum est querendū, non à supercōtis personis, nec ab his qui non zelo iustitiæ, sed timore seueritatis talū officialium depununt, & fama mala ita probata, postea inquirunt de veritate criminum obiectorum: & vbi etiā aliquis dedisset libellū diffamatoriu, non iudicariū more, sed solum ad diffamandū, ex hoc nulla esset secuta infamia, propter quā vltorius esset inuestigādum de veritate. ita est tex. in c. inquisitionis. §. tertie. de accusa. & ibi Abb. not. & ceteri. Et similiter vbi multi maximè nullus existimationis, & malè auditi detulissent aliqua mala etiā ex eorū dictis non deberet vltro procedi ad inquirendum de criminibus in specie. d. c. cum oporteat. vbi Aret. in j. col. Et vbi detur libellus diffamatorius, vt supra, est petēdū vt statuat terminus tali ad verificandū maledicta, quibus nō probatis est capitali pœna plectendus, iuxta ea quæ dicuntur in l. j. C. de famos. li. & v. q. j. per totū, vbi est videndū de hac practica. Et sciendū est, qd non solum potest inquiri in certis personis, sed etiā in collegium vel vniuersitatem, & vbi præcessit iudiciū vel diffamatio, & communicato consilio aliquid fecerit, sit inquisitio specialis quo ad personas & delicta, & sequi ex ea potest cōdemnatio, vt omnes ponūt in tract. syndic. & in specie Doctores in ca. ad petitionē. vbi Abb. & Alij de accu. Et talē inquisitionem fecit D. Rosus Florentinus in ciuitate Veronæ, quādo inquisiuit cōuentū & fratres sancti Francisci, cō qd avaritia interfecerant quendā Cremonensem eorū hospitem, cum reperisset omnes culpabiles numero quinquaginta: & fertur, quod deambulando dicebat, Quid facies Rosei suspendēne illos in magno numero sunt: & statim addebat, Quamuis plures sint, omnes tamen deliquerunt. Et tandē omnes suspendi iussit ab olitore eorū minus culpabili, qui solum pallium interfecti receperat post homicid. hæc per Marian. Socin. in d. c. qua liter. el. secundo. in ij. artic. prin. Et quia terigi de obloquētib. cōtra magistratus, dic qd sicut seuerè cōtra officiales proceditur propter iniustitiā: ita qui iniuste obloquunt de eis, debet grauitè puniri, ad eod vt offic. qui postea bonus declaratur possit agēdo ad iniuriā, facere, vt illi plectatur pœna mortis tanquā homicidę parentū. §. ex aduerso. & ibi gl. in auth. vt iudices sine quo. suffrag. & non probare est verificatio qd ad iniuriā querelauerit, etiā criminaliter agēdo, vt per Soc. cxvii. col. pen. & si. & Put. in tracta. suo char. 4. c. iniuria officialis. vbi omnino vide. & licet pœna regulariter iniuriarū sit extraordinaria. l. fin. ff. de iniur. tamen propter malū exēplum pœna in hoc casu est capitalis. Est etiā capitalis agēdo de calumnia, iuxta l. fin. C. de accus. & l. j. ff. ad Turpil. & not. in e. ij. de calum. & sufficit præsumptiua probatio, scilicet quia non probatur, gl. in l. athletas. §. calumniator. ff. de infra. tamen quia cessat de

consuetudine pœna similitudinis supplicij pot agi iniuriarū, imò in hoc iudicio iniuriarum facilius obtineri potest, vt per Soc. vbi supra. Et aduerte, quæ nō loquor de famoso libello, qui assignatur valuis vel parteibus: si tūc passim est pœna capitalis etiā cōtra nō officialem. l. j. C. de famos. lib. Sed loquor de libello iudicario: quæ si nō probatur, procedunt prædicta, iuxta ea quæ dixi supra in tit. de iniur. Et heri quidā aduocatus, qui fuerat instigator vt plures querelæ cōtra bonum officialem portigerentur, & nō probauerat eas, iustus est exulare perpetuò à dominio, & dānatus fuit in omnibus impensis & interese.

Titul. de Publicatione processus & testium.

SUMMAE

- 1 *Publicatio processus an sit necessaria ad hoc, vt sententia valeat.*
- 2 *Publicatio processus an requiratur ante torturā, & quomodo non publicato processu detur copia indiciorum.*
- 3 *Testes an possint recipi ad defensionem, vel ad offensionē post publicatum processum.*
- 4 *Testes an possint recipi post publicatum processum fingendo quod index illos examinet ex officio suo.*
- 5 *Testes an possint publicato processu examinari super articulis directi contrariis.*
- 6 *Testes partis aduersæ an possint reprobari de falso, salte indirectè post publicatum processum, quando etiam cum falsitate obicitur corruptela.*
- 7 *Testium falsitas quomodo possit ostendi publicato processu si agitur criminaliter ad puniendum, & non ad retrahendam sententiam.*
- 8 *Testes in causa criminali an possint examinari post conclusionem in causa.*
- 9 *Conclusio in causa an habeat locum in criminalibus.*
- 10 *Testium personas quomodo liceat post publicationem reprobare si prius fuit protestatum.*
- 11 *Testis an possit repelli in causa appellationis si non fuit repulsus in prima causa.*
- 12 *Index an possit ex officio repellere testem inhabilem. & in tit. sequenti. 64.*
- 13 *Testis quem protestatus sum me reprobaturū, non probas, si postea dicat aliquid pro me. & ibi etiam ponitur quomodo ratiō videatur approbari persona testis.*
- 14 *Testis productus per me in vna causa, an possit per me reprobari in alia.*
- 15 *Testis dictum an possit pro parte tantum acceptari.*
- 16 *Testium dicta possunt reprobari ab ipsomet producentes & qua sit ratio.*
- 17 *Testibus per me productis an pars aduersa possit vti non vteute.*
- 18 *Testes producti an possint interrogari ad instantiam partis aduersæ incontinenti vel ex interuallo.*
- 19 *Testis idem an possit ab eadem parte iterum produci seu per alios capitulis.*
- 20 *Testibus adhibitis ex consensu partium, an possit aliquid opponi.*
- 21 *Testis, qui non debuit examinari, non facit fidem, nec in iudicium, dummodo index reseruauerit exceptiones partium.*
- 22 *Testes examinari an iterum possint repeti super eis dē capitulis, saltem ex officio iudicis.*
- 23 *Index non interrogas testes vbi posset interrogare, an male faciat, & an ab eo possit appellari.*
- 24 *Testis quomodo dicatur ambiguus ad hoc vt possit repeti.*
- 25 *Testis sicut potest repeti ad declarandum, an etiam possit*

- repeti, ut aliquid addat.
- 26 Testes possunt repeti etiam ad instantiam partis, & publico processu, quando non fuerunt interrogati super omnibus capitulis vel interrogatoriis.
- 27 Testis an possit repeti inuitis.
- 28 Testis sponte sua an possit reuerti ut addat, vel ut se corrigat in continenti vel interuallo.
- 29 Testi an licitum sit variare, antequam recedat a iudice.
- 30 Testis varians ante finitum examen an possit torqueri.
- 31 Testibus examinatis debet legi depositio sua ut eam melius confirmet, antequam recedat a iudice.
- 32 Testi an licitum sit incontinenti se corrigere vel variare.
- 33 Testis an possit ex interuallo se corrigere. & nu. 36.
- 34 Testis an possit ex interuallo addere.
- 35 Testis, qui prius deposuit se tantum scire, & c. & postea deponit absolute verum esse, & c. an probet. & quid econuerso, si primo dixit se scire, postea nescire.
- 36 Testis ex interuallo se corrigens an puniatur dicitur falso. & supra nu. 33.
- 37 Testis non puniatur de falso, ubi fieri potest, ut non ad sit dolus.
- 38 Testibus examinatis, & postea mortuis, si quis eorum depositionibus usus fuerit, non potest argui de falso, quia falsitas ostendi non potest, cum testes non possint amplius torqueri.

Titul. de Publicatione processus et testium.



DIXI supra in vndecima & vltima parte torturæ, quod ante torturam datur copia indiciorum, & deinde sub rubrica seq. de defensionibus reorum, & defensionum impugnationibus, modum tradidit defensionis, & offensionis, ad cuius pleniorum declarationem etiam subieci, titulos singulares omnium ferè delictorum, breuiter eorum materiam pertractando. Aliud igitur non superest post factas defensiones & offensiones, & absoluta vtriusque omnia testium examina, nisi vt detentia ad publicationem processus, quæ necessaria est ad hoc vt sententia re ipsa valeat, licet sine ea non sit ipso iure nulla. hæc est communis opinio, vt per Felin. in cap. licet causam. de proba. col. xvij. vers. fallit secundò. & latius in c. cum I. & A. col. ij. & ij. de re iud. & Aret. in c. causam quæ. col. j. de testib. Sed quæro, si an etiã ista publicatio processus requiratur ante torturam? Bald. in l. milites. C. de questio. tenet negatiuè, & ita Brun. char. 9. col. fin. & seq. in suo tract. torturæ. Et text. secundum vnã lecturam in l. ij. C. de edicto. vt ibi per Bart. in ij. lectura. Et practica est, qd publicat processus, & datur copia indiciorum, aliter tolleretur rei defensio, vt ibi per Brun. & reus potest elidere iudicia, & reprobare contrarios probationibus, vt per Brun. vbi supra, & clarius char. 8. col. j. vers. sed licet. & dñ dixi supra in xj. parte de torturæ, & vltima, quod etiã nõ publicato processu datur copia indiciorum, intellegi ratioe solennitatis, quæ fit in publicatione processus, iux. gloss. & not. in l. gesta. C. de re iudica. quia sine alia citatione partis datur ipsa copia. An publicatio processu etiã solenniter, vt tandè sit post probationes hincinde factas, super capitulis vtriusque partis, possint examinari testes ad defensionem, & offensionem. Communis est sententia quando parte instatè proceditur, ad defensionem nõ posse examinari, vt per Aret. in c. cum clamor. col. ij. de testib. tenetur tamè iudex ex officio, etiã in casu quo ad instantiam partis proceditur, quærere defensiones etiã per examen testium post publicationem. Aret. in c. sil. col. j.

& ideo concludendum est, vt ad offensionem nõ possit etiam ex officio, vbi, vt dixi, sumus in casu quo proceditur ad instantiam partis. Aret. in cap. fraternitatis. col. ix. vers. item in causa criminali Bald. in l. presbyteri. col. ij. vers. iuxta primam. C. de episcopo & clero. & consi. cclxxvij. in primo vol. col. penult. circa finem. & sequen. secundum offensionem Brixientem. Felin. in d. c. cum clamor. col. penult. vers. secunda conclusio. & Angel. Aret. vbi infra. Et aduertè quod artic. huc quo ad testes examinados ad defensionem late disputauit Aret. in d. c. fraternitatis. & ibi tenuit quod publicatio nõ obstat parte instatè, sed, vt dixi, Aretianus met in d. c. cum clamor. aliter tenet. Dicens quod late articulo disputauit in d. c. fraternitatis. Sed quod comunis est in contra rium. & bene loquitur quicquid dicat Felin. in d. c. cum clamor. & Angel. in glo. qui iudex dictum processum publicauit, & in gloss. qui iudex statuit terminum ad opponendum contra processum. col. ij. in fi. & pri. seq. & in gloss. comparè dicti inq. titi, & negauerunt totum. col. fin. & Salicet. per eum non allegatus in l. fin. col. penult. C. de quest. Aduerte etiã dñ dixi, nõ esse testes etiã ex officio examinados ad offensionem, vbi parte instatè proceditur: nõ loquuntur Doctores vbi pars est voluntaria, scus si necessaria. Itè limitant hanc conclusionem, vt nõ procedat quado iudex videt reum suspectum de collusione. Cui aliam limitationem addo, quando videt partem esse negligentem. Bart. in questione, iudex maleficio rum. Bald. in d. l. presbyteri. & in l. ij. C. de abolitionibus. per Felin. & Aret. in c. q. Gu. de iudiciis. & procedit hæc limitatio siue ad defensionem, siue ad offensionem agatur, secundum Doctores supra, & nota quod Hosti. & Abb. & alij communiter in d. c. cum clamor. volunt vt etiam si iudex ex puro officio procedat, tamen vbi videt reus quod malitiosè procedit, potest appellare, sed tamè limita vt per Felin. in d. c. cum clamor. col. fi. vers. & in prædictis. & an sit idem quod pars petat, & nominet, vt illos iudex examinet, an tantummodo sciat quos voluerit iudex examinare, vide Paul. de Ca. facientè differentiam in c. sil. cclxxvij. in primo volumine. vbi dicit quod licet sciat, nihilominus iudex ex officio potest examinare, vbi aliàs veritas haberi nõ possit, videtur tamè hoc pèdere à captione Bald. in l. fin. in fine principij. C. de appellatio. vbi dicit se dare nouum modum per què semper poterit produci testes publicatis attestacionibus, vt scilicet qui hoc facere intendit iudici det nomina testium, & se absentè faciat, posteaq; iudex ex officio illos examinet, sed hoc reprobat Roman. & post eum Felin. qui eum refert in d. c. fraternitatis. col. viij. nec curo de repertorio Hippoly. in quo aliter tenet in l. j. §. fin. col. ij. & sequen. ff. de questione. Vide igitur non posse ad defensionem, minúsque ad offensionem examinari testes post publicationem testium super capitulis vtriusque partis, sed an possint examinari super articulis directè contrariis, & dic idem per clementinam secundam, vbi gloss. notabilis, in verbo, indirectè. de testib. & est comunis Doctorum sententia ibi, quæ tamen non habet locum quado articuli essent indirectè contrarij, iuxta l. optimum. C. de contrahen. & commit. stipul. Est tamen aduertendum quod si pars contra quam producta fuerant capitula ex inspectione eorum potuit instrui ad contrapublicandum ante publicationem, tunc cessaret hæc conclusio, sed si instrui non potuit, & testis super eis examinatus deposuit de loco & tempore, quod nõ erat expressum in capitulis generaliter compositis, tunc conclusio militaret. ita communiter Doct. in d. clemen. ij. maximè Barba. qui d. clemen. legit cum rubr. illius tit. & ita attestatur Maria. in c. fraternitatis. de testib. in ix. quest. principi

6 principali. Et sumus in materia vtrū falsitas testium diuerzæ partis possit ostendi, & conclusio est, vt directè & non possit: scus autem indirectè, sicut tamen dixi directè etiam potest ostendi quando ultra falsitatem etiam obicitur testes corruptos fuisse, & ex quo censetur nouum capitulum, ita Marian. vbi supra, in viij. quest. in prima limitatione. & ponit etiam alias duas limitationes, & hanc communem cum his & aliis limitationibus ponit Felin. in cap. licet causam. num. 24. & sequen. col. xij. extrà, de probatio. Sed si obicitur sola falsitas, hoc opus hic labor est, & Maria. circa dictam viij. quest. mouet difficultatem, & se reicit ad c. cum causam. de probat. & c. cum venerabilis. de exceptio. est materia illorum capitulorum in quibus not. quod etiam sententia quæ tranfuit in rem iudicatam, reuocatur præteritum fallorum testium, & ideo Felin. in eo c. cum causam. tangit difficultatem in prima conclusione, & ostendit quod sola falsitas non sufficit, quando non obicitur corruptela, allegat Bart. Abb. Imol. Paul. de Cast. Anto. de Bur. & Io. andr. & ita dicit esse intelligendos. Specu. & Archid. qui simpliciter loquuntur, & super quibus Dec. se fundas in c. cum causam, tenet esse speciale in crimine falsitatis, vt timor subordinationis non habeatur in consideratione, vt per eum, sed dicit contra communem, vt etiam apparet ex dictis Alex. in j. col. & Imol. ibi in l. diuus. ff. de re iudic. & incipit versiculus, Alex. item fallit vbi que. Fateor quod si ageretur criminaliter ad puniendum, & non ad retractandam sententiam, iuxta late dicta per Alex. & Imol. maximè col. vj. vers. item aduerte. & dicta per Felin. in d. c. licet causam. in xv. col. vbi ponit modos quibus potest agi præteritum fallorum testium, si cur etiam sit d. l. diuus, tunc publicatio non obstat, per ea quæ ponit Bar. in d. auth. qui femel. vers. quæro an alia instantia. C. de probat. scus si ageretur criminaliter, & incidenter ad rescissionem sententia, iuxta not. per Imol. in dicta col. vj. vers. item aduerte. quod tamen etiam non tranfit sine dubitatione per dicta Barto. in dicta questione, quæro an in alia instantia. Item si ageretur solum contra testes vt punirentur, cessaret difficultas, quia res inter alios acta, & cessaret etiam quado ex officio iudex procederet, iuxta c. cum clamor. & hoc eadem ratione, & casus clarus est pro communi, quado agitur ciuilitè ad rescissionem sententia, dico clarius secundum Doctores communiter, tamen adhuc ego dubito propter generalia verba rubricæ & legum. C. si ex falsis instrumentis. & capitulum, cum causam. & cum venerabilis. & d. l. diuus. dicere autem, non loquuntur supra dicta quando publicatus erat processus, est merum somnium, quod nunquam fuit in consideratione Legum. An post conclusionem in causa in criminalibus possint examinari testes, & acta fieri, vide quomodo concludatur in causa. text. in c. cum dilectus. de fide instrument. & Felin. ibi omnino, & in effectu post conclusionem in causa non licet examinare testes, imò est præclusa omnis probatio etiam per instrumenta. d. c. cum dilectus. licet aliud sit in instrumentis de nouo repertis, vt per Ias. in repetit. d. l. admonendi. charta vltima. col. j. vers. confirmo. iuncta charta 7. col. ij. vers. retenta. & non licet etiam post conclusionem in causa examinare testes contra personas testium, imò nec post solam publicationem testium, nisi secundum formam cap. presentium. de testib. In Senatu tamen video facile concedi, vt contra personas possint examinari etiam post emanatum peremptorium, & causa quare etiam contra personas de iure non possint examinari testes, illa est, quia, vt dixi, con-

clusio in causa præcludit omne genus probationis, vt late per Felin. in d. c. cum dilectus. qui ostendit adeo præcludi os partibus per conclusionem in causa, vt quasi æquiperetur sententia, & magis hoc impedit ne quid postea fiat quàm publicatio testium, vt patet in d. c. cum dilectus. & patet, quia tot limitationes nõ datur per Doctores quado est conclusum in causa ad iterum examinandum, prout dantur quando est publicatus processus, vt in cap. cum venissent. p. Doctores, de testibus. & per Alex. in l. iubemus. C. de iud. vbi vide col. ij. vsq; ad finem. & ibi concludit, sicut supra dixi, quod quado conclusum est in causa, præcludit omnis via vltiori probationi. Et ne erres, scias quod in criminalibus non concluditur in causa, vt per Felin. in d. c. cum dilectus, col. ij. & Aret. in gl. qui iudex statuit terminum ad opponendum contra processum. col. ij. in fi. & seq. quia nõ potest reus renunciare defensionibus, vt per Doctores in dicto cap. & in l. iubemus. allegata, & Mediolani ex consuetudine non concluditur in causa etiam ciuili. Si igitur in criminali, non concluditur in causa, nihil impedit quin possint testes examinari, etiam super contrariis cap. nisi obstat publicatio testium, quo casu dicendum est, vt supra dixi, & minus impedit quominus possint examinari testes contra personas testium, nisi etiã obstat publicatio, quæ etiam non attenda possunt examinari secundum formam dicti capituli, presentium, de testibus. Et circa dictum cap. presentium, dicit quod si pars protestatur contra personas testium ante publicationem, videlicet quo tempore pars citatur ad videndum iurare testes, iuxta cap. ij. de testibus. & l. si quado. C. eodem. tunc non obstante publicatione potest probare contra eorum personas, vide Felin. ibi, qui ponit sex fallentias percurrendo & limitando dicta Saliceti in hac materia in l. si quis testibus. C. de testibus. vide etiam Aret. in dicto cap. presentium. & Signorol. consilio lxxix. Et procedit etiã quod pars contra quã fuit productus testis, postea velle allegare testem corruptum, vt notabiliter per Felinum in cap. licet causam. de probationibus. col. iij. circa finem, & seq. in ix. no. tab. vbi etiã vide col. xiiij. & sequenti versiculo, tertia conclusio. & an qui non opposuit contra testem in prima causa, possit postea opponere in causa appellatiõis, vide Aretinum in cap. ex parte. col. ix. & seq. de testibus. & in cap. seu. eodem tit. col. iij. circa principium. & vbi pars nõ fuit protestata, An iudex ipse ex officio possit repellere testem inhabilem, vide Salicet. in dicta l. si quis testibus. Felin. in dicto cap. presentium. col. ij. & in cap. intimaui. col. penult. circa finem & seq. extrà, de testibus. & in c. testimonium. eodem tit. col. ij. & ibi Aret. col. vij. Alex. in l. iij. in princ. ff. de testibus. col. iij. & v. volu. consil. clj. col. v. circa princip. vbi ponit aliquos casus in quibus potest opponi etiã sine protestatione, & omnino Ang. consil. cccxv. col. ij. & in d. c. ij. per Felin. in extrà, de testibus. col. viij. circa finem. Et addet quod facta dicta protestatione per me, si tales testes postea aliquid pro me deponerent, non staretur eis ad mei fauorem. Aret. in d. c. presentium. in vlti. notabi. & ibi Felin. col. ij. & latius per Felin. in d. c. presentium. col. penult. vers. in glo. fin. vbi regulam ponit & fallentias circa hoc, & ibi per Aret. in vlti. char. & per Felin. notabiliter in c. capitulum. de rescriptis. col. xiiij. vers. cum in fi. Item adde quod sicut ego contra testem debeo protestari, aliter videor illum approbare. d. c. presentium. ita si egomet produco testem, videor illum approbare, nec possum postea improbare. d. l. si quis testibus, vbi per Doctores maximè per Salicet. Alex. consil. lxxvj. col. penult. vol. j. per Felin. in c. veniens. el primo. de testibus.

lib. col. si. circa princip. Angel. in authen. at qui semel. col. ij. de probat. Et quid de iudice quem approbavi in iudicem, an possim eum reprobare, si contra me in eadem causa producat in testem, vide Aret. in c. dilecti. de testib. col. pen. circa fin. & seq. Et si in vna causa produxi testem, & idem in alia producat per alterum contra me, an possim eum reprobare? vide Salic. vbi supra, col. iij. Aret. in d. c. presentium. col. iij. & Felin. ibi, col. iij. Et quando produco testem, an possim allegare eius inhabilitatem, vide omnino Bal. in c. cum dilecti col. vlti. de consuetud. vbi ponit practica, qualiter quis possit dicto testis se iurare pro parte, & pro parte non acceptare, & an ex capite inimicitie possim testem reprobare, vltra Salic. vbi supra, & alios vide Bal. v. vol. consil. xij. col. ij. circa fin. Et procedit hæc quo ad personas testium, sed si dictum eorum potest quidem reprobari ab ipso met producente tanquam falsum, Salicet. in d. l. si quis te sibi. versic. quartò quæro. ad fi. & Ant. de Butr. in c. cum venerabilis. col. v. versic. oppono. extrà, de exceptio. & ratio est, quia producens sibi cõtra illud non potuit providere. ita Salic. & D. Anto. vbi supra, nec censetur approbas personam testis approbare eius dicta, siue testificanda per eum. ita not. Salic. in d. l. si quis testib. col. ij. Ang. vbi vide in authen. at qui semel. col. ij. C. de proba. Alex. consil. lxxj. col. penult. vol. j. & Felin. in c. veniens. el primo. de testib. col. si. post princip. Quid verò si produces non velit uti dicto testis, quem produxit, an possit altera pars illum producere, vide Felin. in c. de testib. col. si. extrà, de testibus. & per Bald. in l. j. bestias. ff. de postul. Panormit. in dicto cap. presentium. in princ. col. iij. & ibi Felin. col. iij. & Aret. in consil. cxlj. circa medium, & an teste producto per vnam partem, possit altera pars petere, ut intertogetur pro se super eodem cap. vel super alio diuerso & quid ex intervallo, & quid etiam si talis pars contra quam fit productio, esset per lapsum terminum exclusã à productione testium, vide Aret. in dicto cap. de testibus. in vltima char. & Felin. ibi. col. fin. Et an testem testis possit ab eadem parte iterum produci super aliis cap. Signorol. tenet posse consilio quinquagesimo tertio. col. j. Et an possit opponi testibus adhibitis in aliquo actu ex consensu partium, vide Felinum in c. exhibita. col. iij. de iudiciis. Cepol. plenè cautela cccxiiij. Alex. idrum notabiliter consilio lxx. volumine primo, vbi limitat procedere quo ad illos, qui eos rogarunt pro testibus. Idem Cepolla consilio vigesimo primo, col. iij. Dixi de protestatione quæ iuuat partem, ut possit post publicationem probare cõtra personas. Ad do autem quia multi testes non debent examinari, qui tamen examinantur, quod reseruatio quam faceret iudex de non præiudicando exceptionibus contra eos militantis operaretur ut preinde esset, ac si nullum factum fuisset examen. Aret. in c. ex parte. col. vj. de testib. Felin. in c. dilecti. de accus. col. ix. & in d. c. ex parte. colum. antepen. vbi vide in fi. & sic etiam vbi dicti testes aliis non facerent iudicium qualequale, nec hoc casu examinati illud facerent, & vide etiam Felin. in c. testimoniu. col. v. in fi. de testib. & cadet hæc conclusio magis sub tit. seq. de oppositio. contra testes. Sicut facta publicatione propter timorem subornationis noui testes prohibentur produci. c. fraternitatis, & authen. at qui semel. C. de probatio. ita testes examinati non repetuntur super eisdem capitulis. c. per tuas, extrà, de testib. cum glo. j. Felin. ibi, in versic. secunda conclusio. vbi vide, est pulchra materia, & conclusio est hæc, quod etiam vbi proceditur instante parte, tamen iudex ex offic. potest iterum interrogare testem, quia forte obseutè deposuit, ita Felin. ibi, & glossa, ibidem,

quam vide, quia bis hoc repetit, & glossa in §. illud. in authen. de testib. quam sequitur Bar. in authen. at qui semel. C. de proba. in fi. hanc glo. sequitur Imol. in d. c. per tuas. sepius repetendo, & ita etiam glossa in c. cum clamor. de testib. & ibi larius Felin. col. j. qui post Doct. per eum allegatos clarè loquitur, & in criminalibus & in civilibus quando proceditur inter partes, & ita clarè Aret. in d. c. per tuas, qui nunquã in dubitat, nisi quando est repetendus instante parte. Et aduerte ad glossa in d. c. cum clamor. dum dicit quod iudex precipuè illo text. in quo proceditur ex mero officio potest interrogare, clarè idem volens quando instante parte, & vide omnino illam glo. ponentem rationem dubitandi & decidendi, & ita Marian. in c. fraternitatis. in xxxiiij. fallen. de testib. Et aduerte, quia primò est quæredum ad cognitionem prædictorum, an iudex si non faciat, malè dicatur facere, & possit & appellari, vide Felin. in d. c. per tuas. col. si. versic. item in quatum. qui videtur dicere quod malè facit, & si appellatur quod supplet iudex ad quem, loquitur tamen in dubitatione insurgente ex actis, & vide Aret. in d. cum clamor. col. j. in ij. notabi. vbi dicit quod iudex potest, & non cogitur, & ita cõmuniter tenet Doct. est verum quod simpliciter loquitur non facta difficultate quomodo procedat ambiguitas. Secundo aduerte quomodo exemplum detur quod testis sit ambiguus, de quo videtur text. in d. c. cum clamor. qui loquitur in tali ambiguitate, quæ nullo modo possit intelligi, & ita not. Aret. ibi, in d. ij. notab. & ita videntur plures Doctores tenere qui sunt reprobat à Felin. & aliis per eum allegatis in d. c. cum clamor. col. si. versic. vltimò scias. vbi vide. Sufficit enim quælibet ambiguitas, ut ibi, & datur etiam exemplum quo ad assignandam rationem dicti sui, quia hoc etiã pertinet ad hanc declarationem glossa in d. §. illud. & Barr. in l. repeti. in prin. ff. de quæstio. & Salic. in authen. at qui semel. C. de proba. col. v. Et sic vides quod ex officio iidem repetuntur ad declarandum, sed an ut addant, vide Felin. in d. c. cum clamor. col. ij. post Lapum, & D. Ant. & Aret. ibidem, col. j. in ij. notab. an verò ad instantiam partis iudex possit repetere, loquitur semper publicatis attestacionibus, saltè ad declarandum. Dic communem esse, ut non possit, & sic minus addendum & corrigendum. Aret. in d. c. per tuas, in diuersis locis ita attestatur, vnus est casus in quo iidem testes possunt repeti ad instantiam partis publicatis testibus, quando non fuerunt interrogati super omnibus capitulis, vel super interrogatoriis, & hoc etiam, quod sub vi verborum capitula continerent plura, quia super omnibus est interrogandus, etiã quæ in virtute verborum continerentur, ut in exemplo eius qui capitulat præscriptionè. Abb. in d. c. per tuas. Et aduerte, quia si fuit interrogatus, atque ita responderit, ut etiam fieri debuisset alia interrogatio, illa nõ facta, nõ dicitur aliquid omissum, quia satis est, quod super omnibus capitulis, & capitulatis fuerit interrogatus. est verum quod si dubiè respondit, tunc sumus in alia materia, de qua supra, an repeti debeat ad declarandum dictum suum, & minus adhuc diceretur omissum, si etiã iudex vterius interrogasset de causa scientiæ, & adhuc aptè non respondisset. Et ad de quod Tindar. in hac materia, in suo dialogo. lib. j. c. ix. col. ij. versic. item probatur, qui fuit Doctor solennis & subtilis, ut per las. in l. magistratib. col. ij. in fi. ff. de iurisd. omn. iudic. col. ij. in fi. & per Dec. in c. per tuas. col. vltima. de

probatio. dicit re iudicem, qui in festis, ut repetas testem, debere esse contentum primo dicto, ut not. glossa in c. literas. extrà, de præsumptio. nec debere testem repetere eo nolente nisi forte dictum eius sit obscurum, vel

vel aliud præferis nouiter peruenisse ad eius notitiã ex meliori fonte recordatiõne, quibus casibus potest iudex testem repetere ex officio ut ibi, cum vide. Et aduerte, quia sunt duæ materiæ separatae. Prima an iudex possit repetere dictum testis ut addat, vel declarat, & de hoc locuti sumus. Secunda an possit ipse testis reuerti, ut addat vel se corrigat, & hæc secunda materia traditur in c. præterea. de testib. cog. & dicit Bar. in d. l. repeti. qui attingit hunc vltimū articulum, quod si testis reuertitur suo motu incõtinenti, auditur, & potest seipsum corrigere, sec' si ex intervallo. allegat d. c. præterea. & not. in d. §. quia verò. in authen. de testib. dicit ibi in d. cap. præterea. & vide Bar. in l. eos. ff. de falsis. col. ij. vbi dicit, quod testis se incõtinenti potest corrigere quãdo iustã causam erroris allegat, aliã vtrivarius puniunt de falso, & Aret. sequitur Bar. præcisè & clarè in d. c. p. tuas. de testib. col. ij. vbi ponit not. declarationem, quam omnino vide si vis hæc intelligere, vide tamen Bar. in l. quicquid astringendæ. ff. de verbo. oblig. circa si. versic. fateor tamen. vbi vult simpliciter quod in teste licita sit variatio tanquam primum dictum habeatur pro perfecto, & ita vult glossa in d. c. præterea. vbi ait quod dicitur incõtinenti, quando quis nondum recessit à iudice, & tunc admittitur variatio, nec est necesse dicere, Reuoco. sed videtur intelligendum Bar. si eut dicit nondum factò examine, & nondum perfecto, sed illo facto etiam incõtinenti non potest, nisi reuocet, & etiã causam alleget, & ita videtur distinguere, & declarare Firmian. in versic. testium repetitio. in ix. c. & duobus seq. vbi omnino vide. Et vbi nondum esset finitum examen & variaret simpliciter absq; eo quod ipse se videret corrigere, adhuc crede rem eum debere torqueri, & refert & sequitur Felin. in quo dicit vellet persistere, & ita intelligere potes Bar. in l. de minore. §. j. in j. col. ff. de quæst. Item puniretur vti varius per d. l. eos. Et ideo non semel vidi solennes iureconsultos statim factò testis examine, ei depositionem quã faceret legere, & eum interrogare an ita dixisset, quod si aliquid id dixisset negasset, vel aliud dicere voluisset affirmasset, dictum eius accomodabant, prout vltimo loco asseruerat, sed vbi reuocasset ab eis, vel licentiam habuisset, & postea vellet se corrigere nõ admittentur, nisi reuocaret, & allegaret causam erroris sui, & hæc practica acceperrunt à Bald. in l. fin. C. plus vale. quod agi. vbi per illum text. dicit ibi, quod postquam testis deposuit debet iterum ei legi dictum suum, ut per lectionem compleatur, & error si quis est in scribendo remoueat, & refert & sequitur Felin. in c. per tuas. col. penult. de testib. vide tamen omnino quæ allegat Alex. in d. l. quicquid est stringendæ. col. vlt. vbi remisiuè loquitur in teste. Item vide Innoc. in d. c. præterea. de testib. cogen. qui dicit, quando testis incõtinenti se corrigit, non fieri correctioni simpliciter, sed bene iudicem attendere modum correctionis, & refert, & sequitur Felin. ibi, col. vlti. in princ. & hoc dictum confirmat dictum Bar. in d. l. eos. imò videtur generalkus loqui, ut licet nondum recessisset à iudice, tamen adhuc reuocatio passim non admittatur, sed attendi debeat quomodo loquatur & quomodo reuocet, & hoc credo verius quicquid sentiat Firmian, quem supra allegavi, & in effectu non credo differentiam esse, an nondum sit finitum examen, vel eo absoluto incõtinenti veniat, id est, antequam sit allocutus partem secundum cõmunem interpretationem, ut attestatur Imol. in d. c. præterea. & ibi Felin. Nã omni casu dicitur variatio vbi nõ reuocet, & procedit lex, eos. Si verò reuocet debet audiri, sed iudex debet aduerte ad causam reuocacionis, vtrum sit consona, vel ne, & vbi minime si-

bi probabilis esse videatur erit varius, & vti varius poterit puniri, & ita etiam latè, & notabiliter & subtiliter Tindar. in suo tractatu de testibus. chart. ij. c. iij. in cap. Alteram exceptionem, vbi vult non licere teli se corrigere nisi incõtinenti allegando d. ca. præterea. deinde se limitat ut hoc etiam incõtinenti nõ liceat, nisi iusta causa erroris allegetur, & iudici etiã iusta videatur secundum Bart. vbi supra, & quod iudex si vult repetere potest quodcumque, iuxta c. cum clamor. & Doctores ibi, & ita etiã supra declaravi, postea in fine dicit notabiliter quod vbi testis licitè se corrigit, non puniunt de falso, quia non meretur pœnam qui facit lege permittente. l. Gracchus. C. de Adulter. vides igitur quod tantum vult ut incõtinenti sit licita correctio, & quod tamè debeat allegari causa erroris, & pideo, dum dicit incõtinenti debere fieri correctionem, loquitur etiam ante perfectum examẽ, nisi dicas quod tunc non dicitur incõtinenti fieri, sed in ipso actu, prout considerauit Bar. in d. l. quicquid astringendæ. & Firmian. vbi supra, tamen plus placet, ut dixi, alia opinio, & videtur meliori ratione fundata, & prædicta procedunt, vbi testis incõtinenti corrigit, sed ex intervallo nõ est licita propter timorem subornationis, vide tamen circa hoc plures declarationes, & limitaciones per Tindar. vbi supra, & per Felin. & alios in d. c. præterea. licita tamè est additio ex intervallo vbi vnũ dictum simul cum altero se habere potest, ut quia primò dixit nescire, postea dicit scire, vel primò non recordari, postea recordari. ita Bartol. Angel. & Moder. cõmuniter in l. qui bona. §. si quis stipulatus. ff. de damno infecto. vbi vide omnino Alex. & Felin. & Doctores in d. c. præterea, & per Hippolytũ in l. ex liberd. ff. de quæst. col. penult. & melius quàm alibi per Tindar. in d. c. tracta. in 3. char. c. viij. in cap. recensebã. col. j. & seq. Et tibi etiã, quando primo loco dixit se tantum scire, vel tantum verum esse, an etiã eo casu postea audiatur, si dicat aliquid aliud verum esse, & se melius recordati, & Doctores vbi supra in §. si quis stipulatus. & in d. c. præterea. loquuntur quo ad probandum, quo casu consideratio debet esse, an loquutus fuerit cum parte, vel nõ, ut per Doctores vbi supra, sed quo ad puniendum de falso, Dic eum nõ puniri, nisi primò dixisset, se tantum scire, vel tantum verum esse, ut ibi per Tindar. col. vlti. versic. est tractandũ. vel nisi dixisset se nescire id quod verisimiliter scire debebat, & in quo non erat licita ignotãtia, ut not. per Aret. consil. lxxj. col. ij. cuius dictum in dicto consil. maximè attenditur in practica. Et verũ est, quod quæ addit nisi aliter appareat cõtrarietas, nõ dicitur falsus, ut per Dec. consil. 100. col. v. vbi allegat glossa. Et quid eõtrã quãdo primò testis dicit scire posse à nescire, vide Aret. in c. cum causa. de testib. col. ij. vbi disputat præcedentẽ articulu, quãdo incipit à negatiua, postea annectit etiã hunc, & in eo allegat Bartol. & Bald. ut per eum, quos tamen intellige in dubio vbi aliquo modo potest fieri concordia, sed vbi est nota cõtrarietas, tunc testis puniuntur vti falsus, per id quod voluit Bald. in §. quibus. in prima consil. C. & ita propriè loquitur Bar. allegatus per Aret. in d. l. de prætere. col. v. & vide etiã de hoc vlti. las. in l. ait prætor. la prima. §. iurari. col. penult. & vlti. ff. de iureiuran. & Alex. in l. stipulatio habere licere. §. hæc quoque. col. ij. ff. de verbo. oblig. & vide omnino Bald. in l. j. col. penult. C. de consel. vbi tenet, vti nõ sit periturus, qui primò dicit credere, postea non credere, de quo etiã latissimè per Tindar. in ij. chart. col. ij. c. v. narrabã, & c. vj. & seq. vbi ponit similem quæst. quo d. autem supra dictum est, ut testis ex intervallo non possit se corrigere, intelligas uo ad hoc, ut secundum dictum non tollat primum

primum, quia statim primo, sed tamen illud debilitat, ut per Felin. in d. c. præterea, qui dicit quod ex tali dicto, non potest iurari in supplementum probationis, sed tamen non punitur de falso uti varius, & licet prima facie atque videatur velle, ut imò puniatur, in l. qui bona s. si quis stipulatus. ff. de damno infecto. tam expressè illud non affirmat, nec etià Bart. in d. l. eos. in secunda oppositione hoc dicit, licet respiciendo ad pauca, ita velle videatur, est verum quod præsumitur subornatus. d. c. præterea, & ibi Doctores, tamen non sequitur, ergo falsus. nam fieri potest, ut non dolose se corrigat. Igitur non est falsus. Bald. in cap. j. §. notandum. de not. feud. Alex. in l. quid tamē. §. si arbit. ff. de arbitris. nec falsitas est nisi concludens. glossa & Doctores in l. iurif. gentium. §. quod ferē. ff. de pact. possēt forte talis testis torqueri, & ideo his dieb. proximè præteritis cum testis, qui ita arguebatur esset mortuus, & vexaretur producens ratione vsus, dicebā malè vexari, quia non consistebat testem esse falsum, nec constare poterat, cum torqueri non posset, & secundum prædicta intelligo Tindar. in l. iij. cap. in fi. qui aliter sentit.

Tit. de Oppositionibus contra testes.

S U M M A

- 1 Testis in eadem depositione contrarius, an probet, maxime in tortura. ubi etiam distinguitur an testis solus deponat contra tertium, an verò etiam contra seipsum.
- 2 Testis varius an puniatur de falso.
- 3 Testis deponens contrarium eius quod dixit extra iudicium an probet, & an puniatur de falso, & an possit torqueri.
- 4 Testis dictum extrajudiciale, an probet si deponens sit constitutus in articulo mortis, & quid de illis qui in periculo mortis reuocant quæ dixerunt.
- 5 Testis dicens uno modo in uno iudicio, & aliud in alio modo probet, & an puniatur de falso.
- 6 Testis dictum in una causa facit fidē contra eundem in alia.
- 7 Testis contrarietas non nocet parti, si sit talis qui non debuit examinari.
- 8 Testis qui semel deposuit potest petere ut sibi legatur dictum suum, & ad illud se referre.
- 9 Testes plures si sint contrarij qui ex eis præferantur, & numero 10 & 13.
- 10 Testis unus si contradicat alteri, vel plures pluribus quomodo fiat concordia, vel quomodo præferatur. & num. 11.
- 11 Testes inuicem contrarij an puniantur de falso, si possunt aliquo modo concordare esse, & an probent si sine maxima difficultate non potest fieri concordia.
- 12 Testium contrariorum in criminalibus an fiat concordia, ut probent.
- 13 Testes plures si contradicant aequè pluribus, vel paucioribus quomodo possit fieri concordia, ut evitetur periurium & falsitas, & quid si non potest fieri concordia, & supra numero 9 & 10.
- 14 Testes digniores vincunt alios in probatione, non autē ut minus digni puniantur de falso.
- 15 Testes plures pares numero, & ceteris qualitatibus si inuicem contradicant non probant.
- 16 Testes eiusdem qualitatis si inuicem contradicant an possint inquiri & torqueri.
- 17 Testis unus si sit cogitatus alteri an uterque puniatur de falso vel uterque producat contra Susannam.
- 18 Testis qui in tortura perseveravit in eius dicto, & postea adhuc variat an sit etiam audiendus.
- 19 Testis infamis vel socius criminis, vel periurus vel banitus

- tus vel detentus tempore examinis quomodo repellatur.
- 20 Testis an possit deponere de his, quæ vidit dū esset minor.
 - 21 Testis qui deposuit spe impunitatis sibi promissa, an probet.
 - 22 Testis in uno falsus an reprobetur in omnibus, præsertim cum dicit falsum in non pertinentibus ad rem vel super generalibus.
 - 23 Testis dictum nihil valet, quando notarius illud non scripsit, sed retulit se ad dictum alterius testis.
 - 24 Testes deponentes per eundem sermonem an probent.
 - 25 Testis qui nimis aperte deponit in fauorem unius partis, vel præcipit alteri, vel nimium citò, vel nimium tarde, an probet.
 - 26 Testes an possint examinari a notario maxime quando sunt examinandi extra territorium.
 - 27 Notarius an possit esse rogatus de mandato sibi facto per iudicem, ut possit recipere testes.
 - 28 Testes non publicati an probent.
 - 29 Testes non citati, sed qui à seipsis, vel ad petitionem partis se obtulerunt an probent.
 - 30 Testis an presumatur citatus vel productus a parte.
 - 31 Testes an possint instrui a parte. & nu. 50.
 - 32 Testes quomodo & quado possint examinari ad eternam rei memoriam.
 - 33 Testes deponentes extra terminum an probent, & quid si intrauerunt in terminum.
 - 34 Testes examinati a parte non citati an probent etià in causis in quibus omittitur solennitas iuris.
 - 35 Statutum vel consuetudo ut in examine testium pars non citetur an valet.
 - 36 Testis an possit examinari a parte non citata ubi proceditur per informationes.
 - 37 Testis iurare debet etià presente parte & que eos produxit.
 - 38 Testis non rogatus an probet scilicet in casibus quibus de iure debet rogari.
 - 39 Testes singulares an probent, & an in dubio præsumantur esse testes, & an dicantur singulares si viderunt per rimulam unum post alium. & nu. 70. & seq.
 - 40 Testis non deponens de loco & tempore an probet, & quomodo probetur tempus.
 - 41 Testis deponens super inquisitione contenta in ea vera esse non videtur deponere de loco & tempore, & quomodo hoc & similia intelligantur.
 - 42 Testis de auditu an probet, & quomodo debeat deponere.
 - 43 Testis de credulitate an probet, & quid si deponat per verbum videtur, & per verbum pro certo credere.
 - 44 Statutum ut credatur testi deponenti de credulitate an valet, & an testis de credulitate possit puniri pena falsi vel alia.
 - 45 Testis non bene concludens non probat.
 - 46 Testis dicens alium fuisse presentem non probat illius scientiam.
 - 47 Testes an probent si dicant se vidisse in iis quæ consistunt in gustu vel auditu.
 - 48 Testis an probet si dicat se vidisse, cum tamē esset de nocte.
 - 49 Testis an probet si deponat super eo quod iurauerat non reuelare.
 - 50 Testis instructus a parte an probet maxime si pars dedit ei schedulam, & supra nu. 31.
 - 51 Testis periurus, homicida, & infamis an probet, & an princeps possit concedere ut eis credatur, & an testis cuius obicitur crimen, possit assumere defensionem.
 - 52 Testis inimicus an probet.
 - 53 Testis socius criminis an probet, maxime quando tale crimen potest aliquo modo iustificari.
 - 54 Testis qui laborat eodem morbo repellitur. Et ibi fit mentio de statuto Mediolani super dicto socij criminis.
 - 55 Testis qui tractat de commodo suo non probat.
 - 56 Testis agnatus non probat quo ad iniuriam factam agnato. Et

- 57 Testis qui tractat de se exonerando probat, si sit ex iis qui solent aliquid portare, puta a vinum vel frumentum, & vinum ea arte.
- 58 Proxenta an probet maxime contra officialem. & nu. 128.
- 59 Probationes contra officialem debent esse evidentes, nisi forte aufugiat.
- 60 Testis ex universitate an probet, & an statutum Mediolani super hoc disponens possit allegari in criminalibus.
- 61 Testes parentes vel liberi non probant, & quid si sint spirituales, vel si sit par causa propensa voluntatis, & quid in filio emancipato, & in spurio, & in priuigno, vitrico, compatre, socero, nuru, genero, viro, & uxore. Et fratre. nu. 65. & nu. 109.
- 62 Affinitas transuersalis an repellat testem, & an affinis probet in causa criminali, & frater pro fratre, & an qualitas repellens testem sit probata eo ipso quod testis eam fatetur.
- 63 Testis non tenetur respondere interrogationi, per quam de regatur sua turpitudine.
- 64 Testis dicenti se inimicum an credatur.
- 65 Testis an possit repelli a parte non opponente. Et supra in tit. precedenti.
- 66 Testimonium dicere multi sunt qui non possunt cogi.
- 67 Testis non cogitur contra seipsum deponere. Testes an presumantur iniuri depossisse.
- 68 Testis qui est subditus an probet. & nu. 99.
- 69 Testis vicinus an probet, & princeps possit hoc concedere.
- 70 Testis unus an probet si deponat de eo quod ipsemet fecit.
- 71 Testis vicinus probat homicidium fuisse factum ad sui defensionem quando probatio accusatoris non est contraria.
- 72 Testis an teneatur reddere rationem dicti sui, & quomodo dicatur sufficiens ratio.
- 73 Jurisdicchio quomodo probetur per testes.
- 74 Testis dicta refrenata sunt ad factum & non ad ius.
- 75 Testis an probet si dicat se vidisse mutuari pecuniam, sed non recordari quantum fuerit.
- 76 Testis quomodo probet tenorem sententia vel instrumenti.
- 77 Testis dicens aliquem posse disse. Sciens aduersario, debet reddere rationem etiam non interrogatus.
- 78 Testis ratio satis est si concludat à versimili, vel à communiter accidentibus.
- 79 Testis deponens homicidium fuisse factum ad sui defensionem quomodo probet.
- 80 Testis examinatus a iudice incompetenti, vel testis non iuratus an probet.
- 81 Testis an debeat iurare in causa qua remittitur omnis solennitas iuris.
- 82 Testis debet iurare super scriptura, & an possit iurare super reliquiis sanctorum, vel alio modo.
- 83 Testis an presumatur iurasse si in actis dicatur talis testis iuratus.
- 84 Testis an possit se referre ad illud quod dixit in alia causa.
- 85 Testis qui iterum examinatur an debeat iterum iurare.
- 86 Testis an possit deponere per procuratorem.
- 87 Testes plures debent examinari singuli separatim.
- 88 Testis non iuratus si deponat falsum quomodo puniatur.
- 89 Testis quomodo probet super negatiua.
- 90 Testis laicus an sit idoneus contra clericum.
- 91 Testes qui sunt religiosi, an probent, si non habuerunt consensum sui superioris.
- 92 Testes domesticos quomodo probent, & qui dicantur domestici. Et in tit. seq. nu. 4.
- 93 Testes deponentes non versimilia non probant, quia sunt suspecti de falso.
- 94 Testis dicens non recordari id, quod versimiliter recordatur, puniatur de falso.
- 95 Verisimilia que non sunt.

- 96 Testes in causa matrimoniali debent esse omni exceptione maiores.
- 97 Testis qui non debuit examinari si pars vult, ut nihil omnino probet, debet prius contra eum protestari.
- 98 Testis subditus an sit pro domino idoneus testis.
- 99 Testis pro domino an possit esse vasallus suus.
- 100 Testes an sint idonei parentes & liberi in causa matrimoniali.
- 101 Testis amicus an sit idoneus testis pro amico.
- 102 Testibus an credatur est in arbitrio iudicis.
- 103 Testes qui non sint idonei.
- 104 Testis an possit esse affinis pro affine & supra nu. 62.
- 105 Testis an possit esse filius pro patre, & econtra, & quid in aliis descendantibus.
- 106 Testis an possit esse uxor pro viro, & an familiaris, & de mestico.
- 107 Testis an possit esse filius naturalis pro patre.
- 108 Testis an possit esse transuersalis pro alio transuersali, & præsertim frater pro fratre, & supra nu. 62.
- 109 Testis consanguineus usque ad quem gradum non possit esse testis.
- 110 Testis an possit compelli, ut pro fratre ad defensionem deponat.
- 111 Testis potest esse frater contra fratrem si velit.
- 112 Ujurarius quomodo probetur.
- 113 Testis an possit esse tutor pro pupillo, vel praelatus pro sua ecclesia.
- 114 Testis an possit esse famulus tutoris.
- 115 Testis potest esse pro monasterio suo famulus abbatie, vel antiquus colonus.
- 116 Testis an possit esse procurator vel advocatus etiam in causa appellations, & qui desit esse.
- 117 Testis an possit esse officialis qui desit esse officialis.
- 118 Testis an possit esse sollicitator causa.
- 119 Testis non est idoneus quando ei potest ascribi laus vel vituperium, & supra nu. 58.
- 120 Testis an possit esse qui fuit iudex, & arbitri in ea causa.
- 121 Testes an possint esse relator & instructor.
- 122 Testis an possit esse creditor.
- 123 Testis an possit esse qui habet commodum in consequentia.
- 124 Testis si interrogatus respondit se non habere commodum intelligitur principaliter.
- 125 Testis qui in causa uniuersitatis respondit se non habere commodum.
- 126 Testis quomodo dicatur habere commodum.
- 127 Testes an sint idonei scilicet deponentes se tantum de disse. tutori.
- 128 Testis an sit idoneus proxenata.
- 129 Proxenta quid sit.
- 130 Testes an possint esse negotiorum gestores, & famuli, per reliquiis sanctorum, vel alio modo.
- 131 Testibus sunt solue de impensa quas fecerunt eundo, & redeundo, & stando, & quid de operibus quas amiserunt.
- 132 Testibus an sit soluendum quod amiserunt si in itineribus spoliarentur.
- 133 Testes ubi mittuntur ad examinandum solui debet merces notario & iudici.
- 134 Testes producens si est pauper, an sibi per partem vel iudicem sint subministranda expensa.
- 135 Testis potest interrogari an sit liber vel seruus, vel inimicus.
- 136 Testis suspectus potest interrogari etià de his, que ad rem non pertinent.
- 137 Testes de falso suspecti sunt interrogandi diligenter de omnibus circumstantiis.
- 138 Testis falsus tenetur de falso, & etiam de omni delicto inde secuto.
- 139 Testis cuius depositio fecit, ut quis indebitè morte afficeretur, vel aboleretur, tenetur de homicidio.
- 140 Testes in factis arduis debent examinari coram honestis perso

- 142 *Testem falsum coram delegato deponentem, an delegatus ipse possit punire.*
- 143 *Testem clericum qui sit falsus an iudex secularis, coram quo deposuit, possit punire.*
- 144 *Testis superior si deponat coram inferiore falsum, an ab eo possit puniri.*
- 145 *Testis vacillatio quomodo per notarium sit scribenda.*
- 146 *Testis in solit dicere veritatem nisi data pecunia, an liceat illi dare ad hoc, ut dicat.*
- 147 *Iudicis dans pecuniam, ut ferat sententiam, an bene & licite det.*
- 148 *Poenam meretur, qui rem facit non malo animo si sit mali exempli.*
- 149 *Testis, qui asserit coram amicis suis se falsum dixisse, an possit pecunia induci ad illud propalandum.*
- 150 *Testis si pecuniam accipit ut non deponat, qua poena tenetur.*
- 151 *Testis, qui pecuniam accipit, ut verum dicat, an comprehendatur in statuto puniente falsum testem, vel producendum falsum testem.*
- 152 *Testibus duobus fide dignis magis creditur, quam mille sceleratis.*



PUBLICATO processu discutendum est, an testes patiantur aliquam exceptionem, & repellatur, ut omnes sciunt, & ponit Angel. Aret. in glo. qui iudex statuit terminum ad opponendum contra processum ubi post materiam publicationis processus, subdit de maculis repellentibus ipsos testes, & quia principaliter consideratur varietas testium, ideo scias quod testis, qui in eadem depositione dicit contraria non probatur, qui falsa, vel varia, ff. de testib. c. licet. de prob. & ita Feli. facit regulam, in c. cum tua. de testib. col. pen. & ponit tres fallentias quarum prima est quando secundum dictum in tormentis deposuisset: quia Doct. concludunt quod illud attenditur, ergo probatur. Secunda est quando primum dictum protulisset calore iracundiae. Tertia vero quando secundum animo corrigendi primum, iuxta c. praeerea. de testib. nam dum modo probet, vel in primo dicto vel in secundo, verum dicitur regulam locum non habere. Et quantum ad tertiam quomodo scilicet intelligatur cap. praeerea. vide quae dixi latissime in praecedenti rubrica, & quae posui etiam in materia torturae testium. Quo vero ad primam, ut scitur secundo dicto, quod testis deposuisset in tormentis, ultra Bar. in l. eos. ff. de fal. est etiam doctrina Bar. in l. si postulaverit, §. sed & si negaverit ff. de adulter. & vide Ang. in l. fin. C. de quaest. col. j. & ij. & Soci. plenè, & consideratè admodum loquentem in consi. c. liij. colum. ij. ubi tamen dicit esse considerandum, an tempore depositionis facte per testem in tormentis fuerit citata pars, & an primum fuerit magis verisimile, vel tortura sit legitime data, ut etiam per Ang. in d. l. si. & circa illud quod citari pars debeat, Dic non servari ex consuetudine est etiam considerandum an testis solus in deponat uti testis contra tertium, an etiam in se uti pars, & in alium uti testis, quia hoc casu magis creditur primo dicto sine tormentis. Bar. in l. j. §. questionibus de quaest. Aret. consil. lxxj. col. j. ad fi. & in c. cum in tua. col. v. de test. b. & Dec. consil. clxxxix. Raro tamen obtinere potui, ut haec declaratio à iudicibus admitteretur, quod aliquando euenit, quia ad lucrum attentiores eant, aliquando etiam propter eorum nimiam ignorantiam, Debet etiam considerari iudex an testis post publicationem, vel ante dicat contrarium eius, quod à principio deposuisset, quia si nondum publicato processu hoc eueniat, procedit regula supradicta: si vero post pu-

blicationem, tunc magis statim primo dicto propter timorem subornationis, ita Bar. in d. §. sed & si negaverit. Tamen cessat ista suspicio, ubi testis nullo modo potuisset loqui cui parte, quod tamen his temporibus difficillimum esset: scire propter facilem corruptionem custodum carcerum. Circa autem secundam fallentiam quando primum dictum protulisset calore iracundiae, quoniam hoc pendet à reg. l. quod calore. ff. de reg. iur. vide ibi Dec. & Feli. in ea. sicut ex literis in j. col. & seq. de iure iur. & in c. cum te. col. iij. de re iud. & per Ia. in l. si filia tuam. col. ij. & seq. C. de inof. testa. Et aduerte quia loquutus sum de varietate quo ad credendum vel non credendum, sed quo ad falsum, an testis varius de falso puniatur, regula est eum puniri debere. l. eos. ff. de falsis. & d. l. qui falsa & varia. & Feli. in d. c. cum in tua. in pen. col. in d. ver. prima concl. & Tindar. in suo tract. in r. char. col. j. c. ij. incip. omnis. ubi cum nonnullis seq. ponit plures fallentias, quae etiam tendunt ad praecedentem regulam quo ad credulitatem. Testis iudicium qui deponit contrarium eius quod dixerat extra iudicium probatur, & attenditur dictum in iudicio. Feli. in d. c. cum in tua. in ver. tertia conclusio. & in ver. quarta conclusio. ubi dicit quod quis primum dictum sit extra iudicium, nihilominus communi est, ut praevalet secundum, & ipsi credatur. Non tamen negari potest quin diminuat de fide, ut per Doct. in d. c. Alex. consil. lxxxj. vol. iij. col. antepen. & Aret. in consil. lxxj. ubi dicit quod omnes Doct. in c. cum causam. de testib. tenent quod debilitatur fides, & non punitur de falso, secundum magis communem opinionem, quicquid dicat Bar. in d. l. eos. ut per Feli. in d. c. cum in tua. & Dec. in c. per tuas. de proba. col. penult. in fi. & seq. qui ponit tamè quatuor casus in quibus defendit Bar. non tamen allegat Feli. in c. fraternitatis, col. vij. de testib. Abb. in c. cum ecclesia Sutrina. de cau. poss. & proprietaria. col. ij. nec Aret. in d. consil. lxxxj. col. iij. ver. sic. sed est dubium de fratre. nec Bar. consil. lxxxvj. ubi vide, nec Alex. in di. consil. lxxxj. vol. iij. col. antepen. licet tamè non possit puniri de falso, torqueri tamen potest, ut per Alex. consil. lxxij. in j. vol. & hoc operatur vacillatio, ut dixi supra, in materia torturae testium. In reliquis vide Tindar. in dicto suo dialogo, char. §. col. iij. lib. ij. c. ver. variantium. ubi haec materiam diuidit in plures partes, & plura capitula considerando omnia, ut etiam facit in materia de qua proxime diximus: nam per septem char. loquitur quando dictum extrajudiciale est contrarium dicto in iudicio, & dicitur Doctores ubi supra volunt, ut quado dictum extrajudiciale est cum iuramento, quia tunc reperitur inter duo iuramenta contraria, puniatur de falso, quae opinio fuit Ant. de But. & Abb. in d. c. cum in tua. de testib. & Alex. consil. clxxxij. col. penult. j. vol. Dic quod ita vidi seruari, & ad eodè verum est non stare dicto extra iudicium, ut si etiam constitutus esset in articulo mortis, non stare, ut per Feli. ubi supra, de quo dixi in materia torturae testium, ubi etiam posui de illis qui in patibulo reuocant quae dixerunt, & ibi feci mentionem de statuto Mediolani circa hoc disponente, & posui etiam an magis credatur constituto in articulo mortis, quam si eius vericulum non immineret, de quo etiam in reperto. Hippol. in l. j. §. praeter ea. col. ij. ff. de quaest. Testis si variat in uno iudicio ab eo quod in alio dixerat, secundum dictum non valet, sed primum. ita late Feli. in d. c. cum in tua. ver. secunda conclusio. ubi tamen vult, ut quo ad eum puniatur de falso, quod vltimum expresse dixit Bartol. in d. l. eos. ver. sic. aut profert varia, & hoc est quod etiam dixit idem Bar. in d. l. eos. in j. opposit. dicens, quod dicitur responsum illius legis loquitur quando variat inter diuersas personas in diuersis causis, seu instantiis. Quod notabile iudicat, quia licet facta facta in vna causa non faciant fidem

dem in alia inter diuersas personas, ut nota in l. is apud quem. C. de eden. tamen dicta vnius testis in vna causa faciunt fidem contra eundem testem deponentem in alia, quod, secundum eum, tenet Inn. in c. veniens de testib. & sequitur Alex. in d. l. is apud quem. col. vij. & in d. l. eos. debilitatur tamen quo ad probationem primum dictum, ut per Feli. in d. c. cum in tua. ubi videt, & per Dec. late consil. clxxxix. col. iij. ubi dicit hanc esse communem. In qua materia vide latissime Tindar. char. col. j. in ij. parte. ver. seq. est, & vide Bal. j. vol. c. si. col. ij. qui dicit quod quando testis deponit contrarium in diuersis depositionibus, praesumitur quod in secunda fuerit subornatus, vide etiam c. sicut nobis. de testi. & Aret. ibi. Caetera in hac materia varietatis testium vide supra in tit. de tortura testium, & quando testis non debuit examinari, hoc casu contrarietas nocet par. ti. Bart. consil. xcij. col. pen. & Tind. ubi supra, & ad efficiendas difficultates contrarietatis, testes in secundo examine dicere debent, Dico prout alias dixi, & si iudex velit ut loquantur, subdant ipsi, Legatis mihi dictum meum, & iudex tenebitur legere, ita Bartol. in d. l. eos. ver. si. quero pro declaratione, de quo per Feli. in c. inter caeteras. col. ij. de re iudic. in reperto. Hippol. in l. ex libero. ff. de quaest. in prin. col. ij. & seq. subdit Bar. quod etiam si iudex legat dictum, tamen ad cautela testis debet addere quod si apparet se aliter hoc loco dixisse, se redigit ad primum dictum quo tempore melius recorder datur. vide etiam de hoc Alex. in d. l. eos. Non est tamè omittendum vnum, quod dicit Bar. in d. l. eos. in fi. videlicet quod procedit d. l. ubi est contrarietas in dicto vniuersum testis, secus si inter plures, quia tunc procedit ob carmen. cum materia. ff. de testib. ut si sint aliqui digniores praefertantur aliis, quibus contradicunt etiam si pauciores sint, ubi vero sunt aequales in dignitate, vel vnus non sit dignior altero praefertantur plures, & data omnium paritate, quia omnes sint aequales quo ad omnia praefertantur testes rei, ita habetur ibi, & per gl. in c. in nostra. de testib. & praefertantur testes rei etiam minus digni data paritate numeris, tantus est favor ipsius rei, ut per Feli. in capit. cum P. Manconella. in fi. de accus. & ibi Abb. licet Abb. videatur sentire contrarium in d. c. in nostra. dixi supra, de defen. reor. & c. ubi vide, sic declara & supple. Bart. in d. l. eos. ite declara Bart. hoc modo, quando vnus contradicunt alteri, vel plures pluribus ut fiat concordia si fieri potest, & ita procedit cap. cum in materia. de testib. ubi est tanta discordia, ut non possint simul conuenire, tunc procedit quod supra dictum est, ut scitur dignioribus, vel pluribus, & ita Feli. declarat in d. c. in nostra. in j. col. in prin. ver. constitit. & Bar. mer. in d. l. eos. in fi. & haec concordia etiam fit in vnomet teste, ubi fieri potest, quicquid dicat Bar. in d. l. eos. qui praesupponit non ita fieri in vnomet teste, imò eum non solum non probare, verum etiam puniri de falso, & veritas est contra Bar. ut per Feli. in d. c. cum tu. col. j. ver. §. conclusio. ubi concludit quod etiam ut probet, fit concordia in dicto vniuersum testis variam, tamè Bar. in d. l. eos. in fi. defendi potest, voluit enim dicere quod in pluribus, si potest fieri concordia fit & si non potest statuit dignioribus: secus autem in vnomet teste qui dixerit varia & contraria, quia si concordia fieri non possit omnino punietur de falso, quod in pluribus non euenit, propter materiam d. l. ob carmen. & e. in nostra. aliter Bartol. dixisset rem nimis mirabilem, & contra id quod oper. noui nun. & alibi saepe. & licet Alex. in d. l. j. dicat se putare veriorè opin. ut puniatur de falso, ita ostendit communè esse in contrariis, quia fit concordia, si fieri potest quo casu non punitur de falso, & haec concordia non ta-

mè fit, ut testis probet secundum communem opinionem, de qua per Alex. ubi vide consil. xx. vol. iij. col. ij. ver. nec istis obstat, & clare apparet etiam per Alex. ubi locus est optimus in l. inter stipulante. §. j. col. ij. ver. potes sic concludere. ff. de verb. obl. quicquid ipse col. seq. dicat, & haec communè ita declaro ut quoties sine maxima difficultate fieri non possit ista concordia, non fiat: nisi ut euitetur saltum sed ubi non fieret summa cum difficultate, etiam toleraretur, ut probaret, quia in effectu non dicitur contrarietas, & ita procedit quae notabiliter circa hunc articulum dicit Feli. in d. c. cum tu. col. j. ver. §. conclusio. & adducta in contrarium per Alex. ubi supra, & ita procedit Alexand. consilio clxxxij. col. ij. in prin. vol. j. ubi vide. & consilio cv. vol. ij. col. iij. ver. nec obstat. & ita late, & solenniter Aret. ubi vide in d. c. cum tu. ubi tandem post hanc opinionem dicit, fatendum tamen est in arbitrio iudicis esse quanta fides sit adhibenda huic testi, & etiam virtus omnino sit adhibenda, qui iudex debet considerare non solum qualitatem personae, sed etiam communem vsum loquentis, & virtus difficulter an facile contrarietas possit ad concordiam redigi, & virtum testis incontinenti sibi contradicat, an vero post plura capitula, quo casu verisimilior esset contradictio secundum eum, quae verba sunt notanda, & in hoc etiam Feli. ibi eum sequitur, & ita tenet. Et tamen ea quae dicta sunt circa hanc concordiam ut probet testes, procedant etiam in materia nostra criminali, vide omnino Feli. in d. c. cum tu. col. pen. ver. sed pulchre dubita ultra alios. sic igitur vides, quid iuris sit, quando vnus testis sibi met est contrarius, & quando vnus alteri contradicunt, vel plures pluribus, circa quod aduerte quod aut plures contradicunt pluribus, seu paucioribus, aut aequalibus, primo casu plures vincunt pauciores, ut dixi, tamen si fieri potest concordia, ea fit, ut euitetur per iurium pauciorum, non ut probent, quia ut probet non est etiam necessarium, ut de se patet, & fuit consideratio Ia. in l. ij. §. creditum. ff. si cert. pet. & Feli. in d. ca. eum tu. col. ij. ver. tertia conclusio. & per Alex. in d. §. j. fit tamen haec concordia, si fieri potest, & si non potest, ac manifesta adit contrarietas inter eos, plures vincunt pauciores de petitorio & falsitate, & quotidie video puniri eos de falso. & qui vellent dicere contrarium sine iudicio loquerentur, & ita voluit gl. si ea bene vides in c. eum tunc in j. gl. ad fi. de offi. del. & Bal. in §. constituto. C. in §. bus. col. ij. ubi vide, & gl. in c. nihilominus. iij. q. ix. & ar. in consil. iij. col. x. per Bal. consil. j. vol. j. col. j. secundum impressionem moderniorum. Fateor quidem si sint pares, licet aliqui sint digniores, quod digniores vincunt alios, quo ad probandum, non autem ut alij minus digni teneantur de falso, & ita voluit dicere Bar. in d. l. eos. in fi. & Alex. consil. clxxxix. col. vlt. vol. ij. aliam nemo puniretur de falso, si plures non vincerent pauciores, & vide omnino Tindar. in fin. dialogi sui. char. vltima, versiculo est quoque nouissimè. ubi commentaria scribit super dictis Bartol. in dicta lege, eos. & non discrepat ab hac mea opinione, & refert mentem Bartol. in dicto versiculo finali, ut loquatur quo ad concordiam faciendam, sentiens cum vno teste non fieri, secus autem cum non concordatur pluribus, & ideo sequitur quod supra dixi, ut si talis sit contrarietas, cuius non possit fieri concordia, puniatur de falso conuictus. & ita etiam intellige Ang. in glossa in verbo, falsario, columna vltima, versicul. quid si sunt plures testes. & Cepol. consilio lxx. colum. prima, & ij. & licet ita res se habeat, ut plures vincant pauciores etiam de falso: tamen pessimè se gerunt iudices maleficiosum, qui delato ad eos examine testium in causa civili examinatorum inuicem contrariorum, alia discussione non facta falsitatis paucorum faciunt tam partem pro-

ducere quā testes detinerent in respectu pducēti prius debet cōstare de delicto, & sic de falsitate ipsorū testiū iuxta dicta in j. rub. de delicto, & vbi obiceretur vñs falsi instrumenti satis esset q̄ alius fuisset cōdenatus de falso ppter illud instrumentū. l. si vteris. C. de fide instr. vbi sententia lata contra vñū q̄ instrumentū sit falsum, facit vt illo vtens possit accusari, & deinde ex indicis & probationibus conuinci, & quomodo in hoc casu sit deueniendum ad cognitionem falsitatis testiū: dicitur infra, respectu vero ipsorum testiū nō est illico iudicandum pauciores esse falsos, sed indicis & alius probationibus sunt conuincendi, & debet iudex dicta eorum bene rimari, vt si fieri possit concordia fiat, quo ad hoc ne dicantur falsi, iuxta nota. in d. c. cum tu. & vbi supra. Et vbi ex lectura eorum quæ deposita sunt, cōprehendat fieri non posse, illos iterum corā se habeat, & examinet, & presentibus contradicentibus interroget, & si omnibus factis se tueantur siue rueri possint, dic vt supra, si minus, quia sint directē contrarij ad vltiora contra eos deueniat, quo facto contra producentem poterit etiam pcedere tam de falso, si sint examinati super capitulo falso, & tali vt necesse sit dicere quod scierit illos examinari fecerit, iuxta ea quæ dixi supra in tit. de falsis. vers. tetigi supra, vel de vñs, data scientia, iuxta ea quæ dixi in eod. tit. de falsis. ver. scias etiam. & ad hæc vide omnino nota. per Bart. in l. Lucius. ff. de infamis. & satis cognoscere potes ex his quæ per me supra dicta sunt, quā incautē faciant iudices qui precipitanter simul omnes capiunt, & etiam separatim, sine cōsideratione prædictorū. Secūdo verō casu quando plures, puta duo contradicunt aliis duobus, & sic æqualiter, tunc statur dignioribus, vt dictum est, vel habentibus alias qualitates de quibus in d. c. in nostra. vbi vero quo ad omnia sint æquales, vna probatio vincit aliam, & neutri creditur, loquor vbi cōcordes esse nō possunt, & idem, quādo vnus cōtradicit alteri tantum, & non potest fieri concordia: nam tunc etiam neutri creditur. hoc probō per ea quæ dicit Bar. in l. de minore. §. plurimum. col. vj. vers. quæro quid si ff. de quæst. & traditur in c. ex literis. de probatio. & in c. licet causam. in fi. eo. tit. & per Aret. in d. conf. xij. col. x. ita Bal. in l. duobus. §. fin. vbi vide Alex. & Ia. ff. de iur. iur. possent tamen forte omnes inquiri, vt per Ia. sibi post Bald. Item propter incertitudinem, licet plures nō possent cōdemnari, possunt tamē torqueri. Ang. in verbo. fama publica. ver. quid autē si sint qui que. nam certum est alterum eorum commississe delictum, & ideo omnes torquentur, & loquitur etiā pluribus quā si sint duo, & per Salic. in l. si in vlti. col. ver. quæro an sufficiat. C. de quæstio. dixi supra in materia torturæ, & quod dixi dari materiam iudici contra vtrūque inquirendi, sequitur Alexan. consil. xxxiiij. col. iij. vers. vt probatur ex his, volum. iij. Sed aduertete, quia imō videtur, vt quando vnus testis est cōtrarius alteri, vterque puniatur de falso, sicut fuit factū quo ad duos senes qui testificati sunt contra Sulannā, quorum alter dicebat sub sicu commissum adulteriū, alter sub alia arbore, & vterque fuit cōdemnatus de falso. Et ita Aretin. videtur tenere in consil. lxxj. columna v. qui subdit, & quamuis hoc possit esse dubitabile, quia par probatio videtur de confusione, iuxta tradita per Barto. in dicta l. de minore. §. tormen. ta. tamen communis doctrina omnium videtur esse, vt dixi: sed intellige Aret. vt voluerit dicere quo ad hoc ne alicui credatur, nō autē vt vterq̄ de falso puniatur. Et ita etiam sequitur Alexand. adducens idem exemplum Sulannæ in consil. cxlij. col. j. in fin. vol. ij. vbi vide, & gl. in l. testiū. C. de testi. & Bal. iij. vol. cōf. xxv. in

fi. & eod. vol. consil. cl. circa fine. Et si Aret. aliter intellexit, malè loquutus est: quia Doctores tenent contrarium. Bene faciunt quæ ponit Alex. consil. xv. in j. vol. & Fel. in c. significasti. col. iij. de homicid. Quinimō dū supra dixi, q̄ omnes fortè possunt inquiri, tutius est intelligere Doctores, prout in tali casu video obseruari, quod datur materia iudici ad inquirendum veritatem, vt deinde deueniatur ad iuris remedia, videlicet capturam, inquisitionem, & alia. Dixi supra, quod testis varius puniatur de falso: sed si variavit in tortura, requiritur perseverantia, iuxta dicta Tindar. in charta prima, ver. si dicebam. cap. iij. & cap. sequenti, in fine, quia tunc confessio ratificata spontanea dicitur, iuxta notata in lege si quis ex aliena. §. Celsus. de acquiren. hæred. aliter autem non puniatur de falso. Quid modò, si post perseverantiam iterum variet, & dicat verum non esse quod dixit in tormentis, & quod ratificauit, prout fecit quidam notarius de Biumio, de quo supra in materia torturæ testium. feci mentionem. Hoc casu, quia plene dicitur probatum contra testē, debet ei dari terminus ad se defendendum: & si ostendat ita esse, sicut nouissimè dixit, fortè iuuatur: quia falsitas non dicitur, quæ iuuatur primordio veritatis. l. cum filius. §. hères meus, vbi Bar. ff. de lega. ij. aliàs cōdemnatur, iuxta tradita per Bald. in l. in bonæ fidei. C. de rebus credit. Obijgitur etiam testi, quod est infamis, t vel socius criminis, vel periturus, vel bannitus, & q̄ erat de totentus tempore examinis, vel quod licet sit inhabilis, & in casu, in quo alias potuerit examinari, tamen nō fuit tortus, de quibus omnibus vide infra num. 51. & supra in tit. de inquisitione. vbi etiam dixi, quod nō creditur testi, quando non fuit interrogatus super generalibus: & de socio criminis etiam late dixi in tit. de indicis & cōsideratio. & c. vers. sequendo capita rubricæ. vbi etiam in specie posui, an mandataris sit idoneus testis contra mandantem, & quod vtrunque sit, tortura requiritur quo ad crimine notatos: sibi etiam habes, an credatur testi dicenti se fuisse instigatum vel corruptum ab aliquo, & de testibus inhabilibus, qui non debuerunt examinari, iuxta materiam l. maritus. ff. de quæstionibus. vide etiam ibi in vers. esset hic etiam quæredum, vbi & de infamis. & de miscis, & minoribus, mulieribus, & inimicis, & de socio trineris, ibi etiam vide ante dictum versicul. esset hic etiam querendum, An t autem maior possit testificari de his, quæ vidit in pupillari ætate, vide Fel. in cap. cum nobis, col. iij. circa fin. de præscript. & in capitulo, auditis. in iij. col. & seq. de præscript. & est materia, vtrum inspiciatur tempus depositionis, an aliud, de qua Bartol. & Doctores in l. j. §. si seruus. ff. de quæstion. vbi Hippo. col. iij. & in l. j. §. idem Numio. in fine. ff. de quæstio. vbi in specie de maiore, & c. Opponi etiam potest testi, quod t quicquid dixit, ab eo factum est promissa sibi impunitate, & est casus quotidianus, quia testis debet dicere syn cere, & non spe alicuius emolumentum. c. quoties. de testib. l. si quis. in fi. C. de testib. & l. j. §. j. & ibi glo. in fortioribus terminis, in verbo, aduocationem. ff. de falsis. & probat text. in l. nō omnes. §. fin. ff. de remilit. vbi textus loquitur in casu, in quo quis detegedo sociū criminis consequitur veniam: & tamen vult vt id, quod dicit, probare debeat. Et vt fructuositas sit hæc cōclusio, dicam procedere, vbi sumus in fallentiis à regula, quod socius criminis non est idoneus testis. Cæterum si sumus in regula, res non habet dubitationem, loquor tamen vbi testis etiam seipsum obtulit, sicut in dicto §. fi. & dicā paulè infra de eo, q̄ se offert spōtò. Iste enim q̄ testificatur facta sibi, pmissione impunitatis, corrupti dicitur

dicitur & non creditur ei, vt dixi, & per Salicet. in l. si quis testibus. col. pen. ver. quæro quintò. vbi ponit, qn̄ prece corruptus fuit, & quando possit allegari ista corruptela, vide Salicet. vbi supra, col. fin. & Fel. in cap. licet causam. de probat. col. iij. & sequent. in nono notabili, & col. xvij. & seq. vers. tertia conclusio Item t opponitur contra testem, quod ex quo dixit falsum in vna re, dicitur falsus in omnibus, & sic nihil ei creditur, iuxta notata per Fel. in capitulo. fraternitatis. de hæret. col. vlti. vers. tertia conclusio. vbi ponit regulā & quatuor fallentias: & vltima est, quando dixit falsum in nō attinentibus ad rem, vel super aliquo incidenti, puta, super generalibus: de qua fallentia late dixi supra in titulo de fals. quando testis dixit falsum super generalibus. Etiam opponitur, t quod dictum testis nihil valet: quia notarius retulit se ad dictum alterius, dicēdo, Deponit sicut dixit præcedens. Ia. in l. j. in fi. C. si ad uer. lib. Benedictus consilio cxiiij. Ia. in l. si penę causa. §. si patrem. ff. de condit. indeb. & vide infra nūm. 84. 24 Item opponitur contra testes, quod t loquuntur per vnum eundemque præmeditatum sermone. lege. iij. §. ideo ff. de testib. vbi Bartol. dicit quod ideo facias, vt dictum eorum sit scriptum diuersis verbis, sed fidem in effectu: de quo vide per Ia. in l. ij. C. de secund. tabul. Fel. in cap. ex tenore. in secunda colum. in tertio notabili, de testibus. & in cap. cum causam. in iij. col. in vers. secundo limita. eodem titu. & in cap. cum in tua. in secunda columna, de testib. & vide omnino Curtium in tractatu suo testium, in xiiij. conclusione, vbi limitat non procedere in testibus bonę fidei, & ad iur. in finita consilia Alexand. & aliorum circa hoc, quæ consulto à me præmittuntur. Item opponitur, t q̄ testis est nimium animosus, quia loquitur audacter ad omnem satisfactionem partis, & quod ideo est suspectus, Socin. consil. cxxxix. columna quarta, circa finem. Deci. consil. 100. charta penult. col. ij. ad finem, Barbat. consilio xlvij. primo volu. col. xij. Card. consil. cxix. col. j. vbi de teste precipitanter respondente, & per Fel. in capitulo. cum causam. col. xij. in fi. de testibus. vbi quando testis nimium citò responderet, vel nimium tardè, & per Alexander. in l. j. in princip. ff. de falsis. ad finem primæ apostillæ, in vers. & addē. 26 Item opponitur contra testes, t quod fuerunt examinati non à iudice, sed à notario, iuxta l. iudices. & authēt. apud eloquentissimum. C. de fide instrum. & in effectu in criminalibus hæc est conclusio, vt iudex à seipso debeat examinare, non autem hoc alij committere, dicta authentica, apud eloquentissimum, hanc regulam ponit Fel. in cap. cum causam. de testibus. col. antepen. & limitat vltus modis, & inter cæteros quando testes essent in alieno territorio: quia tunc scribuntur literæ subsidiales ad hoc iudici illius territorij: & licet iudex causæ non examinet, eo casu tamen satis est, vt examen fiat per alium iudicem, qui etiam debet ponere vacillationes, trepidationes, & vltus qualitatem. Et circa hoc volumus vide Fel. in capitulo. quoniam contra. de probatio. charta penult. col. iij. vers. si quito quæro. & col. sequen. ad quem locum te reit. cit. & Bald. in l. presbyteri. C. de episcop. & cler. & Bar. principaliter in l. de minore. §. plurimum. col. j. & seq. ff. de quæst. vbi Hippo. ample in suo repertorio de hac materia, & dicit Bald. in dicta auth. q̄ cōsuetudo sic obseruat. & ita Orian. in d. c. quoniam contra. in verbo, testium. col. iij. nō sit tamen in dicto cōmissio hæc iudici alterius territorij, sed habenti merum & mixtū imperium. Bal. in c. j. de testibus eogend. & Fel. ibi. in quo tamen standum esset cōsuetudini. l. iij. §. finali. ff. de testibus. & per Bald. & Fel. in dicto capitulo primo. Si

tamen ipse iudex esset, conater per... subsidiales, vel ex autoritate Senatus, vbi essemus sub eodem principe, vt testes ad me venirent. Et ita monet Orian. vbi supra: & hæc vbi testes sunt extra iurisdictionem. In iurisdictione verò ipse iudex debet examinare, nisi tamen esset multum honorabilis: & testes non tenerentur, vel non possent venire iuxta capitulū secundū de iudic. in vj. Sic est ex mente Doct. vt per Fel. in dicto capitulo, causam quæ, & Salicet. in dicta auth. apud eloquentissimum. & Abb. in dicto cap. causam quæ, & per Ang. de Aret. in d. gl. qui iudex statuit terminum ad opponendum contra processum, col. ij. & sic non ex causa simpliciter, vt in ciuilibus intra iurisdictionem sit cōmissio notario, vt volunt Doctores, vbi supra, sed ex causa necessaria. & vide etiam de hac materia Ia. in l. ad egregias. in ij. col. in secunda limitatione. ff. de iure iur. & quid in causis matrimonia libus, vide Lap. alleg. xlvi. Et quid quando de crimine agitur ciuilitate, vide Fel. & Aret. in cap. iij. circa princip. de testibus. Bal. j. volum. consil. ccxcvj. & iij. volum. consilio eccclxxxj. col. iij. & penult. in fine. & Gemin. 27 in dicto cap. ij. Et t an notarius possit esse rogatus de mandato. q̄ sibi facit iudex vt recipiat testes, vide Fel. in c. j. de testi. col. antepenult. & sequen. & vide omnino circa principale, an iudex possit committere examen testium, Fel. in cap. licet causam. col. iij. de probationibus. in quinto nota. vbi ponit an idem sit recipere testes, & examinare, & an commiss. receptione intelligatur commissum examen, & an commissio examine super causa principali intelligatur etiam commissum super capitulis reprobatoris testium. Ex prædictis videtur quantum erretur ad officium capitanei iustitiæ, apud quod sunt commissiones quotidie notariis ad examinandum testes, etiam intra iurisdictionem ciuitatis Mediolani, quantumcunque capitaneus habeat iurisdictionem in toto dominio, imò nec iudicibus deberet facere tales commissiones, intra iurisdictionem, secundum prædicta: loquor circumscrip. 28 obseruantia & consuetudine. Item t opponitur contra testes, quod non fuerunt publicati, & ita quod non probant. l. solam. C. de testibus. Aretin. in cap. per tuas. de testibus. columna fin. vbi etiā quid si testes sint mortui, & dixi supra in rubrica præcedenti, de publicatione 29 processus. Item t quod testes non fuerunt citati, sed se ipsos obtulerunt, Salicet. in l. si quando columna vltima. C. de testibus. & vbi testis non est omnino integer, si se protulit offerri, efficitur omnino non integer. Aretin. in l. qui testamento. §. quicumque, columna penult. ff. de testam. & quando testis seipsum obtulit, vide Fel. in c. ij. de testibus. col. vij. & Aret. in c. veniens el secundo. de testib. & ibi Fel. col. penult. Item quod 30 t pars ipsos obtulit sine citatione iudicis. Salicet. in l. testium col. fin. C. de testib. & in hac materia vide Fel. in c. ij. de testib. col. vij. & seq. & ibi, an præsumatur citatus vel productus à parte, de quo etiam per Aret. in c. j. de testib. & Fel. in c. tuas. ad fi. de testibus. Et adde quæ dicit Aret. in c. constitutus. el primo. in tertio notab. de 31 testib. Item t quod pars testes introduxit, in quo vide Fel. in cap. præterea. de testi. eogend. & Bald. in ca. fi. in iij. col. de appel. & dicam latius infra in alia oppositio- 32 ne, nu. 50. Item t quod testes sunt examinati ad æternam rei memoriam sine iusta causa, propter quam ita examinarentur: Doctores, maximè Salicet. in l. sed si quis. C. de testibus. vbi ponit quæ sint iuste causæ. Alex. ij. volu. consil. ccj. col. penult. & fi. & in quibus casibus possit fieri hoc examen, tam ratione actoris, quā rei, vide Fel. in c. significauit. de testib. ver. prima cōclusio, & ver. secunda cōclusio, & de hac materia. vide etiā Aegid. Bos. C 2 per Aret.

per Aret. ibi. & in c. Albericus. col. iij. de testibus. in quibus locis habes quomodo d. beat fieri citatio, & an citatio auctore fiat praedictum in c. iij. singulari, ponit Aret. in d. c. signifi. col. vj. & vij. & an qñ fuit factum tale examen, citato aduersario, & contumace, possit fieri oppositio, contra personas testium, vide Fel. ibi. col. ij. vbi etiam ponit, an tales testes debuerint publicari, & an talis publicatio obstat, sicut in alia materia, vide Aret. in c. fraternitatis. de testib. col. xj. circa fi. & col. vij. circa fi. & seq. & in hoc dominio habem? de cret. dans formā, quādo testes examinādi sunt ad pter nā rei memoriam. Itē opponitur, q̄ testes deposuerunt extra terminum. c. praesentium. §. testes. de testi. in vj. & per Aret. in c. quoniam contra. de proba. col. viij. & x. & in cap. fraternitatis. col. xiiij. de testi. Felin. in cap. licet causam, de probation. in 4. charta. col. j. & ij. vbi ponit, an sufficiat testes iurare in termino, de quo etiam ibi per Aret. col. xj. & sequen. & per Aretin. & Fel. in cap. sicut. in ij. notab. de testi. & Aret. in c. signifi. col. iij. de testib. in iij. notabili. Item q̄

34 testes sunt examinati non citata parte. l. si quando. C. de testib. & capit. ij. de testi. quod procedit etiam si testes examinentur extraordinariē. Felin. in c. signifi. col. ij. in vlt. not. & ibi Aret. in tertio notab. de testi. & vbi citatio remittitur, debet tamen actus postea intimari parti. Felin. in cap. de testi. col. ij. circa finem, de iudiciis. & vbi causa committitur omni iuris solennitate omiſſa, debet tamen citari pars, nec posset. omit. ti. etiam per principem. Abb. ij. volum. consilio xlvj. & casus, in quibus requiritur, & in quibus non, vide per Felin. & Aretin. in dicto cap. ij. & valet statutum ꝑ vel consuetudo, vt in examine testium non citetur pars. Alexand. consilio lxx. col. penult. & fin. volum. j. & vnum casum, in quo non requiritur, ponit Alex. cons. cxxx. volum. j. vbi est talis testis, cuius dicto debet necessario statim alium ponit Felin. in c. quoniam frequenter. vt lite non cōtest. nu. 7. & seq. vbi actor propter potentiam aduersarij non audeat eum cōuenire, in quo, vide etiam Fel. in d. c. ij. in vj. limit. an tamen tales testes faciant indicium, vide Fel. in c. ij. Et ad declarationem dicti testis non requiritur citatio. Rom. cons. cccclxxxij. col. fi. Quid si mandatur iudici, vt se instruat, an requiratur in assumenda informatione, vide Marian. in tractatu de privileg. rubrica de officiali dominorum, con-

35 clusione tertia. Et adde, quod non solum debet citari pars ad videndū iurare testes, sed etiam debet esse praesens pars producens. Signo. cons. cexlix. col. ij. Et de citatione ad quoscunque actus singulis diebus & horis, quae fit per iudices malefactorum reis facto examine, vide Fel. in cap. licet causam, columna xv. in fine, de probationibus. & in dicto capitulo ij. Opponitur etiā,

36 quod testes non sunt rogari, iuxta textum in l. rogari. C. de testi. in quo vide Alexan. in ij. volum. consilio xxxij. col. ij. & iij. in prin. & vj. & seq. Alexand. in l. hac consultiſſima, in fine principij. C. de testamen. Et an testes super matrimonio deponentes debeant esse rogari, vide Aret. notabiliter consilio xij. col. iij. & v.

37 Item quod testes non sunt contestes, sed singulares, at que ita non probant, l. qui sententiam, C. de pos. cū mil le vulg. praesumitur tamē contestes in dubio, vt p. l. f. in l. ij. C. de se. tab. col. v. & de materia testium singularium vide Caccialup. l. f. & alios in l. ad monendi. ff. de iureiurati. & Doctores in cap. licet causam, de probat. & an sint contestes, si deponant, quod omnes viderunt per simulam, vni post alium, & sic de similibus quaestio- bus vide Aret. in c. praeterea. de testib. col. ij. & seq. & Bal. in l. testium. col. fin. C. de testibus. & Doctores in d. l. ad monendi. & vide quae dicam j. de testibus singu-

laribus, nu. 70. Item opponitur, quod non deponunt ꝑ de loco & tempore, iuxta notata per gl. & Doctores in dicta l. testium. & non attenditur varietas temporis vbi tempus non est substantia. Imol. consil. c. ij. col. j. & an & quando testis debeat deponere de loco vel tempore, vide Felin. in cap. cum causam. el primo. extra, de testibus. & in cap. ex tenore. eod. titulo. & probat testis de tempore, si dicat sibi ita videri. Alexan. v. volu. consil. l. iij. col. pen. & consilio cxlix. col. ij. vol. j. & quid si vtatur verbo forsitan. vide D. Anto. in consilio. xlv. col. ij. Ang. consil. iij. col. ij. & consilio xxv. col. iij. Quis probatio requiritur ad probandum tempus, vide Bald. iij. volum. consil. cxxxj. & sequen. & dicunt omnes, quod tempus difficilē retinetur in memoria, & ponit Salicet. in dicta l. testium. & Felin. in dicto ca. cum causam, col. iij. de testibus. vbi se limitat, nisi sit dies insignis. & ideo Bald. in l. cum te. C. de probationib. dicit, quod tempus probatur per cōiecturas: & an varietas in tempore reddat testimonia minus idonea, vide Alexan. consilio lxxij. col. ij. in j. volumi.

41 Et licet in inquisitione contineatur locus & tempus, & testes super ea examinati dicant contenta in inquisitione esse vera, tamen non videntur probare de loco & tempore, nisi expressē de eis verba faciant. Barto. l. j. ff. de aleatoribus. Et hoc in criminalibus, non in civilibus, vt per Alexander consilio 100. col. iij. in fin. volum. j. & dixi supra in materia inquisitionis, & ponit Felin. dicto capitulo cum causam. col. xij. de testibus. vbi dicit, q̄ si testis deponendo expressit locū & tempus, & interrogatus de causa scientiae, illam reddidit sine loco & tempore, probat: quia repetere subintelligitur. ibi etiam habes, q̄ magis tenetur deponere de loco quam de tempore: quia hoc magis retinetur memoria, quā illud. Item opponitur, quod testes deponunt de auditu, iuxta gloss. in l. ij. §. idem Labeo. ff. de aqua plu. arcen. limita tamen, vt per Alexandrum consilio cxxxvij. in hac causa, in ij. volumi. Item declara, quod testis de auditu saltem facit indicium, quo transfertur onus probandi in aduersarium. Alex. consilio lxxvij. in causa accusationis. in j. volumi. Item declara, vt quando admittitur, debeat dicere se audiuisse ante litei mōrā. Rom. singulari cccclx. est bonus. tex. in c. licet ex quadā. de testibus vbi Aretin. in tertio notab. Alex. in ij. volumi. consil. lxxv. col. fi. Item declara, quod licet admittatur, interdum tamen est debilis probatio, & ideo facile prosternitur. Comen. consilio lxxvij. vide in hac materia Felin. in cap. cum literis. de testibus. & Doctores in l. ij. ff. si cert. petatur. vide Socin. cons. cxcv. col. j. vbi dicit q̄ testis de auditu & credulitate facit praesumptionem, iuxta id, quod dixi post consil. Alex. lxxvij. & an teneatur deponere a quibus audiuit, vide Aret. consil. lxxij. in vltima chart. & in dicto c. licet ex quadam. col. v. & consil. c. ij. col. ij. & Alex. consil. lxxij. vol. j. col. ij. vbi ponit quando testes de auditu dicantur contestes, & de eo, qui dicit audiuisse tenui pariete aut cortina intermedia, vide Felin. in c. praeterea. col. fi. de testi. Aret. in c. cum causam. in prin. de testi. col. pen. & fi. Et adde, quod nūquā probat testis de auditu, nisi adiciat se ita credere. Bened. consilio clvj. columna ij. Corne. consilio lxxij. volumine primo, col. viij. & sequen. ti vbi an idem sit si deponunt de fama. Item opponitur, quod deponunt de credulitate, in quo vide Alexandrum in lege ij. §. idem Labeo. ff. de aqua plu. arc. Socin. nota. consilio cxlvj. columna quarta vbi dicit valere talem depositionem in materia, quae sensu corporis percipi, & expressē cognosci nō possunt, & vide Cepol. cons. xxxij. col. vj. et seq. Corn. j. vol. consil. clxij. col. iij. plenē, et not. per l. f. in rubr. ff. de iureiur. et per Socin. consil.

adduco simile: nam illi de domo sunt idonei testes in iis quæ sunt in domo, nō in iis de quibus alij possunt esse magis edocti, vt in locis vulgaribus. Additur in casu qui hoc tempore contigit matrē domini quæ est ipsius currix, & gubernatrix deposuisse etiā pro filio: quæ qualitas facit, vt sit verisimile eam omni via induxisse suos subditos, vt cum ea conforme testimoniū operhiberent. Et an vasallus pro domino sit testis idoneus, vide Bald. in dicto consilio ccccxx. col. pen. in fi. & seq. ij. vol. consil. ccccxxvij. col. ij. post med. Floria. in d. l. idonei. Bal. in l. libertorum. vbi est videndum. C. de testib. omnino Deci. in c. in super. in fi. de testib. Et quia dixi subditum esse testem idoneum pro domino, intellige quo ad hoc, vt non repellatur, non autē quin sit suspectus, & quin ei diminuat de fide, quia non euitatur suspitionem timoris vel amoris, vt per Alberi. l. idonei. de testib. & hanc eandem conclusionem facit 101 Corn. consil. cxxij. col. fin. vol. j. Patentes & liberi an in causa matrimonij sint idonei testes, vide Aret. in c. super eo. el secundo. de testib. col. v. & consil. xiiij. col. vij. & seq. & col. xiiij. & seq. & Fel. in d. c. super eo. col. iij. Opponitur quoque, & sæpenumero contra testem 102 quod est amicus producentis, in qua dubitatione Sal. in d. l. eos testes. C. de testib. dicit hoc esse arbitrarium iudici qui debet cõsiderare qualitates personarū, & causas amicitie, & an iustus legibus regatur vel ne, ita limitando l. sciendum. ff. de vsu. quæ probat eū admitti in quo vide Aret. consil. lxxxj. col. v. in fi. vbi dicit amicum non esse omni exceptione maiorem. Alex. v. volu. consil. lxxxvij. col. iij. & consil. clxxx. col. pen. post prin. consil. clvj. col. vj. vol. j. Rom. consil. ccccxx. col. ij. Alex. consil. lxxvij. col. ij. vol. j. Fel. in c. quoties. col. ij. de testi. Bal. v. vol. consil. ccccxxiiij. in fin. & communiter dicitur, si sit magna amicitia, repellit testem, aliàs si sit parua, de trahi de fide. ita Alex. in l. testium. col. v. ff. de testib. vbi vide, atque ideo res consistit in arbitrio iudicis, sicut supra dictum est, verum tamen est quod Bald. in d. l. eos, dicit quamuis sit arbitrarium iudici, tamen iudicem debere arbitrari amicitiam non repellere testem, quod dictum refert & sequitur Alex. in d. consil. lxxxvij. col. iij. tamen postea venit in hanc sententiam, vt si esset talis amicitia quæ verisimiliter induceret corruptelam, non admitteretur, & ideo in effectu tenet opi. Salic. in dicta l. eos, quæ est communis, vt per Alex. in d. l. testium. qui dicit id quod proximè dixi, nolens aliud dicere quam hoc ipsum, de quo etiam vide Fel. in c. cum oporteat. col. ij. in prin. de accusat. & quæ dicam infra 103 in ver. affinis. Et iuxta hoc arbitriū dico regulā esse vt relinquatur arbitrio iudicis, vtrum credatur tali testi vel testibus. d. l. testium. §. ideo. & ibi Barr. & Doct. not. circa quod vide omnino Deci. consil. xciiij. in casu ad me transmissio. col. j. in fi. Io. Baptistam de sancto Seuerino in l. admonendi. col. xxix. ff. de iureiur. & omnino Barr. in l. l. ucius. ff. de infami. Et si vis videre pulchrum locum vbi enumerantur complures in quibus contigit dubitari an sint idonei testes, vide Alex. in d. l. testium. vbi supra, & dum quærit de colono vel mercenario, vide Sal. in l. quoniam liberi. col. penult. & fi. C. de testib. Aretin. consil. xiiij. col. x. & seq. Socin. consil. cxxxvij. col. iij. & cõclusio videtur, vt sit idoneus, nisi ex eo quod testificatus est, sit percepturus cõmodū. Affinis 105 potest esse testis pro affine, quia non reperitur prohibitum, est tamen suspectus, & ei diminuit de fide. Alex. consil. xvij. col. ij. vol. j. vbi loquitur de vxore fratris mei. & Alex. consil. xiiij. vol. j. col. pen. & consil. cxxij. col. ij. vers. in fin. nec obstat. volu. ij. vbi loquitur de marito sororis meæ: nā leuis macula facit vt testes non sint omnino integri. Alex. consil. xxxij. vol. j. facit glol.

in §. cogitandum. in auth. de monachis, quæ vult, vt licet monachus possit testificari pro monacho, tamen ei diminuat de fide tanquam amico, innuendo amicitiam etiam non magnam diminuere de fide, licet Bartol. in l. admonendi. columna. vj. in fi. & princ. seq. dicat debere esse magna amicitia cõiunctū. Dixi de amico paulò supra, & hanc quæstionem an affinis possit testificari, ponit latè las. in d. l. admonedi. char. xvij. col. xiiij. ad idem q. affinis nō afferat plenā probationē, vide Ang. consil. cclxj. vnde ex prædictis apparet laso. in d. l. admonendi, non bene dixisse affines esse suspectos quando sunt ascendentes vel descendentes, secus si sint transuersales, nec Ang. quem allegat las. in d. con. fi. cxx. col. ij. dicit id ad quod allegatur à laso. Dicit quidem affinitatem repellere ascendentes pro descendentes, quod admitto, quia focer habetur pro patre, & gener pro filio, glo. in l. testis. ff. de testib. sed alios affines fateor non repellit, tamen diminuit eis de fide, & quod focer pro genero non possit esse testis, hoc dicit Barr. in l. qui testamento. §. quæcunque. vers. quæro an focer. de testa. & prædicta clarè procedunt in c. iij. & ita loquitur las. vbi supra, sed quid in criminali causa, an affinis possit esse testis pro alio affine etiam collateralis, dic non posse. ij. quæst. ix. c. absens. el secundo. & probatur ibi quælibet suspectū repellit in causa criminali. hoc etiam patet in c. accusatores. ij. q. v. & ira Aret. in d. §. quæcunque. col. iij. vers. quinto ad præmissa. Et Speculat. in tit. de teste. §. verfic. sed nunquid frater. vbi allegat d. c. absens. nec dicas hoc procedere tantum in ascendentibus, & descendentibus, quia hoc modo nō esset differentia inter causam civilem, & criminalem. Item iura prædicta se fundant super suspitione quæ cadit etiam in collateralibus, vt videt, & ita Alex. consil. xxiiij. col. vj. vers. non obstat quod ipsemet. vol. ij. & hæc consumant multum quæ dicit Alex. in l. lex Cornelia. in prin. ff. de iniur. & laso. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de oper. no. nunt. co. viij. & seq. maximè illud quod dicit Bald. in l. j. C. si qua præd. pot. quod iniuria facta vni ex familia censetur facta omnibus, & ob hoc Alex. in d. l. lex Cornelia. in ser. ad materiam testium, non est ergo mirum si affinis etiam collateralis in criminalibus repellitur à testificandō, & vide etiam Alexan. in d. §. quæcunque. in apostil. quæ incip. quid in fra tre. dum allegat Guliel. de Cun. Et hoc q. affinis in criminali nihil probet, dicit Alex. consil. cxxxix. col. ij. vol. ij. vers. ij. allegat. d. c. absens. & vide tā quo ad civile quā criminale iudicium. Orian. in ca. quoniam contra. de proba. in verbo, testem. char. 4. col. ij. vers. capio ita 106 que. Et an filius possit esse testis pro patre, & econtrā, & quid de aliis ascendentibus & descendentibus, vide inffit. de grad. in prin. per mod. Aret. in d. §. quæcunque. Doc. in d. c. in literis. de testib. vbi Fel. Et an vxor 107 pro viro. An si familiaris seu domesticus, & an filij naturales & spurij possint esse testes pro patre, dixi supra nu. 60. vers. item opponitur quod testes sunt parentes, & ponit Fel. in c. cum oporteat. de accusa. Orian. in d. c. quoniam contra. de probatio. in verbo, testium. in 4. charta. in ij. colum. in fi. & sequen. vbi omnino vide, an parentes pro liberis & econtrā possint esse testes, 109 & ibi etiam habes quid de transuersalibus, in quibus transuersalibus, dicit quod frater pro fratre potest esse testis in civilibus, glo. ff. est ordina. in l. parentes. quæ quilibet allegat. C. de testi. & licet illa glo. loquatur an contra fratrem, tamen est idem, ac si diceret an pro fratre, & Doctores allegantes illam volunt hanc consequentiam, potest esse contra fratrem, ergo & pro fratre, quæ consequentia patet, quia testis iurat dicere veritatem pro vtraque parte, v. quæstione ix. cap. hotta-

hortatur. & ideo si adducitur contra fratrem, poterit etiam deponere pro eo, unde in criminali causa si cut non potest cogi contra fratrem, ergo nec pro fratre, Azo in summa de testibus. col. iij. vbi vide Hanc regulam vt frater admittatur, licet ei diminuat de fide, facit Iaf. in d. admonendi. 8. char. iij. colum. & eam limitat, vide eum omnino. & Ino. in d. §. quacunq. ad fin. qui dicit esse arbitrium iudici dare quam fidem velit considerata qualitate causae & personae, quod idem dicit Abb. in c. literis. colum. ij. de praesumptionib. Si ergo admittitur frater pro fratre, multo magis alij consanguinei, sed an frater cogatur testificari contra fratrem in causa civili, videtur non posse cogi, vt est gloss. in l. lege Iulia. ff. de testibus. quae illam legem etiam intelligit in civili. Speculat. mouet hanc quaestionem in titulo, de teste. §. testium, versiculo sed nunquid. vbi vide, & videtur velle, vt possit cogi. Abb. tenet contra eum in dicto cap. literas. cum Abb. tenet Bar. in dicto §. quacunq. idem Alex. consil. xvij. vol. j. colum. ij. in fi. & loquitur Bar. in d. §. quacunq. in ciuilibus, & si non cogitur in causa ciuili contra fratrem deponere, ergo nec pro eo, consequentiam facit Azo vbi supra, sicut dixi. Et hoc tenet Porc. & Doctores instit. de grad. in prin. & ideo datur consilium, vt per eos, sed an omnes illae personae, de quibus in d. l. lege Iulia, & quas clarius recenser. Azo vbi supra, colum. tert. & text. quarta quaest. tert. cap. si testes. §. si lege Iulia, si velint possint esse testes pro alijs ibi enumeratis, in hoc dic vt per Barto. in d. §. quacunq. & Alex. in d. consilio xvij. vol. j. col. ij. dixi quid iuris sit in ciuilibus. Modò quaero quid in criminalibus. Et non est dubium personas de quibus in dicta l. lege Iulia, non posse cogi contra illos, de quibus ibi. Nec etiā posse si velint, quia iniuria facta vni. & sic Bar. in d. §. quacunq. & in d. l. lex Cornelia. Alex. consil. xxiiij. col. vj. ij. vol. consil. cxv. in j. col. vol. quarto. Felin. in dicto capitulo. literas. de praesumptionib. Barba. consil. xx. colum. xiiij. volum. ij. Socin. consil. cxv. vol. i. in prin. cisp. Aretin. in c. de cetero. ad finem de testibus. Alexan. consil. lxx. col. tert. vol. j. consil. v. vol. j. col. tert. vbi omnino vide, & consil. cxij. vol. j. consil. cxij. vol. ij. Sed vsque ad quem gradum non admittitur consanguineus pro consanguineo, Barto. in d. §. quacunq. dicit vsque ad gradum, de quo in d. l. lege Iulia. & sic vsque ad sextum gradum. Ab. in d. c. literas. col. ij. dicit at tunc qualiterat pro pensae voluntatis secundum consuetudinem patriae, quae opinio placet, conueniunt tamen inter se Bartol. & Abb. in hoc vt repellantur vsque ad secundum gradum inclusiue, & hoc tenent omnes in locis supra allegatis, hanc tamen conclusionem negatiuam, vt non possint esse testes in criminalibus, limita, vt late per Felin. in d. cap. cum oporteat. colum. tert. ver. modo aduerte. & col. seq. In defectum tamen aliorum duo fratres contra alium accusatum à fratre, & multo magis duo consanguinei facerent indicium ad eorum. Abb. in d. c. literas. col. quarta, ver. in secundo casu, quod ego non obseruarem, nisi maxime mihi probata esset qualitas eorum. Vides repelli quando volentes dicunt testimonium, sunt etiam casus in quibus non repelluntur, vt quando ad defensionem fratris testificantur, vt per Felin. vbi supra. Sed an istis casibus possint compelli? Abb. tenet posse in d. c. literas, quia lex Iulia loquitur contra fratrem, sed errat per consequentiam quam supra feci post Azo. & pro Azo. est opinio. Specul. quam allegat Abb. in practica, tamē esset opinio dura, quia vbi iudex videret eum esse idoneum testem, illum cogeret, & ex hac ratione infero, quod frater qui potest esse testis pro fratre ad defensionem,

etiam potest esse ad offensionem volens, & ita Abb. in d. c. literas. ver. aut quaeritur nunquid volens, quod tamen limitat nisi se offerret contra fratrem, quia tunc esset suspectus. & circa consequentiam, quam feci, quod testis debet iurare & deponere pro vtraque parte, est text. & ibi Abb. not. in c. ij. de testib. col. ij. & gloss. clara in athen. sed iudex. C. de episc. & cleri. Bald. in athen. presbyteri. C. de episc. & cleri. Orian. vbi supra. col. j. & vide de fratre regal. & fallentias, etiā per Felin. in c. literis. de testibus. Vfurarius quomodo probetur, vide Alex. consil. lxxij. col. vj. vol. j. consil. clxxij. in ij. vol. circa vj. col. Felin. in c. veniens de testib. el primo. col. pen. circa med. & in c. personas. eod. tit. Bald. v. vol. consil. cccx. circa fi. Ana. in c. cum in diocesi. col. ij. de vsu. & Fulg. consil. cxxxij. col. ij. post med. An tutor possit esse testis pro pupillo, vel praetor pro sua ecclesia, vide Roman. consil. ccccx. post med. Barto. in l. qui testamento. in prin. ff. de testam. Et quid de famulo tutoris, Bal. tenet posse testificari, consil. cccxlviij. circa fi. Et de praetore vide Aretin. in c. in super. col. j. & seq. de testib. & ibi etiam Fel. qui loquitur etiam de canonico in causa sua praebendae. & Floria. in l. idonei. ff. de testi. Ad doctores famulum abbatibus, vel antiquum colonum posse esse testem pro monasterio, Bal. j. vol. consil. cccxlviij. circa fi. An procurator vel aduocatus possit esse testis, vide Salic. in l. omnibus. C. de testib. col. iij. cui adde quod nec in causa appellationis potest esse testis. Alex. ij. vol. consil. cxxxij. colum. iij. potest tamen esse si tempore depositionis non erat, licet factus postea fuerit. Roman. consil. clxxvj. circa fin. Et quid de eo qui desit esse. Bal. ij. vol. consil. clj. circa fin. Et quid de eo, qui desit esse aduocatus, vide Salic. in d. l. omnibus & de eo qui desit esse officialis, vide Cuma. consil. lxx. circa med. & vide supra numero 54. De sollicitatore causae, vide Alex. consil. lxxviij. col. v. vol. j. v. vol. consil. clxij. col. iij. & consil. seq. col. j. consil. lxxij. in ij. vol. col. penult. Imo. consil. cxxxv. col. fin. Roma. late conf. cccc. 120 xx. Ang. consil. cxxxij. colum. ij. & seq. Quando potest ascribi laus, vel vituperium testi ratione eius de quo deponit, non est idoneus. Alex. ij. vol. consil. lxxv. col. pen. & ij. vol. consil. lxx. col. pen. Et ad praedicta vide Aretin. in c. in super. de testib. col. vj. & seq. Felin. in c. cum à nobis. col. penult. in fi. & seq. eo. tit. Et vterque ponit, 121 an iudex vel arbiter qui iudicauit possit esse testis in ea causa. Et an relator, & instructor. Et de iudicibus vide Corn. in consil. lxxij. vol. col. iij. & consilio. lxxij. 123 col. iij. Creditor potest licet sua inter sit habere debitorem diuitem, tamen non prohibetur esse testis in causa debitoris sui. Alex. in l. j. C. de procur. col. xj. & c. lxxviij. col. ij. vol. j. vbi multos casus enumerat, in quibus testis habet commodum in consequentiam, & in eis non prohibetur esse testes; aliu casum ponit Alex. consil. clxx. in 124 ij. vol. col. iij. & consil. clxxij. circa vj. co. volum. j. & vide not. de his qui habent commodum in consequentiam, Ioan. Fab. in §. legatarij. col. fin. de testa. Alex. ij. vol. consil. clxxv. col. iij. & in l. si quis ita scripserit. ff. de reb. dub. Aret. consil. lxxxij. col. iij. Et si interrogetur testis an habeat commodum, & respondeat non habere, intelligitur principaliter. Alex. in ij. vol. consil. j. col. pen. Bart. in repetit. ex quacunq. in v. col. ff. si quis in ius voc. non ter. vbi ponit de teste, qui in causam uer 126 sitatis respondet sicut dixi, & vide Fel. in c. in super. de testib. col. penult. & vide ad haec omnia Iaf. in l. quoties. col. fin. C. de iudic. Aretin. vltra Felin. in d. c. in super. 127 Et quomodo dicatur quis habere commodum ex eo quod testificatus est, vide Salic. in l. omnibus. C. de testib. col. fin. Imo. consil. lviij. Abb. monino consil. lxxx. ij. vol. col. ij. Roma. consil. clxxxvj. post med. Bart. consil. cl.

fil. cl. col. iij. Ana. consil. lxx. col. ij. Bald. ij. vol. consilio cccxij. col. fin. Cuma. consil. lxxviij. col. ij. & consil. seq. Fulg. consil. vij. col. iij. & consil. clxj. in prin. vbi not. loquitur, vide Corn. j. vol. consil. cxlv. col. ij. & in his locis habet mutuo accepisse pecunias sub vfuris, & an credat fictilibus quod tantum dederint tutori, & vide etiā supra nu. 54. De proxeneta an sit idoneus testis, vide Salic. in d. l. omnibus. colum. pen. Felin. in c. cum à nobis. in fi. de testib. Alex. v. volum. consil. cl. col. ij. circa fin. & consil. clxij. col. iij. in fin. & seq. & consil. seq. col. ij. in j. vol. Aretin. in c. in super. col. penult. de testib. Felin. in c. dilectorum. col. j. de testib. cogen. Aretin. & Felin. in c. veniens. el secundo. de testib. Bald. ij. volumi. consilio 130 cccclxix. vbi etiā ponit quis dicatur proxeneta. Gemi. in c. j. de testib. col. j. lib. vj. not. Bal. iij. vol. consil. cccclxx. vbi ponit, quot modis dicatur proxeneta, de quo etiā Corn. j. volum. consil. lxxij. col. iij. circa fin. & sequen. Cu 131 man. consil. lxxvij. colum. ij. Negotiorum gestores vel famuli apothecarum an possint esse testes, vide Bal. ij. vol. consil. 50. & de alijs famulis, vide Rom. consil. ccccx. 132 circa med. Testis debet solui impensa quas fecit, eundo, stando, & redeundo, & vettura equi si sit talis qualitatis. Salic. in l. quoniam lberij. col. j. C. de testib. an vero sibi satisfieri debeat pro operibus quas amittit. Et 133 quid si in itinere spoliaretur an sibi debeat satisfieri, & quantum, & qualiter, vide Felin. in c. j. de testibus. ad quae omnia vide Florian. in c. j. de testib. ad quae omnia vide Florian. in l. iij. §. Sabino. ff. de testib. vbi etiam dicitur, quod debet solui merces dierum, & pariter solui debet iudici & notario si mittuntur ad examinandos 135 testes. Et si producens est pauper an pars, vel iudex, teneantur subministrare expensas, vide Aretin. in cap. si qui testium. de testib. colum. iij. & seq. & ibidem Felin. in l. iij. col. iij. Testis potest interrogari, an sit liber vel seruus, & inimicus alterius partium secundum Salicet. in athen. si dicatur, in fi. C. de testibus. Felin. in cap. cum causam. el primo. de testib. colum. x. Et si est suspectus potest interrogari de qualitate vestium, & forma hominum, & similibus. Felin. vbi supra. colum. xj. Et an possit interrogari de turpitudine sua, vide Alex. in l. si duo. §. idem Iulianus. colum. fin. ff. de iureiur. 138 Floria. in l. iij. circa fi. princ. ff. de testib. Et adde quod vbi probabiliter potest dubitari de falsitate testium, debent testes diligenter interrogari de omnibus circumstantiis secundum Imol. consilio cxxxv. colum. fin. Testis qui falsum deposuit tenetur non solum de falso, 140 sed etiam de omni delicto exinde securo, & ideo si quis ex falso dicto, fuit capite punitus, tenetur testis de homicidio, imò tenetur etiam, si reus fuerit absolutus. Aret. & Felin. in cap. sicut. in iij. notabi. de testib. Te 141 stes in factis arduis debent examinari coram fide dignis personis. Salic. in l. nullum. colum. j. C. de testib. Felin. in c. quoniam contra. de probat. col. vij. in princ. 142 Falsum testem coram delegato deponentem, an ipse delegatus possit punire? vide in d. l. nullum. per Salic. circa fi. & Ancha. omnino consil. clxxij. col. iij. & fin. vbi 143 limita. Testem falsum qui sit clericus, an iudex secularis coram quo deposuerit, punire possit, vide Abb. in c. verum. de foro compet. col. vj. & seq. & ibidem Felin. col. ij. & seq. Aret. & Felin. in c. tam literis. de testib. An 144 inferior possit punire superiorem falsum coram eo deponentem, vide Aretin. in c. dilecto. de testib. colum. 145 pen. Si testis vacillat, & iudex committit notario, vt talem vacillationem scribat, quomodo debeat scribere, vide Salic. in d. l. nullum. col. iij. Felin. in c. quoniam cō 146 tra. de proba. col. xxv. circa fin. & seq. Testis si sit edoctus de veritate, & nolit eā dicere, nisi detur pecunia,

an possit dari licite, & sine poena, videtur non posse, quia ipse est falsarius accipiens pecuniam etiam vt verum dicat, gl. in l. j. in prin. & ibi Bar. ff. de fals. & Imol. in l. diuus. ff. de re iud. & ratio est, quia non debet deponere proce, nec pretio, sed secundum merā veritatem, vt dixi §. nu. 21. Et ideo pariter videtur accipiens teneri, eod quia induxerit ad deponendum falsum per tex. in d. l. j. in prin. in ver. coniecerit, quod exponitur, id est, procurauerit, & pro hac opi. videtur casus in l. ij. §. sed hic quoque. cum gl. maxime. ff. de condi. ob turp. cau. qui text. 147 vult quod dans pecuniam iudici, & ferat sententiam iuste, crimen committit. & ideo ibi Bart. & Doct. volunt vt perdat causam, solum est disputatio, an etiam perdat pecuniam, & non possit repetere, in quo Bart. ibi vult, vt eam perdat hodie, & alibi etiam ita tenet, sic etiam Salic. & Paul. de Cast. ibidem, tamen veritas videtur esse in contrarium, vt imò etiam hodie possit condici pecunia, vt per Alex. & Iaf. ibidem. Conclusio est ergo quod quia non verfaturo turpitudine ex parte dantis, vt probatur in l. ij. in princ. eod. tit. de cond. ob turp. causam. iuncto dicto ver. sed hic quoque, in d. l. ij. non dicitur graue crimen, ita vt etiam pecunia non possit repeti, tamē crimen dicitur ex quo res est mali exempli, vt declarat Paul. de Cast. in d. l. ij. Est verum quod si palam daretur hec pecunia ad hoc quemadmodum dixi, vt verum diceretur, vel iuste ferretur sententia, non diceretur commissum aliquod crimen, nec diceretur corruptela, sed cautela, & redemptio vexationis. ita Archidia. xj. quaestio. iij. c. qui reced. sequitur Bal. in c. fin. col. ij. de appellatione. & ideo dicit quod si cautus, quando iudex non vult face re tibi iustitiam sine simonia, vt ei des pecuniam coram duobus testibus & tabellione alioquin abstineas; & eodem modo est licitum instruere testes non secretò, sed palam ad verum deponendum. sic Bald. ibidem, & si promitto in demeritate iudici vbi iudicet, non licite facio, vt per Iafon. in d. l. ij. §. ff. de condic. b. turpem causam. & ratio est, quia sapit corruptelam, vt ibi 148 per Iafonem. Ex praedictis habes quod licet quis inductus honesta causa, vt veritatis sit locus, & quod suum est, consequatur, aliquid faciat, si res tamen sit mali exempli aliquod crimen committit & puniendus est, ita probat d. l. ij. §. j. & ibi, vt dixi, Paul. de Cast. expli car. Et ad confirmationem vt hoc sit leue crimen, & non puniatur poena falsi, vide late Dec. in consilio clxxxix. colum. vij. nu. 11. in versic. item dicitur. in vers. in super. vbi vult in primis, vt quamuis in teste pecunia corrupto ad hoc, vt verum testificetur, dicatur corruptela interuenisse, non tamen interuenit falsitas, & dicit hanc esse communem opin. in c. licet causam. de proba. vult tamen testem teneri de falso, si pecuniam accipit, non autem dantem, deinde declarando Bald. in d. cap. fin. tenet eum loqui ad hoc, vt valeat sententia, vel non valeat, non autem vt dans puniatur de falso quando apparet factum esse, vt veritatem deponeret, & quicquid sit, vult vt haec suspicio quod potius dixerit ob pecuniam falsum, sit solum ad inquirendam veritatem, vult etiam Deci. ibi in princ. allegati versiculi, vt ideo teneatur de falso testis, quia praesumitur tur falsitatem dixisse. Ceterum si ex qualitate dicti & personae appareret potius eum verum dixisse, non teneretur, quod bene nota. Et procedit praedicta quaestio in eo qui aliquem antequam deposuisset induxerit. Ceterum si iam deposuerat, & testis ipse falsus fuerit amico falsitatem dixisse, tamen nolit propalare in iudicio, poterit induci pecunia ad illam in iudicio manifestandam. text. videtur mihi ad hoc in l. iij. si tibi iudicium in fi. ff. de condi. ob turp. cau. vbi ait posse dari pecuniam, etiā participi eriminis, vt delictum indicet, quia Aegid. Bos. D licet

licet ipse turpiter accipiat, ex quo gratis illud debuerat facere, & consequenter dixerit: Bartol. ubi quod factio proclamata, ut si quis de regisset delictum quoddam, habet certum primum, fornicariam exercens participans criminis qui illud propalavit fuit suspensus: tamen qui dedit sine crimine dedit, & quando oritur sinistra opinio primi dicti, talis testis ex natura eius, & qualitate dicti sine dubio hanc opinionem sequeretur, vel ubi aliter adiuuaretur falsitas primi dicti sui, & hoc per dicta supra proxime post Dec. Et sine dubio etiam procederet quando palam fieret promissio, iuxta predicta. Attamen etiam in simplici casu positione, idem censeo, quia iam propalauerat falsum dixisse, cui creditur, maxime contra seipsum. c. literas de praesumptio. Nam in claris non est opus coniecturis, & cessat falsum veritate habita, iuxta considerata per Dec. in confi. Du bito tamen de hac differentia, an quis nondum testificatus fuerit, vel iam deposuerit, quia etiam primo casu delinquit, & tenetur crimine stellationatus qui se subtrahit a testificando, ut dixi in tit. de fals. nom. 163. & ita etiam esse in d. si tibi indicium. Nisi dicas quod qui nondum testificatus est, & dixit nolle testificari, potest tamen testificando purgare quod dixi, scilicet se nolle deponere, secus quando iam commisit falsum. Item primo casu non datur pecunia ad crimen manifestandum, sed ad veritatem dicendam, secundo casu secus est, & vide quae dixi in eo. tit. de fals. nu. 168. versic. testis qui habuit pecuniam. & num. 142. in eo. tit. de fals. versic. testis dicens testimonium pecunia. & vide omnino Dec. in c. j. de testib. col. j. ubi per optima fundamenta concludit, quod testis qui verum deposuit etiam data sibi pecunia, non tenetur de falso, licet incurrat aliquid crimen, & ideo minus tenetur de pecunia, & in casu de quo supra proxime quando iam deposuerat, & fatetur se falsum dixisse, res est sine dubio, quia dubium est quando non constat, an verum vel falsum dixerit, & in dubio praesumitur falsum dixisse propter pecuniam, ut per Dec. ubi supra. Sed si constat falsum dixisse, atque ita secundum dictum esse verum, Cui dubium quin dans sit extra omne periculum? & minus dubij esset quando non esset pars quae promitteret, sed amicus testis ad eum iuuandum postquam audiuit set falsum deposuisse. Et quid si accipiat testis pecuniam, ut non deponat, vide latissime Dec. in d. c. j. col. ij. colligendo praedicta sic conclusio, quod si datur pecunia testi, ut verum dicat, & sequatur testimonium, testis dicitur falsarius, & dans pariter videtur esse in eadem poena per d. l. j. in prin. in verbo, coniecerit. Tamen dixi respectu dantis esse leue crimen, inferendo clare eum non teneri poena falsi per d. l. ij. ff. de condi. ob turp. caus. qui tamen text. loquitur in iudice & non in teste, & quod non teneatur de falso, habes Dec. in d. confi. nec obstat. d. l. j. in prin. quia loquitur quando dedit ut dice-
151 ret falsum, nos ut verum deponeret. Et si statutum dicit producentem falsum testimonium teneri tali poena, includit talem testem. Ias. in d. l. ij. post Paul. de Cast. & alibi saepe, & hoc quia verum est quod produxit falsum testem, secus si diceret quod procurans, ut testis falsum dicat, iuxta d. l. j. in prin. Non credo tamen statutum nostrum puniens eadem poena falsi producentem falsum testem, voluisse loqui, iuxta ius commune, quia aliter non confitio de falsitate testis dixit propter pecuniam sollicitatus, ut verum diceret, nec vidi unquam talem testem puniri, nec eum producentem. Ex praedictis sequitur alia conclusio, quod testis, ut supra, non dicitur falsus, nisi in dubio, sed ubi constat dixisse verum, non est falsus, licet crimine non careat. In dubio est falsus, hanc conclusionem limita tamen, ut

per Hypolitum in dicta. l. j. in princip. eolum. fin. Col ligitur etiam alia conclusio quod hae quaestio est extra difficultatem, si apparet dixisse falsum, & pecunia procurasse, ut veritatem diceret, siue ut illud diceret in iudicio. Adde quod magis creditur duobus testibus fide dignis quam centum vilibus scelestis. Iacobus de sancto Georgio in l. maiore. ff. de pactis. in prima lectura, primo numero.

Tit. de Fauoribus defensionis.

SVMMA.

- 1 *Iudex debet esse promptior ad absolvendum in criminalibus, quam ad condemnandum, & tunc censetur dignus maiori honore.*
- 2 *Defensio est longe magis fauorabilis quam offensio, & de hoc ponuntur multi a exempla seu multi effectus.*
- 3 *Sententia in dubio debet interpretari pro reo.*
- 4 *Testis domesticus, an probet defensionem. Et de teste domestico vide etiam in titulo praecedenti, nu. 93.*
- 5 *Defensionis exceptio nunquam censetur exclusiva.*
- 6 *Iudex non solum potest defendere reum, sed etiam id debet facere nemine instante.*
- 7 *Principium delicti, si fuerit licitum, & finis sit illicitum, vel econtra, quod licitum est attendimus.*
- 8 *Absens an possit de iure communi condemnari. Et titulo sequenti, nu. 1. & 2.*
- 9 *Vulnus si sit datum a uno ex multis, sed ille ignoretur, an omnes sint puniendi, vel absolvendi.*
- 10 *Vulnerati excusatio magis prodest ad defensionem, quam eius accusatio seu criminatio ad offensioem.*
- 11 *Suspensus laqueo qui statim illo rupto cadit in terram, an sit liberandus.*
- 12 *Iudex an possit fauere reo.*
- 13 *Fama bona praevalet fama mala fauore defensionis.*
- 14 *Absolutio an censetur prohibita, si prohibita sit condemnatio.*

Tit. de Fauoribus defensionis.

IX praedictis satis demonstratur defensionis & offensiois modus in omni ferè delicto: tamen quia defensionis argumenta magis specialiter, & benignius nobis à legum latoribus fuisse concessa, quam offensiois, quibus multum egent aduocari defensores eorum qui delicti arguuntur, ideo aliqua hic subiiciam ad meram defensionem attinentia, imò infinita solum habentia locum fauore defensionis, & non communia. Et in primis sciendum est, quod iudex non debet esse manu promptus in puniendo, sed prius omnia cautè considerare, quod enim incautè factum est cautè euitandum est, capitulo primo. & fin. de sacra. non reitet. nec debet facile se mouere iudex, nec literis in detrimentum alterius fidem adhibere. capitulo, inquisitionis. §. j. extra, de accusatione. sed secundum iuris ordinem procedere, & veritatem inquirere, & rectè postea iudicare, ut not. per Ioan. Fab. in rubri. instit. de publi. iudi. ubi dicit quod cum dolore iudex trahi debet ad poenam infligendam & iauitus. xxij. q. v. quasi per totum maxime in c. miles. & in c. cum minister. Et si iudex gloriatur in morte hominis sicut nonnulli faciunt nostra tepe stare, homicida est, ubi alijs minister Dei dicit, ut p. Io. Fab.

Fab. ubi supra, & per Angel. ibi, & vera iustitia habet compulsionem, ut ait Gregor. xlv. distin. c. vera iustitia. refert Aretin. consil. clxiiij. col. penult. in fin. & vide etiam Vital. in princip. sui operis malefic. ubi egregiè admodum ponit ea, quae iudici incumbunt quando iudicat, dicens inter cetera quod in dubio potius debet absoluerè quam condemnare, & potius contra fiscum quam contra personam priuatam pronuntiare. l. Arrianus. ff. de actio. & obli. & l. non puto. ff. de iure fisci. de qua tamen l. non puto. vide Alexand. in l. j. ff. de solut. matrimon. & Dec. in reg. in ambiguis pro dote. ff. de regul. iur. & idem quod dicta l. Arrianus. vult etiam text. in cap. domino guerra. §. promptiores. in ritu. hic finitur lex Corrad. & incip. consuet. regni. & c. ex literis. de probat. & dicit Paul. de Cast. consil. c. x. c. v. inquisitione in ij. volum. in fin. quod curia maiorem honorem adipiscitur ex absoluteione quam ex condemnatione, hinc Petr. de Anchar. consil. xxij. inuehitur contra iudices maleficiorum qui anhelant ad condemnationem, quando via inquisitionis procedunt, & ideo ad rem valde Bald. conf. ccccxxv. in fi. vol. v. secundum impressionem Mediolani, dicit quod iustus peccatur in absolouendo quam in condemnando. Et quod defensio sit magis fauorabilis quam offensio satis apparet, quia ecclesia mandat etiam reos sanguinis defendi. c. reos. xxij. q. v. & in c. inter. de immuni. eccles. & ideo aduocatus ecclesiasticus non efficitur irregularis defendendo reum sanguinis, iuxta c. sententiam sanguinis. ne clericus vel monachi. ut per Marian. Soc. in c. ad audientiam. char. 236. secundum totum volum. col. vlt. extra, de homicid. & vide tex. & ibi gloss. in c. clerici. lxxxj. distin. quae dicit quod aded debemus fauere defensionis, & liberationi, ut si duo clerici deponat, me deliquit se tali die & loco, & duo laici contrarij asserant, stabitur dicto testimonio laicorum, licet laici sint inferiores, & pulchre dixit Inno. in c. dubiu. l. secundo. de elec. quod si producant testes contra clericum, qui probent quod alienabat ecclesiastica sub annuo sensu recipiendo pecuniam, intelligitur de temporalibus, non de spiritualibus, ad hoc vt euitetur crimè simoniae, & haec sequitur Barba. in consil. l. j. vol. iij. in fin. Item vide l. si. de feriis ubi in capitalibus reo tres, & auctori duae dantur dilationes, ideo licet in medio iudicio pariter faueatur utriusque. l. de die. in princip. ff. qui satis. cog. Tamen hoc non procedit in criminalibus per d. l. si. ubi magis faueatur reo, ut ibi etiam tenet Alex. col. j. & dominus meus. eolum. pen. versic. & quod in criminalibus. ubi adducit aliud exemplum ultra d. l. si. quod reo circa media causae magis faueatur quam accusatori, & vide etiam Alex. conf. l. j. vol. j. & ibi habes quod licet reus faciat probationem incertam, tamen ad exclusionem delicti in dubio praesumitur pro eo ex nota. per Barto. & alios maxime Alex. in l. non solum. §. sed vt probari. ff. de oper. nou. nunt. ubi omnino vide. Hinc etiam est, quod si delictum plenè probatum sit, & reus per vnicum testem probet defensionem suam, non potest ad mortè deueniri Anchar. consil. cclxxxv. col. fi. & vide omnino Bart. in d. §. sed vt probari. & Feder. consil. lxxxv. col. ij. & Alex. in d. §. sed vt probari. col. ij. & seq. & Claudia. late in repet. l. vt vim. ff. de iust. & iur. & Alex. in consil. xv. col. iij. vol. j. Et quod magis faueatur defensionis & reo, quam auctori, & offensioi, vide tex. in cap. ex literis. de probat. col. ij. ubi dicitur quod quando probationes sunt pares, obtinere debet reus, & hoc etiam si excedant aliqua in re probationes auctoris per gl. in d. c. clerici. lxxxj. distin. quam supra allegaui, & de qua ibi late per Doctor. in axime Dec. qui restringit eam, ut procedat in criminalibus, non in ciuilibus, si tamen probatio auctoris est clara non co-

funditur per probationem rei dubiam. Felin. in c. cum tu. col. ij. de testib. dixi s. sub rub. de defensionibus reorum, & defensionum impugnationibus late, & vide etiam circa hanc materiam Felin. in c. cum contingat. col. fi. in fi. de rescri. ubi ponit limitationem ad d. l. Arrianus. & vide no. Bal. ubi etiam limitat in consil. cccv. circa fi. in iij. vol. secundum impressionem Mediol. & Fulg. c. c. col. cxlj. col. iij. & procedit l. Arrianus. quod in dubio pro reo iudicandum est. aded vt si reus efficiatur actor per accidens, quia prius copareat debitor, & petat imponi perpetuum silentium, non tamen propterea efficitur actor quo ad amissionem beneficij reo competentis, ut per Anto. de Butt. in c. in praesentia. de probatio. col. v. not. ij. & not. glo. & Doct. in c. significauerunt. de exceptio. Et adde praedictis quod verba sententiae interpretari debent pro reo, Alex. v. vol. consil. xlvi. col. j. Itè adde ad propositum materij nostrae criminalis, quod testis non requiritur ita idoneus in defendendo, sicut in offendendo, imò frater pro fratre admittitur, & domesticus pro domestico, ut per Ias. in l. vt vim. col. ij. ff. de iusti. & iure. & ibi omnino vide, quia adducit multa, & diuersa, ex quibus apparet defensionem esse maxime privilegiam, praesertim quia probatur ex coniecturis, & praesumptiue per regulam l. merito. ff. pro foc. & no. in d. §. sed vt probari. Et adde supra dictis dum diximus domestico minus idoneo credi ad defensionem, Aret. in l. qui testamento. §. quacunque. col. iij. ff. de testamen. ubi limitat. Item pungit communem, & dicit Put. in tract. suo. char. 93. col. j. versic. & addas. quod quando quis reuocat confessionem praetextu erroris, sufficiunt domestici ad probandum errorem, & dixi supra de his inhabilibus deponentibus super defensione, & innocentia, sub rubr. de opposit. contra testes, versic. item opponitur quod sunt parentes, circa fin. non videtur tamen quod istis inhabilibus regulariter credatur circa adminicula, vt si vellem probare defendendo reum, quod testis qui contra eum deposuisset, eius esset inimicus, sed tantum creditur circa ea quae directe tendunt ad exclusionem delicti. per not. à Bart. in l. in quaestioibus. ff. ad legem Iul. maiest. & per Bal. & Salic. in auth. si dicitur. col. pen. C. de testib. & Deci. consil. clxxxix. col. iij. versic. praeterea. ubi vide, & Felin. in c. per tuas. in v. nota bi. de simonia. ubi limitat, tamen Bart. in d. l. in quaestioibus. & Doctores allegati loquuntur ad offensioem, ut privilegium non procedat nisi directe probando, & dictum Bar. late sequitur Dec. in c. j. de appella. col. pe. in versic. sexto, & vltimo. vide quae dixi supra in crimine laesae maiesta. num. 112. & seq. & infinita ad ornatum huius materiae, vt magis defensionis fauere debeamus quam offensioi, congeruntur in repertorio Hyp. pol. in l. vnus. §. cognituum. ff. de quaest. qui tamen non vidit praedicta. vltra quae etiam adde quod exceptio defensionis nunquam intelligitur exclusiva, quia nec expressè potest tolli, ita Bal. in repet. l. edita. in lectura Pa duana. in pen. col. C. de eden. Ana. consil. lix. eolum. j. & Alex. in l. j. §. & parui. ff. quod vt aut clam. in apostil. magna quae incip. item aduerte. col. ij. ad fi. & seq. & alibi saepe. & Dec. in c. quoniam contra de prob. col. ij. in iij. notab. & ibi dicit, quod etiam si appareat post confessionem & sententiam de innocentia alicuius, ei succurrendum est, vt est text. in l. §. si quis. vlt. ff. de quaest. & ibi Bart. & in l. diui fratres. ff. de poen. & late Hippol. in fi. g. l. incipien. innocentibus iura fauent. Item etiam parte instante ad defensionem publicatis attestacionibus possunt recepti testes non ad offensioem. ita Felin. in c. cum clamor. de testib. & dixi supra in rubr. de publica. processus et testium. Item quod iudex non solum potest defendere reum, verum etiam debet nemine
Aegid. Boss., D 2

etiam instante. l. & si non defendantur. ff. de pœn. Barr. in l. fin. column. ij. ff. de fer. Anan. d. consil. lix. col. ij. & Aret. consil. cxlvij. col. ij. in fin. & latè dicam infra titu. de literis princip. bannit. admitt. & in illo articulo. An princeps teneatur concedere literas ad nouas defensionis. Item ad propositum ne obliuiscaris vulgatæ regulæ, quod in dubio iudex debet eligere mitiorem pœnam. l. interpretatione. cum siml. ff. de pœn. gloss. in c. sicut dignum. de homicid. Felin. in c. translatio. col. pen. & vlt. de testib. & ibi latè, an dispositio pœnalis extendatur, & Iaf. in l. si. ff. de in ius voc. & in §. ex maleficiis. in tit. de actio. char. 3. column. pen. & in §. tripli. col. ij. eod. titu. & in l. diuortio. in ij. col. in prin. ff. sol. matr. in repertorio Hyppol. in l. si quis viduam. colum. penult. & vlti. ff. de quæstio. & Barbat. in consil. xj. volum. j. & Ang. in gloss. vltimæ cœlestem. col. si. & ibi in additionibus. Adde etiã fauore rei & defensionis quod si principium est licitum, & finis illicitus vel econtrã, attendimus id quod est licitum, siue sit principium siue finis. Bart. in l. quod ait lex. §. quod ait lex. ff. de adult. & ideo etiã videtur quod si satellites prosequantur quem extra ecclesiam vsque in ecclesiam quod non possit ille capi, quia attendimus vel finem vel principium, quando vel finis vel principium magis fauet defensionis, & reo, & ita tene in hoc articulo quæquid etiã sit in alia materia, quia quando principium est in vno territorio, & finis in alio, semper attendimus finem. l. quis sit fugitiuus. §. Cecilius. ff. de ædil. edic. & Alex. consil. lxxv. volum. ij. in terminis. Iaso. in l. plerique. ff. de in ius vocan. vbi tamen allegat Bald. pro & contra. Sed tamen ita tenet, & huius etiam ego sum sententiæ, & ita vidi seruari, quicquid videatur velle Alexand. consil. xxiiij. vol. ij. col. x. post Dya. per eum allegatum. Et in hoc articulo. an attendatur finis vel principium, vide Alcia. regu. ij. præsumpt. xxxij. nu. 2. Item adde quod licet absens de iure communi non possit condemnari. l. absentem. ff. de pœn. & l. absentem. C. de accusa. tamen poterit absolui confitendo innocentia. Ant. de But. post Ioan. And. in c. veniens. col. j. de accusat. & sequitur Veron. caur. xij. licet inuitus. colum. fin. in prin. imò non solum potest, sed debet, vt supra dixi. Item adde quod tantum potest vis defensionis, vt etiam rei, & nocentes propter eam absoluantur. d. l. absentem. vbi text. tradit regulam quod melius est nocentem absolueret quam innocentem condemnare. Et ideo si plures perculserint, & vlnerauerint in rixa aliquem, & adit tantum vnicum vnus mortale, quo casu de homicidio solum punitur illud inferens. l. fina. ff. de sicariis. omnes absoluantur à pœna corporali, ne etiam innocens condemnatur per d. l. absentem & latè per Alexand. consilio xv. volum. j. Anchar. consilio cexvij. nos Bartholomæus Romanus. consil. ccccj. eo præsupposito. Cuma. consil. cxxxij. vlti. & Alex. consil. xliij. vol. ij. quicquid dicat Barto. in d. l. si in rixa. torqueri tamen possunt si delictum incertum sit. Salic. in l. si. C. de quæstio. colum. si. versic. idem dico. vbi tamen dicit quod hoc in casu, ille potest torqueri qui est aliàs malæ famæ, & ita intellige Angel. in tractatu malefic. in gloss. fama. versicul. quid autem si sunt quinque, & Hyppol. in l. j. ad finem principij. ff. de quæstionibus. qui simpliciter dicit quod possunt omnes torqueri, quod nota, & dixi supra, in titu. de homicid. Item adde quod executio vulnerati plus operatur quo ad defensionem, quam criminatio quo ad offensionem. Bald. in l. j. ad fin. C. commu. de lega. & ibi Iaf. in l. j. in prin. col. ij. ff. de eo per quem fact. erit. & Alexan. in consil. xxxij. vol. ij. colum. v. & consil. xliij. col. j. & seq. volum. ij. & in his locis habes de criminatioe morientis, iuxta l. si quis in grau. §. j. ff. ad Sillan.

& de excusatione iuxta dictum Bald. in d. l. j. ad fin. C. commu. de lega. & de dictis morientium, vbi Alciat. in tract. præsumpt. regu. ij. præsumpt. iij. Item ad de ad defensionis fauorem quod dicitur condemnatus ad mortem, si dum laqueo fuit suspensus, fracto laqueo cecidit in terram, debet liberari, si allegetur innocentia: quia cogitandum est factum miraculosè. ita latè concludit Lucas de Penna in l. si quis forte. quæ est lex prima. C. de desert. & oe. libr. xij. column. vij. versicul. sed pone damnatus est aliquis. & Dec. in l. fauorabiliore. in fin. ff. de regul. iur. iudex tamen debet aduertere, an id euenierit ex opere manufacto, vel altere fraus interuenerit, bene inspiciendo funiculum, & alia & magis in hoc exemplo potest considerari fraus, quam in eo quod pridie contigit in oppido castri noui Terdonensis. Antonius de Pauarono grauissimi criminis delatus ad mortem condemnatus fuerat, qua ei nuntiata in carcere, intrepidus dixit se innocentem esse, visusque eos quantum posset Deus. dum ad patibulum duceretur lætus ibat, repetens visuros eos quid summa Dei potentia esset eo tempore effectura, & cum securi ceruices subiecisset inciso fune quo pendens retinebatur, securis cecidit, sed prope collum substitit ad duos digitos, verum carnifice claua securim feriente propius descendit securis, ita vt nemo esset qui non existimaret caput abscondi debere, tamen licet collo appropinquauerit, illud tamen non tetigit, minùque eum offendit, tunc carnifex restitit, & Pauaronus adhuc intrepidus victis manibus nullo iuuante caput subduxit, submouens collo securim, quæ ei liberè locum dedit, & quia res hæc videtur maxime admirabilis non dubito quin vir ille liberetur. Posset tamen esse præstigiū, & arte magica factum, quemadmodum ab his sæpenumero fieri videmus, qui torquendi sunt: nam incantamentis efficiunt, vt licet delinquentes sint, nihil tamen faciantur, & sæpius repetita tortura non crucientur, & hoc nunc contigit in quodam Laudensi, qui furri seutorum mille arguebatur, quamvis enim nocens esset, & hoc mille modis appareret, deciesque fure tortus fuerit, tamen nec tormento pertimuit, & eius brachia protus illæsa remanserunt, & alia etiam magis admirabilia facta fuisse legimus ab Apollonio Thyaneo non arte diuina, sed diabolica, ita vt Romana ecclesia prohibeat ea legi. Laudensis tamen de quo diximus post illata tormenta omnia passus est, & pecunias per eum absconditas demonstrauit, & hoc iusto Dei iudicio, qui tandem scelestos, iuxta illud Pauli, tradit in sensum reprobum. ex quo in fero, quod dicit qui non timent Deum, quamuis animo obfirmauerint nolle fateri, etiam si omni genere tormentorum cruciantur, tamen lumine intellectus (Deo ita volente) extincto rem omnem vti se habet fatentur, & sæpenumero de hoc vidi experimentum. Aduertere tamen debet iudex quod vt reo faueat in casibus expressis, aliàs non, quia quoties fauet plus iusto, ac debito, accusatori siue accusato tenetur pœna capitis. Bald. in l. j. colum. v. C. ne ex delicto de fun. per text. in l. lex Iulia. de repetun. §. final. ff. ad legem Iuliam repetund. quam allegat Bald. vbi supra, & de prædictis, & de l. fauorabiliores, vide Alciat. in tracta. præsumptio. regula ij. præsumpt. xliij. Item adde quod fauore rei bona fama præualet malæ. Felin. in cap. cum contingat. col. ij. de rescript. Hyppolit. in l. de minore. §. plurimum. char. §. colum. vlti. & seq. ff. de quæstio. & ibi col. seq. declarat quomodo hoc intelligatur. Ex prædictis habes quod magis fauetur reo & defensionis quam actoris & accusationis: vnde posset inferri, prohibita condemnatione, non intelligi prohibitam absolutionem, quod voluit glossa in clementina prima de hæreticis.

tatis. Tamen Aretin. & Socin. in rub. de acquiten. pofseisio. tenent contrarium, etiam in materia correctoria, & ad confirmationem suæ opinionis Socin. ibi adducit quod præscripta iurisdictione absolueri, etiam intelligitur præscripta potestas condemnandi, quia sunt eiusdem gradus, ita declarando Barto. in l. j. hoc interdico. ff. de itinere actûque priuato. vnde stante decreto quod iudices non possint condemnare inconstituto Senatu, non poterunt etiam absolueret. Alia multa reperies ad fauorem defensionis in repetit. l. vt vim. ff. de iusti. & iure. per Claud. & Dec. in regu. & si nihil. ff. de regulis iuris. & ibi dicitur quod etiam post sententiam innocens non punitur, & quod nunquam exceptio innocentie intelligitur exclusiua, & alia, & vide per Felin. in c. consanguinei. de re iudic.

Tit. de Reis requirendis et absentibus dānandis.

SYMMÆ.

- 1 Absentis persona de iure communi, an possit condemnari, & quid de eius bonis. & vide in tit. præced. nu. 8.
- 2 Absentis seu contumacis persona, an possit condemnari vigore statutorum.
- 3 Appellari an possit à banno, & an contumax veniens ante sententiam sit audiendus. & tit. sequen. nu. 4.



DIXI supra de captis, siue venientibus ad iudicium, verum quia inquisiti citati, iuxta practicam, de qua per Ang. in gloss. iudex commisit quodd Casus prædictus, & alij inquisiti citantur in prin. sæpenumero non comparent, & concessa contra eos captura detineri non possunt, & tunc contra eos absentes proceditur, ideo videndum est quomodo de iure contra tales procedi possit, & quid seruetur, & perstringendo rem si de iure loquamur, Dic quod bona talis annotantur, & ipsa annotatio sibi inumatur, quo facto, si infra annum compareret recuperat bona annotata, quæ tamen non erant effecta fisci, sed descripta, & in loco tuto reposita, si non compareret termino dicti anni amplius non auditur, quo ad ea bona annotata, sed illa confiscantur, ipse verò auditur quo ad personam perpetuè. l. j. & per totum titu. ff. & C. de requi. reis. & l. absentem. C. de accusat. & Doctores vbiq. Gandi. quid sit agendum reo absente & contumace. Angel. in gloss. qui iudex videns quod inquisiti non comparent, & in sua contumacia persistunt, & alibi sæpe, & quibus citationibus & notificationibus procedatur circa dictam annotationem, Dixi in tit. de citationibus. Et quod persona ipsius absentis non possit damnari, sed tantum annotari bona, est etiam text. vltimissimus in d. l. absentem, & in l. absentem. C. de pœnis. nisi à relegatione infra vt dictis iuribus, & ratio est, quia lex abhorret, vt ex præsumptionibus quis damnetur, d. l. absentem. de pœnis. & ideo dux Ludouicus Sfortia dicebat, Nolo vt quis moriatur propter contumaciam, intelligendo de bannitis, de quibus in specie dicam infra tit. quid amittant banniti. nume. 16. & de literis bannitum admittentibus, & ad finem, & ita etiam Senatus noster obseruat, nisi ex lectura processus iurta omnino reddatur eius conscientia, quod bannitus delictum patrauerit, & in casu dubio potius in eam veni sententiam, & torqueatur, & interdum ob maximam debilitatem indiciorum absoluitur præcedente gratia, vt de nouo sententia videatur, vt dicam loco suo, vult

tamen antequam propter debilitatem indiciorum sine tortura bannitum absoluat, vt ille demonstrat quare permiserit se banniri. Et de forma annotationis bonorum in primis, & ante alios omnino vide Barto. in l. j. in prin. ff. de requirendis reis. & Alexan. ibi. Et sequendo propositum nostrum de iure effect videndum, an casus reperitur in quo absens possit damnari, non tamè deueniri ad annotationem bonorum, in quo articulo breuiter dic, quod à relegatione infra vocatus potest damnari, etiam antelitem contestatam. Barto. in d. l. absentem. ff. de pœnis. & in l. inter accusatorem. ff. de publi. iudic. & licet habeat contradicentem, tamen hæc opinio est verior & communior. A relegatione verò supra, & lite non contestata sine dubio non potest damnari. d. l. absentem. in pri. & in l. j. ff. de requiren. reis. Fal lit in casu. l. ne diu. C. de pœ. & in casu. l. lege Cornelia. §. & quid hoc crimen. ff. de sicariis. & in crimine læsæ maiestatis, vt in extrauagan. Henrici imperatoris, vt per Marian. in c. veniens. de accusat. char. 197. col. fin. & colum. seq. versiculo quinto decimo: & ideo sit annotatio modo quo dixi, vt etiam per Marian. in cap. qualiter. el. secundo. in xj. articulo. quæstio. lxxiiij. de accusatio. vbi vide, si potes, quia nondum est impressum opus illud quod est amplissimum in materia criminali. Tamè communis est, vt etiam lite contestata adhuc non possit damnari, vt ibi per Marian. & hæc de iure ciuili procedunt, iure vero canonico quid possit fieri reo contumace, vide ibi per Marian. Circa verò obseruantiam quid sciendum reo contumace. Dic, secundum Barto. in d. l. j. ff. de requirend. reis. in princip. ad finem. quodd propter statuta ciuitatum Italix contumax habetur pro confesso, & amplius de crimine non auditur, & allegat summissum in l. diuus. ff. de custod. & exhibend. reor. in versic. vltimus vos videt. s. vbi est omnino videndum, quia dicit quod iure communi, comparente quando etiam contumace, debet audiri ex integro, sed secundum statuta Italix contumaces & banniti habentur pro confessis, & sententia fertur in eos vt in confessos, & ideo illis captis, non est opus nouo processu, sed sola executio sufficit constituto eum esse qui in banno descriptus reperitur. Et dicit ita sæpius obseruasse, & non solum Barto. loquitur quando sententia est in appellabilis ex forma decretorum, vt est in hoc dominio, vel quando est appellabilis, & non fuit appellatus, & si demus à banno posse appellari secundum Paul. de Castro consilio cxlij. in primo volum. in princip. Verum etiam quando est appellabilis, & superest appellandi tempus, quærit an tunc ab executione sit superferendum, vt in glo. j. nil no. appella. penden. in pri. quod intelligitur, vbi velit appellare, & sic audiri, sed si nollet appellare, & velle directe audiri ex integro, sicut auditur annotatus, quolibet tempore non admittetur, & hoc est quod intendit dicere Barto. qui noluit tollere appellationem secuto banno, nec loqui in casu indubitato, quando ex forma ordinum vel iuris sublata est vltior causæ cognitio, sed iuxta illum text. qui vult vt annotatus perpetuè audiatur ex integro quo ad personam, vult autem secus esse in bannito stante statuto, vt contumax habeatur pro confesso, quia tunc si sit damnatus ex fundamento factæ confessionis, amplius non auditur, quod dicit, intellexit quando directe ac si contumax non fuisset, vellet probare, nam ante sententiam etiam post publicatas attestaciones, & postquam conclusum est in causa auditur, non post sententiam, quia iudex tunc sanctus est officio, vt habeatur in lege prima. §. si quis vltro. per Bartolum. ff. de quæstionibus. & eodem titulo, in l. vnus. §. cogniturum. Si igitur velit audiri, debet

vel appellare vel alius vii remediis quibus contra sententiam & bannum agi potest, & de quibus infra verba faciam.

Tit. de Bannitis.

SVMMA.

- 1 Bannum quid sit.
2 Bannum, an fieri possit proprie in presentes.
3 Bannum, an censetur sententia interlocutoria vel diffinitiva.
4 Bannitus si compareat ante sententiam, an sit audiendum. & supra tit. preced. nu. 3.



HC tractare expedit materiam bannitorum, in qua Nellus doctor clarissimus sollemnissimum & ordinatissimum, atque omni ex parte absolutissimum tractatum edidit, vt inquit Maria Soc. in c. qualiter. el secundo. in xj. artic. principali. in versicu. quo ad primum. de accusatio. & dicit Bartho. Socin. eius filius in consil. cl. col. v. circa finem, quod fuit doctor magnae scientiae. Recurre igitur ad eum, vbi in hac materia contingat dubitari, atamen & ipse aliqua subiiciam, & in primis scias quid sit bannu, de quo vide Bal. in l. j. C. de haeredib. instit. qui dicit quod est eictio a bono publico, instar excommunicationis, quae eicit extra communionem ecclesiae, vt ibi late, & notabiliter per eum, & melius & consideratis per Nel. in suo tracta. in prima parte secundi temporis. quae l. iij. vbi late ponit quid sit bannum, & vnde dicatur, & infinita alia, concludendo quo ad propositum bannitorum nostri temporis, de quibus ipse loquitur, vt etiam dicit in prima parte primi temporis. quae l. j. col. ij. versu. de his vltimis. & de quibus ego etiam tractaturus sum, quod est quaedam iudicialis sententia poenalis lata in absentem contumacem virtute statuti, loquendo de statuto quod in criminalibus contra absentes possit ad diffinitiuam perueniri, & quales non comparent habeantur pro confessis, quod statutum vbi que in effectu viget, & quia etiam bannum fit in praesentes ob delictum, vt per Nellum in dicta prima quaestione. & Bal. in dicta l. j. vbi vide, & quotidie a Senatu nostro fieri videmus, quia praesentes propeud multat exilio, vel ad annum solum, iuxta casum qualitatem, Dubium oritur in bannum, de quo modo dixi, vigore dicti statuti quod fit praecedente inquisitione vel accusatione delicti, & quod fit propter contumacia dicitur bannu p crimine & sic bannitus dicitur p crimine bannitus. Et Bal. in ca. testimoniu. de testib. col. fi. & ibi Fel. col. ix. in prin. tenent no dici bannitu pro crimine nisi statutu hoc expressit velit. in quo tamen vide Bal. consilio cxciiij. vol. ij. & seq. consil. lxxix. col. fina. & dixi in materia inquisitionis in illo articulo, An bannitus possit esse testis: quia statutum vult, vt bannitus de maleficio non possit esse testis. Scias etiam quod bannum dicitur quaedam sententia interlocutoria, & potest reuocari, vt per Aretin. in gloss. qui iudex. videns quod inquisiti non comparent, & maxime Soci. in loco vbi supra, in d. xj. arti. prin. & Bal. in d. l. j. C. de heredib. instit. col. vj. vbi omnino vide, sed intellige quando expectatur alia sententia diffinitiva post bannum, quemadmodum vult statutum nostrum, per quod in primis datur primum bannum haec lege, vt si venerit infra octo dies intelligatur ab eoliber: Deinde fertur sententia diffinitiva contra talem contumacem, quae dicitur secundum bannum: scus si non expectaretur alia

sententia. Ita Marian. vbi supra, versu. sed quero circa praedicta. & Bald. in dicta l. prima. si bene vides, maxime in ver. & intelligo. & Doctores in l. j. C. quod testament. facere non possunt. & Aretin. in l. eius quod dicitur. cuius de testament. & de se patet: & secundum st. b. tum, de quo loquitur Nellus, vbi supra, in dicta prima quaestione, quandoque bannum est sententia diffinitiva, sicut etiam loquitur Capola consilio lxxij. column. iij. versu. praeterea. Et secundum praedicta intellige Ale. consilio xc. column. iij. volum. j. vbi quod banni sententia est interlocutoria: quia intelligitur sicut dixi: & valet haec interlocutoria contra minorem indefensum, & habetur talis pro confesso, & non valeret vltimum bannum. Ita Nellus in prima parte primi temporis, in prima charta, in secunda fallentia, in versicu. primo dicitur quero. Viso quid sit bannum, & quod aliquando est interlocutoria sententia, alquando diffinitiva: quero, si positus in primo banno comparet ante sententiam post terminum primi banni, iuxta terminos & statuta, de quibus supra, an sit purgata mora, quemadmodum si comparuisset in termino octo dierum: Vide Nellum in tertia parte primi temporis, quaestione octava, vbi tenet idem esse. Ita etiam Mari. Soci. vbi supra, versu. & est aduertendum omnino, qui dicit, quod bannum datum ratione contumaciae reuocatur, cum primu ci raturis comparet, & post terminum banni vsquequo sententia profertur, subdens tamen quod terminus non currit nisi a die notificationis personaliter factae, vel ad domum, vt per eum. Et haec procedunt quo ad hoc, vt damnari non possit: non autem quin possit torqueri, iuxta dictum Bald. in dicta l. prima. C. de haeredib. instituen. de quo dixi in materia torturae. & qui Bald. in dicta l. prima, loquitur quando post terminum comparet, quicquid referat Brun. in suo tractatu, & Marfil. de quibus in ea materia in septima quaestione principali, & vide omnino, quando quis comparet ante sententiam post terminum primi banni, Paul. de Castr. in consilio xxxij. super primo quaesito videtur facere dubium. column. j. & iij. & in Apofit. ad Aretin. in glo. qui iudex videns, quod inquisiti non comparent. column. ij. & Bald. in l. j. quod si actor. C. de iuramen. calumn. Et conclusio est, quemadmodum supra dixi.

Tit. Bannire qui possint.

SVMMA.

- 1 Bannire qui indices possint. & ibi ponuntur multa quaestiones remissive.



QUI indices possint bannire, vide Nell. in suo tractatu bannit. in secunda parte j. temporis, vbi vndecim quaestiones ponit: quarum discussionem, vt breuibus agam, consulo praeternitum velim, vt quo ad secundam videas Felin. in cap. cu ordin. de rescript. ad & quatuor seq. quae dixi supra titu. de fur. & ad septimam & octauam, quae latissime scripta fuerunt a me titulo de foro competenti. Sed ad nonam, dum quaerit an iudex possit bannire sibi aut familiae suae iniuriam inferentem, vide Iason. in l. qui iurisdictioni. column. iij. versu. octauo fallit. ff. de iurisdictioni. omni. iudic. & quid si officialis offendat alium, vide Barto. in l. si quis, si quos. ff. de pren. & ibi quid si inter eos de familia sit controuersia, de quo etiam vide Aretin. in tract. suo malef. char. 4. columna fina. in apofit. & Nel. vbi supra, & ibi etiam ponit, quod si

si iudex non recognoscit superiorem, potest indistincte cognoscere, & punire: quia princeps ita diligit singulos, sicut sicum, secundum Old. consilio cclxix. de quo vltimo vide Fel. in c. cum venissent. de iudi. column. na iij. & Iaso. in l. est receptum. col. j. ff. de iur. om. iud. vbi regulam ponit cum suis fallentis. & Iac. de sancto Georg. in tract. suo feud. char. j. col. j. & Dec. in dicto c. cum venissent. Dum autem Nell. postremu quaerit in effectu, si iudex specialis quo ad aliquod delicti genus creetur, puta, contra rebelles, aut euidetes falsas pecunias, An nihilominus ordinarius illi loci possit reos dictorum criminu inquirere & bannire, vide de hac q. Imo. & Fel. in c. pastoralis. de offic. ord. Aret. in l. quod in rerum. §. si quis post testamentum. ff. de leg. j. & latius per Decium consil. iij. consideratis omnibus, & dixi supra in dicto tit. de foro compet.

Tit. Banniri qui possint.

SVMMA.

- 1 Vniuersitas an possit banniri, & quomodo possit puniri, & qualiter vniuersitas probetur deliquisse.
2 Vniuersitate punita, an possit formari inquisitio contra singulares personas.
3 Minor an possit banniri.
4 Forensis habitans in hoc dominio an possit banniri pro crimine commisso extra dominium, & an possit inquiri.
5 Clericus an possit banniri a iudice seculari.
6 Clericus, qui spectus est principi seculari, potest ab ipso principe eijci a suo territorio.

Tit. Banniri qui possint.



RACTATVRVS an omnes bannite liceat, Quero in primis, tan vniuersitas possit banniri, & certe potest delinquere: quod quomodo cognoscatur, an scilicet vniuersitas deliquerit, vel fuerint singulares personae, ponit Bartol. in l. aut facta. §. nonnunquam. ff. de pena. Deci. consil. cccxj. columna j. Iac. in l. ciuitas. column. ij. ff. si cer. petat. Et communis opinio est, quod ad hoc vt vniuersitas dicatur deliquisse, non sufficeret, etiam si omnes inissent ad delinquendu, sed requireretur liberatum consilium prius, vt per Doctores, vbi supra, & per Fel. in c. dilectus. el secundo. in vlt. col. de simo. & in cap. omnes. de consit. & sufficeret etiam ratificatio, vt in eisdem locis. & ad hoc vide Fel. in d. c. cum omnes. co. xix. ver. pro quibus. & Aret. consil. clixij. col. xvij. circa fi. & seq. & qualiter probetur ratificatio, vide Aret. consil. xliij. col. fin. Alex. consil. lxxxvij. col. pe. in v. vol. & consil. cxxvij. circa fi. penul. col. & consil. clixv. col. fin. circa fi. vol. j. & qualiter probetur scientia communitatis, vide Bald. j. vol. consil. cclxxxij. aut cxxvij. & v. vol. consil. cccxiiij. in fi. & quae sit poena rebelli ciuitatis, vide Bar. vbi supra, versu. hoc praemisso quero. & in extrauag. ad reprimendum. in verbo, rebellado. circa fi. & Doctores, vbi supra. Et vide terribilem sententiam non ita pridem ab inuictissimo Caesare Carolo Quinto pronuntiatam contra oppidu Gantes in Flandria propter eius rebellionem: ex qua iuris dispositionem, & obseruantiam in hac materia abunde cognosces. & formam citandi vniuersitatem ponit Barto. in extrauag. ad reprimendum. in verbo, citatu. & Nel. in tract. suo in j. par. j. tempo. q. v. & ponit Maria. in tract. citat. in xx. arti. in ij. q. Et potest ciuitas comparere per syndicum. Alex. in d. §. nonnunquam & Marian. in c. veniens. de accus. in iij. q. princ. versu. sed quero iuxta praedicta. & ibi recitat a Doctores dici, quod admittitur syndicus: quia aliis vniuersitas non

posset se defendere, cum sit corpus fictum & inanimatum, continens in se infantes, furiosos, & similes, qui non possunt esse in iudicio, vide ibi omnino, & sufficit cofessio syndici ad condemnandum vniuersitatem. Deci. in d. consil. cccxj. & an possit vniuersitas pro homicidio, & rapina capite puniri, stante statuto imponente poenam capitis: Dic non posse, sed poenam mutari, Maria. vbi supra, & Bart. in d. §. in d. versu. hoc praemisso. & Doctores vbi supra, imo amplius Bart. ibi vult, vt si etiam imponenda esset poena pecuniaria soluenda per collectam, tamen non contriberent, qui non deliquissent: In crimine vero rebellionis aliud est, vt ibi per Bart. Et tan punita vniuersitate possit formari inquisitio contra singulares personas, vide Bar. in pen. q. vbi supra. Abb. in d. c. dilectus. de simo. circa fi. vbi etiam Io. de Anan. col. x. & Alex. in d. §. nonnunquam. & de hac materia vide etiam Fel. in c. cum te. col. ix. & seq. de rescri. Ang. plenè consil. clixv. Bal. not. c. cclxxxij. vol. j. Aret. consil. cxiij. circa fi. Ang. consil. cxcvj. Oldrad. consil. lxxvj. & consil. cxcv. Gand. in opere malefic. rubr. cxxvij. Alex. ad Bar. in d. §. nonnunquam. Ex his colligo, quod potest banniri, sicut singularis persona. & ita Nell. expliciè, vbi supra, & quotidie video formari inquisitiones contra vniuersitates de receptione bannitorum, & eas multari poena statuti contra vniuersitates bannitas receptantes: Tamen bannu hoc non erit eictio a ciuitate, sicut supra dixi, sed multa iuxta terminos, de quibus per Nell. in prima parte secundi temporis, quaest. ij. Et an possit banniri eiciendo omnem populum extra ciuitatem, Et cofideranda natura delicti, iuxta dicta Bar. in dicto versu. hoc praemisso. Et pro homicidio atque aliis delictis, ex quibus non debet quis pro alio puniri non posset, per ea quae declarat Bart. scus autem pro crimine laesae maiestatis, vt ibi. Aduertet tamen, vbi velis bannire vniuersitatem vigore statuti, quod contumax habeatur pro confesso, an eo in casu statutum comprehendat vniuersitatem: Et difficultatem hanc tollit Imperator in d. extrauag. ad reprimendum. in crimine laesae maiestatis vbi, cum dat facultatem procedendi contra absentes, loquitur expressè etiam contra vniuersitates & collegia. Minor tan possit banniri, maxime non dato curatore, iuxta l. clarum. C. de auth. praes. vide Nell. in prima parte primi temporis, quaestio prima, & Bart. in extrauag. ad reprimendum. in verbo, conditionis. & ibi dicitur, quod dummodo sit in eate, in qua possit cadere delictum, damnari poterit, vide supra in materia homicidij, in versiculo, & quid quando delictum committitur per minores, numero. 79. Et in genere qui possint banniri, vide Nellum, vbi supra: & Doctores concludunt praesentes posse damnari, absentes vero banniri. An incolae huius domini possint hic banniri pro crimine patrato extra dominium? Vide Bar. in l. eunctos populos. C. de sum. Trin. & fide cath. charta penult. versu. item quero, quid si vbi per duas col. prosequitur hunc articulum: & non est dubium, quin via accusationis liceat: sed difficultas est, an possit inquiri, dixi sub. rub. de inquisitione, & ibi conclusi, posse etiam inquiri ta de iure, qua secundum consuetudine, quicquid dixerit. Hypopol. in l. ff. de iurisd. om. iud. An clericus possit banniri a iudice seculari, Dic non posse propter regulam, quam feci modo: quia iudex secularis non habet imperium in clericos. cap. cum non ab homine. de iud. cum vulgarib. Dixi late sub rub. de foro compet. & sub rub. de crimine laesae maiestatis. & ad hoc in maioribus terminis, vide omnino Bar. in extrauag. ad reprimendum. in verbo, conditionis. vbi dicit defectu potestatis sub verbis quantumcunque generalibus non includi clericu, nisi tractaretur de priuatiõ feudi: quia quo ad feudu,

quo i habet à Cefate, illi subiicitur. cap. cæterum. de iudic. & loquor de omni clerico, etiam quod esset epi scopus & cardinalis, vt not. in d.c. cæterum, quod nunc habet in i. c. to: quia Senatus mihi causam commisit inter cardinalem & laicum super feudo huius domini: & cardinalis nollet hinc litigare, sed Romæ: quod obtinere non poterit de iure. Et quid si clericus non in cedens in habitu bannitur à iudice seculari, an bannu sit nullum, & an possit talis impunè offendi: & de statuto, quod d. bannitus possit impunè offendi: & an bannitus possit iterum banniri, dicam infra in materia nullitatis banni, vbi vide Princeps, secularis† quando habet clericum sibi suspectum, & hoc potest probabiliter ostendere, dato quod sit ei concessa aliqua ecclesia p. Pa pam, potest illum non admittere, & eicere. Abb. in c. j. col. si. ver. item potest. in fi. de elect. & ibi dicit, q. nō tenetur admittere prælatum, de quo non possit confidere, ne forte panderet aduersario secreta prouinciæ. & idem Abb. in c. cum terra. col. ij. de electio. Innocen. in cap. super his. colum. pen. de accusatio. & dicit Abb. in d. c. j. quod clericus electus potest eici, quando populus eum odit, & est periculum scandali, sed loquitur re permutationis nomine ei data, & ab eius superiore, & sequitur Roma. sing. c. xcvj. & Felin in capitulo. ij. in vers. decimo. de præscript. & dum dixi licere principi non admittere, & eicere, intelligo cum licentia Papæ, aliàs non. Bal. & Doctores in c. j. §. si clericus. de pace tenen. in v. sibus feudorum. Qua propter nescio qua auctoritate clerici sub prætextu, q. monialium amoribus operam dent, & facinorosi sint, banniantur auctoritate sola superioris secularis, & è dominio eiciantur.

Titul. Banniti quid amittant.

SVMMA

- 1 Banniti an possint licitè occidi stante statuto, vt impunè possint offendi: si occiduntur pro ditione: & quid si interficiantur ad vindictam.
- 2 Bannitus, qui erat toleratus, an possit impunè occidi, & quomodo probetur tolerantia: & quid si in fraudem fuit bannitus vt occideretur.
- 3 Bannitus non legitime, an possit impunè occidi: & quid si habuerit securitatem, & multas similes questiones.
- 4 Bannitum occidens, cum tamen ignoraret eum esse bannitum, an excusetur.
- 5 Bannitus an possit impunè occidi in alio territorio.
- 6 Bannitus an possit impunè occidi in ecclesia.
- 7 Bannitus potest impunè occidere alium bannitum.
- 8 Banniti a lege an possint impunè offendi.
- 9 Bannito an possint auferri vestes, & cetera bona.
- 10 Bannitus quid amittat.
- 11 Condemnati ad mortem, si presentes sint, an amittant bona tam de iure communi, quam ex forma statutorum.
- 12 Bannitus an efficiatur seruus pœne, & nu. 16.
- 13 Bannitus an possit facere testamentum.
- 14 Bannitus an possit alius succedere, tam in territorio, quam extra.
- 15 Bannitus an possit cedere ius suum aliq.
- 16 Cefio iuris fideicommissi an possit fieri per bannitum, vel per alium.
- 17 Mortuo bannito habente bona, an sisces ei succedat.
- 18 Banniti si capiantur, an possint absque alio processu capere puniti. Et an probandum sit eum esse illummet, qui est

bannitus.

- 19 Contumacia an probet delictum, maximè stante statuto.
- 20 Bannitus si possit capiat, an sit audiendus, volens probare innocentiam suam.
- 21 Receptatores bannitorum quomodo puniantur.

Titul. Banniti quid amittant.



BANNITI quod incommodum & detrimentum capiant. vide Nell. in ij. & ij. tempore, & ibi latissimè considerat, quid iure communi partiantur, & quid secundum statuta ciuitatum. Nam vbique ad sunt statuta, vt possint impunè offendi, & non audiantur eorum querelæ, atque alia ad eorum damnum & perniciem, tanquam edita contra hostes ciuitatis. Et quia in primis de personis querendum est, quarum iactura longè maior est, quam bonorum. l. in seruorum. in fi. ff. de pœn. ideo dicam aliquid circa statuta, vt banniti possint offendi. Et primò scias quod non videntur habere locum, quando proditoriè occiduntur. Ang. per illu. tex. in lege fi. C. de delat. in apostil. ad Bartol. & Cæpol. consilio xxxiiij. si vnquam. col. ij. Sed hanc limitationem reprobatur D. Roch. Cur. in tract. consuet. in xxij. col. vers. vltimo in fert Abbas hic. ad quod vide Barb. consil. xlviij. col. ij. in ij. vol. & ita seruatur. Secundò nō videntur procedere, quando homicidium fit per assassinamentum, iuxta c. j. de homicid. in vj. Sed est error, quia non loquitur rex. ibi in hostibus, imò statuta ferè vbique dant præmiū occidendi, atque ita videtur facere spe præmij. Barba. plenè in d. consilio colum. antepe. & consequenter fiunt hæc homicidia pretio dato à publico, & ita etiam Nell. in ij. par. ij. tēporis. q. xij. post Alb. de Ros. & ita seruatur. Datur & alia limitatio, vt non procedat statuta, quando ratione vindictæ fit homicidium, vt per Fel. in c. quæ in ecclesiis. de consil. vbi locus in vers. non. & vltimus casus. Sic Curt. vbi supra, & refert ita vel le Doctores allegatos per Fel. in dicto c. & ipsum Felinummet, sed errat quia Fel. non dicit hoc, sed quod statutum non valeret. vbi fieret ob vindictæ studium. Roch. tamè allegat Bal. in cōtrariū, quicquid sit de iure, hoc etiam casu obseruatur, vt homicidium sit impunium. Alia allegatur fallentia, quando bannitus erat toleratus. Felin. in d. c. quæ in ecclesiis. allegat Salic. in l. nullus. C. de Iudæ. adde Iaf. in l. omnes populi. ff. de iustit. & iure. & Alex. consil. j. vol. ij. col. fin. Et modū probandi tolerantiam hanc ponit Salic. in l. si duo. ff. de acq. hæc. videlicet si probetur, q. palam, & notoriè conuertebatur per plateas & vicos ciuitatis, & habebatur pro liberato, vt per eum. Sed tamen propter nimiam frequentiam bannitorum vidi interdum fieri ordines, vt tam tolerati, quam non tolerati possent impunè occidi: vidi etiam ordinem tollentem penitus tolerantiam: Quorum vigore, tolerata non obstat, occisores equitis Becharia, qui bannitus erat, & toleratissimus, fuerit à Senatu liberati, de quo articulo etiā dicā J. Per nouas verò cōstitutiones datur modus, quo probetur tolerantia. Est etiā alius casus, in quo nō licet occidere bannitū, quando quis faceret in fraudem aliq. banniti, vt eū occideret, Anch. consil. cccxix. col. j. & an talis facultas possit alteri demandari, vide Fel. in c. ad nostram. col. ij. de prob. Alium casum ponit Fel. & alij multi, vbi supra, & Fel. in c. ex transmissa. col. ij. de præ-

ser. quādo q. qui occisus est, non legitime bannitus reperitur q. intellige, si scienter occidatur non ritè bannitus. Bar. in l. p. ff. de adult. Secus si ignoranter, q. tunc de dolo non punitur & res est absq. difficultate, vt nō puniatur pœna ordinaria homicidij, quando ignoratur. Alex. consil. lxxvij. vol. ij. & Nell. in j. par. ij. tempo. Sed dubiū est an saltè extraordinaria puniri debeat pp culpā iuxta opi. Bar. in d. l. pen. Sal. in l. eū qui duas. C. de adult. tenet, q. dictum Bar. procedat, vbi pōt apparere ex inspectioe bāni de eius nullitate, aliàs in dubio profus absoluitur. & ita Cor. consil. xvij. col. ij. vol. j. & Alex. latè consil. lxxv. vol. ij. maximè co. ij. & ita in ef factu Nel. vbi supra, dicens q. loquitur Bar. vbi potest ascribi culpa occidendi, vt q. publicè dicebatur bānū esse nullū, secus si nulla culpa ei potest imputari, q. essent lapsa tempora ad appellandū, considerando tamè an culpa esset lata velleis, & puniēdo pro modo culpæ. Et vide etiā Cæpol. cōs. xlj. ad fi. & cōs. vj. col. pe. & Pau. de Ca. cōs. cxxij. col. iij. & omnino Iaf. in l. iij. §. cō demnatū. ff. de re iur. col. vj. & bene facit consil. Paul. de Ca. xxxij. vbi dicit q. occidens bannitum habentem securitatem excusatur, eò quia ignorantia erat satis p. babilis, sc. si non fuisset p. babilis, vt quia bannitus sibi de securitate protestatus esset, & ita Dec. in reg. qui cū alio. ff. de reg. iur. col. j. vers. ij. & vers. seq. & Iaf. clarus in l. si nō solum. §. morte. ff. de oper. noui nuntiat. char. ta. c. col. j. ver. secunda conclusio. & loquitur Iafon post Paulu. de Castro, quando bannitus protestatus esset simpliciter de securitate, nam tunc esset in culpa, & puniretur pro culpa secus si etiam ostendisset ei securitatem. nam tunc puniendus esset pœna ordinaria, & ita declarat Bart. in dicto §. morte. vide etiam Paul. de Castro in l. si duo. in fi. ff. de acq. hæc. & ibi in apostil. lis, & Felin. in cap. cum M. de constitutione. colum. xx. ij. vbi etiam Ripa, Angel. consil. cclxxxvij. & Nell. in ij. parte secundi temporis, quæst. xv. & Corn. j. vol. consil. ciiij. & consilio clxxv. Quid verò si occidatur bannitus restitutus, nondum tamen cancellatus. Hoc pluries vidi in facto, obseruari, vt homicida non puniatur, si pro rostris de banno apparebat absque alia litura. In quo articulo vide Iaf. in dicta l. iij. §. idem natum. ff. de re iudica. vbi tenet puniri pro culpa, quia saltè de buit rem inuestigare. Veritas est in contrarium, vt per eundem Iaf. qui principaliter disputat articulum in l. si creditoris. C. de fideicommiss. & ibi ostendit hanc esse communem opinionē, nisi ex dispositione statuti quilibet esset restituendus, quod contingit, quando per capitula fœderis disponitur, vt omnes rebelles restituantur & magis si dicatur nullam esse habendam rationē talis banni, vel nisi in archiuo publico esset instrumentum solutionis banni, quia etiam tunc diceretur in culpa. Et ex hac communi Doctorem opinione inferitur, q. ex quo tolerantia banni inducit quandam dispositionem superioris, vt videatur remississe bannum, iuxta nota. in c. cum iam dudum. de præbendis. & in c. quia circa. de consang. & affin. Si non erat secuta litura, tolerantia videtur impunè interfectus. Sed dic, quod ex quo illa tolerantia & cōsequēter illa tacita remissio erat notoria, non videtur excusatus. & ita Sal. non allegando hoc fundamentum in l. nullus. C. de Iudæis. Alex. consil. j. col. si. vol. ij. & Iaf. in dicta l. si creditoris. in ij. limitatione. & ibi dicit, quod Ioannes de Anan. atte statur ita Bononiæ vidisse seruari, & sequitur Iaf. in l. vbi peccatum. C. de transact. Fel. vbi supra, in dicto ca. quæ in ecclesiis. & Deci. consilio cccxxvij. & alibi sæpe. Quid si clericus bannitus à seculari occidatur ab aliquo ignorante eum esse clericum. Vide Iaf. in l. j. col. ix. vers. iuxta hoc quærit. ff. si quis in ius. voc. non

serit. vbi not. loquitur, & satis apparet decisio ex præmissis. lucesius è quæro, an qui indebitè restitutus est, licitè tamen occidatur. Exemplum contigit his diebus proximè præteritis, quia facta generali remissione per principem, ita tamen vt homicida exhiberet pacem habitam ab offensis in termino statuto, & non esset animus deliberatus, homicida comparuit in termino cū pace minus legitima, & homicidū etiā commissum fuerat anno deliberato, tamen iudex eum admisit, & ex albo deleuit, postea verò fuit occisus, & die quod licitè occidi potuit. Ita Alex. consil. cxliij. in j. vol. Cæpol. consil. vij. & Nel. in j. par. ij. temporis, quæst. iij. & Marfil. in l. j. col. vij. ff. de sicar. Sed si casus iste eueniret facta restitutione per principem, & secuta cōfirmatione quæ requiritur ex ordinibus nostris à Senatu, quam vulgò appellamus interinationem: quia confirmatio esset minus legitime facta, puta, sine pace, vetantibus bonis consuetudinibus huius domini, ac etiam ordinib⁹, esset quæstio ardua, propterea q. non restitatur in dubium auctoritas Senatus, & in præsentia huius esse sententiæ: vt si grata fuisset obrepta, procederet cōclusio supra facta: quia tali casu deberet Senatus ipse, instante parte vel hico, reuocare suum decretum: Si verò scienter ita volens restitutionē admisisset, motus aliqua causa, quæ sibi visa esset rationabilis, tūc aliter putarē, quia eo casu non reuocaret Senat⁹, nec reuocaro deberet, per reg. decet. de reg. iur. in vj. & maximè quia princeps etiam sine pace potest concedere gratiā de iure homicidæ, vt dicam infra in tit. de remediis ex sola clemē. princ. Vidi hūc casum in facto, quo tēpore Comes Alex. Taurellus occisus fuit à Comite Ludouico eius fratre. Nam Comes Alexan. erat bannitus, sed habebat gratiam approbatam à Senatu cum vitio pacis, non quia pax non adesset, sed quoniam erat minus legitima, & sic vitū leuius erat hoc casu, quam in exemplo proximè posito, in quo nulla pax aderat. An verò pendente quæstione nullitatis bannilicium sit occidere, vide Bar. & scrib. in l. ij. §. si seruus. ff. de acq. hæc. Iaf. in d. §. condemnatū ad fi. & Doctores supra in multis locis. Et scias in hac materia, q. occidens bannitum ignoranter, est etiam excusatus. Corn. in dicto cōs. xv. ij. col. ij. in prin. vol. j. Non omitto tamen quod dixit Bal. in l. decuriones. C. ex qui. cau. infra. q. licet talis homicida non puniatur, tamen est infamis, & refert Marfil. in d. l. j. ff. de sicar. & ideo Fel. in d. c. quæ in ecclesiis. col. v. dicit, q. licet sit tolerabile, non tamen est laudabile. & ideo peccat in foro conscientie, vt etiam in d. l. j. ff. de sicar. Quod videtur verū quādo fit studio effundendi sanguinem humanum, vel propter vindictam, vt per Nel. in ij. par. ij. temp. q. xj. de quouide Fel. in d. c. quæ in ecclesiis. col. ij. circa fi. & seq. Sed quid iuris, t. quando occiditur bannitus in alio dominio vel territorio, iuxta l. si. ff. de iurisdic. om. iudic. vide Iaf. in l. omnes populi. ff. de iustit. & iure. qui tenet ibi puniri, perinde ac si nō esset bannitus. & latissimè vide de multis quæstionibus circa hoc occurrentibus per Nel. in ij. par. ij. temp. quæst. lvi. & duabus sequentibus. & quæst. xij. ad fi. vers. puto tamen. vide etiam in d. l. si. ff. de iurisdic. om. iudic. Et si vis videre plures alios casus, in q. b⁹ dictum statutum, q. bannitus possit impunè offendi, nō habeat locū, vide Nell. in d. ij. par. ij. tēporis, in vij. q. & sex. seq. & q. xv. & xxv. & xxxvj. q. vbi ponit not. casum illius, qui occidit Caium pro Sempronio Petri bannito, putans quod Caius esset Sempronius Petri adulterari, de quo etiam per Alex. in additio. in l. non solum. §. j. de iniur. col. fin. Et si bannitus captus occidatur, puniendus est homicida, iuxta dicta Bar. in l. iij. §. trans

transugas. ff. de scar. de quo vide Nell. in d. ij. part. ij. temporis, quæst. xxvij. & xxvij. Si tamē erat dimissus dato fideiussore, non dicebatur in carcere, vt per Ang. in l. qui in carcere. ff. quod met. causa. & vide supra in tit. de carcere, in fr. vbi dico aliud esse, si pater carcera tus fuisset dimissus relicto filio pro obside in carcere.

6 Quæro, bannitus quis est à ciuitate, & dominio Mediolani, & occiditur in ecclesia extra dominium Mediolanense, an possit in hac ciuitate puniri? Videtur non posse, per ea, quæ supra dixi post Iaf. & Nell. Contrà vero videtur, quod donec permanet in ecclesia, habeat quādam securitatem, iuxta ca. reos sanguinis. xxij. q. v. & in cap. inter alia. de immunit. ecclief. & consequenter homicidium dicitur illicitum, per textum notab. in l. lex Julia. §. si. ff. ad leg. Iuliam reper. & quod dicit Paul. de Cast. in l. si quis filio exheredato. §. si qui. ff. de iniurto rupto. per illum tex. vbi vult, quod si homicida, qui nocentem occidit, quando aliquo tempore debuit esse securus. Sed contrarium tenet Nel. etiam quando occideretur in ecclesia in territorio bannientis, in ij. par. ij. temporis, q. lviij. Et si dicas, saltem est sacrilegiū, quo casu illicitū fecit, Dic non esse sacrilegium, vt habes per Azon. in tit. C. de crim. sacrileg. & ibi Salic. in rub. & Hostie. in rub. ex. ita de crim. sacrileg. post rubr. de fur. Item statutum tollens pœnam homicidij, tollit omne delictum, quod fit etiam secuto homicidio, vt apparet ex tractatu materiz in locis, vbi supra, & ita seruatum fuit his diebus in Senatu. Sed tan bannitus possit occidere alium bannitum impunē, stante statuto, vt quis possit bannitum impunē offendere? Videtur non posse, quia priuatus beneficio statutorum, vt not. in l. j. C. de hæ. instit. Contrariū est dicendū, quia statutu illud esse fundatum in iure publico. & ita determinat Anchar. in ca. canonum statuta. col. lxxvij. vbi examinat quæ. de const. bannitus etiā auditur excipiendo, & defendēdo, sicut excommunicatus, iuxta not. in cap. decernimus. extrā, de iudic. & ita etiam Felin. in cap. dilecti. de except. & ita fuit determinatum in Senatu ad defensionē Rubi de Vicheria hoc mane, & bene, ex prædictis, & etiam quia statutum fundatum in iure publico etiam comprehendit inhables ita determinant Doctores in l. si filius familiars. ff. si cer. pe. inferendo ad multas notab. quæst. præsertim quod statutum dās præmio feudum capiendi maleficum, etiam comprehendit incapacem ad feudum: & si dat feudum, etiam comprehendit forensē, qui non poterat acquirere immobilia in territorio. Et si statutu disponit, vt quilibet possit accusare, etiam comprehendit inhables. Hæc per Iaf. in d. l. si filius familiars. qui tamen vult in casib. de quibus supra, vt si talis inhabilis esset socius criminis, nō acquireret. Et secundum hanc conclusionem etiam bannitus agē dō audiretur, nedum excipiendo. Aduertendum tamē est, quod dicta conclusio Doctorum in ea. l. si filius familiars procederet, vbi statutum loqueretur in personā, dicēs, Quilibet offendens bannitum sit immunis, & c. nam tunc esset in dubitatione, an etiā inhabilis includeretur: non autem procedit, vbi loqueretur in rem prout facit, dicendo, quod bannitus possit impunē offendere: quia hoc casu non est quærendum de persona offendētis, sed de ipso effectu, quod impunitus factus est vt statutu, iuxta not. in l. cūctos populos. C. de sum. tri. & si. ca. de quo actu impunito nō magis est puniendū bannitus, quā si diceret statutu, Offensio banniti sit impunita. & hæc veritas. An banniti à lege possint impunē offendere, vide Ang. consil. xliij. col. pen. in prin. & an absolute banniti possint impunē offendere de iure cōmuni cessantib⁹ statutis? Vide Capol. cōf. viij. col. iij. in prin. Nell. in j. par. ij. temporis, quæst. iij. & quando quis est

diffidatus, iuxta c. j. de homic. in vj. vide Bar. in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebel. & Bal. ij. vol. consil. lxx. col. si. & qualis condēnatio requiratur: quando non potest impunē offendere, nisi sit bannitus ex maleficio, propter quod capite atque bonis mulctari debeat, vide Si gnor. consil. clxxj. Et an idem sit, vt statutum permittat licitē offendere, vel impunē offendere, vide notabiliter Paul. de Castr. consil. cxxij. Et si potest impunē occidi, magis vulnerari. Alexand. in ij. volumi. consilio xxiiij. columna fina. maximē t̄ verō poterunt vestes & bona auferri, eo scilicet viuentē, nō post mortem. Felin. in dicto c. quæ in ecclesiis. col. v. & per Paul. de Castro consil. xxxij. col. fina. Et quod bannitum, qui potest impunē offendere, tam fideus, quā in quæuis priuata persona possit etiam de prædari, vide Barto. in l. j. in fr. C. de hæred. instituen. & ibi Iaf. & Alex. & Curt. vbi est videndus in consil. lxx. incip. Dux Philippus Maria. & di eam infra verbi dixi an liceat bannito testari. Et quan do statutum permittit licitē offendere, an etiam permit tat licitē occidi, vide Bal. ij. vol. consil. cccclxx. in secun do dubio. Capol. plenē consil. v. col. ij. & sequen. Nell. in ij. parte ij. temporis quæst. vij. Fel. in dicto capi. quæ in ecclesiis. col. v. Alexand. in l. in suis. ff. de liber. & posthum. col. j. & ij. Ang. consilio cclxxxvij. circa finem. Bartol. consil. clxxxvij. circa princip. Bald. iij. vo lum. consil. cccclxx. & Corn. not. ij. vol. consil. lviij. Et adde quod valet statutum, vt bannitus non fiat iustitia, Bal. in l. j. col. iij. C. si non à competen. iudi. quod videtur reprehendere Alex. in l. cū mulier. col. lxx. ff. soluto matrim. Tamen potest defendi Bald. quia denegatur iustitia durante tantummodō tempo re bāni, vt colligitur ex verbis Nelli in ij. par. ij. tēporis, q. j. ante fin. Et de statuto, quod possit impunē offendere bā nitus, & an valeat, vide Nellum in j. par. ij. tēporis, q. j. & in ij. par. ij. tēporis q. viij. & seq. Cor. j. vol. cōf. lxxvij. col. ij. circa princip. & sequen. circa fin. & vide vltra Felin. in dicto c. quæ in ecclesiis. etiam Marti. in di cta l. §. ff. de scar. Deci. in l. ij. col. j. C. qui testamen. face re non poss. & in c. quæ in ecclesiis. de constit. saepe allegato. Et de statuto, quod ei non fiat iustitia, vide etiam Nellum in j. parte ij. temporis, quæst. ij. & Ang. in l. si non speciali. in lectura antiqua. C. de testam. & Felin. in c. dilecti filij, de except. col. vj. in princip. & valet sta tutum, quod capiens bannitum sit eius dominus. Felin. in cap. omnes. col. ij. de constitut. Hæc quæ dixi mus, locum habent quo ad offensionem personæ ac bonorum banniti, modō videamus quid iuris sit cir ca amissionem bonorum videlicet, quid amittat bāni tus secuto banno: & dic quod olim ex deportatione sequebatur tacitē publicatio bonorum. l. deportatorū. C. de pœn. Nō sic ex relegatiōe, nisi hoc clarē cōtinere tur in sententia dicta l. deportatorum. similiter olim se quebatur tacitē publicatio bonorum, vbi adimebatur libertas, vel ciuitas, vel imponebatur pœna mortis naturalis. l. j. ff. de bon. damnat. vbi gl. Barto. & Do ctores. Referuabatur tamen certa portio filijs, vt ibi in text. & ideo Bar. in fr. vbi quærit, quid de bonis quæ sitis post publicationem. de quo vltimo dixi supra in materia criminis læsæ maiestatis. Et bonorum publica tio, quæ tacitē sequebatur, cessat hodie per auct. bona damnatorum. C. de bonis damnat. quæ militat super sti tibus personis, de quibus ibi fecus autē illis cessantib⁹, vide d. auct. Vbi verō tacitē nō fiebat confiscatio, sed p sententiam expressē confiscantem bona, non militat dicta auct. sed iura remanent incorrecta. Hæc est com munit opinio in d. l. j. ff. de bo. dam. vt attestatur Bart. ibi, & in l. eius qui. §. si cui. ff. de testa. vbi Imol. & Aret. ita attestantur, & Ang. Aret. in glos. & eius bona publi camus.

canus. cum apostil. ad eundem. Et ex his idem vide tur inferendum esse ad bannitos: quia ex forma statu torum licet iure communi absentes non possint dam nari. l. absentes. ff. de pœnis. possunt condemnari etiā ad mortem, & sic videntur redacti instar damnato rum de iure communi. Doctores tamen tenent con trarium, vt Nell. in tractatu suo in prima parte secun di temporis, quæstione xj. vbi vide omnino Alexan. in l. j. C. qui testam. facere non poss. & Aretin. in dicto §. si cui. col. antepenult. verbi. quærendum est nūquid bannitus. vbi omnino vide. Limitat tamen Aretinus hanc opinionem, vbi adesset statutum, quod banni tus possit impunē offendere: quæ opinio videtur contra metem Doctōrū, scilicet Bal. in l. j. C. de hæred. institue dis. char. vltima. col. j. & ij. & in l. Gallus. §. & quid sit tantum. ff. de liberis & posthumis. col. lviij. quem se quantur alij, cūm Bal. loquatur, quando bannitus amittit ciuitatem, & consequenter quando impunē po rest offendere, vt declarat Bartol. in §. qui deficiunt. in l. amissione. ff. de capitis diminutiōe. & alibi saepe: vnde vide diligenter Bartol. in l. tutelae. §. fin. ff. de capitis di minutione. & in dicto §. qui deficiunt. eodem ritu. Et sine dubio nihil obstat, quia textus in dicta l. ij. de ca pit. dim. & in dicto §. fin. in l. tutelae. loquitur in de portato, nos in bannito, qui etiam amittat ciuitatē in ca su, quo potest impunē offendere, tamen non amittit bo na, quia est sententia lata extra ordinem per fictiones & præsumptiones: & sic non debet vltra extendi, quā verba velint, nisi statutum disponeret aliter, & nomi natim quidem, vt ponderat Doctores in dicta l. ij. post Bald. ibi. C. qui testamen. facere non poss. nec Bartol. in eo §. fin. dum loquitur de ademptione bonorum, & circa auct. bona damnatorum. intelligit de banni to: sed iuxta textum, de deportato: & dum postea lo quitur de bannito, aliter dicit. & hæc est veritas. Et fa cit quod bannū non se extendit vltra verba l. eius qui de latorem. in prin. & ibi Bar. ff. de iur. ff. & q. dicit in l. cū filius in prin. ff. de ver. obi. Et quid si præsentis damna ti fuerint ad mortem, non iure communi, quia tūc res est clara, iuxta ea, quæ dixi in principio huius quæstio nis, sed ex forma statutorum condemnantium ali quem ad mortem naturalem vel ciuilem, in casibus, in quibus aliter est dispositum de iure communi, an se quatur tacitē publicatio bonorum, iuxta dicta supra: & ita habeat locum d. auct. bona damnatorum. vt si sic succedat absolute secundum iura antiqua, & secun dū dictam auct. saltem cessantibus illis, de quib⁹ ibi in textu. Dic, quod quicquid tenet Alexan. in dicta l. ij. Moder. Ferrar. & Dec. ibidem, tamen alia opinio cō tra fiscum est communior, si bene ponderas authorita tes pro hac opinione, de quibus in apostillis ad Ang. Aret. in verbo, & eius bona publicamus. & in d. l. ij. sic attestatur etiam Corn. in d. l. ij. col. j. & ideo recedat e tiam ab aula opinio Aret. in dicto §. si cui. col. antepen ulti. verbi. sed relinquatur. ex cuius dictis etiam appa ret eius opinionem esse contra communem: & proce dit hæc communis, dato quod statutum alteraret pœnā in crimine publico, si vides Bald. & Doctores sequen tes hanc opinionem communem. Et ideo etiam taceat Aretin. in dicto §. si cui. & ad hanc opinionem commu nē vide Afflic. in ti. de pace tenen. in §. si quis hominē, in xj. notabili. col. j. & ij. Et t̄ quando bannitus scri bus pœnæ dicatur, vide in locis vbi supra, maximē A retin. in dicto §. si cui. in penult. col. ibi. Sed relinquatur pulchra dubitatio: & ibi dicit quod communior est o pinio, vt sit seruus pœnæ, quando in potestatem venit, contra Imol. ibi. & ita etiam per Corn. in consilio lv. volu. ij. col. antepenult. verbi. quærendum est. & not.

omino, quod licet bannitus non amittat bona, quæ se cundum communem Doctōrum opinionē non amit tit, etiā verē damnatus, vt dixi: tamen vera est opinio quod postquam est captus, & sic effect⁹ seruus pœnæ, efficitur intestabilis, vt per Cor. vbi supra. Item not. ad declarationem prædictōrum, quod quando statutum di cit, vt banniti in contumaciam perdant bona, tunc du bium non est, quin perdant, & cessat quæstio prædicta. Sic Nel. in d. q. xj. & Doctores in d. l. ij. maximē Corn. vbi dicit quod quādo specialiter statutum disponit circa hoc, tunc illud est seruandū, aliter succedit quæstio nō repugnantibus tamen statutis, & auct. bona damnato rum. Et dum dixi, quod bannitus postquam est captus, ef ficitur intestabilis, Adde t̄ quod ante capturā potuit facere testamentum secundum tamen ius commune, non se cundum ius ciuitatis, & statuta eius. Ita Cor. vbi supra, Bart. in d. §. si cui, & in l. amissione. §. deficiunt. ff. de ca pti. Nel. in j. par. ij. temp. q. lviij. & ibi dicit quod communi ter ita tenetur, & bene quidem, vt apparet ex dictis A lex. in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebel. col. pen. & fin. & ibi in genere loquendo de omni iure testandi, atque alio, tenet bannitos amittere rātur iura suæ ciuitatis, non autem iura communia etiam respectu suæ ciuita tis, id est bonorum existentium in ciuitate, & territo rio eius, & licet Imol. & Paul. de Cast. relati ibi velint in hoc vltimo contrarium, tamen opinio Alex. vide tur communis, vt apparet ex his, quæ ibi dicit, & com munit esse attestatur Nel. in j. par. ij. temporis, quæst. v. Corn. consil. lv. volu. ij. vbi omnino vide. & ideo non est curandum de alia opinione, quam tamē sequitur Ia so. in l. j. C. de hære. instit. & Alex. consil. lxxv. vol. j. Dixi an liceat bannito testari, & quando. Nunc quæro t̄ an bannitus possit succedere? dic communem opinio nem Doctōrum esse, vt possit de iure communi, e tiam respectu territorij ciuitatis, à qua bannitus est, nō obstante statuto, quod bannitus possit impunē offen di. Ita Alex. dicit in l. j. C. de hæred. instit. & consil. xxvj. volu. j. Nell. in j. par. ij. temporis, quæst. v. & xx. & Alex. in eo cōsilio dicit quod ab hac opinione nō est recedendū in iudicando. Ita etiā latius tenet idē Alex. in l. ex factō. §. ex facto. ff. ad Trebel. & ibi latē dicit, quod non obsta t allegato statuto est capax iuris communis in terri torio. non autem si statutum aliquid amplius veller, vt si diceret, Sint extra protectionem communis. Sic etiam Alexan. præcisē in dicta l. j. & Nellus, vbi supra, dicit etiam quod hæc est communis opinio: & hæc cō munit procedit clarē quo ad iura communia respectu ciuitatis, puta, si is, cui succeditur, mortuus esset in ciui tate banni. Et ita loquitur Imola in l. ex facto. §. ex factō. ff. ad Trebellian. & in l. Gallus. §. ille casus. ff. de li ber. & posthum. & Alex. & Nell. vbi supra. Sed si loqua mur de bonis territorij etiam dicto cōmuni stante quo ad ius ipsius ciuitatis, adhuc videtur aliud esse dicen dum, & quod bannitus sit exclusus ab illis bonis e tiam de iure communi, ita Alex. consil. lxxv. in v. col. vo lum. j. & Iaf. in dicta l. j. C. de hæred. instituen. & Alex. consil. xxij. vol. j. col. penult. Tamen teneo communem etiam quo ad bona: quia fundamentum communis est, vt statutum possit quidem tollere ius commune, sed non tollat disponendū, vt possit bannitus impunē of fendi, licet propter illud quilibet possit eum depræ dari. Quod fundamentum etiam militat, quando bona sunt in territorio, vt de se patet: & ideo Iaf. in d. l. j. qui tenet: quod si incapax, quando bona sunt in territorio: pro sua opinione allegat tam eos, qui lo quuntur de ipso iure succedendi tantum, quā etiam eos, qui loquuntur respectu bonorum: & ita, si bene cōsideras fundamenta vnus articuli militat in alio. Et commu

 in q. xvij. licet tamē prudēt⁹, secũdũ eum faciat iudex
 si cõpellat positũ in carcerib⁹ litē cõtestare, & respõde-
 re, q̄ iudices obseruãt, quia nõ permittit procuratōrē
 litē cõtestari, nec facere alios actus maximē tēdētes ad
 veritatē indagadã, & de iure nõ solum p̄ carcerato po-
 test interuenire, sicut dixi, vt ùm etiã si nõ sit carcerat⁹
 q̄ est præfens, & ponitur in vinculis, vt aliq̄ cõtingit
 saltē de facto, ita Maria. in p̄cedēte quæst. scilicet xvij.
 Est verum q̄ vsu receptũ est sicut dixi, q̄ positus est in
 carcerib⁹, & vide ad prædicta Ana. cõs. j. col. j. Alex. cõs.
 cxvj. vol. ij. & Fel. in d. c. meminim⁹. in vij. cõclusio. de
 accusat. & quicquid dicat Alex. veritas est, vt dixi. Septi-
 ma est cõclusio q̄ si p̄ponēs excusationē alleget im-
 pedimētũ necessariũ, vt infirmitatis, vel quia vocatus in
 carcerib⁹ deueniat vel lōgissimē absit, ita vt nullã ci-
 tatiõis habere possit notitiã, & offerat se p̄baturũ im-
 pedimētũ, & iudex si dadas aures præbeat pcedēdo ad
 vltiora, & nõ veniētē bāniēdo, vltior p̄cess⁹ & bā-
 nũ erit nullũ, vel rescidetur remediõ restitutiõis in in-
 tegrũ, ita Maria. char. x. col. si. vers. itē quæro. & vers. &
 iuxta prædicta. & eadē char. col. ij. versic. & aduerte. vi-
 de quæ dicã in seq. cõclusio. Octaua est cõclusio q̄ si
 vocat⁹ excusatur, quia iudex sit excõmunicat⁹, vel non
 cõpetēs, vel accusator infamis aur excõmunicat⁹, vel
 aliter illegitimus, excusans auditur cum mādato, vt per
 Maria. d. char. x. col. ij. & iij. quicquid ipse distinguat, vt
 ibi habes, q̄ etiã sine mādato auditur, quãdo talis excep-
 tio pateret ex actis, & circa præcedentē cõclusionem
 quando

quando allegatur impedimentum necessarium, vide
 omnino Bart. in l. quæsitum. ff. de re iudi. & ibi Doct. &
 in extrauag. Henrici in verbo, neglexerit. & in d. s.
 publicē. & in d. s. ad crimen. vers. quæro & intro. vbi
 latius quã alibi distinguendo excusationes facti, de
 quibus in præcedēti conclusiõne ab excusationibus iur-
 is, de quibus in hac. Et cõclusio est in excusationibus
 facti, quod excusans debet offerre se probaturum im-
 pedimētũ, & iudex debet sibi statuere terminum ad
 illud probandum, aliàs processus est nullus, probato
 impedimento in causa nullitatis, & si non offert se pro-
 baturum, valet sententia, tamen in causa appellatio-
 nis, vel restitutionis in integrum, quæ impetratur pro-
 pter iustam absentiam reuocatur. ita Bart. vbi supra,
 Nel. in iij. parte primi temporis. q. v. Maria. in tracta. ci-
 tatio. in v. artic. fol. 9. versic. decimo octauo generaliter
 quæro. & ita d. c. veniens. vbi supra. Et talis qui excusat
 in materia criminali nõ tenetur, sicut dixi, fatidare, vt
 latē concludit Deci. in regu. in eo. s. nemo. ff. de regul.
 iur. Quo verò ad excusationes iuris, conclusio est sicut
 dixi, & fuit Bar. in d. s. ad crimen. Nona est cõclusio q̄
 procurator admittitur ad allegandum quod citatus ha-
 bet capitales inimicitias in loco ad quem fuit citatus,
 & est cõmunis opi. vt ibi in d. io. char. col. j. versic. circa
 primũ. vbi etiam habes an sine mādato admittatur, &
 securitas tollat excusationem timoris. Decima est con-
 clusio q̄ si ad processum impedimentũ opponatur excep-
 tio tangens crimen quæ mixta appellatur, quia po-
 test opponi ad crimen, & etiã ad processum, vt per om-
 nes in d. s. ad crimen. maximē Imol. & Maria. in d. c. vt
 est exceptio præscriptiõnis contra crimen, iuxta l. que-
 relam. C. de fals. quæ potest opponi etiã ad processum
 secundu omnes in c. pastoralis. de except. vel exceptio
 q̄ occisus potuit impune offendi stante lege vel statu-
 to id permittit, vt declarat Bart. in l. si ieruus. C. de
 his qui ad eccles. confug. & Alex. in l. ij. C. vt nemi. pri-
 ua. vel exceptio litis finitæ, quia semel fuisse absolu-
 tus, vel cõdemnatus, vel punitus pro eo crimine, vt per
 Marian. char. iij. col. ij. & per Bar. in l. si ff. pro suo. & in
 l. cum quæritur. ff. iudic. solui. & per Maria. in c. j. de lit.
 contesta. tunc si talis exceptio notoria est, potest allega-
 ri per procuratōrē, quia etiam iudex a seipso debet re-
 pellere accusatōrē, hæc est opi. Bart. in d. s. ad crimē.
 versic. quæro procurator, & est cõmunis, vt dicit Aret.
 in d. c. veniens. col. iij. Nel. in ij. par. ij. temp. q. xiiij. & ita
 Alex. tenet in d. l. ij. col. ij. Imol. in d. s. char. s. col. iij. &
 seq. & in iij. col. ver. j. fallit. & per Iaf. in l. vbi pactum.
 C. de transac. & procedit hæc opi. tamē si statutũ exta-
 ret, vt suspectus criminis non admittetur ad allegan-
 dum aliquam exceptionē nisi p̄sonaliter ad iudicium
 14 veniret, ¶ imò etiã si statutũ tolleret defensionē, loquē-
 do quãdo notoria est exceptio, vt per Aret. in d. c. col.
 viij. vers. consequntur. & dixi latē sub rubri. de carce-
 rato fideiuss. dimit. num. 16. Et vide in tracta. de verbis
 Gemi in pen. vers. Et notoriē dicitur constare quãdo
 ex actis apparet, vt dicunt Imol. in d. 3. char. d. vers. sic
 lexõ fallit. & Doct. vbi supra, & loquuntur non solum
 in maleficio non punibili, verum etiam quãdo ex actis
 constat de innocētia, puta, ex ipsamet inquisitione, vt
 per Imol. vbi supra. Ad quod vide Bar. in l. si adulteriũ
 cum incestu. s. idem Pollioni. ff. de adult. & Rot. in iij.
 decis. in ep. de libelli oblatione. in fi. & not. per Dec. in
 l. cum quid mutuum. col. pen. ff. si cert. pet. Et melius fa-
 cit quod dicitur per Bal. ij. vol. cõs. cccxxvij. col. ij. &
 iij. vol. cõs. cccxxv. col. j. post med. Quod quilibet po-
 test disputare super inceptitudine inquisitionis, & pro-
 curator, & alius, vt per eum, facit etiã quod in fortiori-
 bus terminis dicit Bart. in l. absentem. ff. de pœn. versic.
 quarto. ibi, quandoque liquet iudici quem non cõmi-

15 sisse delictum, vbi ¶ ait contumacē etiam nõ debere dā-
 nari, si iudici cõstet non esse culpabilem Idem Cæpol.
 cõsili. xlij. col. pen. tal. in l. ij. s. fi. C. de iura. calũ. Cæpol.
 cõsili. lxxij. col. iij. & Aret. in c. de his. in ij. col. in ij. & iij.
 limit. de accu. ex quo videtur inferēdũ absolute quod
 nõ solum in exceptione mixta opposita ad processum
 hæc conclusio procedat, verum etiã in merē perempto-
 ria, puta, si dicatur illum non cõmississe crimen, quod
 etiã explicitē voluit Imol. in d. s. in s. char. col. iij. versic.
 secundo casu. Est verum q̄ videtur cõtra intentionem
 Bart. & aliorũ in d. s. & c. ex prædictis apparet cessare
 hanc conclusiõnē q̄ exceptio mixta non est notoria,
 vt latē declarauit sub dicta rub. de carcerato fideiuss. di-
 mit. Item ¶ apparet procuratorem tunc admitti, quan-
 do esset exceptio merē dilatoria. l. j. s. vsus de procura.
 16 puta, q̄ non tenetur venire ad iudicium, quia iudex est
 excõmunicatus, vt e. ad probandum. de re iudic. vel
 quia accusator non potest accusare, vt l. qui iudicio. &
 l. qui accusare. ff. de accus. vel quia iurauit, non accusa-
 re, vel renunciauit accusatiõni eo casu quo potest, vt l.
 si maritus. s. si negauerit. ff. de adult. non enim hæc exce-
 ptiones tangunt crimen, sed tũc repellitur procurator
 quando tangunt crimen. d. s. ad crimen. & ita omnes,
 vbi supra. Est verum q̄ exceptio tangens crimen. quæ
 possit opponi ad processum, & ei opponatur, si sit no-
 toria, admittitur, si verò est dubia, dixi non admitti, sed
 q̄ hæc exceptio dubia seorsum examinaretur à crimi-
 ne, puta, à iudice corã quo aliud non disputaretur for-
 tē ex ordine principis vel Senatus, tunc videretur pro-
 curatorem posse admitti, per l. j. & l. præfes. C. ad leg.
 Flauiam. de plag. tñ veritas est in contrariũ, vt adhuc
 procurator non admittatur, quia licet quæstio separa-
 tim examinetur à crimine, tamen tendit ad excluden-
 dum crimen siue ad defensionē criminis, sed quod dixi
 in oppositum procedit quando examinaretur ad aliũ
 finem, quã ad defensionem criminis, ita Bart. in d. s. in
 col. pen. vers. quæro quid si ista exceptio dubia. Vnde
 17 cima est cõclusio, q̄ dominus pro seruo, pater pro fi-
 lio, vxor pro viro, & pariter Abbas pro monacho, epi-
 scopus pro clerico, princeps pro suo subdito, ciuitas p̄
 ciue, & similes possunt pro interesse proprio (non dico
 defensorio nomine vocatorum, quia tunc supra scripta
 attenduntur) ad iudicium venire & defendere, & hæc
 est cõmunis omnium opinio, vt per Marian. char. ij.
 col. iij. & iij. vbi vide, & ibi ponit etiam quid in confor-
 te, sic Cæpol. cõsili. xlvj. col. ij. & si iudex tales non ad-
 mittit, facit litem suam. Cæpol. cõsili. lv. col. iij. & cõsili.
 xlvij. in prin. & cõsili. lvj. & idem in aliis cõsiliis. & ad-
 mittuntur ad plenam defensionē, vt Cæpol. in d. cõsili.
 xlvj. col. ij. Ad idem Fel. in c. illa prepositorum. col. iij.
 de accus. & non solum tales, imò quilibet tertius potest
 ad iudicium venire, vt dixi in v. conclusiõne. In hoc ta-
 men dominio non seruaretur hæc opinio, verũ vbi ser-
 uaretur, succederet alia notabilis quæstio, An possint
 tales interpretari, & reuocare cõfessionē reorum, de
 qua vide Maria. char. u. col. iij. Vltimò pro xij. cõclus.
 Scias Marian. in fi. vbi supra ponere regulã negatiuã,
 q̄ procurator repellitur in criminalibus cum xij. fallen-
 tiis, ad quas semper recurra,

Tit. de pœnis.

SVMMA.

- 1 Pana vnius delinquentis an liberet alios, & quid respectu interesse partis læsæ.
- 2 Delinquentes plures circa vnum & eundem actum, puta, depopulationē castri, quomodo tenentur, etiam si iniqua- liter deliquerunt.
- 3 Delinquentes plures si comitentur aliquem conductorem, seu ducem quomodo tenentur.

- 4 Consilium dantes, ut fiat delictum tenentur quilibet eorum in solidum.
- 5 Delicta plura si quis committat unico ictu, an plures poena mereatur, & nu. 7. in fi.
- 6 Poena que pro eodem delicto imponitur per diuersas leges, an se inuicem impediunt.
- 7 Delictum, an sit unum, vel multa quomodo cognoscatur.
- 8 Poena, an possit minui per iudicem, maxime propter excellentiam artificis, vel professoris. Et an possit mutari post latam sententiam. nu. 9.
- 9 Statutum non admittens in collegium doctorem forenses non includit doctorem eminentis scientie.
- 10 Capitaneus iustitia, vel pretor Mediolani, an possint poenam mutare, & quid de aliis iudicibus maxime propter magnam probitatem hominis qui incidit in delictum.
- 11 Index si exprimat in sententia maiorem poenam quam deberet, an sententia profus vitietur.
- 12 Statuta poenalia an censeantur fauorabilia, & per consequens extendenda.
- 13 Dispositio poenalis quomodo interpretetur, vel extendatur ex significatione verborum, vel ex eadem ratione.
- 14 Mandans fieri delictum, an comprehendatur sub statuto puniente eum qui fecerit, & nu. 15.
- 15 Mandans fieri delictum, censetur plus delinquere quam mandatarius.
- 16 Poena capitalis an comprehendat mortem maxime in atrocissimis delictis.
- 17 Poena electio an pertineat ad iudicem, vel ad reum, siue sit poena pecuniaria, siue corporalis, & nu. 24.
- 18 Delinquens extra territorium, an puniendus sit secundum statuta loci delicti, vel originis, vel domicilij, vel secundum ius commune, & nu. 19.
- 19 Index originis an possit punire subditum delinquentem extra territorium suum.
- 20 Delictum punibile ex iure communi, & delictum punibile ex statuto quod viget ferè in omni loco equiparantur.
- 21 Delictum si habuit principium in uno territorio, & finem in alio, per quem iudicem puniatur, & quomodo index dicatur preuenire.
- 22 Poena qui debeat si commissum sit delictum ultimo die mensis, & postea alio die fiat condemnatio.
- 23 Poenam a iure non determinatam, censeri commissum arbitrio iudicis, quomodo procedat, & an a tali arbitrio possit appellari, & nu. 24.
- 24 Index non potest arbitrari poenam usque ad mortem inclusiue, quando delictum non fuit consummatum, & an arbitrium iudicis extendatur ad publicationem bonorum.
- 25 Poena publicationis bonorum, & alie poene, vel multe an applicentur feudatario vel supremo domino, & in tit. de bonor. public. nu. 63.
- 26 Feudatarius an possit statuere contra ius commune.
- 27 Princeps an possit aliquid statuere in terris feudatarij.
- 28 Bonorum publicatio facta ob crimen lese maiestatis commissum contra supremum dominum, an sit feudatarij.
- 29 Vassallus si committat crimen lese maiestatis, cui bona applicentur.
- 30 Poena regulariter applicatur fisco, & non parti, & quid in poena apposta in contractu.
- 31 Poena publicationis bonorum, vel alia similis, an pertineat ad tyrannum, vel ad alium principem, qui saltem sit in bona fide.
- 32 Poene dicuntur fructus iurisdictionis.
- 33 Feudum vacans propter generationem finitam, an censetur esse ex fructibus iurisdictionis, adeo ut applicetur principi possidenti bona fide.
- 34 Poena delictorum, an irascantur contra heredes, & an contra tertios possessores.
- 35 Poena que imponitur ipso iure, an licite possit retineri in fo-

- ro conscientia.
- 36 Poena mortis quibus casibus imponatur.
- 37 Poena an sit imponenda secundum tempus delicti, vel secundum tempus sententiae.
- 38 Clericus factus post commissum delictum an possit puniri a iudice seculari, saltem in bonis, & generaliter quando secularis possit punire clericum.
- 39 Statutum ut quis puniatur in ere, & persona quomodo intelligatur.
- 40 Poena quomodo dicatur capitalis vel corporalis, ita ut quis committendus non sit fideiusoribus.
- 41 Litigiosi vitium quomodo puniatur, & quomodo committatur, & an pendente lite super feudo possit princeps inuestire.
- 42 Litigiosi vitium nihil operatur quo ad extraneos, & an ecclesia incurrat vitium litigiosi.
- 43 Poena alienantis rem immobilem in non subditum est maxima secundum ordines domini Mediolani, & qui ferè ad sunt vbi que, ideo de eis late.
- 44 Statuti materia, ut nullus puniatur poena corporali, nisi lege Municipalis caueatur, per quos tractetur.
- 45 Delictum reperitur pro quo nulla poena imponitur.
- 46 Poene an pace tollantur.
- 47 Princeps non potest precipere vassallis suis sub poena priuationis feudi, nisi in re feudum concernent.
- 48 Poenas & multas si plures sint domini, an quilibet possit imponere ad sui libitum.
- 49 Statuere an possint plures domini, licet non sit maior pars.
- 50 Index habet latiores habenas in poenis, qua parti non applicantur.
- 51 Poena indignationis principis qua sit.
- 52 Poena seditiosi qua sit.



SUPEREST posteaquam quomodo procedendum sit cognouimus, & materiam ipsorum criminum, & quam poenam mereantur, vt tandem deueniamus ad sententiam, & eius materiae cognitionem, verum cum de poenis ipsis aliqua respicientia non solum delicti, de quibus diximus, sed omnia alia quae infinita sunt ad dicendum super sint, & ea quidem necessaria sint in proferenda ipsa sententia, ideo non abs re videtur aliqua etiam de poenis hoc loco dicere. Quando plures fuerant, vel rapiunt aliquam rem, vel aliter delinquant, omnes tenentur in solidum quo ad poenam criminalem, ita vt poena vnus non liberet alios. text. est in l. si quis id quod. in fin. & l. seq. ff. de iurisd. omn. iudi. & Doct. in c. sicut dignum. maxime Ana. qui explicatè loquitur, extra, de homici. ad quod faciunt, quae dicam infra, nu. 5. Quando ex vnico facto oriuntur duo delicta, quod quantum sit ad vindictam publicam omnes tenentur re ipsa in solidum, vt per Barto. in l. j. ff. vi bonor. rapt. & l. j. §. vnde queritur. dum loquitur de tertia regula. ff. de public. & haec conclusio procedit etiam quo ad poenam debitam parti, quia adhuc omnes tenentur in solidum, & poena vnus non liberat alios, text. est in l. j. vbi omnes. C. de condi. furt. Fallit tamen quando plures tenentur ex quasi delicto, vt in villa quae non cepisset maleficium, & quae ideo esset obligata vigore statuti ad dandum decem, quia et si omnes sint obligati in solidum ad ea decem, tamen solutio vnus ex dictis decem liberat alios, ita Doct. in dictis locis, maxime Felin. in d. c. sicut dignum. Item fallit in pluribus officialibus, vt per Bar. in l. fin. ff. de sicar. col. ij. & Doct. in d. l. si quis id quod. item fallit, vt per Florianum in l. item Mela. §. si plures. ff. ad lege Aquil. & Albertic. in d. l. si quis id quod. vbi omnino videtur, quia melius loquitur, & latius quam alius legum doctoribus.

etor ibi, vel alibi que viderim. Quo vero ad re ipsam & damnum quamuis omnes teneantur in solidum, tamen solutio vnus liberat alios d. l. j. & ideo si poena dupli, vel quadrupli contineat simplicem, & sic interesse partis, & fiat per vnum restitutio, alij liberantur quo ad interesse partis, non quo ad poenam. text. est in d. l. item Mella. §. j. ibi, cum sit poena & longissima glo. ibi, quae ita vult, & Doctor eam sequuntur, & Gandi. in ti. de pen. column. ix. ex qua declaratione habes quid sit dicendum in actione furti, quae simpli non continet, & in actione vi bo. rapt. quae simplicem soluet. §. ex maleficiis insti. de actio. Hoc tamen quod solutio vnus liberet alios quo ad interesse partis, non habet locum quando incipit ab aestimatione, quia adhuc agit ad rem in qua est dominus, vt per Floria. vbi §. Salic. & Doct. in d. l. j. C. de condi. furt. Sed quid si plures currant tumultuario modo ad diripiendum castrum vel domum, an omnes teneantur in solidum, & quomodo, & an poena vel restitutio vnus liberet alios, & dic quod si aequè principia liter currant, ita vt vnus non sit auxilio alteri, sed omnes festinent propter suum interesse, tunc quilibet tenetur de eo, quod ipse fecit, non autem de eo quod fecerit alij, & ad hoc adduco text. in l. si ff. de sicar. dum dicit, ictus vnus cuiuslibet, & cotemplari debemus, & quod ibi dicit Bar. col. ij. in hoc articulo, quoniam plures delinquant, an omnes teneantur in solidum, dicit quod si inaequaliter delinquant quilibet tenetur de eo quod fecit, allegat etiam litem Mella. §. si plures. ff. ad leg. Aquil. Fateor quod vnus quisque tenetur ad poenam secundum dispositionem statuti superinde disponentis, vel iuris communis, iuxta tit. vi bon. rapt. & tit. ad l. iul. de vi publi. vel priua. quo ad portionem suam, sed dico quod non tenetur respectu sociorum, nec quo ad poenam, nec quo ad interesse partis, omnes igitur in effectu capitali supplicio afficerent, si erunt comprehensi in tali poena a statuto puniente rapinam considerata rapina singulorum, sed quo ad restitutionem, etiam idem est, quia quilibet tenetur de facto suo, nisi tamen damnum vnus discerni non possit a damno alterius, vt quasi semper euenit, ita Innoc. & communiter Doct. in d. c. sicut dignum. vbi est materia, & Alex. cons. c. ij. vol. j. col. v. & loquitur Doc. etiam quando nullus dux aderat. Sed si non currant tumultuario modo, sed committentur aliquid, tunc quo ad ducem res est clara, quod tenetur de omni poena, crimine, & damno aliorum l. quoniam multa facinora. C. ad l. iul. de vi publi. & l. j. §. si quis non homines. ff. vi bo. rapt. & vtrouque Bar. alij vero non tenentur nisi de damno quod quisque dedit, ita Bartol. in dictis locis, & Inno. & Doct. vbi supra intelligendo, tamen vt superius dixi, quod tenentur criminaliter, & ciuilitate pro factis eorum solum, & Bart. vbi supra sequitur Alex. in d. consil. Et sine difficultate, hoc casu, & multo magis quando dux non adest, quilibet tenetur in solidum si non potest discerni damnum vnus a damno alterius. Est verum quod solutio vnus liberat alium quo ad interesse, non autem quo ad poenam, iuxta d. litem Mella. §. j. & glo. ibi, & dicta in praecedenti quaestione. Est tamen aduertendum quando raptum omnes currerent, quod si tamen vnus esset dolose auxilio alteri, teneretur non solum de eo quod ipse surripisset, sed etiam de auxilio alteri praestito, iuxta l. is qui opem. & l. in actione. §. ope. ff. de furt. & not. in d. l. fin. per Bart. & alios, & quae dixi in hac materia, supra in tit. de homici. Quando in rixa quis a pluribus occiditur. Nec obstat quod Bart. in d. §. si quis non homines, & sequentes eum, vbi supra clare sentiant, & dicant non teneri tales, nisi de eo quod ipsi fecerunt, licet dederint auxilium aliis, quia loquitur quando non ad eum finem auxilium dederint, sed casu iuxta dicta,

vbi supra in tit. de homici. Item est aduertendum quod do associarent ducem, vt essent illi auxilio ad opus, cuius gratia ibat, quamuis non teneantur pro delictis sociorum, nisi vt modo dixi, an tamen teneantur vt auxiliatores ducis pro delictis per eum commissis. Et in hoc dicerem, quod respectu rapinae commissae per ducem tenentur, iuxta d. l. is qui opem. & §. ope. secus autem respectu aliorum delictorum commissorum per eum, quia non iuerunt, vt essent auxilio ad alia delicta pertractanda. l. non solum. ff. de iniur. & l. in furti. §. ope. ff. de fur. & Sal. in d. l. quoniam multa facinora. col. vj. versic. quare extra. C. ad l. iul. de vi publi. & multo minus tenerentur de auxilio, quo ad socios alia delicta committentes, praeter propositum principale ducis. Sed succedit quaestio, aliquis pluribus comitatus ita ad depopulandum castrum, clarum est, illum teneri de omni depopulatione etiam facta per socios. d. l. quoniam multa. Socij vero an similiter teneantur non solum de rapina facta per eorum ducem, sed etiam per alios socios, modo dixi non teneri, per alios delictis, ratione quorum non intendebant auxiliari, sed respectu rapinae intendebat auxiliari. Est verum quod illic non fecerunt, & ideo etiam cessat auxilium, quod venit in consequentia, & quod non potest consistere sine principali. l. is qui rem. §. si tu Titium. ff. de furt. cum ibi no. vn de non immerito dicitur per Doct. quod tenetur pro eo solum quod peruenit in eos. In hoc dominio secundum ordines nostros tales puniremus de vnione, iuxta rub. §. de vnionibus. & quia commississent vim publicam, iuxta dicta sub rub. de vi publi. & priua. & ita Bar. in d. l. quoniam multa. in verbo, alij autem homines, si essemus in homicidio, ad quod omnes ex proposito illud committendi iuissent, omnes tenerentur, iuxta tit. ff. & C. de sicar. §. no. per Bar. in l. si ff. de sicar. Vides igitur quod isti simul coadunati tenentur solum in effectu de eo quod ipsi fecerunt, & quatenus auxilium dolose per eos alicui praestitum esset, ad certum delictum, sed cur diuersum in his qui consilium dederunt, vt uretur ad depopulandum castrum, nam tenentur in totum pro omni rapina, vt no. Inno. & Doct. in d. c. sicut dignum. dic ratione esse, quia consilium euagatur ad omnia damna, auxilium non, ita Innoc. Ana. & caeteri communiter in d. c. Caetera maxime circa dictum auxilium vide per Innoc. & Doct. in d. c. sicut dignum. vbi facit differentiam, an auxilium sit ad ipsam rapinam, an ad adiutandum ducem eorum, dissuadendo tamen rapinam, & vt ibi, qui etiam latissime loquitur quid in foro conscientiae, & vide etiam in materia Alex. in d. §. si quis non homines. & Aug. in verbo, Andream auxiliatorem. vers. quareo an Cato. vbi latissime tam per eum, quam per Aug. de Aretin. Et de consiliiore quomodo puniatur, vide Felin. etiam in capitulo primo, de offic. deleg. & in d. capit. sicut dignum.

Dixi quando plures delinquant quomodo teneantur, Nunc queritur quoniam vnico ictu committit vnus plura delicta, vel delictum solum quod punitur pluribus legibus diuersimode, An pluribus poenis puniatur, quo ad primum vide tex. in l. j. ff. vi bon. rapt. de committente rapinam qui etiam dicitur committere furtum, & dicit iureconsultus quod si punitur pro furto, etiam potest puniri, per rapinam in eo in quo poena excedit, & ideo Bar. no. ex illo tex. quod quando duo delicta ex eodem facto descendunt, se habent, vt genus, & species, poena tolluntur inuicem quatenus coeurrunt & non vltra, Est verum quod vult d. l. & regu. procedere tantum, quando actiones persequuntur rem familiarē, secus si vtraque tendat ad vindictam publicam, quia tunc vna absolutè tollit aliam, sic etiam in l. j. §. vnde queritur. in ver. iij. regula. ff. de public. & sequitur Alex. consilio c. iij. col. iij. vol. j. Item non procedit regula d. l. j. vt dixi, quando se habent vt genus, & species, secus,

cus si, vt diuersa, & vt excedentia & excessiua, ita Barr. in d.l. j. §. vnde queritur. & vide latius in hoc articulo, quando plura delicta sequuntur ex eodem facto, Azo. in tit. de oblig. quæ ex quasi delicto nascitur. col. ij. & Bar. in l. j. & ij. ff. de regno inuncto. & remissiones Felin. datas in c. quod olim. in verbo, in glo. ij. de Iudicis. & Felin. in c. sicut dignu. col. pen. de homicid. & dixi supra sub rubr. arbo. furt. cæsar. vbi vide. Quo ad secundum, quando committitur vnico actu delictum vnicu, quod punitur pluribus legibus diuersimodè, vt in crimine quod vulgus baratariam vocat, iuxta ea quæ dixi supra in tit. de officia lib. corrupt. pecu. & c. ver. quæ pœna punitur. An punitur omnibus legibus an vna sola sufficit, siue vnica tantum imponi possit, vide Bart. in l. Senatus. ff. de accus. qui in effectu redigit re ad hoc, an sit vnicu delictu, & eo casu vult, vt vnallex nō tollat alia, secus si oriatur diuersa, de quo dixi §. in tit. de of. corru. pec. & c. in ver. nō quiescit in animis, & addo Alcia. in tract. præsum. reg. ij. præsump. xx viij. nu. 9. In quo articulo tamen quoniam quis punitur pluribus legibus an vna lex deroget alteri, & maxime in statuto, an derogare intelligatur iuri comuni, vide Bart. in l. j. ff. vi bo. rapt. Felin. in c. quod olim. de Iudicis. Maria. in c. veniens. de accus. char. 19. secundu totu vol. & absolute admodu, & verè per Dec. in c. de causis. de of. deleg. col. antep. ver. si in fi. gl. vbi ostendit veram esse opi. vt in dubio statutu tollat pœnã iuris comuni. Et an punitus vna lege possit alia lege puniri, & sic militet omnes pœnæ, loquedo quoniam vna lex nō tollit alia, videt Felin. in d. c. quod olim. vbi ponit reg. & fallit. & Dec. in d. c. de causis. col. pen. ver. sublequeter Abb. querit, & concludit puniri nō posse, si tendit ad vindictã publicã, secus si respiciunt comodu priuatu, & ibi etiã ponit an punitus per iudicẽ ecclesiasticu possit etiã puniri per laicu, & hæc quoniam vnico actu plura committuntur delicta, vel incidit quis in plures leges, sed quoniam facta sunt plura, & plures tit. criminis, & plura crimina, tunc nō est dubiu quod vna electa, alia non tollitur. In nunquam plura. ff. de pna. delic. vbi Bar. & Bar. in l. j. §. vnde queritur. ff. de publica. vnde operæ pretiu est videre, quoniam plura dicuntur delicta, siue vnicu. Et quomodo cognoscatur an sit vna iniuria, vel plures. Est materia Bar. in d. l. nunquam plura. & etiã vide Bart. consil. cvij. & Bal. iij. vol. consil. xxxvj. & Sali. in l. si nō cõuitij. col. ij. in fi. C. de iniuri. in his locis etiã habes quomodo delicta confundantur, & si quis cognouit sæpius mulierem an sit vnum delictum vel plura ratione statuti punietis adulterium in certa summa, vide Bar. consil. cccxij. Et si statutu mandatur, vt prestas auxilium malefici punitur certa pœna, & quis præstet auxiliu quatuor hominibus aliquẽ occiditibus an punitur pro vno auxilio, vel pluribus, vide Bar. consil. cccxxij. Ang. Are. in gl. Andr. auxiliatorem. ver. si. quæro an Cato. col. iij. Adde quod continuatio delicti non inducit diuersa delicta, sed vnum continuatum: & quid de eo, qui plura intulit vulnera eodẽ contextu in eundẽ, vide plenè Feder. consil. vij. col. pen. in fi. & seq. Quid si populum quis concitet ad seditionẽ, & simul homicidium committat, an confundantur, vel de vtroque punitur, vide Bald. ij. vol. consil. cccclix. Quid de committente homicidium & rapinam cõtra eum, cum quo fecerat pacem, an incurrat duas pœnas, vide Bald. iij. vol. consil. cccclxxxvij. Quomodo etiã dicatur plura facta, vide notabiliter Bal. v. vol. consil. cccxlvij. & consil. cccxlvij. & Soc. consil. xxxij. vol. iij. vbi dicit, quod plura facta non dicuntur, sed vnu tantum, quando facta sunt continuo tempore, & vide Cæpol. consil. lxxvij post prin. & qui producit plures falsos testes, vel falsa instrumenta, ad eundem finem, an committat vnum delictum, vel plura, vide Cæpol. consil. lxxvij. col. fin. Et an insul-

tus confundatur cum vulnere, ponit Bart. in d. l. nunquam plura. col. iij. ver. iuxta hoc quæro. & Are. consil. x. col. pen. vbi dicit, quod quando insultus & vulnus facta sunt in diuersis territoriis, tunc nunquam confundantur. Et quid si quis percutatur in vtroque oculo, vel in manu, & brachio, an dicatur vnum vulnus, vel plura, vel vnum delictum vel plura, vide Ang. consil. cxc. col. j. & ij. & Bal. iij. vol. consil. cccclxxxij. Et quid si fiat tres percussiones vno actu, an punitur pro vna vel pluribus, maxime stãte statuto, vide Bal. ij. vol. consil. cccclj. & quoniam quis infert plura vulnera cõtra vnu, ex quibus sequitur homicidiu, An vna pœna imponatur tantum, Bar. in l. nunquam plura. vult vnam tantum imponi debere, declarando vt ibi, & per Soc. omnino videndũ cõsi. lxxij. col. iij. & seq. Et quid si est formata inquisitio de vulnere mortifero, an sequuta morte possit sequi condemnatione, vide Bal. iij. vol. consil. cccclxxx. Et ad prædicta vide Bal. in l. si familia. ff. de iurid. om. iud. & Ang. de malef. in verbo, fecit insultum. col. ij. Est in arbitrio iudicis grauior pœna, quam leges velint, vel leuior, reu ex causa condẽnare. l. quid ergo. §. pœna grauior. vbi gl. Bar. & alij. ff. de his, qui not. infra. & l. et si leuior. C. ex qui. cau. infra. itrog. & quæ sint qualitates confidẽ radæ, vt augeri possint, siue diminui pœnæ, docet tex. in l. aut facta. vlg. ad fi. ff. de pœ. & ponit causas septem sine consideratione dicti tex. Felin. vbi latissimè de hac materia in c. qualiter. §. ad corrigendũ. col. vj. & seq. de accus. & vide Alex. etiã in d. l. et si leuior. & aeras, siue quis sit iuuenis valde, siue admodu senex, est iusta causa minuendi pœnã, vt per Dec. in l. ferẽ in omnib. ff. de reg. iur. Maxima etiã peritua in aliquo artifice vel professore literariu, est iusta causa l. ad bestias. ff. de pœ. Et facit l. sed & reprobari. in verbo, valde in disciplinatos. de exc. tut. & ideo Hof. in c. de causis. de of. dele. dixit, quod vbi veniret abscondẽda lingua vel manus, ex aliqua lege, vel statuto, propter aliquod delictu: Si egregius orator, vel poëta, vel pictor tale delictu commisset, non deberet pictori abscondi manus, neque poëta, vel oratorilingua. ad quod cõferunt dicta Barb. in rub. de reb. eccle. non alien. col. iij. vbi loquitur de statuto, quod forensis nō possit ingredi collegium, vt non habeat locu in aliquo eminentis scientiæ: & ibi habes de eminentia scientiæ. Adde quod hæc conclusio procedit in sententia ipsa, non post: quia tunc requiritur remissio principis. Dec. in §. j. in col. j. in c. at si clerici. de iudi. & Felin. post Inn. in d. §. ad corrigendos. l. c. sine dubio, pcedit in principe, in quo omnis pœna est arbitraria, secundu Bal. in l. j. in viij. col. ver. opponitur vlt. C. de sum. Tri. & fi. cath. & Fel. vbi §. ver. circa quartum. & Afflic. in tit. quæ sunt regalia. in princ. nu. 67. & ad eodẽ est arbitraria, vt etiã possit animu suum ad puniendum & absoluendũ informare, & iudicare ex his, quæ vidit, & audiuit, dũ esset in minori statu cõstitutus, vt dixi sub rub. de par. suppo. in fi. pcedit etiã sine dubio in iudicibus maioribus: qui secundu Pau. de Cast. in auth. hodie. C. de iudi. ij. sunt in hoc casu, qui sunt perpetui, vt episcopi, marchiones, & similes. Et sic etiã capitaneus iustitiæ in hoc dominio, qui erat perpetuus, & habet amplã autoritatẽ: sed dubiu est quo ad inferiores, vt prætores. Ias. in d. auth. dubitata, & allegat pro, & cõtra, & nō bene se explicat Ias. in l. cõ seru. col. fi. Idẽ facit Ias. etiã in §. ex maleficiis. col. ij. in sti. de actio. & ibi videtur tenere, vt non procedat in prætoribus terrarum, nec aliis in ferioribus, pro vt etiam hoc idem potius quam aliter sentit in locis vbi §. Reperio Dec. in c. de causis. col. pe. & fi. de of. dele. tangente articulum, & dicentem ac ostendente, quod comunis opinio est, vt solum procedat in maioribus magistratibus, & inferentẽ, quod et si in delegato inferioris non proce-

procedit regula, tamen locum habet in delegato principis: vide ibi, & ita intellige d. Felin. in d. c. qualiter. §. ad corrigendos. dum de delegato in hoc casu loquitur, Aduertit tamen, quia vult Ias. in d. l. cum seruus. quod hæc conclusio, vt possit pœna mutari, procedat solum in causis arduis statum reipublicæ concernentibus. & idem Ias. in d. §. ex maleficiis. etiã allegat Rom. ad hoc, quod nemo potest facere hanc variationem, nisi consulto principe. Sed hoc vltimũ non puto verum, & est cõtra communem, & d. §. pœna grauior. & l. et si leuior. Prius etiam falsum est, vt patet, si consideres causas, de quibus per Fel. & Doctores, vbi supra, per quas potest pœna mutari. Est verum, quod in hoc dominio non permittit princeps, vel senatus, vt fieret iuris mutatio, nisi eo consulto. Sed loquutus sum de iure: & scias hæc mutationem non solum contra leges fieri, verum etiã contra statuta, secundum communẽ opin. vt per Dec. vbi §. col. fi. & vide etiã ad prædictã materiam Ias. in l. nō solu. §. morte. ff. de ope. no. nunt. col. lxxj. ver. v. conclusio. & Felin. in c. j. de constit. col. xij. ver. fallit septimò. Et addo, quod propter magnam probitatem hominis recedatur à regulis iuris, vt per Felin. in c. super his. col. fin. de accus. & per Ias. in libemus. C. de iudi. col. ij. & seq. Est tamen videndus Dec. in c. postremo. in fi. de appell. Idem propter dignitatem & nobilitatem, vt per Felin. in c. past. ralis. de offi. deleg. Non omitto etiam, quod interdum iudex cogitur minuire pœnam, vt puta, quando fieret propter æ. ac, vel quia cessaret dolus, vel etiam interueniret in recessu publicum. Interdum etiam potest, sed non cogitur iudex, puta, quando vult punire conatum solum sine effectu. Ita Dec. vt paucis agam, in l. si fugiu. col. iij. C. de fer. sig. post Alex. in d. l. et si leuior. col. fi. Sal. in l. si quis cum telo. col. pe. C. de sic. Bal. & Aret. in d. l. si fugiu. & de materia. d. §. pœna grauior. & d. l. et si leuior. vide omnino per Dec. in d. l. si fugiu. col. v. Adde, quod et si homicidia prouocatus punitur pœna ordinaria. Tamen etiã iudex potest imponere minorem ordinariã, vt dixi sub rub. de homic. Adde etiam, quod si iudex excederet in pœna, quia condẽnaret in decem, quod debuisset in quinque condẽnare, tñ valet condẽnatio in quinque, secus si excederet in multa, vt per Are. in gl. dictum Semproniu in tercentum libris, & c. col. iij. ver. & adueras. & in additionibus ibi.

12 Statuta pœnalia an sint fauorabilia, & consequenter extendenda, an verò restringenda, vide Bar. in l. quem admodu. C. de agri. & censu. lib. xj. vbi dicit, quod licet lex pœnalis & odiosa non extendatur extra significatũ suũ proprium, l. cum quidam. ff. de libe. & post h. & c. odia. de reg. iur. in vj. Tamen vbi extensio tendit ad fauorẽ reipublice debemus eã extendere, sicut legem fauorabilem: & ideo cõ pertinet ad fauorem reip. punire maleficiã, ad hoc vt provincia purgetur malis hominibus. l. l. gius. ff. de of. præf. pœna statuti punientis facientẽ maleficiũ, tenebitur fieri faciens: & ita debet extendi statutũ. l. si quis id quod. cõ simi. ff. de iur. om. iud. Ex quibus verbis in primis colligo vna cõclusionem ad eodẽ vtrũ, vt disputatione non egeat, quod si lex pœnalis ex proprietate verborum cõtineat rem minoris odij, & maioris: quo casu videbatur dicendũ, vt deberet solu comprehendere ex benigna interpretatione materiæ rem minoris odij, iuxta reg. l. si præf. ff. de pœ. & reg. in pœnis. de reg. iur. in vj. tamẽ cõprehendit vtrũque, ex quo prietas verborum hoc significat. l. nō aliter. de le. iij. cum ibi not. Et ad hoc est tex. & ibi solus Aret. not. in l. cõ lege. ff. de testa. vbi vide, & Dec. vbi supra. Secundò colligo alia cõclusionem, quod regulariter dispositio pœnalis nō extenditur tãquam odiosa extra propriũ significatũ, ex eadem ratione, nisi quoniam continet fauorẽ reipu-

in puniendis maleficiis. Et hanc cõclusionem sequitur D. Roch. Cur. in tract. cõsuet. char. 7. col. fi. post alios per eum relatos. & ibi etiã ponit alios casus, in quibus fit extensio. Sic etiã Dec. vbi omnino est videndũ, in reg. factum suum. §. in pœnalibus. ff. de regu. iur. vbi facit regulã negatiuam, quod non fit extensio cum septem limit. & in iij. sequitur hanc. Et in quæst. Barro. in d. l. quemadmodu. An statutũ puniens facientẽ delictũ, comprehendat fieri facientẽ, vide Ale. in l. j. in prim. col. iij. ff. de ver. obl. vbi dicit communem esse, vt non cõprehendatur fieri faciens, quando statutũ loquitur in personam, quia sic dicitur facere: quod sit communis, dicit Ias. in l. is, qui pro emptore. ff. de v. luc. char. 21. col. iij. ver. prædicta inducit Bart. vbi latissimè de hac quæst. quod sit vera opinio, ostendit paucis Dec. in reg. is damnũ dat. de reg. iur. Est tamen limitanda: primo, vt non procedat, quoniam sic redderetur statutum elusoriũ, quia deficeret pœna iuris communis, secundu Alex. in d. l. j. l. itẽ in ciuitate hæc Mediolani sine dubio non haberet locu: quia vltra quod statutũ loquatur in personam, adest aliud statutũ disponẽs, vt nullus punitur pœna corporali, nisi lege municipali caueatur, vt per Ias. in d. l. is, qui pro emptore. ver. limita istam quæst. & similiter in aliis locis, vbi similia adessent statuta. Ad est quod aliud statutũ quod profus tollit difficultatem, disponẽs, quod homicida intelligatur, qui propriis manibus fecerit homicidiu.

15 Et aduertendũ, quod etiam ex maiori ratione non licet extendere statutũ in hac materia. Nam magis delinquit mandas quam mandatarius, vt per Ias. & Dec. vbi §. & tamen non fit extensio extra propriũ significatum. Et ideo D. Roch. vbi §. aliter sentiens non benedicit: & cõsequenter statutũ loquẽs in furto, non debet habere locu in rapina vel crimine expilatæ hereditatis, quæ sunt maiora, de quibus dixi §. in tit. de fur. ver. & an statutũ. & in tit. de sacrileg. ac in tit. de lege Jul. pec. Attamen teneo contrarium in raptore: quia in rapina inest propriẽ furtũ, iuxta d. l. cõ lege. apparet ex tex. in sti. vi bon. rap. in prin. Itẽ in sacrilego, qui furatur res sacras, iuxta not. per me §. in tit. de sacrileg. In crimine verò expilatæ hereditatis sentio cõ Capol. consil. lxxij. col. ij. & iij. qui tenet cõtrariu: quia non committit furtũ propriẽ, & vide de hac materia Ang. & additionem ibi, in gl. v. stem cõlestem. col. fi. Mar. in l. si quis viduam. col. pen. & vlti. ff. de quæst. Felin. in c. translatio. in pen. & vlti. col. de constit. Ias. in §. ex maleficiis. in sti. de actio. char. 3. col. j. & in §. tripli. col. iij. eo. tit. Et an statutum minuẽs pœnam iuris comuni, puta, imponens pro adulterio pœnam pecuniariam, etiam comprehendat adulteriũ cum incestu, vide Corn. consil. xix. iij. volu. Et quia dixi, quod quando verba ex proprio significato sunt apta ad comprehendendũ nō solum hunc casum, sed etiã aliu, vtrunq; comprehendunt: aduertendũ est, quod si ex duobus, quæ possunt cõprehendi, alterum sit eligendũ, ita vt vtrunq; non possit eligi, tunc quod mitius est, eligitur. Aret. in d. l. cõ lege. & ideo si fiat mentio de vi, intelligitur de priuata, & nō de publica, vt sit mitior pœna. l. præf. ff. de pœn. Dec. in reg. hoc iure. ff. de re. iur. Itẽ si lex, vel statutum imponet pœnã capitalẽ, non intelligitur de pœna capitis naturalis, sed ex ilij. d. l. præf. & l. interpretatione. ff. eod. ita. Cano. in c. quinto. super gl. j. de iur. iur. & Iason. vt paucis agam, in l. duortio. in prin. col. iij. ff. sol. ma. & in l. transigere. C. de transac. ponit in hoc Fel. regulã & fallacias, in c. qualiter & quado §. ad corrigendos. de accus. & doctus ibi per Arc. quoniam vide. Non procedit tamen hæc conclusio in atrocissimis delictis: quia fit interpretatio in deteriorẽ partẽ, per dictum Abb. in c. at si clerici. in vlt. verbis principij, de iudi. Et facit ad hoc, quod eo in casu recedimus à regulis

gulis iuris, per dictum Innoc. in c. j. de constit. vbi Fel. col. xij. & dixi supra in arti. principali precedentē, & generaliter mitior pœna semper est eligēda. gl. in c. de causis. in verbo, certa. de of. deleg. vbi Dec. & Fel. in c. inter cæteras. col. pen. ver. decima & vltima restrictio. de
 17 rescrip. & ibi etiam ex hoc infert, q̄ in dubio reus, & non iudex debet eligere pœnam alternatiuē positam, in pœnis pecuniariis tamen, non corporalibus, vt per Dec. ibi colum. iij. versic. subsequēter. ad fi. & per Dec. latē in l. si fugitiui. C. de ser. fug. & ad prædicta omnino vide Alciat. in tract. præsumpt. in reg. iij. præsumpt. xlv. quæ est vltima. Quando quis delinquit extra territorium, an puniatur secundum statuta loci vbi deliquit, an secundum statuta patrię, an iure communi, vide Bar. in l. cunctos populos. C. de sum. Tri. ver. ij. quæro, quid de delictis distinguendum, q̄ si est delictum de iure communi, puniatur secundum statuta loci, vbi deliquit, aliàs nõ, nisi fuerit sciens, declaratio etiam qualiter præsumatur sciens, las. ibi. in j. le. t. agit char. 3. col. iij. vers. ij. quæst. prin. est, quid in delictis, & concludit, q̄n est delictum de iure communi, sicut dicit Bar. Si tamē fuerit sciens, aliter puniatur secundum ius commune, dicit, q̄ est opinio melior, quàm illa, q̄ passim attenduntur statuta loci delicti, quã pöderat fuisse Bart. ibi, & ostendit q̄ etiam est communior: & subdit, q̄ in iudicando non est recedendum ab hac opi. las. etiam tangit in ij. lectu. in vers. ij. principalis quæst. Bar. vbi in effectu idē concludit. Vide etiã Fel. in c. licet. col. vj. vers. dum dicitur. de fo. compe. vbi dicit communē opinionem illam esse, quàm tenet Abb. ibi, & Abb. ibi tenet, q̄ potest iudex delicti eum punire secundum statuta sua, nisi fuisset ignorans. Est igitur dicendum, quod data ignorantia cessant statuta loci delicti, sed non cessant iuxta modos traditos per Bart. & Doctores in d. l. cunctos populos. potest iudex delicti talem punire secundum statuta sua, potest etiam eum punire secundum statuta loci domicilij, nisi secundum Fel. in viro que loco imponeretur pœna a statuto ipso iure: quia tunc attenduntur statuta loci delicti præcisē, & eandem opinionem tenet Marian. Soc. in c. postulasti. charta 3. col. iij. ver. quo ad quartum principalem artic. de for. compe. vbi loquitur similiter sicut Abb. per verbū, potest, sentiens clarē, q̄ etiã potest puniri secundum statuta domicilij, nisi in casu, de quo s. & Mar. ibi latius & consideratius loquitur quàm alius, complectendo diuersos casus. vide etiam in hoc art. ponendo casum in iudice originis, an debeat punire subditum delinquentem extra territorium secundum statuta sua, vel statuta loci delicti. Alexan. in consil. suo cxj. vol. j. col. iij. vbi dicit communem esse, q̄ statutum non comprehendat suum subditum delinquentem extra territorium: & ita q̄ iudex domicilij, debet eum punire iure communi, si non apparet de pœna statuti illius loci. Concludo igitur ex prædictis secundum mentem cõmuniter Doctorem, q̄ regulariter attenduntur statuta loci delicti, quãdo non poterat reus ea ignorare: & quin possit iudex loci delicti punire secundum statuta sua, res nõ habet difficultatē: Sed an etiam sit facultatis suæ punire secundum statuta ciuitatis delinquentis? In hoc Ale. discrepat à Fel. & Marian. & articulus pender, an statutum pœnale cõprehendat subditos delinquentes extra territorium: de quo statuto tam in hoc casu, quàm in aliis, an extendat vires suas extra territorium, vide Bart. in d. l. cunctos populos. vers. cu. vij. circa statuta punctina. & vltra Alexan. in d. consil. cxj. quem vide omnino, vide etiam Signor. consil. lxxxix. col. ij. & Corn. j. vol. consil. clj. col. ij. circa finem. & Roch. in c. fi. de cõsuet. & vide etiam de hac materia Fel. in c. j. de constit. col. ij. vers. iij. conclusio. & Caccialup. ac alios in d. l. cunctos po-

20 pulos. Non omitto q̄ Doctores vbi supra distinguentes, an sit delictum in deo re communi, vel non, volunt tamen vt licet sit delictum solum ex dispositione statuti, nihilominus si communiter addit tale statutum in omni loco (ponendo exemplum in statuto vel decreto prohibente frumēta extrahi extra dominium) idem sit, ac si illud esset prohibitum iure communi. Hoc autem decretum, vt frumēta nõ cõducantur extra dominium, valde terribile est in hoc dominio: quia imponit pœnã vltimi supplicij & publicationis bonorum: & quamuis videatur continere vtilitatem publicã, vt scilicet annonæ detrimentum non patiatur, & ne sequatur caritas frumentorum. Tamen si practicam attendamus, continet auaritiã: quia finis est, vt pro quolibet sacco frumentorum soluatur vectigal: omni enim tempore conceduntur licentię, vt frumēta extra dominium cõducantur cum solutione allegati vectigalis: Quę res & penuriam auget, & nobiles dimitit inanes: & ego quotidiē clamo contra hoc. Quando p̄ delictum habuit principium in vno territorio, & sortitur finem in alio, quis iudex possit punire, vide Marian. in cap. proposuisti. de foro cõpe. & quæ dixi s. in tit. de fo. cõp. vbi etiã habes, quomodo iudex dicatur præuenire aliu iudicem, ita vt solus præueniens possit punire, & q̄n quis est punitus, vel soluit pœnã in vno territorio, an adhuc possit puniri in alio, & an iudex possit exequi sententiã alterius, & infirma alia ibi dixi de competentia & incompetentia iudicis in hac materia: quæ omnia tendunt ad demonstrandum, quis iudex punire possit, & sic ad materiam nostram pœnarum. Si vero sit commissum delictum vltimo die mei semestris, & in alio semestri fiat condemnatio, cui pœna debeat? Est materia, quæ ponitur p̄ Alex. in l. diuortio. s. si vir. colum. ff. solu. matrim. vbi dicit, q̄ in simplicibus emptoribus fructuum communis est opinio, vt ad primū emptorem pertineat: quã opinionem, & si acriter morderet, tamē eam admittit, vbi tempore primi emptoris saltem formata esset inquisitio: & deinde distinguendo concludit, q̄ si loquamur de his, quibus data esset administratio iurisdictionis, tunc secundum inquirenti datur pœna, quæ ex industria acquiritur: quæ opinio ex diuino iudicio tanti viri proueniens superioribus diebus habita fuit in consideratione à Senatu, eleuata difficultate, an pœnã delictorum commissorum ante emptas iurisdictiones in hoc dominio, in quo multæ sub Cæsare emptæ fuerūt, ipso rum emptorum essent, an sicuti: Nam ordinauit Senatus, vt si erat sub Cæsare formata saltem inquisitio, sicuti Cæsarei essent, aliàs emptorum. Pœnã vbi non est de terminata à iure, committitur arbitrio iudicis. l. j. expilatores. ff. de effract. Deci. in l. si fugitiui. col. v. circa fi. C. de ser. fug. & Deci. latē in ca. de causis. col. ij. de of. de le. & ibi ponit quomodo debeat iudex arbitrari, dices q̄ cõsuetudo attenditur, vel illa cessante à simili ad similia procedit: & q̄ etiam arbitriū extenditur vsq; ad mortem, per gl. in §. in summa. insti. de iniur. de quo vltimo vide Deci. in c. ex literis. de consti. post Fel. ibi, qui facit regulam secundum gl. in d. §. in summa. & postea limitat pluribus modis las. in l. et si legibus. C. si contra ius vel vtil. publ. & Dec. consil. ioo. col. pen. in fi. & seq. Vult tamen Deci. in d. e. de causis. col. ij. q̄ hoc arbitriū non debeat declarari in principio officij, sed tempore pœnæ imponendę, vt per eum. Hęc tamen disputatio cessat in principe, in quo omnis pœna est arbitraria, vt dixi supra in vers. est in arbitrio, & quando pœna est commissã arbitrio iudicis, & in d. ex arbitratu, an possit appellari, vide Fel. in c. inter cæteras. de refer. col. pe. & Alex. in l. j. ff. de legat. ij. ad fi. & dum dixi, q̄ arbitratur iudex à simili pœnam, cessante cõsuetudine. Adde q̄

hereditate allegabat doctissimus vir D. Ioannes Andreas Alciatus. Tamen magis consideratè dic, vt per Aretin. in dicto §. si duobus, vbi concludit quòd hæc materia pendet ab articulo, vtum dos succedat loco legitimæ, an sit vt æs alienum, quia primo casu verum est quòd mulier succedit, & sic facit partem, & comprehenditur in numero, ad hoc vt sit dimidia quando sunt quinque; & sit minus tertia, quando non excedunt quatuor, & verè dicit, quòd res pendet ab hac difficultate, quare Socin. in dicto consilio post titulum de exceptione in secunda & tertia opinione vult quando est tertia, quòd tota tertia sit filiorum; & hoc quia loquitur in casu quo statutum excludit filiam à successione, & præcipit, vt dotetur. Nam quia filia hoc casu non succedit, imò dotem habet vt legatum, vel æs alienum, & concludit quòd persona sua nihil plus habet in consideratione, quam si esset mortua, & Doctores ibi allegati per Socin. in prima opinione loquuntur in casu quo dos succedit loco legitimæ, quia tunc si sit tertia, est diminuta petinde ac si ipsa filia haberet suam integram partem; & ideo Iason in locis vbi supra dicit quòd secundum communem filia non facit partem, & quòd tota tertia est masculorum, & item non est dimidia quando sunt quinque, loquitur in omnimoda exclusione: sed quando est exclusa à statuto, non dico simpliciter, quia idem esset, sed vbi dotetur, tunc quia dos succedit loco legitimæ, & non est penitus exclusa, est alius casus, & videtur quando sunt tres filij & vna filia, quia legitima est triens, quòd portio masculorum sit tantò minor, quòd si filia habuisset suam integram partem, secundum Imolam & Baldum, vbi ita præcisè loquitur, & secundum alios allegatos per Socin. vbi supra, in prima opinione. Item videtur quòd si sunt quatuor filij, & vna femina quòd sit semis, & hoc non habet difficultatem, vt per Aretin. vbi supra, & Curt. in dicto consilio quinto, in prima opinione, imò amplius videtur quòd etiam semis non sit integer, & portio feminarum non accrescat masculis, ita ostendit esse communem Curtius in dicto consilio in prima opinione, loquendo in terminis statuti Papie, quo filia non est prorsus exclusa nisi dotetur, & vbi non dotetur vult statutum, quòd interim habeat vsum fructum, & dicit Curtius in fine, quòd hæc est pura veritas. Contrarium tamen quòd imò accrescat masculis, & quòd non tantum sit semis, sed etiam augeatur legitima masculorum ex portione legitimæ deficientis ipsi filia, atque ita quòd habeat locum ius accrescendi, tenent Bald. Angel. & Aretin. in lege vnica. in vltimis verbis. C. quando non per. part. & dicit Bald. in consil. cccxxxvij. in tertio volumine. quòd Bartol. ita in voce tenebat in lege, pater filium, ff. de inofficio. testamen. Paul. de Cast. consil. ccl. quòd est cccxxxvij. in primo. vbi id expressè asserit, & in lege huiusmodi, §. si Titio, ff. de legatis primo. Bald. Paul. & Corn. in lege si defunctus. C. de suis & legitimis. Fabi. in dicta authent. nouissima, in quinta columna, quæstione vigesima. vbi dicit ita consuluisset Anto. de Rosellis. Nell. Io. de Eugubio, Philip. de Corn. & alios, vt ibi, & ita Angel. in l. vnica. §. primo. C. de cad. tollen. vbi dicit se ita sæpius consuluisset. Eandem sententiam per octo fundamenta tenet Roma. in dicta lege vnica. charta vltima. C. quando non per. part. & dicit se ita consuluisset, & plures Doctores subscripserunt. Idem Comen. in l. re coniuncti. ff. de legatis tertio. columna vltima. vbi dicit Fulgos. ita disputando concludisse, & ibi vult quòd quando dos debetur iure successionis, faciat pinguiorem partem masculorum, & respondet ad regulam, quòd in con-

iunctis in dispositione legali non habet locum ius accrescendi. l. & Proculo. ff. de vusufruc. dicit enim quòd masculi non habent iure accrescendi, sed iure non de- crescendi quia à principio vocantur vna cum feminis ad totum, ita vt quantum minus habeant feminæ accipiatur ab ipsis, licet etiam aliter respondeat Roma. in d. l. vnica. Eandem sententiam videtur tenuisse Alex. in consil. xxx. ad fin. in iij. vbi dicit se non ponere pro constanti illam tertiam opinionem, vnde videtur inclinasse in secundam. & Corn. consil. cxcvii. volum. iij. & ad sunt ad hoc plura consilia Corn. quæ perquire in repetitorio, in verbo, legitima, vnde dicebant aliqui, quòd opinio prima Curt. in d. consil. v. est penitus reprobata, & quòd Doctores allegati per eum tenent contrarium, scilicet Bald. & Aretin. in d. l. vnica. quando non per. part. Paul. de Cast. in d. consil. cclj. Comen. in consilio xxxv. stante statuto Vicentiar. & Salice. in dicto §. in princ. & dicebant, & bene quòd illi Doctores qui loquuntur de filia ex hæredata, vult penitus exclusa non faciunt ad propositum, vt etiam declarat Paul. in dicto consilio, vnde hoc modo si filia non habet iure successionis, non facit partem, & veluti mortua est: sed si iure successionis facit partem ad vtilitatem masculorum, quia portio deficientis accrescit masculis. Et est communis opinio, vt in legitima habeat locum ius accrescendi. Iaf. in dicta l. re coniuncti. delegat. iij. charta 193. colum. j. & pluribus sequentibus. vnde etiam Socinum in hac materia, consilio lxxv. in tertio volumine. Decisum fuit in terminis statuti Papie quòd sit semis, tum quia dos succedit loco legitimæ, & quia dictum statutum Papie expressè dicit, vt mulieres in capillis existentes faciant partem. Item decisum fuit quòd haberet locum ius accrescendi, & sic quòd legitima esset pinguior effecta ex portione legitimæ deficientis filia, vel filibus, & hoc potissimè, quia hæc portio auferretur filiabus à statuto favore filiorum, igitur illis debet accrescere per l. si defunctus. C. de suis & legitimi. per quod fundamentum apparet responso ad §. si Titio. in l. huiusmodi. & ad mille similia iura, in quibus probatur, quod qui facit partem, illam non facit ad vtilitatem socij, & hanc opin. existimant esse veritatem ipsam; & secundum communem sententiam clarissimi Doctores domini Franciscus Lampugnani, Hercules Vicecomes, Marcus Barbauaria, & Iacobus Langus gubernantes redditus extraordinarios huius domini, & propterea ita fuit iudicatum, & fuit quæstio hæc in filiis D. Io. Stephani Ritiij. Et quia expedit scire, An & quando dos succedat loco legitimæ, communis opinio est, vt non succedat, quando statutum priuat & mandat dotari, secus si velit eas esse exclusas si dotentur, vt per Deci. in consil. xv. col. j. & ij. & alibi sæpe. Circa verò statutum Mediolani excludens feminas dotatas quicquid sit, in iure obseruatur quòd feminæ non faciunt partem, nec comprehenduntur in numero, & deducunt in primis dotem, vt æs alienum, & ex residuo legitima debetur filio vel filiis masculis integre, ac si feminæ non essent in rerum natura, & fuit opin. Ang. in l. Papinianus. §. vnde si quis. per gloss. ij. ibi, & etiam Bald. bi. ff. de inofficio. testam. & consilio cccxcix. punctus talis est, statuto cuiusvis conditionis, & in l. Papinianus. §. quoniam autem quarta. ad fin. ff. de inofficio. testam. Comenl. & Pau. de Cast. vt per Iaf. in l. huiusmodi. §. si Titio & Mæuius. ff. de lega. j. & licet iste articulus sit disputabilis. Tamen Soc. in d. suo consil. post tit. ff. de except. relatis in finitibus opinionibus tenentibus istam partem, dicit quod si iudicandum sibi esset de iure, teneret hæc opin. pluribus authoritatibus munita, & ita etiã fuit obseruatum in præfato magistratu. Et circa

circa materiam legitimæ nota etiam quòd filius si sit institutus pro legitima in certa quantitate, poterit dicere: Nolo quantitatem sed in corporibus hereditariis l. fancimus. §. repletionem & ibi Doct. C. de inofficio. testa. Imol. post Bart. & alios in l. suus quoque. ad fin. princ. C. de inofficio. testam. Et not. magis ad propositum quòd filius non poterit dicere fisco, Volo legitimam in qualibet re, sed debebit habere in vna vel duabus, prout conueniet cum hæredem, siue fisco, & si concordia locus esse non poterit, debet habere in vna re, vel duabus arbitrio iudicis, ita Imol. vbi supra, quem vide & est communis opinio, vt ostendit Iaf. in l. filium quem habentem. C. famelicis. versic. tangit etiam Bald. hic, & Dec. in consil. lxxxj. colum. fin. & ibi limitat non procedere, quando res in specie alicui legata fuisset, relicta in hereditate tot bonis, vt legitima solui posset, & ita Iaf. vbi supra, & in d. §. repletionem. Vbi alio modo limitat. Aliud etiam nota quòd in hac legitima non imputantur bona feudalia, & emphyteutica non hereditaria: Nam ea euincuntur è manibus fisci per personas nominatas in investituris, iuxta not. per Bart. & Alex. post alios in l. si finita. §. si de vestigialibus. ff. de damn. infect. & dicam loco suo infra, & licet filius sit qui euincat, tamen adhuc habet legitimam integram, non imputatis istis bonis in eam glo. & Angel. quem vide in l. si patroni. ff. ad Trebel. & Iaf. in l. quoniam nouella. colum. ij. C. de inofficio. testam. & allegat duo consilia Alex. pro hac opinione dicens quòd Alexan. in d. l. si patroni. videtur dissentire ab hac opin. sed quòd eam consulendo tenet, & verè dicit quòd Alexand. in d. l. aliter tenet in colum. iij. versic. & hæc opinio videtur vera. & dicit Alex. sequitur Iacob. de sancto Georg. in suo tracta. feud. in glo. & cum pacto quòd de ipso feudo possint ipsi vasalli inuestiti disponere. colum. antepen. versic. formo vobis pulchram quæstionem. tenendo tamen opin. Alex. in lectu. limita eam vt per ipsum tenet Alexan. & dictum Iacobum: est materia in quartam. ff. ad l. Falcid. vbi vide Picum repetentem. Nota etiam quòd in legitima consideratur tempus mortis, & secundum facultates quæ eo tempore reperiantur, debetur legitima. l. cum quæritur. C. de inofficio. testam. authent. nouissima. C. eod. titu. Et quando quis damnatur, & bona publicantur consideratur tempus mortis civilis, quæ hoc casu idem operatur quòd naturalis, & sic æquiparatur ipsi morti naturali secundum conclusionem Barto. in l. iij. C. de his qui veni. etat. imp. & in l. cum pater. §. hæreditatem. ff. de leg. ij. & in l. Statius. §. Cornelio felici. ff. de iure fisci. & per Doctores in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthulm. vbi Iaf. colum. ij. & Felin. in cap. licet vndique. col. j. de offic. deleg. & alibi sæpe, & quòd etiam hoc casu consideretur tempus damnationis, est text. in l. ff. de bon. dam. cum aliis in gl. ibi allegatis, quatenus volunt quòd facta damnatione portio referuatur filiis, sed tamen secundum decretum nostrum nõ ita est, quia licet bona ipso iure sint publica à die commissi criminis, vt in eo decreto, Tamen non dicitur persona damnata, nisi damnatur per sententiam, vt dixi supra tit. præcedenti. Cum dictum decretum tantum loquatur de bonis, & tunc quando ipso iure bona intelliguntur publica, referuatur legitima atque ita inspicitur illud tempus non autem tempus sententiæ, referuatur enim legitima quando ipso iure bona publicantur, & sic qualitas adiecta verbo intelligitur secundum tempus verbi. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxal. & ita Alex. in simili in l. lex Cornelia. col. j. ad fi. & seq. ff. de vulg. & pupil. licet igitur postea

augerentur facultates, nihilominus quo ad eas atten- deremus illud tempus. Item nota quòd legitima debetur sine dilatione. l. quoniam in prioribus. cum similibus. C. de inofficio. testa. atque ita debetur vna cum fructibus perceptis. l. Papinianus. §. vnde si quis. ff. de inofficio. testam. ibi, cum debetam portionem, & eius fructus habere possit, & in fin. ibi, cum facile possit, debetam portionem eiusque fructus colligere medio tempore, & ita latè per Corn. vol. iij. consil. cclxv. col. ij. & sicut percepti fructus restituuntur iis, quibus debetur legitima sic etiam percepti ab eis quibus debentur non imputantur in legitima, secundum Bald. & alios in l. simus. in §. repletionem. C. de inofficio. testa. vbi ad hoc vide Iaf. & latè in l. in quartam. per repetentes. ff. ad l. Falcid. ad quæ facit quòd filius debet habere legitimam suam, non solum in proprietate, sed etiam in usufructu per d. l. quoniam in prioribus. & ibi gloss. ad hoc super verbo, grauamen, & ita Iaf. in authent. nouissima. char. penult. col. ij. versic. concludit. C. de inofficio. testam. Alex. consil. lvij. in ij. vol. & per repetentes in §. Titia. col. lx. & seq. ff. de leg. ij. An legitima in crimine læsæ maiest. referuatur filiis, certum est non referuari in j. c. huius criminis, iuxta l. quis quis. C. ad legem Iul. maiest. sed dubium est in aliis capitibus, & videtur eam debere referuari, quia in eo crimine iura remanent intacta circa bonorum publicationem. authent. bona damnatorum. C. de bon. dam. & sic l. j. & l. fin. ff. de bo. dam. per quas filius aliqua referuatio fit de bonis patris damnati, & quæ generaliter loquuntur remanere videntur intacta. hanc quæstionem posui s. sub rub. de crim. læsæ maiest. circa fi. versic. dixi igitur, vbi conclusi quòd nõ referuatur in aliquo capite vbi etiam habes quid in alimentis, & quid in hoc dominio stantibus statutis, & decretis quæ videntur facere difficultatem, & quo ad filias non est dubitandum quin fisco ad eas dotandas teneatur etiam in feudo reuerso ad dominum, & secuta publicatione ex prodicione contra principem, vt per Afflic. quæ sit prima cau. benef. am. §. præterea si vasallus. in versic. glo. iij. nu. vij. vbi vide, & quæ dixi sub rub. de crim. læsæ maiest. vbi supra. Et aduerte quòd non tantum legitima est referuata filiis, imò vniuersum patrimonium quando damnatus reliquisset magnum numerum filiorum per text. notabilem in l. cum ratio. §. si plures. ff. de bon. dam. Redit enim hæc materia, vt dixi, bonorum publicandorum attentis ordinibus, & consuetudine locorum publicandi bona, ad ius antiquum, quo bona publicabantur, & ideo sicut ius antiquum recipiebat dicta interpretationem, ita etiam ordines nostri, maximè quia sunt exorbitantes, vnde d. §. si plures. qui videbatur factus inanis per authent. bona damnatorum, posset afferre magnam vtilitatem, est pulchra limitatio si posset sustineri, posset tamen inclinare saltem animam principis ad concedenda dicta bona filijs, alia circa legitimam, vide per Nell. in j. parte ij. tem. por. q. xxxij. & seq. An si fisco teneatur satisfacere creditoribus: dic de iure communi bonis publicatis fisco teneri per text. in l. si marito. in prin. ff. sol. mat. & ibi Alex. not. quòd ad illum adque transeunt bona, transit onus æris alieni. Quod non semper est verum, imò si legatur pars bonorum intelligitur deducto ære alieno, l. si quis seruum. §. fin. cum l. seq. ibi Bart. & alij. ff. de leg. ij. Vnde bona dicuntur à beato, eo quòd nos beatos faciant. l. bonorum. ff. de verborum sign. Tamen in fisco res est clara quòd tenetur eo, quia bona in eum peruenerunt ad onera hereditaria, licet etiam non sit hæres. d. l. si marito. & l. ij. C. ad l. Iul. de publi. Sic etiam si princeps concedit alicui bona alicuius,

alicuius, tenetur donatarius ad onera, casus est legis in l. princeps. ff. de verb. sign. & ubi omnino vide Bar. in genere ponentem, An incommoda & iura passiva sequantur eum in quem perueniunt bona, vel pars bonorum, & alibi per eum, & alios relatos per Alex. in di. 2a l. si marito. col. ij. versic. item nota, & non solum in fisco, imò in quemlibet alium in quem perueniunt omnia bona ex dispositione legis transeunt debita, & credita. Bart. in d. l. princeps. & in l. non intelligitur. §. cum ex causa. ff. de iure fisci. Non tamen fiscus est hæres proprie, sed habetur loco hæredis. d. §. cum ex causa. & ibi Bart. & d. l. ij. quod etiam ostendit Soc. conf. l. vj. col. v. in fi. & prin. seq. & Ias. in l. ex facto. §. Iulianus. in ij. notab. ff. de vulg. & pupil. Bald. j. vol. consil. cclxxxij. col. ij. & notabiliter Aret. in l. si quis mihi bona. in §. seruus municipum. col. iij. ff. de acq. hæred. & ibi col. fi. dicit quod licet non sit proprie hæres, tam est proprie successor, & vide omnino Io. de Plat. in l. ij. in prin. C. de bon. vacan. lib. x. ubi dicit quod non est hæres proprie, quia succedit potius bonis quæ personæ quando bona confiscantur. Non tamen quo ad omnia habetur loco hæredis. Bart. in linter eos. §. fin. ff. de fideiuss. & patet secundum eum in l. quoties. ad fin. ff. de nouat. ubi t obligatio passiva condicionalis non transit in fisco, & est communis opinio secundum Ias. in l. si quis arbitrato. in vlt. col. ff. de verb. oblig. sic etiã Soc. in d. l. si quis arbitrato, quamuis sit opinio quæ non conueniat sensui, quia hoc modo creditor sine facto suo deteriorem facit conditionem suam. Item fiscus hoc modo non vitur iure priuati contra ius nostrum. ff. de regul. iur. & l. fiscus. cum similibus. ff. de iure fisci. propter quas rationes multi tenent contrarium. Sed actiones actiue conditionales transeunt quidem in fisco, vt per dictos Moder. in d. l. si quis arbitrato, & Aret. consil. cx. in ij. dubio. distinguendo tamen in hoc vltimo quo ad obligationes actiue conditionales, An in vltima voluntate, an in contractibus, quia primo casu non transeunt in fisco sicut nec in extraneum hæredem, secundo casu secus per gloss. in l. nam ad ea. ff. de condi. & demonstra. & ita tenent Doct. & Alex. in d. l. si marito. col. j. & ij. & in l. ij. §. illud. ff. quod quisque iur. ubi omnino est videndum in hac materia, & Felin. in c. ad liberandum. col. j. de Iudicis: & in his locis aparet conclusio vera, quod t iura futura non veniunt in fisco. l. si tibi mandauero. §. in cuius. ff. mand. Bar. in d. l. ad fin. ff. de bon. damn. Alexan. in l. ex facto. §. Iulianus. col. ij. de vulg. & pupil. & in consil. xv. ad fin. volum. j. sed iura futura quæ habent originem à præterito actiua in fisco quidem transeunt, & quando fiscus vel tatione delicti, vel alterius successionis dicatur hæres verus, vide quæ dicam infra in titu. de bonis vacan. Vnde aliàs dubitabam, an si bona filij vasalli publicentur intelligatur etiã ius illud consequetidi feudum, ex forma inuestituræ, post mortem patris confiscatum, loquor ubi feudum veniat in confiscatione, quia regulariter non venit, vt per Doct. maxime Alexan. in l. si finita. §. si de vestigalibus. ff. de dam. in fact. & infra dicam in specie, & videtur ius illud confiscari posse, quia est condicionalis futurum actiuum, & probabile sicut dicimus in spe fideicommissi secundum Bart. in l. si potest. ff. de acq. hæred. col. ij. versic. sed si esset, quæ dicta Bart. ibi sequitur Alex. consil. lxxij. col. v. penult. in j. volum. est enim ius probabile per stipulationem factam à patre vel ascendente, sive concessionem principis, iuxta quod dicitur. ff. de verborum oblig. & ideo etiã requiritur consensus illius agnati cui est debita talis spes in

alienatione. cap. j. de aliena. feud. pater. & patet in illo articulo, An vasallus possit disponere de re feudali in præiudicium agnatorum, & illorum in quos debet transire ex dispositione inuestituræ, vel prouidentia legali iuxta cap. j. de success. feud. Sed dic quod ius fideicommissi non transit in fisco, licet sit probabile, quia venit ex vltima voluntate per d. gloss. in l. nam & ea. ff. de cond. & demonst. & conclusionem quæ per eam fit à Doctoribus, vt per Alexan. in d. l. si marito. ff. sol. matrim. & in l. ij. §. illud. ff. quod quisque iur. Item non transit in fisco, quia decedente fideicommissario ante conditionis euentum, ius non transmittitur in hæredem. l. hæres meus in princip. ff. de condi. & demonstra. & l. in causa. §. Pomponius. cum gloss. ff. de minor. Alexan. in l. fin. in fi. C. de lega. & in consilio xxxvj. col. ij. versic. confirmantur prædicta. volum. ij. gloss. ordinaria in l. hæres mei. §. cum ita. ff. ad Trebel. & loquitur Alexan. in d. consil. in omni spe substitutionis. Si igitur t non transit in hæredem, ergo nec in fisco, imò ex hoc solum quod non posset transire in extraneum hæredem, non poterit transire in fisco. gloss. & ibi Bart. & Bald. in l. j. C. de bon. liber. Alexan. consil. xxij. volum. j. & in d. l. si marito. & milies in l. si finita. §. si de vestigalibus. ff. de dam. in fact. sic etiã in iure ad eundem, hoc modo distinguitur, quod aut potest transire in extraneum hæredem, aut non, primo casu transit in fisco, secundo secus, vt per Alexan. Aretia. & Ias. in l. si quis mihi bona. §. si quis planè. ff. de acq. hæred. quicquid dicat Nell. in j. parte secundi temporis. quæst. xxx. & Dec. in d. §. illud. qui non vidit Doct. in d. §. si quis planè. & in dem Dec. consil. ccccxxxvij. Et ideo etiã ius deliberandi iuxta l. cum antiquioribus. C. de iure deliber. transit in fisco. Bald. in d. §. si quis planè. & per illum Parmen. in dicto tracta. de priuileg. fisci. char. 2. col. j. sic etiã filio ex hæredato cum causa, quærela non præparata non transit in extraneum. l. scimus. §. fin. C. de inoffic. testam. Igitur nec transit in fisco secundum dictos terminos, & quid de iure dicendi nullum. Bald. in dicta l. si qua pœna. ff. de his, qui sunt sui vel alien. iur. tenet non transire in fisco, sed loquitur ubi per mortem patris nondum erat radicatum in filio, sed si mortuo patre, filius præteritus moreretur esset alia consideratio habenda, & Bald. in d. l. si qua pœna. sequitur Fabian. in authen. nouissima. col. vij. de inoffic. testa. Aretin. in d. §. si quis planè. in vltimis verbis. Ias. in l. filius qui patri. col. ij. versic. se primò limita. ff. de liber. & posth. sed loquitur, vt dixi, ubi filius bannitur viuo patre, qui illum præterit; vide Bald. in l. filio præterito. in fi. ff. de iniulto rupto. & ibi Imol. in antepen. char. col. ij. qui in effectu considerant terminos prædictos, & sic volunt quod ubi filius præteritus est suus, etiã transmittatur ad fisco, quia transmittit ad quemlibet extraneum, iuxta l. apud hostes. C. de suis & legit. & l. vnicã. C. de his qui ante aper. tab. & ita Bal. in l. si à primo. ff. de liber. & posth. & ibi latè Ias. & quo ad bonorum possessionem contra tabulas est idem l. j. C. de bon. libert. & ita ibi Bal. & dicta duo remedia, videlicet ius dicendi nullum, & bonorum possessio contra tabulas procedunt à pari. l. j. in prin. & §. j. ff. de bon. poss. cõtra tab. Ias. in l. filius dotem. col. pen. C. de collat. est text. in l. ij. §. acquirere. ff. de bon. poss. Soci. consil. cclxxvj. col. ij. & an ius dicendi nullum transmittatur, vide Ias. in l. si rogatus. col. v. ff. de adopt. & in l. si à primo. in j. notab. ff. de liber. & posth. & in l. si quis posthumus. §. fin. ff. de liber. & posth. Picus. in l. emancipata. ad fin. ff. de liber. & posth. in quibus locis habes quod transmittitur, & quid in iure petendi supplementum legitimum, iuxta l. omnino. C. de inoff. testam. Dic esse videnda nota. in d. l. scimus. §. fin. C. de inoffic. testam. An ille text. procedat in hoc iure d. l. omnino. Et scias quod non expirat quinquennio hoc ius, sicut quærela, secundum cõmunem opinionem. in l. si quis filium. per Ias. col. ij. C. de inoffic. testa. Sed durat triginta annis, vt ibi, & fundameta de quibus in illo articulo etiã faciunt ad hanc quæstionem. Redeundo t ad fundamentum iuris succedendi ex substitutione quod non transit in fisco ubi moriatur substitutus antequam eueniat casus, per text. in l. ex facto. §. Iulianus. ff. de vulg. & pupil. & ibi Imol. & Alexan. & loquitur text. in substitutione pupillari, sed idem est in fideicommissaria ratione, de qua supra. Ex his apparet decisã quæstio nostra de iure feudali, & spe competente agnato, sive filio anrequam sit ei apertum ius. Nam regulariter loquendo, vt dixi, in prin. nec feudum radicatur post mortem vasalli transit, quia non potest transire in extraneos, vt concludunt communiter Doctores, vt per Alexan. in d. §. si de vestigalibus. & dicam infra loco suo, & ideo minus debet transire spes, & ius nondum apertum, sed t procedit dicta conclusio communis in feudo regulari, quod venit ex facto, & prouidentia concedentis, non in feudo hæreditario, quod acquiritur hæredi, quia sit hæres iuxta terminos Andreæ de Ifern. in c. jin prin. & in §. hoc quoque. de success. feud. & in cap. j. in tit. qui succed. ten. et per Alex. consil. x. ponderatis in iij. col. in iij. vol. et in consil. lv. per pœctis in v. col. eod. vol. et quando est hæreditariu quod veniat in confiscatione bonorum, dicit Curt. in consil. iij. post tract. feud. col. vij. post Roman. Imol. et Alex. in d. l. si finita. §. si de vestigalibus. ff. de damn. in fact. non tamen loquuntur Doctores simpliciter in feudo hæreditario quia esset error expressus, sed in feudo hæreditario quod potest transire etiã in extraneos hæredes, iuxta c. feudum. si de feud. fuer. controuer. inter domi. et agnatos. et in cap. primo de feud. non hab. prop. nat. feud. Nam t aliquando feudum etiã non potest transire, nisi in filios et descendentes. Si tamen sint hæredes, vt de se patet, et hoc casu non est simpliciter hæreditariu, nec potest transire in fisco, quia non posset transire in extraneos hæredes, per glo. in dicta l. prima. C. de bon. libert. et hos terminos habes plenè per Curt. in tract. suo feud. in prima parte char. 8. col. ij. et ij. et per Ias. in preclud. feud. Quare ad propositum si sumus in fallentia, quod feudum sit omnino hæreditariu, quia simpliciter quilibet extraneus sit capax, prout raro contingit, quæstio nostra videtur habere parum dubitationis, quia non venit in confiscationem bonorum, ex quo de illa re iudicatur, vt de qualibet alia re hæreditaria, vnde in bonis patris cum filius viuo patre nõ habeat spem probabilem, nec possit aliquid petere. l. prima. §. igitur. ff. de colla. bonor. Bart. in l. filius. la prima. ff. soluto matrimonio. Doct. in authent. nouissima. C. de inoffic. testam. Ideo ius illud quod non habet, non potest etiã transmitti in fisco. Nam ita demum in fisco transmittitur ius, quando est ius et probabile, vt per Alexan. in d. §. illud. et in d. l. si marito. Sed si est hæreditariu non simpliciter, quia in extraneos nõ possit transire, nec iste casus habet dubitationem, quia non transit per d. gloss. in l. j. C. de bon. libert. Quando verò est regulate feudum ex mera prouidentia cedentis, tunc sine dubio non transit, quia in extraneos transire non potest, vt per Doctores in dicto §. si de vestigalibus. Et ex hac quæstione intelligis infinitos terminos, quos aliàs non intellexisses, & qui ti-

bi poterunt centies succurrere An tamen quando feudum potest transire in extraneos absolute, eniat tunc in bonorum confiscatione, an solum compositas, vide quæ dicam infra in articulo principali. An t bona feudalia veniant in confiscatione bonorum. Et quia dixi, quod fiscus non est hæres proprie, potest etiã demonstrando hoc verum esse ex l. quoties. in fi. ff. de nouat. vltra ea quæ supra dixi, Adde aliam rationem, quod heres tenetur satisfacere passim omnibus creditoribus vbique, quia generaliter succedit vbique locorum in authen. de iureiuran. a mor. præst. in prin. Fiscus verò non, quia generaliter non succedit, vt per Bart. in l. cunctos populos. col. fin. C. de sum. Trini. & fidei catho. & dixi supra latè de dictis Bart. ibi, & ideo t disputatur si in vno loco publicatur bona, ex forma statutorum, ita quod alibi ita non publicantur, & condemnatus habeat creditores tam eo loco quim alibi. An ipse debitor teneatur ad solutionem debitorum, an ipse fiscus? de quo latè Imol. consil. xxxvii. col. vij. ix. & sequen. Adde t etiã aliam rationem ad demonstrandum fisco non esse proprie hæredem quia siue succedat alicui ex delicto, siue quia bona vacantia differantur ad eum, non obligatur vltra vires hæreditarias. rex. est in l. eius qui. §. fisci ubi aut si non videatur lucrosa. ff. de testam. & ibi per Doctores. Ias. latè. in l. si. col. j. C. de iure delib. & dicam infra in titu. de non. vacan. Adde t aliam rationem quod in fisco non transferatur instantia inchoata per delinquentem, sed perit, & fisco habet suos proprios iudices, ita est text. in l. si contante. §. fin. ff. solu. matrim. in hæredem autem transiret. l. si eum hominem. ff. de fidei. cum similibus, & vide latè Doctores in d. §. fin. de quo dicam infra in titulo. de fisco & priuilegiis eius. Adde t etiã aliam rationem, quod bona acquiruntur fisco ex publicatione alicuius delicti, sine aditione hæreditatis, quando publicatio fit ipso iure, vel per sententiam. ita Bartol. in d. §. an bona. in l. j. ff. de iure fisci. Cuman. consil. xxxj. circa fin. Sed tamen aditione secuta, ubi requiritur si bona nõ sunt soluendo, non queritur hæreditas, vt dixi. & per Bar. in d. §. an bona. Et an dominium per sententiam iudicis regulariter transferatur in omni materia, vide text. et ibi gloss. et Doct. in §. fin. instit. de offi. iudic. et Practi. Papien. in forma. libelli. actionis realis in versi. iure dominij. ad finè. Sed t an possessio in ipsum fisco transferatur, paribus terminis, credo non transferri per l. cum hæredes. in princip. ff. de acq. hæred. ubi licet hæres adita hæreditate dominium acquirat, non tamen acquirat possessionem, et ideo licet sapissimè, dominium transferatur sine traditione, Tamen possessio non transferatur. gloss. in lege. cum duobus. §. idem respondit. ff. pro socio. et per Alex. in lege si mora. columna ij. ff. solu. matrim. et ibi allegat gloss. in l. commissã. ff. de public. dicentem, quod licet ipso iure dominium transeat in fisco, tamen non transit possessio sine apprehensione, et ita Laudem. in tit. de fisco. co. versi. lxxij. et ad propositu valde etiã facit alia gloss. quæ allegat Alex. in l. si. C. de sacrosan. eccles. et etiã dicit Alex. ubi supra, quod hæc regula, vt licet dominium transferatur, et c. Fallit tamè in casu. l. raptores. secundum Bar. ibi, C. de sacrosanct. eccles. et vltra Alex. ad hæc vide Ias. in d. l. si. col. ante pen. in fin. et prin. seq. C. de sacrosan. eccles. Sed per decretu nostrum est sublatã hæc difficultas, quia nõ tantum disponit. vt ipso iure sint publicata bona, sed etiã vt sint apprehensa ipso iure, licet aliter verè et actu nõ fuerint apprehensa vel per ignorantia, vel negligentiã, vel impotentiam officialiũ, vel aliter, quæ possessio, quia facta legis, siue decreti

supplementum legitimum, iuxta l. omnino. C. de inoff. testam. Dic esse videnda nota. in d. l. scimus. §. fin. C. de inoffic. testam. An ille text. procedat in hoc iure d. l. omnino. Et scias quod non expirat quinquennio hoc ius, sicut quærela, secundum cõmunem opinionem. in l. si quis filium. per Ias. col. ij. C. de inoffic. testa. Sed durat triginta annis, vt ibi, & fundameta de quibus in illo articulo etiã faciunt ad hanc quæstionem. Redeundo t ad fundamentum iuris succedendi ex substitutione quod non transit in fisco ubi moriatur substitutus antequam eueniat casus, per text. in l. ex facto. §. Iulianus. ff. de vulg. & pupil. & ibi Imol. & Alexan. & loquitur text. in substitutione pupillari, sed idem est in fideicommissaria ratione, de qua supra. Ex his apparet decisã quæstio nostra de iure feudali, & spe competente agnato, sive filio anrequam sit ei apertum ius. Nam regulariter loquendo, vt dixi, in prin. nec feudum radicatur post mortem vasalli transit, quia non potest transire in extraneos, vt concludunt communiter Doctores, vt per Alexan. in d. §. si de vestigalibus. & dicam infra loco suo, & ideo minus debet transire spes, & ius nondum apertum, sed t procedit dicta conclusio communis in feudo regulari, quod venit ex facto, & prouidentia concedentis, non in feudo hæreditario, quod acquiritur hæredi, quia sit hæres iuxta terminos Andreæ de Ifern. in c. jin prin. & in §. hoc quoque. de success. feud. & in cap. j. in tit. qui succed. ten. et per Alex. consil. x. ponderatis in iij. col. in iij. vol. et in consil. lv. per pœctis in v. col. eod. vol. et quando est hæreditariu quod veniat in confiscatione bonorum, dicit Curt. in consil. iij. post tract. feud. col. vij. post Roman. Imol. et Alex. in d. l. si finita. §. si de vestigalibus. ff. de damn. in fact. non tamen loquuntur Doctores simpliciter in feudo hæreditario quia esset error expressus, sed in feudo hæreditario quod potest transire etiã in extraneos hæredes, iuxta c. feudum. si de feud. fuer. controuer. inter domi. et agnatos. et in cap. primo de feud. non hab. prop. nat. feud. Nam t aliquando feudum etiã non potest transire, nisi in filios et descendentes. Si tamen sint hæredes, vt de se patet, et hoc casu non est simpliciter hæreditariu, nec potest transire in fisco, quia non posset transire in extraneos hæredes, per glo. in dicta l. prima. C. de bon. libert. et hos terminos habes plenè per Curt. in tract. suo feud. in prima parte char. 8. col. ij. et ij. et per Ias. in preclud. feud. Quare ad propositum si sumus in fallentia, quod feudum sit omnino hæreditariu, quia simpliciter quilibet extraneus sit capax, prout raro contingit, quæstio nostra videtur habere parum dubitationis, quia non venit in confiscationem bonorum, ex quo de illa re iudicatur, vt de qualibet alia re hæreditaria, vnde in bonis patris cum filius viuo patre nõ habeat spem probabilem, nec possit aliquid petere. l. prima. §. igitur. ff. de colla. bonor. Bart. in l. filius. la prima. ff. soluto matrimonio. Doct. in authent. nouissima. C. de inoffic. testam. Ideo ius illud quod non habet, non potest etiã transmitti in fisco. Nam ita demum in fisco transmittitur ius, quando est ius et probabile, vt per Alexan. in d. §. illud. et in d. l. si marito. Sed si est hæreditariu non simpliciter, quia in extraneos nõ possit transire, nec iste casus habet dubitationem, quia non transit per d. gloss. in l. j. C. de bon. libert. Quando verò est regulate feudum ex mera prouidentia cedentis, tunc sine dubio non transit, quia in extraneos transire non potest, vt per Doctores in dicto §. si de vestigalibus. Et ex hac quæstione intelligis infinitos terminos, quos aliàs non intellexisses, & qui ti-

supplemen

decreti acquiritur, dicitur civilissima, vt per Ias. in l. j. in princ. ff. de acquiren. possess. col. xv. & in l. si is qui pro emptore. ff. de vfuca. per quod decretum disponens, vt possessio ipso iure acquisita sit, etiam tollitur alia difficultas, an decretum nostrum, vt possessio defuncti continetur in heredem habeat locum in fisco. Successiue prosequendo materiam bonorum, 27 quæ non transeunt in fisco, † quæro, Pater habet filium, qui eo viuo bannitur, postea decedit pater, an bona patris acquirantur fisco, vel cui. & idem potest quæri in aliis bannitis, adhuc non delata hereditate fratris, vel alterius consanguinei, & breuiter dic non acquirit, quia sunt bona, quæ obueniunt post publicationem, quæ non acquiruntur fisco, vt dixi supra, & per Ias. vbi vide in l. si stipulatus fuero. §. cum stipulamur. col. iij. ff. de verb. oblig. & est decisio Bart. in specie. in l. si qua pœna. ff. de his qui sunt sui, vel alien. iur. Alex. consil. lxxv. in prin. Paul. de Cast. consil. xxij. & Bald. consil. xxij. in ij. & ibi habes, quod curiam sit ad fisco res non habet dubium, & latè Curt. consil. lxx. dux Philippus. maxime in x. colum. versu. venio ad secundum. & per A. et in d. gloss. & eius bona publicamus. colum. iij. & ibi in apertillis, & si sit condemnatus vt rebellis, iuxta l. qui quis. C. ad legem Iuliam maiestatis, ipse etiam non succedit, quia incapax, vt ibi, & per Bald. vbi supra, ad quod vide omnino Anchar. consil. cclxxvij. versu. præterea aduertendum est, si verò sit condemnatus ex alio crimine, tunc an ipse succedat di. iungitur iuxta milites allegata in l. j. C. de hered. instit. Est v. rum quod vbi sit capax, tamen fisco quam quilibet priuatus potest auferre, iuxta dictum Bartoli in d. l. j. in fi. Curt. vbi supra, Ias. & Alexand. in d. l. j. Vides igitur quod officialis qui filium familiam condemnat viuente patre, non bene agit causam fisci, quia hoc modo portionis sibi postea obuenientis, vel paternæ vel alterius, remanet fisco priuatus. 28 Cautio † igitur est, vt differatur dicta condemnatio post mortem patris, vel alterius, & hoc modo ipso condemnato bona transibunt in fisco adita hereditate, & non adita ius succedendi transibit, vt dixi supra in v. r. vide aliàs dubitabam. post Bal. & Doct. in l. si quis bona. §. si quis planè. ff. de acquiren. hered. & Nell. in prima parte secundi temporis. quæst. xxx. Sed tamen datur remedium per D. Nell. vbi supra, in fi. Quod † banniendus ante publicationem renuntiet iuri adeundi cum consensu illius ad quem eo repudiante, deuoluitur, de quo fisco conueni non potest. l. qui autè. in princ. ff. de his quæ in fraud. credito. ita dicit Nell. Adde quod iuri adeundi potest renuntiare toto tit. C. de repud. hered. & ex hoc etiam apparet facultatem adeundi nō dici ius quærendum, sed quæsitum, quia si esset ius quærendum non posset illi renuntiare. l. si ita scriptum. §. si sub conditione. ff. de legat. ij. Et ex hoc sequi videtur quod captio Nell. non sit bona, quia fundata est super hoc quod in iure quærendo non possit allegari fraus creditorum, nec fisci. Nam si est ius quæsitum, potest allegari. Sed dic quod imò text. in d. l. qui autem. loquitur in terminis in hereditate nondum adita, quæ potest repudiari absque eo quod possit allegari fraus creditorum vel fisci, vbi aliàs posset allegari, & est textus notabilis. Sunt enim diuersa luctum non quærere, & damnum pati, ita colligitur in illo text. & per Alex. consil. cxcij. col. ij. versu. quini mō. volum. ij. & non amplius. in princ. ff. de legat. j. & in l. Proculus. ff. de dam. infect. & l. in l. quomimus. ff. de fluminib. char. j. col. vltim. & per Barbat. in l. cum acuti simi. colum. clvj. & sequen. de fideicom. & in l. j. §. stipu. anni. ff. de verbor.

obligat. colum. iij. Paul. de Cast. consil. xj. colum. j. in fi. & sequen. Bart. at. in j. volum. consil. xl. col. vj. Felin. in c. quæ in ec. lesiarum. de constitutio. col. xix. Panor. consil. xxij. col. j. Alex. in l. præses. C. de tranfact. & Anchar. quæ omnino vide, consil. 100. col. pen. vbi distinguit, et consil. cxx. col. pen. & in Soc. consil. cxcvij. col. j. Corn. j. vol. consil. xxij. col. pen. in fi. & seq. Hoc tamē pendet ab intellectu liberto octuaginta. ff. de bon. libert. de quo ponit Alex. consil. cxcij. vol. iij. & Bart. & ibi latè Ias. in l. si mihi & tibi. in princ. ff. de legat. j. & idem Ias. in §. si quis in fraudem. in sit. de actio. char. 30. colum. ij. & Cardin. consil. lxxxix. Roman. consil. cxxxij. & Federic. consil. ix. & D. Anton. consil. viij. Sed tamen vltimus indagando in specie, vide text. qui videtur factus ad hoc, in l. in fraudem. in princ. ff. de iure fisci. qui dicit, quod etiam in quærendis fraus sit fisco, sed tamen contrarium videtur velle alius text. qui videtur conuenire cum regula l. qui autem. in l. cum quidam. ff. de iure fisci. Conclude secundum Bart. in d. l. in fraudem. quod in debitore fisci procedit d. l. in fraudem. vt si iam est debitor, in fraudem non debeat non lucrari, & ideo in d. l. cum quidam aliud est, quia loquitur in reo forte accusato, non ad huc condemnato, & sic qui adhuc non potest dici debitor, ideo potest non acquirere, & scias quod prædictam cautionem pro fisco in differenda condemnatione sepe numero habebat in ore vir ille tam excelsi ingenij tempestate nostra, Hieronymus Moronus, qui ex intellectu sibi à natura dato, magis sciebat leges, & earum mentem sine studio, quam alius iureconsultus licet doctissimus bene studendo. Sed contrariū etiam † cautelam alia est via, vt pater antequam moriatur exheredet filium cum causa, iuxta authent. non licet. C. de liber. præteri. & causa legitima esset si venisset contra patriam, vel fortè etiam si occidisset hominē, quia sunt causæ etiā maiores illis quatuordecim, de quibus in d. authent. non licet & in authent. v. cū de appella. cognosc. Et aduerte, quia nos Mediolani habemus decretū ducis Ludouici impugnans exheredationes filiorū quas faciunt patres casu quo contingat filios delictum committere, ex quo veniat publicatio bonorum, sed dictū decretū loquitur, vt vides, quando delictum est committendum, vt tollatur occasio delinquendi. Ego autem vbi iam commississet, & hæc consideratio habita fuit in iudicando à magistratu his diebus proximè præteritis in quadam causa nobilium de Brippio ciuium Mediolanensium. Et licet aliqui velint, vt decretum tantummodo habeat locum, si id pater facit in fraudem, vt quia de proximo esset committendum delictum, tamen hoc mihi non videtur rationale, nec dici debet factum in fraudem à patre, si filius paruo interiecto spatio delictum committat: quia fateor quod qui iam deliquit, vel cogitat delinquere, non potest liberè disponere de rebus suis, & ita loquitur lex post contractum, & materia. ff. de donatio. Sed pater qui non deliquit, nec cogitauit delinquere, & qui habet liberam in rebus suis facultatem disponendi l. sed & si lege. §. consuluit ff. de pet. heredit. non vique adeo. ff. si à paren. quis fuer. manum. sibi, quia iniquum est ingenius hominibus non esse liberam rerum suarum alienationem, & per Ias. in §. item si quis in fraudem. in prima col. & princ. seq. in sit. de action. & in l. si arrogator. in ij. notab. ff. de adoptio. (quare de iure loquendo) non debet posse disponere de rebus suis exheredando cū causa app. obata à lege absque eo quod possit ei imputari quod fecerit in fraudem: vnde videmus quod etiam pater qui non cogitauit delinquere: potest prohibere

prohibere ne bona transeant in fisco. l. Imperator. ff. de fideicommiss. libert. Alex. consil. xij. in primo volumi. & sic est differentia an disponens sit ille qui deliquit, vel cogitauit delinquere, & tunc fraus est habenda in consideratione: An verò disponens habuerit rationem delicti quod per filios suos committit 31 posset, & tunc secus. Vnde † etiam si dono tibi bona vbi contingat illa publicari non valet in effectu. Bartol. in d. l. post contractum. col. iij. versu. sextus & vltimus. & hoc quia videor cogitasse velle committere aliquod delictum. & hoc est quod voluit dicere Bart. ibi, dum allegat l. vlt. cum ibi not. ff. de stipulat. feruor. quia gl. ibi dicit, quod ille filius familias, qui stipularus est casu quo esset sui iuris, præsumitur dolose fecisse. Idem probat text. in l. summa. etiam allegatus per Bart. in dicto versu. & ibi vide Paul. de Cast. Sed si tibi donare hac lege, vt si contingeret quod esses bannitus, & tua bona publicarentur, donatio nihil valet, imò bona ad me reuertentur, vel in alium trāsirent, valeret donatio, quia in disponere est mera facultas disponendi etiam vsque ad mortem nec inhabilitas donatarii superueniens repugnare potest voluntati, & facultati disponentis. & hæc sunt vera, si bene consideres. atque ita vides decisum casum quando iam esset commissum delictum, vt decretum non habeat locum, quod loquitur in delicto committendo, minusque eo casu ius commune ob fraudem infringit dispositionem. Item vides decisum alium casum, quando delictum de proximo committitur per filium, vt etiam iure communi dispositio sustineatur & longè magis quando post multum tempus committeretur, est verum quod in his duobus vltimis casibus decretum obstat, licet, vt dixi, aliqui velint vt tamen loquatur, vbi potest conici fraus, & malè vt demonstretur. Et ponè exemplum in his duobus vltimis casibus, quando pater exheredaret filium sub conditione, si committatur tale delictum. Est verū † quod aliquando audiui contra hanc exheredationem moueri duas difficultates. Prima est, quod exheredatio est sub conditione contra l. iij. §. purè. ff. de lib. & posthum. Secunda, quod hereditas non potest dari vsque ad diem certum vel incertum. §. hæres. In sit. de hæred. instit. & l. hereditas. de hæred. instit. Sed facilis est responsio, quia loquitur quando in testamento est institutus filius, & si contingat eum committere delictum, tunc hereditas ad fratrem perueniat, vel alium & sic cessat fundamentum præteritionis, super quo est fundatus. §. purè. vt ibi per Bartolum & Doctores in dicto §. purè. & item cessat fundamentum. §. hæres. & l. hereditas, quia post illud tempus alius est substitutus, & non decedit pro parte testatus, & pro parte intestatus, vt in dictis iuribus & in l. miles ita in princ. cum ibi not. ff. de testamen. milit. Quare potius est dicendum quod sumus in materia l. vnica. C. de his, quæ pœn. nomi. quam in materia exheredationis, quia exheredatio fit absque eo quod quis sit hæres aliquo tempore, & ita loquitur d. §. purè. & §. aliud quoque capitulum, vt cum de appella. cognosc. & materia exheredationis. Sed in casu nostro primò pater instituit simpliciter, postea dicit si contingat quod filius meus institutus committat delictum, vel cogitet ex quo veniat publicatio bonorum, substituo alium, vel in alium transferatur, & sic in pœnam hæredis vult vt perueniat in alium, quæ est materia propriè d. l. & hoc casu non definit filius ipso iure esse hæres, quia fieri nō potest, vt qui semel fuit hæres, desinat esse hæres. l. & si sine. §. sed quod Papinianus. ff. de minoribus. gloss. in l. in substitutio. Aegid. Bossius.

ne. ff. de vulg. & pupilla. sed definit esse in effectu, quia tenebitur iure fideicommissi restituere hereditatem secundo. ita declarat Bartol. in l. pater familias testamento. ff. de hæredib. instit. vbi vide Doctores. & Bartol. & Doctores in l. uxorem. §. hæres. ff. de legat. ij. & Ias. in d. l. vnica. C. de his, quæ pœnæ nomine. in versu. secundus in odus. Cū igitur sit fideicommissum & sic grauamen. l. cohæredi. §. cum filia. ff. de vulg. & pupilla. legitima confiscatur: quod non fieret, si esset vera exheredatio, prout esset si delictum iam commissum fuisset tempore testamenti patris, & ob eam causam pater eum exheredasset: Nam tunc cessat, quod qui semel est hæres. &c. et tunc alius est hæres directè et à seipso, et si vis scire in casu præmissis quādo hereditas post tempus in alium transferatur, an iure fideicommissi, an directè transferatur, et quæ sit utilitas, vide Socin. omnino consil. xij. colum. ij. versu. verum. et colum. sequen. incipit, sequendo ordinem. Et an † incapax possit institui si efficiatur capax, vide text. in l. in tempus. ff. de hæredibus instit. et ibi per Doctores. Firmian. in verbo, bannitus succedit in ij. §. Aretinus consilio cclxij. columna vj. et Aretin. in §. hæres. colum. prima. instit. de hæredibus instit. et vide Doctores in l. si quis hæres instituitur. ff. de hæredibus instit. et Bart. in l. j. §. si filius. de legat. ij. Alex. in l. apud Iulianum. §. fin. colum. ij. ff. de legat. j. et in his locis habes. An bannitus possit institui si eximatur è banno, vel spurius si legitimetur, et quia pendet à regula d. l. in tempus, vide latè Felin. in c. cū dilectus. de accusat. et vide etiam regulam l. quod ab initio. ff. de regul. iur. et ibi Dec. et breuiter Bald. in l. eam quam. C. de fideicommiss. char. 4. versu. quæro nunquid in eo quod relinquitur spurio, tenet non valere, quod relictum sit spurio vbi capax efficiatur. Sed Bartol. contrarium tenet in l. j. §. si filius. ff. de legat. ij. ibi, fallit in l. in tempus. et ita quod valeat et legatum et institutio vult Bald. Angel. et Imol. in l. si quis instituitur hæres in princ. ff. de hæredibus instit. et Angel. in d. l. in tempus. Alex. in d. l. apud Iulianum. §. fin. col. ij. ff. de legat. j. et licet sit materia barcarda d. l. in tempus. Tamen hæc est opinio magis communis in hoc articulo, vt dicit Dec. in consil. cxcvj. col. v. et latè Alex. in l. Gallus. §. instituens. colum. j. ff. de liberis et posthum. vbi est locus ordinarius, et ibi vide. Est etiam † alia via per quam quilibet potest impedire, ne bona sua vilo modo et tempore possint in fisco transire, prohibendo expressè alienationem bonorum suorum cum causa tamen, quia aliter prohibitio nihil valeret. l. filius familias. §. diui. ff. de leg. j. vnde quotidie videmus exhiberi testamenta in quibus testatores prohibuerunt bona sua alienari, vt cōseruentur in agnatione et familia Nam talis prohibitio impedit ne dicta bona in fisco transeant. Imperator. ff. de fideicommiss. libert. et ibi Bartol. not. et latè Alexand. consil. xxij. in primo volumine. Ias. in l. fin. §. sed nostra col. j. in primo notabili. C. communia de lega. opin. ij. in d. §. diui. col. ij. et ibi vult aliud esse si factum ponatur ei in persona testatoris, quia iam commississet delictum quando fecit prohibitionem ibi vide, quod vltimum dicit text. ibi, et hæc etiam faciunt ad ea quæ supra dixi, est materia Bartol. in l. post contractum. col. ij. versu. vltimus casus. ff. de donatio. dum facit differentiam, An, per disponentem esset commissum vel committendum delictum, an per successores. sed ad tria aduertendum est, circa hanc prohibitionem. In primis quod si non esset expressè prohibitio, sed simplex fideicommissum, alienatio interim via delicti in fisco valeret, sicut etiam

etiā valerit interim via contractus. l. si. §. in autem. C. commu. deleg. Alex. in d. consi. & Iaf. vbi s. sed eueniē te postea conditione fiscus tenetur restituere fideicommissario hereditatem. Ita quod non verificatur conditio fideicommissi per mortem ciuilem, scilicet per bannum, sed per mortem naturalem. Casus est in l. statui. §. Cornelio. ff. de iure fisci & in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebel. Ad quorum intellectum vide etiam Bald. primo volumi. consil. cclxxx. & consilio 34 cclxxxiii. col. ij. Et mors ciuili s. an equiparatur naturali vidistis nō equiparari in casu de quo modo dixi, & idem potest dari in donatione causa mortis, vbi donans banniretur, quā donatio morte valida redditur sicut legatum, vt per Alex. & Iaf. in l. non omnis. ff. si cert. pet. & idem in donatione inter virū & vxorem, quā morte confirmatur. l. ij. & multis seq. C. de donat. inter vir. & vxor. & l. ij. C. de dote. cau. nō numer. Et conclusio est, quod quando militat eadem ratio in ciuili, sicut in naturali, equiparantur aliās non. Fel. in c. licet vndique. col. j. versic. gloss. magna. & col. seq. de offi. delega. quā conclusio procedit etiā in materia correctoria & odiosa, vt ibi per eundem, ex qua conclusione statim dicitur euenire conditio, si decedat sine liberis, per ingressum religionis penitus incapacis, vt in specie. Alex. in consi. xiiij. in ij. vol. Soc. consil. xcij. in primis col. & ita tene in hoc vltimo, quicquid dicat Fel. in d. licet col. ij. qui certē in hoc errat, & dicit contra communem. Infero etiam ex dicta conclusione, quod in dāto in metallum etiam verificatur supradicta conclusio cum prorsus sit extinctus, vt per Alex. in l. ex facto. §. ex facto. ff. ad Trebel. & ibi etiam idem dicit de eo qui ingreditur religionem mendicantium, vt in exemplo de quo supra, donationis causa mortis, an morte ciuili confirmetur, vide l. si aliquis. ff. de dona. cau. mort. vbi dicit quod non solum non confirmatur, imō infirmatur, & ita non equiparatur mors ciuili naturali, & consequenter fiscus in nihil petere potest: ad idem l. cum hic status. §. si maritus vxori. in ff. de don. inter vir. & vxor. vbi condemnatione reuocatur, & ita Bart. in d. l. post contractum. col. iij. versicu. & prædicta vera. Ang. in l. res vxoris. C. de dona. inter vir. & vxor. & alibi sæpe in glo. & Doctoribus. Non t̄ ita est in donatione inter virum & vxorē. nam hæc remanet in pendenti, & maritus licet deportatus habet ius reuocandi, & expectatur naturalis mors quo tempore si perseverauerit valet in effectu, aliter non, & est postea fisci. l. res quæ legata. C. de dona. inter vir. & vxor. in fi. vbi distinguit notabiliter, quæ tamen lex recipit limitationem quando sumus in casibus in quibus propter immanitatem criminis memoria hominis potest damnari, de quibus per gloss. in §. per contrarium. instir. de hæred. quæ ab intest. defe. quia secuta damnatione istis casibus reuocatur. d. §. si maritus vxori. Bart. in d. l. post contractum. col. iij. Ang. vbi supra, & per Imo. in d. l. post contractum. latē, vbi etiam ponit quid in donatione facta à patre filio in potestate, loquor vbi donatio coniugalis est inter viuos, sed si est causa mortis, an confirmetur morte ciuili, & an ipse possit contra defendere bona, vide legem sed si mors. ff. de dona. inter vir. & vxor. vbi dicit quod confirmatur deportatione, subdens, Ita tamen vt non admittatur licentia viro eam reuocandi, quia & mors eius est expectanda, sed corruptus est textus & verbum illud admittatur, vult dicere adimatur, sic sensus est, quod vir non obstante condemnatione habet ius reuocandi vsque ad mortem naturalem, et se-

quitur Bald. notabiliter in lege penulti. columna viii. versiculo quarto quidam timens. de execu. rei iudi. Iaf. in lege si stipulatus fuerim. §. cum stipulamur. col. iij. ff. de verb. oblig. & loquitur ille text. secuta traditione, vt per Iaf. vbi supra: quod nota vt scias euadere illam legem & sic est cōformis donationi coniugali inter viuos, in qua etiam text. in dicta lege res vxoris. vult vt duret donatio, & vir retineat ius confirmandi, & ita communiter Doctores in d. l. post contractum. Sed duplex est confirmatio, vna quæ operatur translationem domini reuocabilem, Alia quæ eā operatur absque facultate reuocandi, ita text. in dicta lege sed si mors. vt ibi Bald. ponderat, et vide circa prædicta omnino Salic. in d. l. si posthac. col. iij. & iij. C. de bon. proscript. & Opiz. in lege filius familias §. diui. in prima columna & seq. ff. de lega. j. videtur mirum, quod ius reuocandi donationem causa mortis non transeat in fiscum, in quem transeunt omnia iura etiam conditionalia. vt per Iaf. in l. si quis arbitrato. col. fin. ff. de verb. obliga. Sed dic quod non transit in hæredem ius reuocandi, & p̄nitendi. lege cum hic status. §. ait ratio. & §. p̄nitentiā. ff. de dona. inter vir. & vxor. Sic donatio propter ingratum animum non reuocatur per hæredes donatoris. l. j. in fi. C. de reuoc. dona. per Curt. in tract. feud. char. §. 2. columna j. ij. & seq. Similiter ius reuocandi abstentionem nō transit in hæredes Alex. in l. qui se patris. C. vnde libe. columna xvj. & ibi Iaf. & in lege quia poterat. ff. ad Trebel. Hæc pendet à reguli quod priuilegium per sonale non transit ad hæredes lege prima vbi Doct. ff. de manda. princip. Deci. in regul. in omnibus casibus id observatur. ff. de reg. iur. ergo nec in fiscum. vt per Alex. in dicta lege si marito. & consilio xxij. volumine primo est gloss. in lege prima C. de bon. lib. item non transit in fiscum illud ius reuocandi, imō remanet in deportato & bannito, quia post iterum donare, & contrahere, quia contractus est inuolgentiū lege si tibi mandauero. §. is cuius. ff. manda. ergo poterit etiam reuocare. Iaf. in suhten. si qua mulier. columna vij. circa med. C. de sacrosan. eccles. in illo artic. An si quis ante ingressum monasterij testetur, postea ingrediatur & profiteatur, an possit reuocare testamentum, & videbatur posse, per dictam legem sed si mors & ita Bart. et communiter Doct. in dicta lege res vxoris. Tamen Mediolanenses decidunt contrarium, vt ibi per Iaf. qui respondet ad d. l. sed si mors, tenendo contrarium, est tamen friuola solutio, quia fateor quod deinde post confiscationem et condemnationem condemnatus potest contrahere, sed tamē in ipsa confiscatione venit omne ius competens ipsi confiscato, etiam quod sit de iure gentium, vt est dominium, igitur sibi amplius non debet competere, vides igitur in prædictis legib. loquendo de donatione causa mortis, et donatione coniugali, quod mors ciuili et naturalis non equiparantur, quia non est eadem ratio vtraque morte quo ad effectum de quo agitur. et per dicta l. sed si mors etiam infertur, quod si donator in casu l. si vnquam. C. de reuocan. dum moriatur ciuilitate, postea habeat filium, reuocatur donatio eodem modo, et consequenter ipse bannitus acquirat donationem, non fiscus per d. leg. si res vxoris. in fi. et dictam l. sed si mors et per regulam d. §. is, cuius. Tamen ratio Iaf. supra adducta facit, quod imō non reuocetur: quia dicta reuocatio non descendit ab homine, sicut aliæ reuocationes, de quibus supra: ex qua ratione admittitur in eo bannito reuocatio: sed descendit à lege, ex d. lege si vnquam. et sic est dispositio ciuili. Non mirum si sibi bannito non competit,

competit. qui est priuatus omni iure ciuili, vt not. in d. l. ex facto. §. ex facto. per Alexand. col. si, post Bar. & 38 alibi sæpe. Veritas videtur, quod hæc donatio, quæ est inter viuos, & quæ ideo re ipsa valet statim, nisi esset facta in fraudem. d. l. post contractum. cum ibi notat. non transeat in fiscum facta condemnatione donatoris, & hoc non habet difficultatem, quia non est in bonis condemnati, sed suscepto filio post condemnationem etiam concepto, adhuc dicta donatio videtur remanere valida: quia donator nouus homo est hoc casu, & sic non videtur verum, quod superueniret donatori filius, suscepto vero filio ante condemnationem, vel saltem concepto ante condemnationem, & postea nato, reuocatur donatio, quia non est hoc casu nouus homo: & verum est, quod donatori superuenit filius, iuxta d. l. si vnquam & sic fiscus habet ius in istis bonis. Iste est text. in dicta l. ex facto. §. ex facto. & res non habet difficultatem, quando ante condemnationem natus erat: quia tunc iam erat reuocata, & sic in fiscum transiit: sed si tantum erat in vtero donatoris adhuc existente in bonis donatoris, non videtur quod transiit in fiscum, in quem tantum transeunt bona confiscata, & hæc sunt bona donatoris: tamen spes erat probabilis. Item existens in vtero quo ad reuocationem habetur pro nato: quia licet tractetur de acquirendo fisco, tamen etiam acquiritur ipsi posthumo, cum certa portio referretur filiis etiam condemnato patre, & aliquando tota. l. j. cum ibi not. ff. de bo. dam. & lege si. C. de bon. dam. & Bart. not. in d. §. ex facto. in versic. oppono, qui est in vtero, quæ ratio non videtur procedere primo casu, 39 t̄ quando etiam sunt concepti post condemnationem: quia tunc nulla portio debetur filio. d. l. j. ff. de bon. dam. A contrario sensu & maxime procedit hæc opinio: quia l. si vnquam. est fundata super præsumpta voluntate donantis, qui non cogitauit habere filios fauore ipsorum, quos non intendebat priuare, vbi haberet. Ita dicta l. si vnquam Bart. in l. Titia. la secunda. §. Imperator. ff. de leg. ij. Et ideo cum etiam tractetur de fauore eorum in casu reuocationis, vt vides. Non mirum si posthumus habetur pro nato, & rescindit donationem: & ideo dicitur esse donatio in bonis donatoris statim, adeo quod possit vindicari Bart. in §. Imperator. versic. querit. glan. ista, & saltem remanebit in pendenti dominium, quod sic transiit in fiscum, per not. in d. l. si marito, in princ. Tamen aduerte, quia licet sint nati & concepti post condemnationem: nihilominus si condemnatio est bannum, quod quotidie nos facimus de dictis filiis. debet haberi ratio dictorum filiorum: & in casu d. §. ex facto. faciunt deficere conditionem fideicommissi, quia non equiparantur deportatis, ex quo amittunt tantum ea, quæ sunt suæ ciuitatis banniti, non ea, quæ sunt iuris communis. Bart. not. in d. §. ex facto. in vit. q. vbi vide, & sequitur Alex. ibi in vltimo not. & latius col. pe. Sic euado tex. in d. §. ex facto. quia verum est, quod superuenit filius, & sumus in casu l. si vnquam. quod rescinditur. & beneficium erit fisci, quia transiit in fiscum, ex iure conditionali resultantem ex tacita dispositione donantis, qui donauit, si non superuenirent filij, quod ius transiit in fiscum, facta condemnatione per notata in dicta lege si marito. & vbi supra, & per Alex. in lege iij. §. illud quoque. ff. quod quisque iur. Laudē in titulo de crim. læsæ maiestatis not. xxxv. Alex. consi. xv. ad fi. & consilio. xxij. col. ij. volumine j. Et si dicis, Hoc ius transiit in fiscum: quia dispositio legis si vnquam. procedit ex tacita dispositione donatoris ad beneficium filiorum: & hic non

Aegid. Bossius.

tractetur de aliquo fauore filiorum quia si sunt nati & concepti post condemnationem, nihil habent. dicta lege prima. A contrario sensu respōdet, vt ibi respondet notabiliter Bart. in dicta lege prima columna si in penul. quæstion. in verbo, quid de filiis quæ sitis post publicationem, quod imō filij etiam concepti post condemnationem hodie sunt legitimi, non obstante deportatione, & sic debent habere partem suam in bonis patris damnati, iuxta distinctionem dictæ leg. j. cum ibi notatis. Et consequenter cum etiam militet fauor filiorum, reuocatur donatio ad fauorem filiorum & fisci. & quia secundum decreta nostra filiis reseruatur legitima. Idem dico, quod donatio est fisci, vnde omni casu, & quando natus est filius ante condemnationem, & quando ante tantummodo conceptus, & quando post natus & conceptus est, fisci est donatio, & vides responsum ad d. §. ex facto. saltem loquendo in bannitis, secundum id, quod dixi supra tenere Bar. ibi, & Alex. & opinionem Bart. in d. q. si. An bannitus equiparetur deportato, tenet Bald. etiam in ij. volu. consilio lxx. columna fin. & est communis, secundum Ang. de Aret. in §. cum autem. instir. quibus mod. ius patriæ potest. fol. & per Doctores in lege prima. C. de hæred. instir. Nec ingreditis materiam dictæ legis sed si mors & leg. si res vxoris an sibi bannito competat illud ius, quia est acquisitio ciuili. Quæ ratio tamen non valet, cum, vt dixi etiam sit capax eorum, quæ veniunt iure ciuili et communi. Sed melior ratio est quod ineptum est ingredi materiam reg. leg. si tibi mandauero. §. is, cuius. ff. mand. cum non sit acquisitum ex causa postea proueniente, sed quæ præteritum respicit, & erat ius formatum saltem sub conditione, quod transiit in fiscum: & intelligo, quod dum casus contigisset, ita fuit iudicatum à magistratu assistente pro fisco domino Philippo Vicecomite Iureconsulto docto et practico multum in rebus fisci, videlicet, quod fiscus in casu quæst. nostræ dict. legis si vnquam. habebat ius in dictis bonis donatis, & hæc opinio etiam non caret auctoritate: quia expressè Bar. eam tenet in dicta lege si. columna si. in quæst. quid de filiis quæ sitis. vbi allegat dictam l. si vnquam etiam quando filij nascuntur post condemnationem, & etiam concipiuntur, & vult, quod tales filij habeant partem suam in rebus damnati, et loquitur in terminis dict. legis si vnquam. Nō obstat dictæ decisioni dicta lex sed si mors, et lex si res vxoris. vbi illud ius reuocandi non transit in fiscum, imō remanet in deportato. Nam illud accidit, quia ius ipsum reuocandi et p̄nitendi est datum donatori, ita quod etiam nō transit in hæredem vt d. dixi, et ideo non transit in aliam personam, nec in fiscum. Item ibi sequita erat traditio, in casu nostro secus, quod non placet, quia imō in casu dictæ legis si vnquam. præsupponitur quod esset secuta. In cæteris. 40 t̄ an et quando mors ciuili operetur eisdem effectus, quos naturalis, vide Socin. post Imol. et alios in lege Gallus. §. et quid si tantum. ff. de libe. et posthu. vbi materia principalis. Præpos. in capitulo secundo in ij. notab. de maior. et obed. et in capitulo licet in ij. not. de offi. dele. Fel. in capitulo qualiter. el secundo. §. ad corrigendos. columna si. de accusa. Corn. j. volumine consilio cclix. columna secunda in fi. et columna quarta circa fin. et seq. vbi etiam ponit quid in statutis. Alex. in ij. volu. consilio cxxvij. columna j. et ij. circa fin. et sequentibus. et in l. si decesserit. col. ij. ff. qui facit. cogan. et an dicatur mors naturalis, si quis interficiatur, vide Bald. iij. vol. consi. viij. et ibi dicitur mortuus Dei iudicio interfectus, vt etiam per Fel. in

G 2 c. fin.

c. si de homic. Bal. in c. j. in col. ij. quib. mod. feu. amitti. & in titu. de pace Const. §. hoc quod nos. col. iij. Et qualiter quis probetur mortuus, dixi §. in materia delicti, & vide etiam plenè Corf. j. volum. consi. x. & vide de prædictis Alb. in dictionario suo in verbo, mors omnia, in verbo, mortuus. Non omitto tamen quod si quis banniretur tanquam rebellis, in primo capite rebellionis diceretur mortuus mundo quo ad omnes effectus l. quisquis. C. ad le. lul. ma. Bal. consil. xxiiij. vol. ij. secundum impressionem antiquam: & ita secuto tali banno post hanc mortem] civilem statim filij ad petendum admitterentur, quod possent petere post mortem naturalem: & ideo domino Vicecomite sic facto rebelle, rectè eius filia petierunt æquari in dote, iuxta statutum, quod ascendens non possit deteriores facere stirpes, quin post mortem eius sint æquales: & licet tali casu filia præiuentur dote, tamen hoc procedit in dote constituenda, non constituta, vt in dicta l. quisquis. gloss. & Doctores. Sed redeundo ad rem, videlicet ad ea, quæ dicebam, animaduertenda esse in quæstione, an & quando per prohibitionem alienandi impediatur bona in fisco transire, de qua supra, vers. est etiam alia via. Secundo aduertè, quod quando alienatio est prohibita fauore ipsius prohibiti, tunc non videtur prohibita: & sic quocumque casu bona videntur transire in fisco Ita Bar. in l. si quis in tantam. col. antepe. ver. quarto an dominus. C. vnde vi. quæ dicta Bar. sequitur Socin. consil. cclxj. col. xv. Areti. consi. xiiij. Opiz. in d. §. diui. col. iij. in versic. ex prædictis. Igitur quando fit prohibitio à patre vsque ad certam ætatem filij, intra illud tempus non valet alienatio, nec etiam ratione legitimæ, quia prohibitio est facta fauore prohibiti. Ita las. in l. filiusfamilias. §. diui. col. si. in ff. de leg. j. Pic. in l. in quartam. col. xlvij. ff. ad leg. Falc. Opiz. in d. §. diui. Et fuit varietas in hoc inter Paul. de Cast. qui est huius opinionis, & Aret. qui contrarium tenet consi. xix. Tamen communis est cum Paulo, vt non valeat alienatio etiam quo ad legitimam. Quare si quis delinqueret, & sequeretur bonorum confiscatio, quo casu dicitur alienare. d. l. Imperator. etiam legitima non veniet in confiscatione. Tamen doctrina Bar. videtur vel le contrarium in d. l. si quis in tantam. quod quando prohibitio est tantum facta fauore prohibiti delinquendo amittitur talis fauor, & transit etiam legitima, & omne aliud. Quam decisionem etiam sequitur Alex. in d. con. xxij. col. iij. ver. quarto. Sed dic quod Bart. loquitur in minore, qui est prohibitus alienare de iure communi fauore ipsius tantum: & ideo delinquendo amittit talem fauorem. Sed aliud est in alio prohibito à testatore, etiam fauore minoris ætatis: quia Bartolusmet vult vt nihil valeat talis prohibitio, quando tantum concernit fauorem merum minoris, ita Bar. in d. §. diui. colum. ij. vers. oppono extra glo. C. de vsuc. pro empt. & ante & post. & in l. Titio. in prin. ff. de condit. & demonst. & licet etiam in hoc essent opiniones, vt infra dicam, tamen Bar. in d. §. si quis in tantam. aliter noluit loqui. quàm in minore prohibito à lege ob merum fauorè eius: quia si vellet loqui in casu, quem nunc disputamus, diceret contrarium eius quod ipse tenet in d. §. diui. & in d. l. si Titio. Nam sentit ipse, quod prohibitio etiam in minore, vt supra nihil valet, nisi adsit fauor alterius. Et ideo hoc casu Bart. vult in d. l. si quis in tantam. quod in muliere, cuius bona sunt confiscata, non confiscatur dos, quia tractatur de fauore alterius. Sic etiam in casu nostro, quando est facta prohibitio fauore minoris ætatis, ita vt valeat, secundum eum, vult non

transire in fisco. Et sic vides, quod Bart. in d. l. si quis in tantam. super quo fit principale fundamentum ad fauorem fisci, vult contrarium, coniungendo quæ ibi dicit cum dictis eiusdem alibi. & idem quod Bar. in d. l. si quis in tantam. dicit Bart. in l. si finita. §. si de veftigalibus. ff. de dam. infect. co. si. qui etiam ita loquitur, & licet communis opinio sit vt valeat fauore minoris ætatis, vel quia sit minus industrius, vt tenet Imol. in d. §. diui. & Paul. consi. cxxxj. in j. & in consi. lxxvij. in eodem & Areti. consi. xix. in ij. dub. ad fi. & Doctores in §. si Titio. magis communiter. & las. in d. §. diui. colum. quarta. ver. capio gloss. non tamen valet, nisi sit persona, in quam res peruenire debeat, si fiat contrauentio. Itm Paulus de Castro in dicto consilio septuagesimo septimo. visis & consideratis. colum. secunda. vers. nec obstat. l. j. de his, quæ pœ. no. Sic igitur, vbi tantum adest fauor ætatis, absque alio fauore, vel absque alia ratione alterius personæ, in quam, &c. Sentio cum Bar. in d. l. si quis in tantam. quod in fisco omnia perueniunt, quia non valet prohibitio, sed vbi adest vel illa persona, in quam & c. vel alius fauor, tunc secus: quia valet etiam in præiudicium fisci. Et licet Doct. vbi supra, velint quod etiam legitima prohibita sit, quando fauore etatis prohibetur, tamen loquuntur, vbi principaliter fit in fauorem prohibiti, addito tamen aliquo alio fauore, & hoc modo declarando, consideratio, & fundamentum Bar. in d. l. si quis in tantam. & in d. §. si de veftigalibus col. si. bene procedit, quia etiam non negatur quando valet prohibitio in minore solo fauore minoris, quod bona publicarentur, & delinquendo perderetur talis fauor. Sed dicimus, quod nisi testator etiam considerasset aliquomodo, saltem secundariò fauorem alterius, non valet talis prohibitio, & ita fuit iudicatum in magistratu, & habes, quæ quando occurrit talis casus, semper ante oculos, an testator considerauerit fauorem alterius, quia tunc semper erit verum, quod potius Bar. vbi supra, vult bona non posse confiscari, quod sine dubio procedit à legitima §. Verum respectu legitimæ aliter videtur dicendum cum deducatur de ea omne grauiam. nisi sit appositum fauore prohibiti, tamè etiam valet, quando principaliter fit fauore filij prohibiti, & ita Paul. de Ca. in consi. §. allegato. super quo fit fundamentum legitimæ, quod sequuntur magis communiter Doct. vt per las. in d. §. diui. Pic. & Opiz. vbi §. & ita fuit iudicatum etiam in eademmet causa. Aduerte ad id, quod dixi prohibitionem alienandi impedire ne res transeat in fisco: quia hoc videtur in terminis illius quæstionis, quæ quotidie contingit, non esse verum. Nam quotidie videmus, quod bona sunt prohibita alienari extra familiam: & sic prohibitio est respectu certi generis, & hoc casu videtur dicendum fisco debere succedere. quia legitimus successor non prohibetur, licet sit extraneus. Ita Bart. in lege peto. §. fratre. ff. de legatis secundo & in lege si ita quis. §. ea lege. ff. de ver. oblig. ergo nec fisco. Et hoc fundamentum aliquando sine alia autoritate fecit me dubitare, & non videbam rationem practicæ, secundum quam quotidie fisco repellitur, & semper allegatur consilium Alex. vigesimūtertium in primo volumine & text. & ibi Bart. in lege Imperator. ff. de fideicom. lib. Tamè resoluendo chartas inueni Imo. ita tenentem in lege si finita. §. si de veftigalibus. colum. prima ff. de dam. infe. in quæstione de emphyteusi priuati, quæ licet non possit transire in potentiozem, & sic in certum genus personarum tamen transit in fisco, qui est legitimus successor

successor. Alexan. vtrò ibi col. xix. tenet contrarium, quia est alienatio voluntaria. & Bart. in d. §. fratre. loquitur de alienatione necessaria per mortem, vt per eum. Verior tamen videtur opinio Imola, vt patet in emphyteusi ecclesiæ, quæ est prohibita alienari in potentiozem, vel ecclesiæ, & sic modo quo supra: & tamen ingrediendo monasterium, illud succedit, quia iure legitimo. ita Bar. in d. §. ea lege. circa si. & illa opinio est verior, vt ibi per las. reprobatam ratione Alex. & ita etiam Alex. in apostillis ad Bart. in auth. ingressi. C. de sac. sanct. eccles. ex istis sum perplexus. Tamen in contrarium est consilium Alexan. allegatum, quod loquitur in prohibitionem respectu certi generis personarum: & illud sequuntur magis communiter Doctores Sed in puncto iuris alia opinio posset optimè sustineri. Est tamen casus sine dubitatione, quando non tantum estiam adestent alia verba facientia fideicommissum simpliciter, puta, quia volo bona permanere in familia, vel alia verba fideicommissum simplex indentia. Nam tunc non solum si contrauentur, habet locum fideicommissum, sed etiam in casu legitimæ successione, quia solum illi degradatione succedat. Alex. in l. qui Roma. §. cohæredes. ff. de ver. obli. Dec. consi. xxij. Soc. consil. cxxvij. & consil. cclxvij. col. x. vers. postremo est ampla materia. & omnino videtur Socin. in d. §. cohæredes. vbi melius, quàm alibi, in hoc ultimo articulo. Alia etiam via est, quæ deportati & similes fisco decipiunt. Cum enim acquirere possint post publicationem, secundum Bar. in l. j. col. si. ff. de bo. dam. & supra latè dixi, & tamen hæredem habere non possint. l. j. C. de bo. proscript. Ad hoc vt fisco bona eorum non habeat post mortem, poterunt ea alienare ante obitum via contractus. Ita Bald. in l. eius qui. §. si cui. ff. de testa. Sed vide ibi Aret. in j. no. dicentem, quod non haberet effectum, vbi posset conici frus, puta, quia tempore contractus grauius ægrotaret, vt ibi per eum. Addo etiam viam, quod bona donentur amico ante delictum, vel vendatur sumo latè, vt in l. post contractum. ff. de donat. & ibi plenè de hac materia. Et scias quod ante delictum, valent contractus, & alienationes, quia etiam post illud valent, loquor de iure communi, & regulariter, quia alia sunt delicta, quibus commissis interdicitur administratio, vel ipso iure publicata sunt bona. Hæc conclusio probatur in d. l. post contractum à fortiori tamen si in fauorem sunt futura: pœna, metu, in effectu non valent, & reuocantur, vt per Bar. ibi col. j. & communiter scrib. Non est tamen sine dubio hæc conclusio, vt quando ante delictum facta est alienatio, reuocetur si in fraudem: quia iura loquuntur in reo, & sic post delictum, & tunc habet administrationem reus regulariter. lausfertur. §. in reatu. ff. de iure fisci. Tamen si conicietur fraus, reuocatur, & ita d. l. post contractum, cum similibus. Nos, versò loquimur ante delictum, & tunc videtur iniquum, quod donatio reuocetur, vel alius contractus, cum nemo debeat decipi autoritate publicâ. l. vnica. C. de his qui veniam ætat. imp. Tamen communis opinio est hæc vt per Moder. ibidem, scilicet Pic. char. i. col. vltima & sequens. Sed aduerte ad aliqua, & primò quod cum habeamus decretum, vtrà die delicti commissi intelligantur ipso iure publicata bona, alienationes post facta reuocantur: Bar. in dicta lege post contractum, & annullantur secundum dictum decretum de quo in specie aliqua dicam infra, tangendo multa de virtute illorum verborum, quod a die commissi criminis. & c. & spero, quod non multis abhinc, diebus

bus faciam reformari dictum decretum. Secundo aduerte, quod circa donationes nos Mediolani habemus decretum in specie, vt non valeant, quando delictum infra biennium sequitur, & seruatur. Tertio aduerte, quod licet istæ alienationes de iure valeant, tamen vbi coniciatur fraus, annullatur in effectu. l. in fraudem. in principio. ff. de iure fisci. & l. si aliquis. ff. de donat. causa mort. & Bart. in dicta lege post contractum, col. j. & ex lex causis ibi explicatis per Bart. coniciatur hæc fraus, de quibus etiam per Deci. consil. cccxxxvij. colum. prima & ij. Prima est coniectura, quando donauit, vel vendidit omnia bona, quia præsumitur fraus, etiam si ex interuallo sequatur delictum. ita tamen quod adsit tempore alienationis causa ex qua delictum postea secutum fuit, ita notabiliter Bartol. colum. secunda & opinio Bart. communiter tenetur, vt ibi per Picum, charta 2. colum. secunda versiculo quarta, & charta sequen. colum. prima versiculo quinta, debet tamen fisco restituere precium emptori, quando reuocatur, licet aliud sit in creditore. hæc est communis vt etiam ibi per Picum charta 3. colum. secunda versiculo tertio. Sed tamè potest oriri alia præsumptio in contrarium, vt licet sit omnium bonorum alienatio, tamen non sit facta in fraudem, vt quando alienans non occultaret pretium, imò illud daret mutuo, & pretium esset honestum. Ita Imol. & Roman. ibi, & Pic. charta 3. colum. tertia versiculo limita. Item quando fieret pro causa necessaria, vt pro dotandis filiabus vel similibus, vt ibidem in versiculo secundo limita. Secunda est coniectura, quando donat coniunctæ personæ, & licet Imola et Romanus eam mordeant, tamen tenetur in practica, nec ipsi audent etiam à Bart. recedere, vt ibi per Picum, qui ita dicit, sequitur Bald. in l. si quis post hac. C. de bonis proscriptorum, & Marti. in tractatu de princip. in titulo de fisco, conclusione cclxiiij. loquuntur tamen in coniuncta persona cui imperari poterat, quod tamen non probatur in text. per eos allegato in lege data. C. de donation. nisi voluerint loqui de tam coniunctis, vt verisimile sit quod ab eis omnia pro arbitrio obtineantur vt probat textus in dicta lege ibi, inter necessarias coniunctissimæque personas, et ibi, cum igitur, nec liberos quidem. Ita Bart. rentes. et eundem text. etiam allegat Bar. quem etiam Vital. in tractatu clausula charta 6. in titulo de fraude colum. vltima in fine sequen. et Roman. consilio cccclxxvij. hæc mater. Tamen Cumán, consilio cly. colum. secunda non existimat hanc præsumptionem sanguinis per se sufficere, sed illam adducit ad coadiuandas alias, et verè ita videtur dicendum, et probatur in lege si gener. ff. de his quibus vt in dig. cum gloss. vbi habes, quod maritus non poterat relinquere vxori, quia non erat capax, sed in futuro, hæc de locero. propter hoc non inducitur suspicio facti fideicommissi, et tamen aderat proximitas valde magna, et causa: Hanc opinionem etiam sequitur Alexan. in dicta lege post contractum. post Imol. et Roman. qui contradicendo, et animi sententiam expresse non explicando, satis videntur tenere contra Bart. Dec. Roman. alterius opinionis est in dicto consilio cccclxxvij. Et, ad hæc, facit lex. si quis post hac, in principio et in §. si quis etiam. C. de de bonis proscripti, vbi donatio facta ante delictum vxori, et filio emancipio valet, nisi dicas quod non suberat causa, sicut dicit Bartol. in dicta lege post contractum, in dicta secunda præsumpti. Et hanc opinionem vt hæc præsumptio non sufficiat, tenet Decius in dicto consilio. cccxxxvij. colum. secunda Articulus

est planus, in quo etiam vide Paul. consil. lxx. Ang. cō-
 si. xlvij. col. j. Bart. consil. cccij. colum. j. Bald. j. volu. cō
 si. lxx. colum. ij. Est tamen magnum verbum Pici, qui
 dicit, quod tenetur in practica dictum Bar. Fuit enim
 Picius vir solemnis, & praeceptor meus. Et quales cau-
 sa & coniectura debeant esse in casu dicta. Ad hoc
 ut praesumatur tacitum fideicommissum, & sic appli-
 cetur fisco, iuxta l. non intelligitur. §. tacite. & §. seq. &
 in princ. & alibi in d. l. habes per Sali. in l. etiam colu-
 na penult. & vlt. C. ad leg. Falc. & vnum modum ponit
 Bart. in dicta l. si gener quando postea restitueret
 sequitur Roman. in d. consil. cccclxxvij. & Bart. in le-
 ge prima in princ. ff. de iure fisci. & per Ias. in l. ex fa-
 cto §. Iulianus. ff. de vulg. & pupil. qui text. est pulch.
 in hac materia, & dicam infra in titu. de caus. quibus
 47 ob indignat. bona acquirunt. fisco. vbi vide. Et quod
 dictum est de donatione, dicitur etiam de venditio-
 ne alicuius rei facta coniuncta personae: sed tamen
 requiritur, ut emptor sit particeps fraudis, quae fraus
 in dubio praesumitur in coniunctis, & amicis. Ita Bart.
 in dicta lege post contractum. columna secunda & i-
 bi Pic. verfi. vlt. dum Bar. vnde vides, quod hac con-
 iunctio sanguinis nocet, & operatur, ut actus infringatur,
 qui alias non infingeretur: Aliquando opera-
 tur contrarium, ut actus, qui alias esset suspectus va-
 leat, & tollatur suspicio, & ideo extant statuta, quod
 non valeant contractus mulierum sine consensu suo-
 rum consanguineorum, vel maritorum, ut per Ias.
 in l. pactum quod dotali. colum. vltima. C. de collat.
 & alibi saepe, & ibi plenè habes de dictis statutis. Sed
 ratio diuersitatis est, quia in materia nostra tractatur
 de fauore sanguinis & personae coniunctae sed in di-
 ctis statutis, & materia eorum tractatur de fauore ter-
 tiae personae: & ita Bal. in dicta lege si quis posthac.
 C. de bon. proscript. vide tamen limitationem, quam
 ponit Ang. in dicta lege si quis posthac. columna ter-
 tia quando donatur ex quadam necessitate, ut ex cau-
 sa dotis, vel pro redemptione personae, & de aliis ef-
 fectibus, quos operatur sanguis vide per Fel. in cap.
 cum quidam. columna penultima & vlt. de iureiur.
 48 Tertia coniectura fraudis. Si post donationem, vel
 venditionem, donator vel venditor perseuerat in pos-
 sessione, quia talis donatio siue venditio, etiam ante
 delictum facta censetur simulata. non dico facta in
 fraudem, prout in aliis duabus praesumptionibus Bar.
 in dicta lege post contractum columna secunda & iij.
 Et est magna differentia, an sit simulata venditio, vel
 facta in fraudem: quia simulata nulla est, sed facta
 in fraudem valida: & requiruntur actiones, quae
 eam reuocent, vide Bar. si i. vlt. quae differentiam
 est alia: quia si alienans absolueretur, posset ipsemet
 venire contra factum proprium, & allegare simula-
 tionem: secus si veller dicere de fraude. Bar. ibidem
 columna tertia ver. sed in venditor, & solus fisco, vel
 alius, in cuius fraudem facta est alienatio, illam potest
 reuocare. Bar. ibidem, cum quo ceteri transeunt. Ad
 quorum declarationem vide Ang. Aret. in l. tit. de excē.
 in princ. in 7. char. col. 283. Alex. consil. lvij. col. ij. verfi.
 secundò presuppono, volumine v. Alex. in lege transac-
 tione columna secunda vbi Ias. C. de transact. & in
 ij. volumine consilio ij. columna prima & tertia A-
 ret. consil. lxxvij. columna tertia in prin. Capol.
 in tract. de simulatis contractibus. columna tertia in
 fi. & columna lv. per Bened. d. consil. cxliij. col. ij. Cor.
 j. volu. consil. xxxv. col. iij. circa fi. per Ias. post Bar. in
 lege iurandum, quod ex conuentione, columna

pen. ff. de iureiur. & vt terminos intelligas, vide Bar.
 in consilio Petrus Nicola. lxx. & Dec. in l. imaginaria
 ff. de reg. iur. Et quia in hac materia saepe contingit di-
 49 sputari apud procuratores fisci petentibus, & mulieribus
 dotes in bonis virorum suorum publicatis, An
 sint simulatae continentes in effectu donationem, &
 factae in fraudem legis prohibentes donationem inter
 virum & vxorem, ex quo non apparet de vera nume-
 ratione, sed sola confessione, nisi adsit insinuatio vel
 iuramentum: Ideo vide in hoc Soci. in l. j. ff. sol. matr.
 Campeg. in tract. de dote. q. l. ij. Bald. Nouel. in x. par-
 te, verfi. constante matrimonio. per Ias. in §. fuerat. in-
 stru. de ad. & Fel. in capitulo si cautio. de fide instru.
 & quicquid sit de iure in ciuitate Mediolani seruatur
 quod valent tales dotes, & quarum confessione solum
 apparet: Contingit etiam multò magis disputa-
 ri, quid in augmentis dotium. Ideo vide Bald. Nouel.
 in d. tract. char. 70. ver. octauum priuilegium. Cam-
 peg. vbi supra q. vj. l. xliij. & q. lxxv. Dec. consil. xcvj. &
 per Soc. consilio lxx. ver. decimo probatur. Et conclusio
 videtur, quod requiritur vera traditio, & adhuc
 non praedicta futuris creditoribus, si adsit praesump-
 tio fraudis. In ciuitate tamen Mediolani idem serua-
 tur, quod dixi de dote per confessionem solum appa-
 rentem, licet augmenta haec sint magis suspecta, iux-
 ta not. per Aret. consilio lxxvi. maxime columna ter-
 tia & de iure loquendo in ipsa dote, non numerata,
 sed confessa. Magis communis videtur illa, ut non va-
 leat talis dos, tanquam sit donatio, nisi adsit insinua-
 tio vel iuramentum. Et intelligitur haec coniectura
 tertia, quando venditor remansit in possessione, vbi
 tempore venditionis militasset causa inimicitiarum,
 sicut dicit Bar. in aliis praesumptionibus, & ita clarè
 Bart. in versiculo quartus casus. ibi, & semper intelli-
 ge. Nam dictio, semper significat idem quod omnia
 fu. Alber. in dictionario suo in verbo, semper, at Rom.
 consil. ccccvij. & ita voluit Bart. loqui circa omnes pre-
 sumptiones, quicquid dixerit. dubitatiue tamen Picius
 in dicta lege in ver. quartò limita. vbi ait, quod ne-
 mo alius aduertit ad hanc difficultatem. Sed cum bo-
 na venia, nemo dubitat quomodo enim vis ut ex sola
 retentione possessionis praesumatur simulatio, etiam
 secuta ex intervallo confiscatione si tunc non milita-
 bar aliqua causa, ex qua deberet timere, confiscatio-
 nem? Cum etiam de iure emptori sit succursum, ad
 consequendam possessionem contra venditorem in-
 fra triginta annos, ut per Aret. in l. tit. de excep. in
 principio in 7. char. columna secunda & ita Alex. in
 dicto consilio lvij. & Aret. in consilio lxx. columna
 quarta & consilio clx. in tertio dubio. et ita tenetur in
 practica, Bar. tamen in dicta lege post contractum li-
 mitat praedictam conclusionem, Quando venditor
 retinuit sibi vsum fructum, quia praesumitur retinuisse
 possessionem, Nec possumus dicere, quod em-
 ptor iactet suum, ex quo tantum emit proprietatem,
 ut per Bar. ibi, & Pic. quem omnino vide, quia decla-
 rat hoc procedere, quando tantum, interuenit pre-
 tium proprietatis: secus si vtriusque quia tunc em-
 ptor iactaret suum, ut per eum, et Bart. sequitur.
 Corna. consil. cxxxv. columna: quarta ad fi. volumi-
 ne primo Item limitat. idem Bar. quando apparet
 alia coniectura in contrarium magis, quare non tra-
 hita fuis-
 set possessio, ut quia incontinenti emptor, fuisset mor-
 tuus, vel se absentem fecisset: relicto haerede mino-
 re. Et etiam dicit Bar. quod constitutum, et facta tra-
 ditio nò tollit praesumptionem fraudis, ut per eu. Circa
 quae omnia vide, si vis plenè instrui. Bar. consil. iij. in xi.
 coll. in ij. vo. et col. xxvij. col. in j. vol. Panor. in col. 190.

in

in fin. vbi limitat dicta Bar. Ang. consil. clx. circa
 medi. Capol. in d. tract. simulatio. Bar. in l. Cellus
 in pen. col. ff. de vlt. cap. Alex. consilio cxxij. in prin.
 50 in ij. vol. Rom. consil. cccij. Imol. consil. lv. Et de
 probanda simulatione contractus vide in l. pacta
 nouissima. C. de pact. Rom. consil. cccxvj. clarissi-
 me assessor. in j. col. vbi omnino vide Aret. consil.
 clx. l.oga est cōsultatio. col. vj. in fi. Paul. consil. cccxxxj.
 presuppositis his, de quibus supra Bal. consil. cccxxxj.
 an possessio longo tempore vol. v. vbi bene loquitur.
 Soci. consil. cclxiiij. visis instrumentis donationis. col.
 ij. vbi vide de intellectu §. superuacuum. vide Mi-
 lium in reper. in verbo, simulatio. vbi limitat d. §. &
 ibi vide omnino Roma. consil. v. vbo puncto. circa fi.
 Alexan. consil. xxvij. vol. v. in causa & lite. colum. iij.
 verfi. modò. & ibi vide: quia vult, ut si allegetur
 fictio in fraudem facta, non sufficiat constitutum: se-
 cus si allegetur simulatio. & omnino vide Paul. de
 Cast. ij. vol. consil. xxj. ad primun. & in his vltimis duo-
 bus locis ponitur etiam, quando statutum vult, ut si
 venditor steterit in possessione certo tempore post
 venditionem, praesumatur venditio simulata, an ha-
 beat locum in venditione conditionali, vel in diem:
 vide etiam Anch. consil. cclvij. & Bald. consil. lxx in j. &
 ibi habes quato tempore necessarium sit emptorem
 debere pati, & c. quòd quando est praesumptio frau-
 dis, quòd constitutum non operetur, vide Bart. in l.
 niemo potest. de legat. colum. iij. Alexan. in Lemptor
 contra. de aqua plu. arc. Roma. in d. consil. cclxvj. Soc.
 consil. lxx. colum. v. j. in fi. Bald. in Lemptio. circa fin.
 C. plus val. quod agitur. vbi etiam Sal. col. fin. Cuman.
 consil. clx. colum. ij. Fulg. consil. xlij. post med. Et vide
 etiam in hac materia Bened. in consil. cxliij. colum. ij.
 51 Quarta est coniectura, quando donatio fit clam, si
 tamen adsit causa: & idem in venditione, si tamen
 emptor fuerit fraudis particeps. Bart. in d. l. post con-
 tractum. Adde esse videndum Roman. consilio liij. in
 ij. colum. Bart. consil. xlvij. in xv. col. in j. vol. & consil.
 xlv. in vij. col. in j. vol. Quinta est coniectura, si in con-
 tinenti sequitur delictum, existente tamen causa, quae
 praesumit, ut per Bar. & Pic. vbi supra. Sed si clarè
 constaret de inopinata causa superueniente, post a-
 ctum, aliud esset ut per Bar. ibidem, ad quod vide Pic.
 qui multa allegat in hac materia, ut quando actus
 incontinenti sequitur, praesumitur factus contem-
 platione praecedentis, immedieate inimicitiae, vel paulò
 antecedentis. Actus enim, qui sequitur, nò multò post
 declarat praecedentem, l. si ventri. §. si ff. de pign. cred.
 l. sed Iulianus. §. sed si filius. ff. ad Maced. & c. officij. de
 elec. & Bart. in hac praesumptione sequitur Angel.
 consil. xlvij. quidam Franciscus. circa quam vide Do-
 ctiores in d. l. si posthac, maxime Salic. Ias. in §. item si
 quis in fraudem. colum. vij. & seq. in l. tit. de acti. & per
 Capol. in tract. simulatio. in xxvj. praesumpt. colum. ij.
 Communis est cum Bar. Sexta est praesumptio quan-
 do donat quis sub conditione, si contingat bona sua
 confiscari, circa quam vide quae supra dixi in verfi. &
 scias quòd praedictam cautelam pro fisco. & licet Sal.
 reprobaret alias praesumptiones, Bart. tamè tenet istam.
 Sed credo, quòd magis Barto. innitatur fundamento
 praesumptionis fraudis, ut dixi supra in d. verfi. &
 probant iura Bart. quam regula, quòd sponsa. C. de donat.
 ante nupt. quicquid dicant Bald. & Salic. in d. l. si quis
 posthac, quia dicta regu. habet multos nodos, ut per
 Fel. in cap. cum dilectus de accus. & Ias. in rubr. C.
 qui testis, fac. non pos. Tamen vide text. fortem, qui
 probat contrarium, dum dicit donationem in causa
 sili

deportationis valere in l. sed si mors. in princ. in verfi.
 & alias placet ff. de donat. inter vir. & vxor. cogita &
 vide Bald. ibi omnino. Et circa hanc praesumptionem
 non inconueniens esset loqui de secreto nostro, quòd
 pater non possit exheredare filium, vbi committat
 delictum, de quo dixi supra in d. verfi. Sunt & aliae
 quinque praesumptiones, ex quibus praesumitur fraus,
 vt per Pic. ibi, verfi. vt igitur. colum. ij. & sic sunt vn-
 decim & de dictis praesumptionibus art. vide Deci.
 consil. ccccccxxv. & melius per eundem Deci. vt supe-
 rius dixi, in consil. cccxxxvj. col. j. & ij. vbi omnino vi-
 de. Et praedicta procedunt in contractibus inter vi-
 uos: sed & in donationibus causa mortis, vel inter vi-
 rum & vxorem, quae sapit eandem naturam, si sunt fa-
 ctæ concurrentibus suspicionibus, de quibus supra,
 idem dicendum est: sed illis cessantibus, adhuc reuo-
 cantur, & non reuocantur secuto banno, sicut infra
 dicam: In his enim donationibus huius naturae leges
 rem aliter considerant. Nam donatio inter virum
 & vxorem secuta deportatione siue banno nō reuo-
 carur, imò potius confirmatur. l. res quae. C. de donat.
 inter vir. & vxor. qui text. loquitur in simplici dona-
 tione. Idem est in donatione inter virum & vxorem
 causa mortis. Casus est in l. sed et si mors. in prin. ff. de
 donat. per Ias. in l. si si ualens fuero. §. cum stipula-
 mur. colum. iij. ff. de verb. oblig. Atque ita tu, qui vis
 impedire confiscationem bonorum tuorum, dones
 vxori tuae, quia secuto banno, & bonorum confiscatio-
 ne, non tr. instr. ius reuocandi in fisco, imò donatio
 confirmatur vt vides: Sic in bonis concessis filio in
 potestate, quae pot. sunt ad liberum reuocari, quia non
 publicatur illi potentia, atque ita confiscatis bonis pa-
 tris, de eis nihil transit in fisco: sic in donatione fa-
 cta filio in potestate, vt habetur in l. si filius. C. de bon.
 proscript. Limitatur tamen hac conclusio, quando
 post mortem defuncti memoria damnaretur, quia
 tunc reuocatur. l. cum hic status. §. si maritus. ff. de do-
 inter vir. & vxor. Bart. in d. l. post contractum. col. iij.
 & in d. l. res quae. Rom. in d. l. post contractum. verfi.
 septimò adde. & Salic. in l. si qui posthac. col. iij. C. de
 bo. proscript. & s. dixi. Et ideo inferitur ad augmenta do-
 tium, quòd si sunt donationes, iuxta not. in l. si liber-
 rio. ff. de verb. oblig. & viri possunt condemnari, ac post
 mortem condemnantur, nihil valeat, & licet Barto. &
 Doctor. dicant vbi possit condemnari, tamen text. in
 d. §. si maritus. loquitur vbi moritur maritus, & con-
 demnatur, cogita. Inferim igitur vxor stare in pos-
 sessione. Secundo limitatur haec conclusio, vt dixi,
 quando adest aliqua suspicio fraudis: quia sicut alie
 reuocantur, ita ista, vt per Bart. in dicta l. post con-
 tractum. colum. iij. verfi. praedicta. & licet Bart. lo-
 quatur, vbi iam pra. esset delictum: tamen est idem in
 ytroque casu. Est verum, quòd maior ratio militat,
 quando post delictum sit donatio vxori: quia propter
 coniunctionem praesumitur fraus: & non solum mi-
 litabat causa, ex qua sequitur delictum, scilicet, inimi-
 citia, imò iam erat secutum delictum. Tamen, vt dixi,
 idem est, si ante fiat concurrente causa, & vna ex
 praesumptionibus, de quibus vidistis supra, & sic pas-
 sim reuocatur donatio post crimen facta vxori vel fi-
 lio in potestate, vbi alius fuisset valida. Imol. in dicta l.
 post contractum. & glo. in d. l. si quis posthac, quae vi-
 detur velle contrarium, loquitur in donatione valida,
 scilicet, facta propter nuptias, vel existente confirma-
 tione principis, vt per Pic. in dicta l. post contractum.
 verfi. vt igitur. columna decima quinta. in princip. In
 donatione verò causa mortis talis donatio secuto ban-
 no nunquam valebit, siue fiat ante crimen, siue post.
 siue

siue bona fide, siue non, si aliquis, ff. de donat. causa mortis. Bart. in d. l. post contractam. colum. iij. ver. & prædicta. & Sal. in dicta. l. si quis posthac. & vide circa d. l. res qua. C. de donat. inter vir. & vxor. & l. sed etiam mors. & l. cum hic status. §. si maritus. quæ latè supra dixi in articulo, An mors civilis æquiparetur naturali, in versiculo est etiam alia. Prosequendo materiam eorum, quæ veniunt, vel non veniunt in bonorum confiscatione, quæro ¶ an bonis vasalli publicatis bona feudalia comprehendantur in publicatione bonorum: In quo sciendum est, quod sunt multæ causæ, ex quibus vasallus priuatur feudo, vt in cap. primo quæ fuit pri. cau. benef. amit. v. que ad fin. & quando iniuria tangit dominum, applicatur domino, aliter transit in agnatos. §. denique. in eodem cap. non loquitur quando dominus habet iurisdictionem in vasallum, sed quando est priuandus ex causis, quibus feudo priuatur. hanc materiam explicat Curt. in tracta. feud. in quinta. parte princip. in j. ij. quæst. & aliis vsque ad fin. Sed si dominus, cui vasallus subiectus esset, contra eum ferret sententiam capitalè vnà cum confiscatione bonorum, ratione homicidij, vel alterius delicti, An hoc casu feudum publicetur, vel transferatur in agnatos, Conclusio est, quod priuatur feudo, & illud vadit ad agnatos, non autem applicatur fisco vt per Bart. & Alexand. in l. si finita. §. si de vctigalibus. ff. de dam. infect. char. j. colum. vltima & pluribus sequentibus. Quæ dicta prosequitur Iacobin. in tractatu feud. in gloss. dictique vasalli promiserunt non committere feloniam. colum. penult. & vlt. vnde si fiscus talia bona apprehendit, dicitur de facto occupare. Paul. de Cast. consilio. cliij. colum. ij. circa præsentem casum, & ita commoditas etiam non transit in fiscum, donec vivit vasallus quemadmodum multi voluerunt, nisi tamen in extraneum heredem feudum transire possit. Alexand. in d. §. si de vctigalibus in versiculo item adde hic, vbi refert Roma. & Imol. ita tenete, vt ibi latius per eum. Quæ dicta Alexand. sequitur Curt. Iunior in consil. iij. colum. vij. & viij. sentiens tamen, quod feudum perpetuo transeat in fiscum, quando est transitorium in extraneum heredem. Et conclusio principalis, quod feudum non veniat in confiscatione bonorum, etiam quo ad commoditatem, fuit Bart. in d. §. si de vctigalibus. & respondet ad l. status. §. Cornelio. ff. de iure fisci. cui inuenerunt tenentes contrarium: & bene facit, quod fructus feudi pertinent ad eum, ad quem pertinent prædicia. Bald. in cap. an agnatus vel filius, in fi. colum. & in l. xl. q. ff. de rerum diuisio. & opinionem Barto. tenet Aluar. in §. denique. conclusione xxxv. & conclus. xij. Alex. consil. xxij. colum. iij. volum. j. Deci. consilio cclij. colum. penult. & est communis, vt attestatur Alex. in d. §. si de vctigalibus. col. xij. vers. item addit hic. quam sequitur Dec. in d. consil. col. penult. & hoc etiam attestatur Rom. in d. §. si de vctigalibus. quod dicit multum esse tenendum menti. Aug. de Arim. in gloss. in verso. & eius bona publicamus. in j. charta. in versic. fin. & ita etiam attestatur Iacobin. de sancto Georgio. in d. glo. col. penult. & consilium Alex. xxij. allegatum est errore duplicatum in consilio lxxxvij. idem tenet Alex. consil. ciiij. videtur prima consideratione. colum. fin. volum. j. & consil. lxxxix. virum emphyteus. colum. j. ver. idem videmus in feudo. volu. iij. & sunt infiniti Doctores idem tenentes, sed non expedit eos referre, quia hæc est opinio communis, vt dixi, & ita seruat in magistratu, commoditas igitur etiam non transit in fiscum. Contrarium tamen tenet Afflic. in d. §. denique. col. j. & in cap. j. col. iij. si

vasal. feud. pri. Alber. de Rofate in iij. parte statutorum quæst. xv. item quæro si vasallus. Bald. in c. j. in §. si. in fi. per quos fiat inuest. Bald. in l. j. in v. col. vers. quarto queritur. ff. de rer. diuis. Sed communis est in contrarium in d. §. si de vctigalibus. & seruatur. Fallit ¶ quando feudum est transitorium in extraneos heredes, ex his quæ dixi: & de hoc potest exemplum poni in feudo emptorio, iuxta tradita per Iaf. in præli. feud. col. iij. vel in feudo cum clausula, Et quibus dederit, iuxta c. j. de feudo non hab. prop. nar. feu. quæ feuda transeunt in extraneos heredes. vt in d. c. j. & per Deci. in consil. cclxx. & Iaf. vbi supra. Et ad hoc vt tali casu feudum videatur transitorium in fiscum, adduco regulam l. j. C. de bon. lib. cum ibi not. per Doctores; maxime per Bald. quæ est, quod transitoria in extraneos heredes, sunt transitoria in fiscum, Tamen aduertendum est ad duo. Primò ad dicta Alex. de quibus in d. §. si de vctigalibus. dum post Imol. & Rom. dicit hoc procedere, donec durat vita delinquentis, & non vltra. & Alex. sequitur Iacobin. vbi supra, qui bene intellexit iura feudalia, & Dec. in eo consil. cclij. Secundò est aduertendum, an tale feudum transitorium ad extraneos heredes habeat aliquam clausulam redigentem illud ad naturam suam, prout si postea additum esset, ita tamen quod haberetur licentia à principe, vt consiluit Dec. in dicto consil. cclxx. colum. ij. versic. quarto. & Alexand. consil. cccxviiij. in v. vbi dicitur, quod illa licentia requisita immutat naturam rei, & illam redigit ad suum primum statum, ad hoc vt non transeat nisi in eos, in quos ex sui natura transeat debet. Et hunc casum nunc in facto habeo, quia feudum est emptorium, & habet clausulas amplissimas, ex quibus potius dicitur Alodiū: tamen adest clausula licentiæ petendæ, ex qua videtur, quod vltimo modo non transeat in fiscum, nisi dices, quod posita fuit favore principis & ineptum esset dicere, quod quo ad eum principem deberet requiri licentia maxime quia in generali sermone non venit persona loquentis. Inquisitio. C. de sol. cum sim. Ad confirmationem aduocato quod illa clausula. Et quibus dederit, etiam sine clausulis alterantibus non facit quin sit verum feudum ante alienationem. d. c. j. saltem in amittendo, vt ibi, & per Bart. in l. qui Roma. §. duo fratres in viij. quæst. ff. de verb. obligat. & ideo iste dicebatur habere verum feudum, nisi dicas, quod alienando & delinquendo facit id quod potest facere, & sic definit esse feudum. d. cap. j. & ista alienatio legalis etiam venit sub hac clausula, vt per præfatum Curt. in d. consil. iij. colum. ij. iij. & seq. & ideo placet opinio, vt transeat in fiscum in casu præmissis. Et ad consil. Deci. cclxxv. Alexand. cccxviiij. volum. v. respondeo, quod aliud est, vt dicatur affirmatiuè, quod possit alienari impetrata licentia: aliud quod non possit alienari, nisi cum licentia: quia primo casu nihil noui dicitur in fauorem agnatorum, sed solum in fauorem principis, & tenetur dare licentiam, vt latè Afflic. in ca. primo. §. si feudum. eadem lege. si de feud. fuer. contr. vbi vide. Item in casu nostro tractatur de alienatione in eum principem, quod non est in illis consiliis. Item hoc dicitur est, per l. fina. C. de iure emphyteut. vbi requiritur licentia. & tamen transit in fiscum. Bart. & Doctores in dicto §. si de vctigalibus. Sed quia Alexand. in dicto §. tenet, vt dixi, quod transeat ita vt reuocari possit, donec durat vita delinquentis, hoc videtur contra text. in dicto cap. primo. de feud. non hab. ver. nar. feu. vbi facta alienatione res non est amplius feudalis. Sed dic. quod fundamentum Alex. est super decisione Bald. in d. §. si feudum ealege. dum vult quod illa

illa clausula, Et quibus dederit. nõ operetur delinquento de quo vide ibi late Afflic. qua decisione stante salte commoditates delinquentis confiscantur. & nisi Alex. cum hac ratione loquatur, male loquitur. & Bald. in eo §. non intellexit. Curt. in d. consilio iij. vbi latè illum reprobatur. Fallit etiam, quando offensa fit in personam domini, iuxta l. qui quis. C. ad leg. Iul. ma. Sal. in l. j. C. de lib. & eor. liber. & Dec. latè consil. dcvi. col. pen. qui tamen limitat casu quo reprobatur inuestitura. Et adde, ¶ quod si delictum nõ est contra personam domini, applicatur agnatis secundum veram naturam feudi, vt per Curt. vbi supra in d. tract. in v. parte, in ver. tertia principalis conclusio exclusis filiis, iuxta latè dicta per eundem Cur. ibidem in vers. sextus principalis articulus. vbi etiam in hoc fit distinctio, quando filij sint exclusi, & hoc si feudum sit antiquum: si verò est nouum, tunc siue sit contra personam domini, siue non, priuantur agnati & descendentes, & applicatur domino, vt ibidem in vers. secunda sit principalis conclusio. Sed si delictum est contra personam domini, tunc siue sit nouum, siue antiquum applicatur domino, vt ibidem in j. col. illius quintæ partis, de quibus dictis Curt. & eorum varietate aliqua dicam paulo infra. Aduerte tamen quod si in contumaciam vigore statutorum, vt contumaces habeantur pro confessis & conuictis, feudatarius damnaretur non noceret hoc filiis vel agnatis, cum ¶ probatio facta propter contumaciam non egredietur personam contumacis, vulgata l. eius qui delatorem. ff. de iure si fci. vbi Bart. & Bal. in l. cum filius in princ. ff. de verb. oblig. vbi omnino videndum dicit inter cætera, quod sententia, quæ respicit fisci utilitatem, facit præiudicium etiam illi, contra quem in consequentiam res ipsa tenderet, etiam quod non fuerit citatus, per l. j. C. vbi cau. fisci. & per Alexand. in consil. xxx. colum. vlt. in vi. volum. vbi loquitur de materia feudali: tamen non facit præiudicium, vbi lata sit in contumaciam, vt ibi per Bart. & communiter alij sequuntur. Aduerte etiam, quia Alexand. in d. §. si de vctigalibus. loquitur in bannito: & tamen nõ solum dicit, quod vasallus delinquentis puniatur, sed etiam agnati, vbi in dominum fit iniuria, vel quando feudum est nouum, & sic contra prædicta. Sed respondeo altero de duobus modis, vel quod inaduerterent loquuntur, vel (quod verius puto) loquitur in bannito ob delictum: quia potest quis banniri propter delictum, licet vt plurimum banna fiant in contumaciam. hoc patet ex dictis Bald. in l. j. C. de hæ. in sit. & dixi supra in titulo de bannito. Aduerte etiam quod prædicta conclusio, vt non fiat præiudicium agnatis, quando delinquens in contumaciam condemnatur: procedit etiam, vbi in illo processu essent examinati testes, qui deponerent de ipso delicto: nam adhuc in contumaciam diceretur condemnatus: quia non citata parte sunt examinati. qui effectus est tollatur, quia citata parte reperantur, tamen est idem, quia non lite contestata sunt examinati. Ita not. & egregie Socin. in dicta l. cum filius. in fi. de verborum obligat. Et quod in criminalibus requiratur litis contestatio, dicit Barto. in l. is, qui reus. ff. de pu. iud. Dixi, ¶ quod si fit offensus in dominum, applicatur domino, aliis remotis, sed quomodo intelligemus, quod in dominum sit facta offensus: quia omni casu, quo sequi potest priuatio, dicitur offensus dominus, patet in tit. quæ fuit pri. cau. ben. amit. & quibus modis feud. amit. Sed dic offensionem fieri in dominum, iuxta d. §. denique. quando principaliter offenditur ipse dominus, secundum Bald. ibi, secundum Aluar. ibidem, peccaretur in do-

minum, si vasallus eum verberaret: vel, vt eius verbis utar, cucurbitaret, iuxta §. porro. in dicto titulo quæ fuit pri. cau. ben. amit. & text. in dicto titulo quibus modis feud. amit. §. j. & paulo infra Aluar. in vers. nota regulam dicit, nota ex isto casu, quod quando principaliter offenditur dominus, & c. & sic prout Bald. & hæc est veritas, per textum in d. §. denique. qui dicit, quod etiam si occidatur frater. non dicitur in dominum, & c. & breuiter in hoc articulo vide latè. Alexan. in d. l. si finita. §. si de vctigalibus. char. tertia. colum. vlt. ff. de damno in fec. & ibi vult, quod si frater occiditur principaliter in iniuriam domini, dicitur in dominum. & ex ratione Bart. ibi per Alexand. allegata, dum citat l. primã. §. fin. cum l. sequen. ff. de iniur. habes, quod idem est, si fiat offensus famulo in iniuriam principaliter domini, iuncto eo, quod dicit Barto. in d. §. fin. in l. prima. ff. de iniur. vbi quærit de iniuria facta famulo principaliter in iniuriam domini. Aduerte tamen, quia sunt casus, in quibus iniuria non videtur in dominum facta principaliter, & tamen priuantur descendentes & agnati, & in dominum dicitur fieri, vt quando rem haberet quis cum vxore domini, secundum Aluar. vbi supra, & Bald. in cap. j. si vasallus feu. pri. Nam talis facit principaliter, vt satisfaciat libidini suæ. l. verum. ff. de fur. & non in iniuriam domini, & quando non peteret inuestituram infra annum, & quando in prælio dominum solum dimississet, & non vellet comitari Imperatorem ad suscipiendum coronam, secundum Baldum in dicto cap. primo si vasallus feud. priu. colum. ij. Alexand. consilio xxx. volum. j. colum. vj. versic. nec obstat quod notat Bald. & ideo dicendum est in hac materia, quod tunc omnino ad dominum reuertitur exclusis omnibus aliis, quando in personam fit offensus, vt in d. §. denique & in aliis casibus, de quibus supra, ob magnitudinem delicti, quomodocunque fiat, vel in personam vel aliter. Et sic exempla proxima adducta non dicimus comprehendere sub text. in d. §. denique. sed sub legibus, quæ illa probant, & vt valde enormia annectunt, nec propter hoc cadit regula. text. in d. §. denique quin omni casu. quo in dominum fit iniuria, habeat locum dispositio d. §. Secus est, quando fit alienatio sine consensu domini, iuxta d. §. denique. in fine quia intelligitur deficientibus agnatis, secundum Doctores. ibi & Alexand. vbi supra. Est alius casus, in quo sine dubio quilibet vasallus priuatur, quando non seruatur conditio apposta in inuestitura: pater, quia quando in personam fit offensus, ideo omnes priuantur: quia videtur datum feudum sub illa conditione, vt declarat Curt. in d. v. parte, colum. ij. & ideo Bart. in l. eum, qui. ff. de interd. & rele. æquiparat vel quod in dominum peccet, vel contra conuenta. Ad prædicta aduerte, dum dixi, quod in dominum facta dicitur offensus, iuxta d. §. denique. si in famulum fiat in iniuriam domini: quia verum est, quod in dominum fit. Et ita loquuntur prædicta: veruntamen non dicitur esse ex causis, de quibus in eo §. qui loquitur de culpis propriis, per quas priuatur quis feudo, de quibus in illo tit. maxime in d. §. porro. sed hæc in famulum non est expressa, nec est similis, vt apparet in xxxvij. causa, per Curt. in iij. parte tract. vbi solum est homicidium in fratrem vasalli. Videor supra dicere, quod ¶ etiam in crimine læsæ maiest. delictum debet esse factum in dominum per vasallum, ad hoc vt applicetur fisco: sed tamen videtur, quod passim in omni crimine læsæ maiest. domino applicetur exclusis agnatis: & hoc primò videtur decisum per Socin. consil. cclxvj. charta j. colum. j. versic. postremò non omitto. post quendam

quendam præclarum Doctorem, vt per eum. Et ad hoc satis militat ratio, quare vbi fit offensio in dominum, feudum reuertitur ad eum, quæ est, quoniam videtur tacite inesse conditio in inuestitura vsque à principio: quod si hoc contingat, cesset in omnibus, talis inuestitura, vt per Curt. in d. v. parte, columna ij. Nam etiam videtur inesse conditio, quod erit fidelis domino, & non rebellis: quando enim non est subditus, tunc coloratè fit differentia inter offensioem in dominum, & aliter: Sed quando est subditus, non videtur minus offendere dominum, quàm si non sit subditus, & committat in personam, & maxime quia crimen rebellionis non sequitur, nisi quando fit in iniuriam domini, sicut dixi supra latè in titulo de crimine læsæ maiest. & sic videtur in dominum offensio, quemadmodum loquitur dict. §. denique. Nam non requiritur, vt delictum sit in personam domini, sed in dominum. In contrarium tamen vide Salic. in dicta l. secunda, C. de lib. & eor. lib. vbi in crimine læsæ maiestatis distinguit, an in personam, vel dominum committatur. Tamen vide Afflic. in tit. quæ sint regalia. in verbo, & bona committentium crimen læsæ maiestatis, vbi in j. colum. tenet absolute, quod pro crimine rebellionis priuantur filij & etiam agnati saltem in vita delinquentis, non facta distinctione, an in personam vel dominum. tu tamen tene cum Sal. Et ad dicta proximè in contrarium responde, vt paulò supra dixi de famulo. Et ad hanc opinionem etiam faciunt ea, quæ dicit Dec. in dicto consil. dcvj. columna penult. Adde etiam ad ea, quæ dixi supra numero 55. quod feudum in filios transit, etiam quod esset nouum, quicquid dicat Curt. vbi supra, & hoc tenet Bar. in Leum, qui. ff. de interd. & releg. & Alexan. consil. xix. colum. iij. volum. v. vbi dicit, quod hæc est communis opinio, & Iacobin. in gl. dictique vasalli promiserunt non committere feloniam. char. fin. colum. ij. Sic etiam dum Curt. dicit, quod in antiquo, quando non est offensa in dominum, transit ad agnatos, sentiens quod sint exclusi filij, intelligitur nisi sit pro se & filiis. Alex. in d. §. si de vestigalibus. colum. xij. ver. adde etiam secundum Imol. Si igitur vis exclusos etiam filios esse, requiritur vt sit offensio in dominum vel contra conuentionem inuestiturae. Et aduerte ad prædicta: quia in feudo nono etiam contrahendo vel testando pater non præiudicat filiis, quando pro se & filiis est feudum concessum. Et quia Curt. non loquitur expresse, quando feudum est pro se & filiis, intelligi potest secundum hanc distinctionem: quia dum postea tractat, an delictum patris noceat filiis, sequitur Aretin. & Doct. in l. apud Iulianum. §. si quis alicui. ff. de leg. j. Videtur tamen prædicta conclusio, vt pater delinquendo non præiudicat filiis, intelligenda nisi feudum esset pretio habitum, vt per Aretin. in d. §. si quis alicui. ad fin. & hoc est secundum mentem Curt. in d. tract. quia in delictis sequitur dicta ibi. Sed non est verum, quia quæstio ibi est, quando vult pater præiudicare etiam in præiudicium filiorum, non autem quando simpliciter renuntiat, quia intelligitur quo ad ipsum, non quo ad filios, & ita etiam explicite Aret. in d. §. in fi. sed delinquendo simpliciter alienat. Imperator. ff. de fid. lib. & non quo ad præiudicium filiorum. Quæro tamen donationes principis, quæ ex ordinibus huius domini Mediolanensis non possunt transire in extraneas personas, comprehendantur in bonorum publicatione? Dic non comprehendunt, per d. reg. l. j. C. de bon. lib. cum ibi not. per Doct. maxime per Bald. quæ est, vt si res non sit transitoria ad extraneos hæredes, etiam non transeat in fiscum. Et ita re-

ferente summi iudicij viro magnifico D. Francisco Taberna tunc fiscali, & tunc supremo cancellario in hoc dominio ordinavit magistratus super publicatione domini Hectoris Vicecomitis. Et aduertendū est, quod dicti ordines prohibentes alienationes donationum principis in extraneas personas, non dicunt, vt secuta alienatione reuertatur ad fiscum, sed solum apponunt pœnam nullitatis: ergo sequitur prædicta conclusio, quia delinquendo vasallus dicitur alienare. l. Imperator. vbi Bart. not. ff. de fide. lib. non ita ordinavit Imperator quo ad emphyteutam, & vasallum: quia disponit, & propter alienationem emphyteusis vt feudum reuertatur ad dominum. l. fin. C. de iure emphyt. cap. j. in j. & ij. colum. de proh. feod. alien. per Lor. & in cap. imperialem. de proh. alie. feu. per Fed. & non sunt multi dies, quod vidi propter tales alienationes non imponi aliam pœnam, quàm nullitatis contractus: & ita obseruatur. Et ad hoc, quod vbi solum imponitur pœna nullitatis, fiscus nihil prætere dere possit: secus si dicitur, quod reuertatur ad dominum. vide Aluar. in cap. j. §. si quis fecerit. colum. iij. versic. quæro ab extr. quo tempo. mil. Quæro an emphyteusis ecclesiastica transeat in fiscum, vide text. in §. si vero contingerit. in authen. de alie. & emp. qui dicit transire, sed posse reuocari infra biennium: attamen quando potest transire in extraneos, arbitrator quod etiam transeat in fiscum, nec amplius reuocari possit: quando autem transeat in extraneos, hæredes, vide Alexand. in l. etiam. ff. sol. matrim. Dec. in cap. in presentia. de prob. & in consil. clxxj. colum. j. & ij. & quando adest omnis solennitas, quæ requiritur in alienatione, tunc transit secundum veram opin. vt per Alex. & Dec. vbi supra. Si tamen appareat, quod hæc fuerit intentio contrahentium, prout est, quando postea adest clausula, & quibus dedit, Dec. in d. consilio & Curt. in un. in consil. iij. & quod hoc casu transeat in fiscum, ita vt reuocari non possit, tenet Curt. in dicto consil. ij. iuncta. col. vij. in fi. & seq. Nec Bart. in l. si finita. §. si de vestig. vult contrarium, dum distinguit inter emphyteusim priuati & ecclesiæ: quia sentit reg. esse, vt emphyteusis ecclesiastica non possit transire in extraneum: nec est dicendū, quod alia fuerit mens Bart. cum vbiq. ipse tenet, quod nec possit agi expresse vt possit transire, vt refert Alex. in d. l. etiam. & ita respondeo ad alios Doct. sequentes Bart. in d. §. si de vestigalibus. nec Alexand. ibi in dicto §. vult aliter in hoc art. dum allegat Doct. in l. insulam. ff. de solu. matt. sic distinguentes, quàm distinctionem aliter nõ impugnat, licet ingrediatur aliam difficultatem, an d. §. si vero contingerit. loquatur in qualibet ecclesiæ, dicens communiter teneri, quod in qualibet procedat: & ita etiam quod transeat in fiscum, ita vt reuocari non possit, quando interuenit solennitas rei ecclesiasticæ, tenet latè Socin. consilio cclxvj. colum. x. vbi vide, & etiam Barb. consil. lxij. colum. iij. volum. j. dum vult dici non debere, vt perpetuò transeat in extraneos: quia hoc modo amplius non rediret in ecclesiæ, & similiter si transiret in fiscum: vult ergo clarè, quod si quando transiret, ita transiret, vt reuocari nõ possit, & ita Baldus qui videtur ponere gladium ad radicem, in authen. ingressi. columna sexta, C. de færofanct. eccles. dicens quod ideo ecclesiæ potest reuocari infra biennium in casu dicti §. si vero contingerit, quia emphyteusis non transit nisi ad filios, & propterea non transit in ecclesiæ, nec in fiscum, ita vt reuocari non possit: secus si aliter actum sit, scilicet vt transeat in extraneos: nec aliter potest dici, quia tempore d. §. si vero contingerit, nondū erat sanctum, vt possit

vt possit emphyteusis ecclesiastica concedi, ita vt transiret in extraneos. quod postea fuit dispositum in §. licentiam. eo. titu. Nec ad hoc obstat text. in eo tit. ante d. §. si vero contingerit. scilicet text. in §. emphyteusis. ibi, aliis duobus deinceps hæredibus quia intelligitur de descendentibus, vt ibi per Bart. Ang. et alios, & probatur in §. emphyteusis. in authen. de non alien. & Soci. expresse asserit in d. consil. ccl. vj. Et si dicas quod text. in d. §. si vero contingerit. clarè loquatur, quod poterit transire in fiscum, sed quod non possit reuocari, respondeo hoc esse, quia iam erat ordinatum in titu. de non alien. et in tit. vt de cat. non fiant com. quod possit fieri commutatio in imperialem domum. Item erat ordinatum, vt in aliam ecclesiæ posset peruenire, vt in d. §. illud. in d. titu. vt de cat. non fiant com. et ideo videbatur, quod etiam deberet imperialis domus, & alia ecclesiæ, et ciuitas habere hoc priuilegium. tamen disponitur vt in text. et ita teneo quod emphyteusis ecclesiastica in hoc casu transeat in fiscum, ita vt reuocari non possit. Tamen me facit dubitare, quod Alexand. in d. §. si de vestig. non ita distinguit, qui tamen non ignorauit eam transire in extraneos, quando cum solennitate et similiter Imol. tenet simpliciter opin. Bart. in cap. ex parte. col. xij. de feud. et tamen ipse alibi tenet, quod quando solennitates interueniunt transit in extraneos, et cap. potuit. extra. loc. vt per Alexan. in l. etiam. ff. sol. matrim. similiter infiniti Doct. sequuntur Bartol. relati per Curt. in consil. lix. colum. iij. et colum. vlt. in ver. est quoque verum, qui non faciunt hanc distinctionem, ex quo valde dubito. Nec aliter text. in dicto §. si vero contingerit. videtur probare, cum loquatur proprie hoc casu, quando in extraneos potest transire, nec aliter saperet, nisi diceret, vt modo dixi. et ita potest intelligi Alexan. qui simpliciter dicit, quod emphyteusis ecclesiastica, quando potest transire in extraneos, etiam transit in fiscum. in consilio lxxxvij. in iij. volum. in princ. vtrum emphyteusis ecclesiastica. Alexand. consil. xxij. volum. j. colum. ij. in fi. vt tamen infra biennium possit reuocari. Tamen in iure videtur opin. Soc. Cur. Iun. et Bald. et ita fuit iudicatum contra monasterium montalium S. Redegundæ Mediolani. Pro opin. fisci etiam vide Socin. cxxj. in iij. volum. iij. colum. ver. et ideo propter hoc. Sed tamen aduerte, an ad sit prohibitio alienandi in inuestitura, quia tunc non transiret in fiscum. l. Imperator. ff. de fidei. lib. Alexan. consil. xxij. volum. j. Et scias, quod in causa sanctæ Redegundæ, in qua fuit iudicatum circa melioramenta, in specie aderat pactum, vt non possent legari, nec aliter alienari, nisi vt infra, & infra dabatur modus alienandi per venditionem facta denuntiatione, non tamen in potentiorum, & via permutacionis: & sic videbatur, quod non potuisset transire in fiscum dicta l. Imperator. maxime quia exceptio firmat regulam, &c. & dictum pactum circa melioramenta erat positum, quia circa vile dominium erat rouit per ius commune. Sed in melioramentis aliud est: quia vendi possunt sine consensu domini, vt per Iac. in l. fin. in secundo. notabili. C. de iure emphyt. & hoc pactum alienandi est simplex non respectu certi generis personarum: quia simpliciter dicitur, vt non possit alienari: & licet aliquibus casibus possit alienari, tamen non dicitur vt in tales personas possit alienari, & in tales non: & sic videbatur quod in fiscum deberent posse transire, qui titulo vniuersali succedit, secundum Bart. in l. si quis. §. ea lege. ff. de verborum obligation. & in l. peto. §. fra. ff. de legat. secundo. dum in contractu dicit, quod

si prohibitio est simpliciter concepta, transfertur titulo vniuersali. l. quædam. ff. de acquir. rerum dom. & l. j. ff. de fund. dotali. quæ iura faciunt, licet ratio Bart. non conueniat. & ita in casu nostro sine dubio videbatur dicendum: quia exceptio licet firmet regulam, tamen illam adhuc declarat, vt habetur in locis suis. Igitur ita intelligitur regula, vnde titulo vniuersali aliud est: & ita, vt dixi, fuit iudicatum: & licet esset prohibitio respectu certi generis personarum, tamen etiam in fiscum erant transitoria hæc melioramenta, quia non prohibetur hæres legitimus, vt per Bartolum vbi supra & in specie Imol. qui de fisco loquitur in dicto §. si de vestigalibus. columna prima. licet Alexan. ibi, columna xvj. reprober, sed opin. Alexand. non est bona. patet in emphyteusis ecclesiastica, quæ transit per ingressum monasterij, in ipsum monasterium, ita vt amplius reuocari non possit, quia monasterium succedit iure legitimo. ita Bart. in dicto §. ea lege. circa fin. & ibi Iac. & tamen non adest necessitas, de qua per Alexand. in dicto §. si de vestigalibus. Item aduerte, quod sæpe in his inuestituris inuenies abbatem, vel abbatissam illas fecisse nomine suo, vt syndicos conuentus etiam addendo de quo syndicatu rogatus fuit, Ego notarius, vel alius fuit rogatus, & de syndicatu aliter non apparet, & similiter non inuenies fuisse adhibitas solennitates requisitas in alienatione rei ecclesiasticæ in ipsa inuestitura, nec aliter, imò nec saltem in eis inuestituris enuntiatas. Inuenies quoque quod etsi talis emphyteusis sit concessa cum clausula. Etiam quibus dedit, tamen etiam in eadem inuestitura erit pactum, vt non possit alienari quouis modo in aliquem, nisi cum consensu domini, quæ singula turbare solent prædicta omnia, quia mandatum non præsumitur etiam cursu mille annorum secundum Baldum communiter approbatum in l. secunda. C. si ex fall. instrumen. quia etiam solennitas quando non est enuntiat non videtur præsumi ex antiquitate temporis, iuxta consil. Dec. xxxvj. columna tertia. & quia virtus clausulæ, & quibus dedit videtur sublatam ex dicto pacto, quod non possit alienari, vt supra, nisi cum consensu domini, & redacta res ad ius commune, iuxta consil. Deci. clxxj. & Curt. Iunior. cxxx. Tamen ad hæc pater responsio, & quo ad mandatum vide Deci. in dicto consilio cccvj. columna quarta. vbi multis fundamentis ostendit, quod quando mandatum enuntiat sicut dixi, & sumus in antiquis cessat dictum Baldum in dicta l. secunda. Sed tamen eius fundamenta parum valent, eo excepto, dum dicit quod ex coniecturis etiam probatur mandatum, allegando Bald. in l. prima. C. de re alienan. non alien. & magis ad hoc deducendo, quod præsumitur mandatum in casu quo verisimile non esset quem accedere sine mandato, iuxta ea quæ dicit Felin. in capitulo sicut. de re iudic. quod fundamentum militat in abbate maxime religionis sancti Benedicti, in quo non potest capi coniectura, vt voluerit se syndicum attestari si non esset, iuxta ea quæ habentur in materia testum singularium in l. ad monendi. ff. de iure iuran. & idem Curt. Sen. consilio septuagesimo sexto. columna j. ij. iij. & iij. Et vltra illa fundamenta est aliud meo iudicio, quod conuinci non potest, quando postea fuisset semper perseveratum per abbatem, & monasterium & emphyteusas, soluentibus emphyteusis tantum dominis ipsius vtilis pensionem abbati & monasterio vt dominis directi, per text. in l. si filius. C. de peti. hæred. vbi si filius adeat hereditatem, & non appareat de iussu patris, & eius mandato, longinquitas temporis

rebelles, & alibi sæpe, dixi supra latè in materia rebellionis. Et ideo tenui quòd talis non amittat iura communia, quia non potest dici rebellis. Item non potest dici hostis Imperij, iuxta §. qui deficiunt, sed hæc illatio non videtur bona, quia licet, non sit rebellis, tamen multatus est pœna rebellionis, quæ est etiam vt priuatur iure communi, vt dixi igitur, &c. Et ad hoc facit quod Corn. in d. consil. lv. vol. ij. & in l. j. C. de hæred. instr. sustinendo quod etiam intra territorium non amittat iura communia, dicit quod licet iudicetur hostis à statuto quod possit impunè occidi, tamen expressè non tollit iura communia & ciuilia, & ideo non plus bannitur operatur, quam verba velint, vnde si expressè tolleretur iura cõmunia, vult etiã Corn. quod illa essent sublata respectu territorij. & in proposito cõclare sit imposita pœna rebellionis licet non sit rebellis, tamen amittit iura communia intra ciuitatem, & ita intelligo pro absoluto haberi in magistratu extraordinario, est enim perinde si iudex pro vno delicto imponeret pœnam alterius delicti, qui tamen haberet de hoc potestatem: sed tamen adhuc credo quod talis non perdat iura ciuilia, quia Bart. in extrauag. in verbo, rebellando, loquitur de re belle Imperij, & allegat tex. in §. qui deficiunt, qui loquitur in eo qui iudicatus est hostis à Senatu Romano, scilicet totius Imperij, sed hostis ciuitatis, vel vnius domini non amittit iura Romanorum, vt dixi supra. Et ad alias quæstiones p̄de peculio aduentitio, profectio, & castrens, an cõprehendantur in publicatione filij, Dic de profectio nullam esse difficultatem quod non comprehenditur in d. §. si de vestigal. etiam quod filius habuisset à patre expressam potestatem donandi, & dissipandi, vt per Alex. ibi, col. xxij. ver. item adde. De aduentitio difficultas est, quo ad proprietatem quia cum sit filij videtur quòd transeat in fiscum tamen etiam Doct. concludunt contra fiscum, vt per Alex. in dicto §. columna xvij. versic. item in quartum, & columna seq. De castrensi etiam communis est, vt non transeat, in fiscum quicquid velit Nell. vbi supra, & Ange. in lege si filius. ff. de dam. in fec. & primò hæc opinio fuit glo. in lege prima ff. de bon. damnat. & Bart. ibi, & in d. §. si de vestigalibus. Alex. etiam sequitur in eo. §. col. xxij. in prin. ibi, cum quo etiam ego transeo, & communiter Doct. vt per eum, & hæc etiam conclusiones probantur ex allegatis per Aug. de Arim. ad gl. Ang. & eius bona publica mus ad quæst. Ang. quid si filius familias damnatur, & magis ex decisione Tholo. cxx. & in longa addit. illi impressa, vbi omnino vide. De vñfructu bonorum aduentitiorum, an publicatis bonis patris publicentur, & quid de alio vñfructu dixi, & an veniat in confiscatione bonorum patris peculium profectium, conclusio est secundum magis communem opin. in d. §. quod si ex damnatione pater non perdit patriam potestatem, quam habet in filium, peculium non transit in fiscum, alias transit, vt per Alex. in d. §. si de vestigalibus, columna xix. ver. item in quantum, vbi tamen pluribus modis limitat & quando perdat patriã potestare patet, dixi §. proxime, & vidi seruari prædictas conclusiones per procuratores fisci. Sed

72 quid in alimentis an comprehendatur in bonorum publicatione donec viuunt legatarius: nam morte illa extinguuntur. lege cum hi. §. modus. ff. de. tranfact. sed bannitus adhuc viuunt & comedit, & sic fiscus debet interim gaudere lege Statius. §. Cornelio. ff. de iure fisci. Dic, non comprehendit, lege legatum. ff. de capit. dimi. Bald. in lege corruptionem, columna vltima C. de vñfructu & text. in lege is cui & ibi Bart. ff. de alim. & cib. leg. Nel. in prima parte secundi tem

poris, quæstione xlvij. & quæstione xxxvj. & Sali, in lege si adeptus, C. de senten. pass. & ita fuit iudicatum his diebus proxime præteritis. Est enim legatum conditionale, ideo non transit in fiscum, vt per Alex. in lege si marito. ff. sol. mat. & ideo cautus aduocatus debet bene animaduertere, an sit legatum vñfructus vel alimentorum, siue an sit promissio vñfructus, vel alimentorum, quia primo casu transit in fiscum, vt supra in præced. quæst. Secundo casu non, in quo articulo an sit vñfructus, vel ius alimentorum, vide Bart. in l. fundi Trebatij. ff. de vñfruct. leg. Aret. consil. xl. columna secunda & tertia, Soc. consilio cxxxj. columna secunda & tertia, Be nedict. consilio lxij. columna fin. Corn. j. volumine consilio cclxvij. columna secunda Soc. consilio x. columna secunda Corn. consilio cccxij. primo volumine columna pen. & omnino text. & ibi Bart. & scrib. in lege cum hi. §. si in annos. ff. de tranfact. & Corn. ij. volum. consilio vigesimosecundo columna quarta versiculo sexto. Ang. & Doct. in dicta lege cum hi. §. si vni. ff. de tranfact. Quæro etiam

73 an dos publicetur bonis vxoris publicatis, vide Nel. in dicto tract. in prima par. secundi tempor. q. xxvij. & glo. in l. quinque legibus. ff. de bon. damnat. tenet non publicari nisi in quinque casibus de quibus ibi, quando damnatur constante matrimonio, tunc vbi-cunque in dictis quinque casibus publicantur bona etiam dos eius intelligitur publicata, lege si constante. §. si. ff. sol. mat. & ita communiter tenetur, vt per Nel. vbi supra, de qua materia vide Barto. in dicta lege quinque legibus, & Alex. cons. xxij. columna prima v. & pen. volumine primo. Bald. ij. vol. consilio cxcvj. & Bald. Nouel. tract. de dote. in vij. parte. in xj. speciali. columna v. in fi. & seq. versiculo in super aduerte. Et quando confiscantur bona viri dos non venit in confiscatione bonorum. l. quisquis. C. ad legem Iul. maiestatis, lege si quis posthac. in prin. C. de bon. profcript. & lege si marito. in prin. ff. sol. mat. & ibi Alex. & Bar. in lege si constante. in pri. ff. sol. mat. in v. q. j. q. principalis. & ibi habes quod licet tantummodo sit bannitus vir, Dos potest repeti, quia dicitur vergere ad inopiam, et Rom. consilio clxxvij. ad fin. et Nel. in j. par. ij. tempor. q. xliij. vbi vide, lus ad eundem an comprehendatur in publicatione bonorum vide Nel. in j. par. ij. tempor. q. xxx. et per Alex. et Aretin. in lege si quis mihi bona. §. si quis planè. ff. de acquir. hæred. et dixi supra in articulo, quando confiscatur bona filij vasalli, an ius succedendi in feudo transeat in fiscum, et similiter Nel. vbi supra, q. xxxj. quærit quid in iure conditionali, de quo dixi latè supra, et in q. xxxij. quid in iure patronatus. Et quia supra dixi quod vxor potest repetere dotem à fisco viro bannito, et publicatis bonis, Quæro an hoc idè sit, quado ipsa similiter secuta est viri bannitum, qui forte iuit ad hostes. Dubiũ est, quia et ipsa rebellis videtur iuxta l. iij. et iij. ff. ad l. Iul. maie. Difficultas residet in hoc artic. An vxor possit sequi viri, vel teneatur, in qua quæstio. vide Imol. in rub. ff. sol. mat. et in l. si cõdotè. §. si marito. ff. sol. mat. et ibi dicit nõ teneri, si ob culpa vir bannitus sit, vel missus in exiliũ. sequitur Alex. in l. Meuia. §. si. ff. de an. lega. et Bal. in l. si cõdotè. §. si maritus. ff. sol. mat. et ibi etiã Ang. qui dicit quod vxor nõ debet sequi viri bannitũ, vel expullũ vel diuersos lares. Idè etiã Nel. in tract. bannit. in j. par. ij. tẽpor. q. xliij. in fi. nisi moraretur in certo loco, et ibi ita cõmodè posset morari sicut in priore, per l. sicut in fi. ff. de oper. libert. cum aliis ibi alleg. facit lex Mauiã. in dicto §. finali et cum Imo. multum accuratè loquatur, et videatur hæc opinio etiam magis communis non videtur recedendum ab ea iuribus vulgaribus

vulgaribus, tamen glo. in c. j. qui ma. accu. non poss. su. per qua se fundat Imol. turbat me relata ad text. qui loquitur de eo qui recessit ob homicidiũ cõmissum, & sic ob culpam suam mortis, tamen & nihilo minus vult quod vxor teneatur eum sequi nisi sit vagabundus, & eam glo. ibi Abb. & alij sequuntur communiter, fateor quod glo. simpliciter loquendo, & non referendo eam ad tex. videtur velle id quod dicit Imol. sed rectè eam intelligẽdo, est ibi conclusio in oppositum, satis etiam hanc conclusionem probat gl. j. in c. vnaquæque. xij. q. ij. dum dicit quòd tenetur eum sequi ad carceres, arguendo ad id quod communiter contingit, vt nemo mittatur in carcerem nisi ex culpa sua, sic etiam optime probat gl. quam omnino debet sequi infortunium viri. l. si cum dotem. §. fin. autem. ff. sol. mat. Adde quòd statuta ciuitatis, & leges seculares non possunt vim matrimonij soluere, cum sit iuris diuini. D. Fran. de Arim. de Aret. in l. ij. ff. de recept. & ideo vxor banniti & excommunicati coheruabitur cum eo marito, licet sit hostis ciuitatis, vt not. per Nell. vbi omnino vide in iij. par. ij. tempo. q. xxij. non obstante statuto puniente præstantes auxiliu bannito, vt ibi. Sic etiam Alberic. in l. j. C. de repud. vbi refert Nell. vbi supra, & Specul. in tit. de dote. post diuor. restit. vers. quid si vir est in banno. Item vxor alere tenetur cum l. mutus. §. manente. ff. de iur. dor. Capol. vbi supra, cõf. v. col. iij. qui etiam satis vult quòd proxime dicebam quia loquitur in bannito, & dicit quod vxor tenetur eum sequi, & Ancha. in d. c. j. qui ma. accu. poss. magis expressè, & facit etiã quod viro excommunicato vxor tenetur debitum reddere c. quoniam multos. xj. q. iij. Item vxor cum viro excommunicato cohabitare tenetur. c. inter alia. de sent. excom. Et de excommunicato ad bannitum valet argumentum. c. j. in pri. hic finit lex Cornelia. & satis etiam hanc partem, ita decidit Specul. vbi supra, in ritu. de dot. post diuor. restit. §. formati. in versic. quid si vxor est in banno. in v. col. vbi vide. Nascitur enim hoc ex necessitate quæ sequitur, vt vorum impleat, debitum reddat, & liberos habeat cum sicut socij diuinæ, & huic manã domus. & duo in carne vna, iuxta legem aduersus. C. de crim. expil. hæred. Et ita adhærendo iuri canonico, videtur potius ita esse tenendum, tractatur enim de vi matrimonij, circa quod leges seculares nõ attenduntur. c. ecclesia sanctæ Mariæ. & ibi not. de consuet. & per Alex. in l. eriam. col. ij. ff. sol. mat. Sed quomodo cunque sit, vnum est absque aliqua difficultate quod omnis disputatio est, an teneatur volente viro eum sequi, sed quia ipsa possit nemini est dubium absque eo quòd possit argui dedisse auxilium hosti, sicut etiam dicimus in vxore receptante virum bannitum voluntarie, quæ non tenetur, vt not. in l. j. C. de recept. & per Nell. vbi supra in d. ij. par. ij. tempor. quæst. xxij. vbi omnino vide, & ad hoc facit lex j. ibi dolo malo. ff. ad legem Iul. maiesta. & regula, quòd quæ liber causa excusat à dolo. l. si igitur. ff. de liber. cau. §. primo & ita fuit conclusum aliquando in magistratu, & obtentum. Non omitto in hac materia publica

76 tionis bonorum, quod ex ordine nostro antiquo, prout etiam supra pluries commemorauimus, cauetur, vt bona quando publicantur pro aliquo delicto sint ipso iure publicata à die commissi criminis, ex quo sequitur, vt alienationes postea factæ, etiã ante condemnationem nihil valeant in effectu.

Aegid. Bossius.

Barto. in lege post contractum, columna quarta ff. de donat. glo. & Doct. in c. cum secundum, de hæretic. in vj. & hoc licet etiam acquirens sit in bona fide, vt per Bartol. & Doct. vbi supra, imò ex dicto ordine nulli redduntur omnes contractus, distractus, & instrumenta super bonis delinquentis, & vide Pic. in d. l. post contractum, versic. circa secundum tempus, qui dubitat an decretum valeat, & dicit credere suo quòd nõ seruaretur loquendo de tempore regis, & quod Brengontius Botta qui præerat extraordinariis redditibus tempore ducis Ludouici noluit illo vti, & ampliat. Pic. dictam conclusionem, vt non valeant alienationes etiam bona fide, procedere in eo cui tantum esset interdicta administratio, vt in crimine lesæ maiestatis allegat August. de Arim. vt per eum, contrarium tenet post Iacob. de Aret. considerat multum Alber. in lege meminisse. C. ad l. g. Iul. maiestatis & idem Angel. ibi vbi etiam vide Bald. & equitur tamen declaratio respectu bonorum dicto capitulo cum secundum, & sententia contra personam etiam viuente delinquente stante etiam decreto nostro, vt dixi supra sub tit. præced. de pen. in verbo, pœnæ delictorum. Secundò intellige nisi bona fides oriatur ex pacto publico, puta, principis vel officialis, qui tulisset sententiam absoluentem, quia licet postea detectum crimen esset, & secuta condemnatio: Tamen alienatio medio tempore facta debet haberi rata, nemo enim debet decipi auctoritate publicæ scripturæ. lege Gracchus. cum similibus C. de adultæ. & maxime quia talis sententia in hac ciuitate transit in rem iudicatam, quia non potest appellari, nec de nullitate dici, & sic facit de albo nigro. lege res iudicata. ff. de regulis iuris, & ita fuit iudicatum in magistratu extraordinario ad fauorem nonnullorum, qui contraxerant cum quibusdam Medetis iam antea absolutis, sed qui post ipsam absolutionem, & contractus factos detecta veritate criminis per literas principis fuerant condemnati. Tertiò intellige, quod potest fieri euictio de talibus bonis à quolibet possessore etiam bonæ fidei, nullo dato pretio, vel aliud loco pretij esset in bonis illius cui publicata fuerunt: ita glossa in dicto capitulo cum secundum, in verbo, ipso iure, & ibi Gemina. Ioannes Andreas & Moder. & ita Bart. in lege si debitor. ff. de his, quæ in fraud. cred. in fi. vbi vult quod quando quis non habuit potestatem alienandi vt quado ipso iure publicata erant, vel erat interdicta administratio, si alienauit potest res alienata reuocari nullo dato pretio, nisi esset cõuersa in utilitatem debitoris, siue confiscati, quia tunc debet restituere pretium, ne habeat rem & pretium, sed vbi habuit potestatem alienandi, vt ante delictum lege post contractum. ff. de dona. si tamen alienatio est facta in fraudem, tunc etiam fit reuocatio absque pretio, si ipse emptor particeps fuit fraudis aliàs secus, vt ibi, qui tamen loquitur in creditore, nos autem in fisco, qui tractat de lucro quærendo, quo casu videtur ipsum debere restituere pretium emptori, dato quod particeps fraudis fuerit & ita Imola in dicta lege post contractum columna j. & per Ias. in §. si quis in fraudem vbi vide, instr. de actio. & aduerte ne te decipiat quod dixi, fiscum euincere, vel cum pretio vel sine etiam si emptor non fuerit particeps fraudis, quia volo expressè dicere, quod potest euinci, & tamen Bart. in d. l. post contractum col. ij. vult contrarium, quando emptor est bona fide per Ias. prætor. §. si quis particeps. ff. de his quæ in fraud. cred. sed dicitur

H 2 quod

quod Bar.in d.l.si debitor loquitur in casu l.j.s. si quis in fraudem. ff. si quis in frau. patro. Quartè intellige nisi alienatio esset necessaria quando delinquens aliud non habet, & vult alienare pro alimentis necessariis, & vt aduocatus & scripturas sibi paret ad causam defensionem. ita Salic. in l. si posthac. col. pen. C. de bon. dam. & licet Bart. sentiat contrarium, in d.l. post contractum col. pen. versic. secundum tempus iuncto versic. seq. nihilominus Pic. sequitur opin. Sali. ibi in versic. secundo principaliter. & adducit bonum simile, intellige tamen hanc necessitatem quando alienatio fit, vt dixi, pro victu, & defensione causae, non pro dotanda filia, vt per Pic. vbi supra in versicu. tertio principaliter. Considera tamen quando casus euenit, an possit contra fiscum allegari aliqua praescriptio. Et in hoc articulo praescriptionis contra fiscum concludit, quod bona confiscata adhuc non sunt vnita, & possidens cum titulo praescribit decem annis, si ne titulo viginti, ita Bart. in l. in omnibus fiscali. ff. de diuer. & temp. praescript. & est communis opin. secundum Aret. in consil. cij. vol. vij. & per Abb. in c. cum a nobis. col. fin. de praescript. & reprobatur distinctio Barto. in l. commissaria. in ff. de public. dum dicit quod fiscus debet vindicare infra quinquennium, aliter non auditur quando bona adhuc non erant vnita: quam distinctionem refert Abb. vbi supra: sed etiam sequitur Bart. in d. l. in omnibus. & illa distinctio in d. l. commissaria. quam etiam facit in l. ij. C. de apost. loquitur secundum id quod etiam voluit Barto. in d. l. in omnibus. quando quid commissum est propter vestigal non solum. & ita loquitur Alex. consil. xxx. in fi. vol. v. vbi etiam refert & sequitur Bart. in d. l. ij. & in d. l. commissaria. Sic igitur sit distinctio in bonis publicatis propter confiscationem ex aliquo delicto an sint vnita. & vt supra, sed Bart. in d. l. in omnibus. loquitur in bonis publicatis non vnitis, & ita intelligit Abb. vbi supra, & Aret. vbi supra, vnde ante publicationem quinquennio tollitur hic effectus bonorum publicanorum, licet accusatio contra personam duret xx. annis, iuxta l. querelam. C. de fals. de hoc est text. in l. in cognitione. ff. ad Sillanian. & ibi Ang. & Aret. in glo. & eius bona publicamus. versic. quare licet accusatio. in intelligendo tamen vt ibi, & per Felin. in d. c. sicut nobis. col. si. vbi vide. quae consideratio est tamen subleuata propter nostrum rigorosum decretum disponens, vt supra, quod a die commissi delicti bona ipso iure, &c. & h. c. iure communi, sed nos Mediolani habemus decretum, vt contra ducalem cameram non curat praescriptio nisi quadraginta annorum & loquitur in bonis. camerae etiam prouenientibus ex capite confiscationis, vel ex titu. quibus vt indign. vel aliter quouis modo quod fuit editu anno 1446. Vidisti, in 79 prin. praesentis tituli, quod authen. bona damna. non corrigit omnia iura de publicatione loquentia, sed tantum quando tacite venit publicatio bonorum, muta to statu vel morte naturali, vel ciuili, iuxta l. ff. de bo. damna. Quare modo an decretum nostrum disponens quod vbi iure communi fit publicatio, sit ipso iure a die criminis facta, loquatur in omnibus casibus non solum exceptis per dicta authen. vt in crimine rebellionis, & haeresis, sed etiam non exceptis, tamen non correctis: quia vt dixi, multa iura de confiscatione loquentia remanserunt intacta. Arbitror loqui in omnibus, quia dicit decretum, & generaliter in quibuscunque casibus pro quibus iure communi, &c. ponero enim illud verbum generaliter, quod nihil intactum dimitit secundum Bald. j. volumine. consilio cccv. post princ. & dicit Bald. in secundo volumine

consil. cxv. columna vj. quod generalis sermo. qui venit ad ampliandum, nullam recipit restrictionem, ponit las. in l. j. columna tertia C. de sacrosan. eccles. & non solum decretum vtitur verbo, generaliter. sed etiam addit in quibuscunque casibus, quod verbum est signum vniuersale. l. j. in prin. ff. de offic. eius. & per Alex. v. volumine consilio xxx. columna penul. & licet haec dictiones etiam recipiant restrictiones, vt per Ias. vbi supra, tamen haec geminatio ostendit aliter esse per regulam. l. balista. ff. ad Trebel. Nec decretum potest se referre ad limitationem d. authen. quia iam explicitè connumerauerat illud, & ideo intelligitur omni casu quo iure communi cautum est, vt bona vel omnia, vel pro dimidia parte debent publicari est data opinio in confiscatione, quae non venit in consequentiam, sed quicquid sit non procedit vbi sit publicatio in extraordinariis ex arbitrio iudicis, quia decretum loquitur quando ius commune illam imponit. Prosequendo materiam dicti decreti, quod ipso iure, &c. capio not. q. Tu scis quod publicatione non veniunt bona postea acquisita, vt supra dixi, quare an intelligimus publicationem fieri secundum decretum tempore commissi delicti, vt sic postea acquisita non veniant, an tempore sententiae, vt veniant acquisita medio tempore, videtur dicendum confiscationem fieri, sicut dicit decretum, & postea acquisita ante sententiam non venire, quia verum est quod tempore delicti sit ipso iure confiscatio, adeo quod licet requiratur sententia, tamen declaratio dicitur, quo ad bona, c. cum secundum de haeret. in vj. & ideo non dicitur aliquid nouiter inducere, sed inductum ostendit. c. ladeo. §. cum quis. ff. de acquir. rer. domi. quare semper talis declaratio retrahitur secundum Io. And. & communiter Doct. in d. c. cum secundum. & plenè Bart. in lege omnes populi. ff. de iusti. & iure. in illa quaest. qualiter lex retrahatur, & propterea non videtur dubium attendendam non esse sententiam iudicis, quae non potest dici sententia faciens confiscationem, sed declarans iam factam et consequenter bona acquisita inter confiscationem iuris et sententiam non venire, et ita late praesupponit Curt. in consilio lx. alius est consilio lix. dux Philippus. ibi. Benedictus commissi delicto ante bannum, decessit, sed tamen ante pater eius decesserat, postea post mortem ipsius Benedicti fuit damnatus, et posito quod valuerit illa sententia post mortem lata, Quare an illa bona patris acquisita post delictum ante sententiam transierint in confiscationem, et concludit non transiuisse. char. j. columna secunda versic. et antequam habens pro claro quod confiscatio fuerit facta tempore delicti sicut disponit decretum, ideo sequitur illa regulam comm. quam dixi, quod bona postea acquisita non veniunt in confiscatione. Et qui quia consulerant contrarium ponderabant aliqua verba decreti ad demonstrandum quod imò bona futura venirent in confiscatione, Ipe Curt. ad haec late respondet, char. vlt. columna j. versic. ad vltimum. et columna seq. In contrarium autem quod attendatur sententia iudicis et non iuris, id est, decreti quae sit ipso iure tempore delicti, facit quia decretum conditum est fauore fiscali, et c. lege quod fauore. C. de legi. Felin. late in capitulo dilectus filius in ij. in viij. concludit de rescript. et in capitulo causam quae, et secunda. et in capitulo si de iudic. et facit etiam, quod decretum hoc editum est, propter alienationes, vt patet in eius proemio, iuxta legem fin. ff. de haer. instit. igitur quo ad eas videtur tantum operari, per regulam legage age cum Geminiano. C. de transact. Haec opinio videtur

videtur mihi verior stante hoc decreto maxime rigido, quod non tendit nisi ad implendum, & non ad euacuandum, & maxime quia in versic. decernentes quo ad modum procedendi contra delinquentes, vult vt publicentur res eorum, & sic etiam quae erant, & reperiabantur in eorum dominio tempore sententiae, & ex his apparet responsio ad fundamenta adducta pro alia parte nec haec discutit Curt. imò licet videatur in narratione facti. col. iij. versic. tertio praesuppono praesertim tangere difficultatem, tamen postea char. j. columna ij. respondendo contrarium sentit, quod iam fuerit ille filiusfamilias bannitus, quando bona patri ei obuenerunt, & sic disputat casum clarum de iure communi quando post confiscationem, &c. & ita ab seque controuersia seruatur, & ad id quod dixi supra, quod sententia dicitur declaratio, & ita trahitur retro, responderi potest non esse verum, vt dixi supra, tit. de pœnis in versic. pœnae delictorum non transeunt contra haeredes. Verum, quia decretum dicit ipso iure sit publica bona. Quare an licet de iure non ita sit, An tamen commissi delicto aliquid ius quærat fiscalis? & videtur quæri per gl. in lege rescript. in prin. ff. de pact. vbi dicit quod pœna est quasi debita fiscali, eo ipso quod commissum est delictum, vt not. Bar. in l. ff. de iniur. & ibi dicit quod ad pœnam quae inferitur alicui ob delictum, quis dicitur largo modo obligatus per glo. in d. l. rescriptum. non autem stricto, quia inferitur officio iudicis, vt ibi, & per Ias. in l. j. col. v. circa med. ff. de iurisd. omni. iudi. & ita Alex. in l. diuortio. §. si fundum. col. vlt. ff. sol. mari. in vers. aut commodum. Veritas est & communis opinio, quod in delictis fiscus non habet bona delinquentis obligata, siue hypothecata, quia si illa haberet obligata, posset hypothecaria auocare omnia bona alienata: quod non est verum nisi in casu decreti, vel in casibus de quibus supra. Fateor quod si fiscus ex suo contractu habet tacitam hypothecam lauffertur. §. si fiscus. ff. de iure fiscali. vbi glo. & Bart. in l. j. & ij. C. in quib. cau. pign. vel hyp. tac. contr. & eodem modo si incidere in contractu delictum, vt ibi, & per Pic. in d. l. post contractum ff. de dona. post Bar. tangente hoc in col. vlt. versic. circa praedicta. & ibi vide Pic. in versicu. in prima quaest. vbi etiam dicit quod in actione personali, fiscus non vitur privilegio contra creditores, & etiam quod lata sententia in delictis oritur tacita hypotheca, & vide etiam Bart. in l. j. §. seruus. ff. ad Silla. vbi ait quod creditores praefertur in pœnis fiscalibus. circa quod vide Veron. caute. cccvj. alius clx. incip. nota cautelam qui sequitur Bar. vbi supra cum limitatione. vide etiam Firm. in verbo. domus. col. iij. versicu. domus homici dæ & ibi ponit quid iuris sit, si vxori bona sint prodote hypothecata, & quid in praedictum usufructuario pro delicto proprietarij, vide ibi. Et an in pœnis fiscus habeat tacitam hypothecam, vt supra, vide Fan. in tract. pign. in ij. parte, in iij. membro. nu. 115. vbi latissimè. Et circa privilegium tacitae hypothecae quod habet fiscus ex suo contractu, quare an econtra priuatus secum contrahens similiter illud habeat, si non habet, contraclus claudicat, sicut facit contractus minoris sine auctoritate citatois l. Iulianus. §. si a pupilo. & §. si quis a concludente. ff. de act. empr. gl. not. in l. j. ff. de resc. vend. & sicut facit iudicium cum ipso minore l. pen. ff. quae sent. sine appel. rescin. & l. no minus. C. de procu. si etiam habet tacitam hypothecam non claudicat, & seruatur aequalitas, prout seruari debet. lege petendae. C. de tempor. in integr. restit. pet. & ideo si actor impetrauit a iudice, vt reus citaretur personaliter, etiam ipse tenetur comparere perso-

naliter, vt late per Mari. Soc. in tract. cita. in xx. arti. in xv. q. in verbo octauo fallit, in secunda columna: & est noua quaestio secundum eum. Item licet sit deserta appellatio, si tamen is contra quem appellatum est, impetrauit rescriptum, vt confirmaretur sententia, appellans potest proficui appellationem, vt per Dec. vbi vide in capitulo personas. in pen. col. ff. de appella. Cogita.

Tit. Debitores an delinquenti soluere possint in prauidicium fiscali, maxime si numeratio non interueniat.

S V M M A E.

- 1 Solutiones an fieri possint delinquentibus per suos debitores, maxime causa alimentorum.
- 2 Solutio an possit rectè fieri illi, qui paulo post solutionem committit delictum.
- 3 Solutiones, quae non fiunt vero creditori, sed fisco, vel alicui tyranno, an liberent debitores, & quomodo probetur metus, vel coactio id factum esse: & quid si debitor fuerit prius in mora.
- 4 Debitores alicuius banniti soluentes ipsi bannito, quando reuertitur ad patriam occupando prouinciam, an liberentur.
- 5 Exactores constituti per tyrannos, an teneantur de pecuniis exactis.
- 6 Debitores soluentes ante diem, an possint molestari a successore, & nu. 8.
- 7 Fructus quomodo sint diuidendi moriente usufructuario, vel extincto fundo & qui in fructibus beneficiorum & numero 9.
- 8 Debitor puta colonus, vel conductor soluens ante tempus, an possit molestari a successore in fundo, vel usufructu suo, vel praebeata, & supra nu. 6.
- 9 Colonus rei feudalis soluens ante tempus, an possit molestari per fiscum, quando eundem comprehenditur in confiscatione.
- 10 Confessiones, quae reperiuntur factae inter delinquentes & eorum massarios, an prauidicent fisco & ibi ponitur quomodo cognoscantur confessiones factae in fraude & nu. 6.

DICTVM est quod alienationes & contractus facti a die delicti commissi citra, nihil valent, stante decreto nostro, vt a die commissi delicti ipso iure sint publica bona, vel etiam sine decreto, quando de iure sunt ipso iure publica bona, vel interdita est administratio. Nunc quare an in istis delinquentibus possit debitum solui, & an ipsi aliis possint soluere, vide ad hoc text. in l. si. C. ad l. Inl. maifest. vbi dicit quod delinquenti in crimine laesa maifest. non rectè per debitorem soluitur, & hoc nisi fieret solutio occasione alimentorum suorum, vel scripturarum, causa defensionis suae, secundum Imo. in d. l. post contractum regulariter contra, videlicet quado non est interdita administratio, vel ipso iure bona non sunt publica. l. reo. ff. de sol. & ibi glo. allegat alios text. idem dicentes, alia que fallentiam: sed ipsi delinquentes etiam quod sit interdita administratio, vel ipso iure sint publica bona, possunt soluere veris creditoribus suis, quia si reus non solueret fiscus ad quem bona cum onere transeunt teneretur ipse satisfacere. l. debitorum. cum glo. ff. de fideiuss. vnde etiam datio in solutum valet in his casibus

& omnibus aliis in quibus donatio ob praesumptionem fraudis, non valeret nisi tamen rem multo maioris pretij, pro paruo debito dederit, quia usque ad debitum valet, ab inde supra non, & reuocatur. ita Bar. in d.l. post contractum. col. vlti. versic. quarto in casibus. oportet tamen secundum Bar. ibi, quod de debito constat aliter quam per confessionem, aliam si per confessionem tantum debitor fateretur, secus esset l. j. §. quod si in lite. ff. de his quae in fraud. patro. & ad hoc vltimum adde rex. notab. in l. si posthac. in prin. in versic. dos etiam. C. de bon. proscript. vbi est text. expressus, quod si de debito tantum constat per confessionem, non nocet fisco dicta confessio, sed est necessesse, vt constat de numeratione, & ideo vide ibi not. Ang. si igitur fiscus succedit alicui delinquenti, non tenetur fiscus habere rationem confessionum, in quibus non apparet de vera numeratione, & ita ibi An. qui tamen declarat, & bene, vbi paulo ante delictum factae fuerint, aliam si omnis fraus cessaret valeret, & ita intelligit illum text. Dixi quod quando ipso iure bona sunt publicata, non recte debitor soluit tali delinquenti per l. fin. C. ad l. Iul. maieft. quae lex probat a fortiori quia loquitur vt tantum interdicta est bonorum administratio, nisi ratione alimentorum, & scripturarum, & defensionis causae, vt per Bart. in d.l. post contractum. col. pen. versic. quaedam sunt delicta. & Imo. ibi Adde not. quod si quis adhuc non commisit crimen, tamen proxime commissurus est, non est idem, ac si iam esset commissum, & soluens ei libe-
ratur, quia adhuc bona non sunt publicata, nec est interdicta administratio, vnde etiam coloni qui solue-
runt Bentiuolis, quo tempore vexabantur, & proxime erant expellendi a ciuitate Bononiz, prout postea euenit, non fuerunt in culpa, ita Ancha. cons. cclxxxvij. tria principaliter. & hoc obseruauit magistratus, quando tempore solutionis, iam dies venerat, & idem si nondum venerat, vbi non potuit committi fraus. Quae
3 ro etiam si in hac solutione valeant, quando non sunt factae vero creditori, sed aut fisco qui successit in locum locatoris, vel alterius creditoris, aut tyrano, qui vult omni via comparare pecunias, & an tales debitor
res sint liberati veniente postea creditore in hoc breuiter dic secundum distinctionem Bar. in l. creditor. ff. de sol. quod quando bona sunt publicata, recte fisco succedenti loco illius soluitur loquitur tamen Bar. vbi publicatio est iusta, si vero bona non sunt publica-
ta tamen tyrannus exigit meum decretum, adhuc idem, si in iniuriam meam & non debitoris id fecit, vbi tamen coacte solutio facta est, non enim debitor
repente soluere debuit, ita Bartol. in d.l. creditor, & ad ostendendum, quod coacte soluerit, sufficit vt factum fuerit perceptum speciale vel generale ab illo tyranno, qui potuit inferre vim & metum ita Bart. ibi, & in his omnibus est communis opinio cum Barto. vt per Deci. vbi omnino vide, vt paucis agamus in cons. suo
xxv. col. ij. & ij. Et quia Bar. vult debitorem liberari quando publicatio est iusta, & fisco soluitur, hoc extendere etiam quod fuisset in mora debitor, quia haere di succedit, verum quando ponderatur mora ad damnum debitoris illud est in casu secundo, quando con-
fiscatio est iniusta, & fit exactio in odium creditoris vt dicam infra versic. aduerte. & vide ad probandum dictum me-
trum Felin. in c. fin. in fi. extra. de re iudi. Iac. in §. quadrupli. instit. de act. col. xj. Felin. in c. j. col. viij. de spon. & in c. cu. M. col. xij. versic. ad id. de constit. in c. dilectus
el secundo in vlt. not. de simo. & alibi saepe per Docto. maxime consulen. & communis est opin. quam dixi, vt solum mandatum sufficiat, tamen bonum est vt etiam

expectetur alia comminatio, vel detrusio in carceres vt omnino tollatur omnis suspicio, & quia dixi Bar. loqui in confiscatione iusta etiam si aliam fuisset facta in praedictum creditorum, vt notabiliter per Dec. in d. cons. xxv. col. ij. vbi vide. Aduerte tamen dum dixi debitorem liberari quando fit exactio in iniuriam creditoris quod hoc non procedit si debitor fuit in mora soluendi quia tunc illa mora praeponderat, ita Ang. in d.l. creditor. ff. de solut. Subdens tamen verba scripta. Argumentum tamen est contra, quia non fuit mora ordinaria ad illum casum. l. si vtenda. §. idem iuris. ff. ad l. Rhod. tamen dic moram esse praeponderandam, vt etiam tenet Imo. in d.l. si debitor. & Barba. eum sequitur in cons. xxvij. in ij. col. in ij. parte. & ita obseruatum fuit. Item debitor liberatur si potest imputari aliqua culpa creditoris, aliam non. Nam Bart. & Doct. allegant §. culpa. & ille §. ita intelligitur, vt ibi in glo. & ideo quando creditor bannitus fuisset absque sua scientia, quia esset absens, & nulla notitia ad ipsum deuenire potuisset, soluens non esset liberatus. ita Nell. in tract. in j. par. iij. temp. q. xxij. col. ij. est materia l. ij. §. item si in facto. ff. de verb. obli. quando quis soluit facto alterius, an damnum sit soluentis tantum an etiam illud potest repetere, na quae do praecedat aliquod factum tertij ex cuius facto soluit, iuxta l. nam & Seruius. ff. de neg. gest. licet hoc casu damnū regulariter non sit soluentis, vt per Deci. in d. §. maxime. Alex. & Socin. tamen si ostenditur diligentia illius tertij, non tenetur tertius, sed damnum est soluentis, & multo magis hoc procedit quando nullum factum interuenit, & appareat de diligentia tertij, vt plene habes in d. §. maxime. per Soc. in secundo casu. In casu autem Bar. in d.l. si creditor interuenit factū tertij, quia recessit, & ideo aliter non probata diligentia damnum est ipsius tertij, verū in casu D. Renati Triuulrij a quo dux in ciuitate Laudis prope pecunias expressit, quas debebat D. Catharinae de Roma habitatrici Mediolani, quia non recesserat ipsa ex ea ciuitate, damnum est D. Renati, quia hic non interuenit factum, cum solum steterit & perseverauerit vbi erat, Nec ipsa sciuit quod voluntas ducis esset, vt recederet, & vtrūque sit, fecit quicquid potuit vt recederet, & ideo omnino est damnum D. Renati l. si per imprudentiam. ff. de euid. Item aduerte quod praedicta non procedunt si exprimitur debitum ab aliquo priuato etiam in iniuriam creditoris, quia tunc debitor non liberaretur per rationem l. ij. in fi. cum l. seq. ff. si quis cautio. ita Bar. in d.l. si debitor, quod facit ad quaestionem, quae extorres, siue banniti reuertuntur ad patriam, occupata per eos prouincia, & exprimitur pecunias a suis fideiustabilibus, postea recedunt & fiscus iterum vult cogere dictos fideiustabiles, quia videtur quod hoc possit, cum a priuato. & non tyrano siue publica expressa pecuniae fuerint, sed dic contrarium, quod imo liberati sunt non obstat l. ij. §. si. ff. si quis caut. quia ratio illius text. cessat, quae est quod debitor habet actionem contra priuatum, vt ibi & per Cuman. cons. cxxxv. col. ij. & maxime procedit hac conclusio, quia secum contraxit qui soluit, quo casu liberatur, etiam si locator fuisset praedo. l. si vrbana. ff. de condi. indebi. Bart. in tract. de tyrann. col. vltima in principio imo, non potest dici priuatus sicut loquitur Bartol. & Docto. & text. in dicta lege secunda §. si. quia isti extorres, erant potentes, vt auctoritate iudicis cogere eum ad soluendum, maxime quia in tali casu non desunt, qui occupatorum partes sequantur, & eis faueat quo ad omne auxilium executiuū & ad hac consideratione vide Cuma. vbi §. consil. iij. &

& Bart. in tracta. de tyrann. ibi, si autem potest ei metum, & c. Nec facio differentiam an habeat ipse iurisdictionem, vel opera iustitiae, ex contractu inito cum fideiustabile, possit facere & faciat, vt dicit Cuman. qui ita loquitur. Et maxime procedit hac conclusio, quia quando occupator iterum acquirit prouincia in integrum restituit omnes extorres qui secum exulabant, ad omnia sua bona, Et iura quo casu fideiustabiles ipsi omnino, tunc tenebantur soluere ei, nec credo quod requiratur coactio, vt dicitur de tyranno qui exprimit praecedente ordinatione, Et c. quia hic soluitur minister iustitiae, Et illi cum quo contraxit, nec esset conueniens dicere, quod non debuerit soluere ei, sub fundamento quod regnans esset tyrannus, quia loco responsionis sine dubio mortem accepisset, sed quando ante tempus soluit, & postea eueniente tempore promissionis, alter dominus reperitur quid iuris sit, dicam infra, & vide omnino per Bar. in d. tract. de tyrann. col. iij. & v. & not. omnino quod ibi dicit in versic. ex praedictis. extorres, & t alios constitutos ab istis tyrannis, qui pecunias exigunt, & postea expendunt eas ad mandatum tyranni, vel ipsi tyranno tradunt, esse liberatos, & memini me vidisse gratiam regis Francorum per quam liberabat eos qui nomine ducis Maximiliani, exegerant pecunias, ita vt nihil remansisset penes eos, quod vt vides, etiam erat de iure, & ad praedicta adde quod licet non fiat remissio mercedis in rebus separatis a solo. l. damnum. C. loca. Tamen si fuerint ablatae per tales extorres vt dominos rerū suarum, & locatos praedij dictorum fructuum, fiscus seruauit, vt esset habenda ratio, & bene, & ad hac faciunt quae dicit Dec. in d. cons. xxv. col. ij. quando debitor soluit reipublicae sub praetextu quod esset domina vera ratione confiscationis: nam licet confiscatio esset falsa, tamen non fuit in culpa qui soluit, & vide de Paul. de Cast. quem ipse allegat, & alia, vt per eum, & ad praedicta vide omnino in d.l. si vrbana. & primo Bart. postea multas illationes ibi relatas per Iac. col. ij. iij. & iij. & ibi habes quid de soluentis iniusto domino cum quo non contraxit, sed bona fide, credes eum verum dominum, & quid de soluento iniusto cum quo contraxit, & mala fide sciens eum breui tempore esse deponendum, & quid de soluento iniusto, qui tamen erat in possessione illius rei pro qua soluebatur, & vt ibi per eum, ad quod vltimum iuuat scire, an princeps amittat possessionem prouinciae propter rebellionem, de quo vide Bal. in l. male agitur. C. de praescri. xxx. ann. & Alex. in l. decernimus. C. de sacrosanc. eccl.
6 Quae etiam in hac materia solutionum, & vtrū coloni & debitorum qui tenentur in die, si soluendo ante diem, & existente altero domino, dies veniat, sint liberati, loquor vbi interueniat vera numeratio, quia si tantum facta est confessio, est alius articulus super quo dubitari potest quamuis ante tempus non soluerit, & dic liberatos esse, quia tempus est datum gratia debitoris. l. quod in diem. ff. de sol. l. in prin. ff. de condi. & demon. cum simil. & ibi not. et in l. qui Romae in prin. ff. de verb. obli. et per Alex. in l. diuortio. ff. sol. matr. col. vj. versic. iuxta hoc quarto. & sicut alius haeret vniuersalis successor non possit infringere dictam solutionem, ita nec fiscus qui in ius priuati succedit, non intelligitur, §. si posteriori. ff. de iure fisci. et l. fiscus. eo tit. cum simil. habetur in l. si constante. §. si. maxime per Rom. ff. sol. matr. sic etiam quando dignitas transfertur per successionem, vt in regibus, ducibus, marchionibus, et similibus, successor tenetur dare his quae fecit ille cui successit. Non ita quando ius

electione transfertur, vt in Imperio et Pontificia dignitate, vt per Iac. in l. j. col. ij. ff. de constit. princ. Aduerte tamen an haec confessiones et solutiones sint factae tempore nihilum suspecto, quando creditores iam positus calcariibus de fuga cogitabant, quia tunc res est periculosa per not. in l. post contractum. ff. de donat. imo super hoc extat ordinatio illius tam excellentis ingenij Hieronimi Moroni qui pro arbitrio tempore ducis Francisci secundi omnia administrabat, quae licet generaliter loquatur tamen ita fuit obseruata, quod si videbantur factae in fraudem, earum nulla habebatur ratio, si etiam non poterat conici fraus admittebantur, sed tamen iterum cogebatur ille ad soluendum, datis sibi tot ex bonis domini in solutum. Non obstat quod dixi supra in versic. adde not. quod si quis. numero 2. loquendo de Bentiuolis post Ancha. cons. cclxxxvij. incipiente. tria principaliter, quia loquitur Ancha. in creditis quorum iam dies solutionis venerat. Nos in illis quae in diem sunt, tamen arbitror necesse esse, vt etiam colonus particeps fraudis fuerit, quia non agit causam lucratuam, iuxta text. in l. ait praetor. §. si quis particeps. ff. de his quae in fraud. cred. & not. per Bart. in d.l. post contractum. col. vj. & in §. item si quis in fraudem. instit. de actio. & ideo cum in dubio non praesumatur fraus maxime in colono qui ignorat consilium domini, non videtur vt possit rescindi solutio: erat enim debitor, licet in diem l. prima in fin. ff. quando dies vsu lega. ced. & potuit renuntiare favori suo. l. si quis in conscribendo. C. de pact. & dixi supra, in prin. quae st. Inuigilant enim creditores ad suum consequendum, & ideo si debitor vni creditori soluat, & non alij valet solutio. in summa. in prin. ff. de pecul. & videmus etiam quotidie ipsum mer fiscum cogere colonos ad solutionem ante tempus. Tamen ad hoc vltimum patet responsio, quia princeps ex causa potest ante diem exigere. l. j. C. de cond. ex lege. sed ad propositum opinionis meae etiam videmus quod intruso potest fieri solutio: ita tamen quod ignorater fiat, vt dixi supra per l. si vrbana. cum ibi not. ff. de cond. indeb. & maxime tollitur suspicio in colono quando apparet de vera numeratione, facit ad praedicta text. in l. aufertur. §. in reatu. ff. de iur. fisci. qui dicit quod etiam ei qui in reatu est constitutus recte soluitur bona fide soluendo, ergo multo magis ante delictum etiam paulo ante, ad id facit. l. reo. ff. de solut. Sed loquuntur d. leges. vbi credita sunt pura, & ad praedictam distinctionem & declarationem, vt non habeatur ratio quando committitur fraus coloni, bene & eleganter facit, quod prospectus futurorum quamuis pertinet ad sapientem virum, tamen non afficit damno non cogitantem, nisi ex praesenti statu debuerit cogitare, verba sunt Bald. in l. adem. col. vltima iij. versic. quarto de quibus vsibus. C. locati. allegat l. si quis domum. §. primo. ff. loca. quae vide. & l. sed & si quis. ff. si quis cauit. & si dicas si re veritate fuerint pecuniae, etiam paulo ante delictum, cur non debet haberi ratio? cum videamus confessionem, tunc demum non nocere fisco quando paulo ante delictum facta est, si numeratio non interuenit. d. l. si posthac. in verbo, dotalium & ibi Ang. C. de bon. proscript. & si vera numeratio interuenisset noceret, vt in text. iuncta Ang. declaratione, & dicam in seq. quae st. & prima facie hoc fundamentum fecit me valde dubitare, sed dic quod loquitur de confessione pecuniarum receptorum ad obligandum, nos de confessione rerum receptorum ad liberandum debitum in diem, quod non poterat exigi ante, nolente debitor, ideo maior praesumptio insurgit cum appareat, quod fuerit solutum ante a colono.

colono, qui verisimiliter sciebat statum et conditionem domini. Do. tamen consilium, vt si omnino appareat de solutione, licet non habeatur rata et iterum pecuniæ exigantur, tamen fiscus faciat vt colonus non sit in damno, vel dando ei tot ex bonis domini in solutū, vel aliter eis satisfaciendo super aliis pecuniis quarum dies solutionis nondum venerit, nec ad hoc somnians moueor: nam Bart. in d. l. post contractum. col. ij. dicit, quod venditio vt in fraudem facta rescinditur si etiam emptor particeps fuit fraudis, sed tamen communis est, vt fiscus et si rescindat, tamen soluat pretium post q̄m de lucro tractat non ita in creditore reuocante alienata in fraudem, ita ibi communiter Doct. quicquid dixerit Bar. in l. si debitor. ff. de his, quæ in fraud. credit. & quicquid dicatur in §. item si quis. in tit. de actio. vt supra dixi. Et hæc procedunt in fisco qui successit propter publicationem, & qui successit in ius priuati, & tenetur seruare, quæ fecit ipse priuatus, cui successit: sed si res reuenteretur ad eum morte usufructuarij, vt quia usufructus esset alterius: & proprietatis fuisset principis, siue fisci, vel aliis modis quibus usufructus finitur. §. finitur. in tit. de usufr. vel etiam quia princeps fuerit dominus directi, & vtile esset consolidatum cum directo propter confiscationem vel aliter. Et de usufructuario quando moritur sine dubio fructus anni secundi sunt proprietarij, & non heredum usufructuarij. Item primi anni, secundum distinctionem l. defuncta. ff. de usufr. quæ loquitur in republica usufructuaria: & dicit quod fructus primi anni collecti tempore vitæ sunt sui, licet dies pensionis nondum venerit, & secundum d. l. potes determinare casum. de quo vide Fed. consil. cxx. colum. ij. & Cuma. consil. clix. colum. ij. circa fin. Sic etiam in feudatario, quando feudum aperitur domino directi fructus anni sequentis, scilicet secundi anni, sine dubio non sunt sui nec potuisset feudatarius facere præiudicium quo ad secundum annum, nec alios, dominò directi, quo ad primum annum diuiduntur fructus secundum consuetudinem, quæ est in c. j. §. his consequenter. in tit. hic fin. lex. Corr. vbi si aperitur ante Calendas Martias feudum omnes fructus sunt domini, aliàs si post vsq̄ ad Augustū sunt heredis feudatarij, & per Alexan. in l. diuortio. col. ij. ff. sol. matrim. vbi dicit quod communis est opinio, vt seruetur distinctio prædicta, & ibi Iac. in prin. colum. ij. vbi ponit etiam, quando deberetur pensio loco fructuum, quem Iac. etiam ibi vide col. vij. versic. pro clara intelligentia. Et idem est dicendum in fructibus beneficiorum, nam clericus facit illos fructus suos iustar fructuarij, vt per gl. in cap. præfenti de off. ord. in vj. & per Alexan. in d. diuortio. colum. ij. vbi ponit communem esse in hoc vltimo casu, secundum distinctionem d. gloss. Et aduerte in causis prædictis, & quando conductor soluit ante tempus, & aperitur postea feudum vel usufructus, vel præbenda transit in alium, quod si feudatarius vel usufructuarius est solvendo tribuit quæ habuit, vbi fructus non sunt feudatarij, vel alterius presbyteri: si vero non est solvendo, tenetur conductor, cui imputandum est, quod soluerit per l. si quis domum. §. j. ff. loc. ita Arch. xij. q. ij. q. aliorum circa fin. & Ang. in notabili consil. cclxlv. col. vij. versic. dicit tamen Gofredus, & facit gl. inc. si. ne præiudic. suas. Aduerte tamen quod dixi de feudo, clare procedere, quando t̄ aperitur feudum aliter quam ob publicationem, sed si aperiretur via publicationis, quia potuisset in ea comprehendere, iuxta consil. Curt. iij. post tract. feud. referendo me tamē ad ea, quæ dixi

in specie circa hoc supra titu. præcedenti, tunc credo idem dicendum, quod in aliis rebus hereditariis. Nā hoc casu non potest fiscus dicere colono, Tu non debebas solvere, nam successit fiscus in ius priuati & vt supra dixi, in aliis bonis, in quibus fiscus successit. Sic etiam credo, quando feudum sui natura non venit in confiscatione, tamen acquiritur domino, quia venit contra eum vasallus, iuxta c. i. §. denique. quæ sit cau. ben. amit. posito quod confiscentur bona ipsius feudatarij, & fiscus velit ei succedere. Nam licet iura feudalia non transeant iure confiscationis, quia non transeunt in extraneum, sed veniant in dominum ex tacita conditione. quam videtur fecisse ipse dominus tempore concessionis, ne in eum delinqueret, vt not. in d. §. denique, & per Alexan. in l. si finita. §. si de vestigalibus. colum. x. ff. de dam. inf. tamen postquam in rebus bonis voluit esse vniuersalis successor, non debet posse contravenire, vt per Rom. consil. xxxv. & Imol. in c. portit. extr. loc. & Iac. in l. ij. C. de iure emph. in pen. & vlt. char. Cogita, quia non reperio Doct. in d. §. his consequenter, tangentes hūc artic. Quæro etiam t̄ an confessiones, quæ quotidie deferuntur præfectis reddituum factæ per eos, quorum bona confiscata fuerunt colonis suis, vel aliis in quibus non apparet de vera numeratione, præiudicent fisco, qui postea successit tali constentri? Iste articulus pender à materia auth. sed iam necesse. C. de do. ante nup. vbi Bar. vult, quod non præiudicent creditoribus etiam futuris, vbi adit aliqua suspicio fraudis, ergo nec fisco quia æquiparantur vt plurimum, vt in l. j. C. de iure fisci. lib. x. cum ibi not. & per Bart. in d. l. post contractum. col. ij. & ita Bart. in d. authen. sed iam necesse. & Bald. in l. si quis post hac. iuxta text. ibi in ver. corporaliter. C. de bo. dam. & ille text. hoc clarè probat, data tamen suspicione, vt quia pauld ante delictum factæ fuerint, declarat ibi Ang. post glo. & ita intellige Paul. de Cast. consil. lxxxij. visis his, quæ superius allegantur. col. j. & ij. secundum antiquam impressionem, & Rom. consil. cccxl. circa fin. Et signa fraudis ponit Alex. consil. cxlij. colum. ij. volum. v. & Iac. in §. item si quis in fraudem. in tit. de act. Sed tamen prædicta procedunt, videlicet text. in d. l. si quis post hac. & in d. authen. & Doctores supra allegati in confessione ad obligandum. Nos loquimur in confessione colonorum & debitorum ad liberandum, in qua apparet de causa, quare soluitur, & quidem vera, & quod sit diuersa ratio, patet in l. in contractibus. §. super ceteris. C. de non. nu. pec. Item quando confessio per se non est efficax, tūc efficitur, quando aliqua coniectura pro ea militat. Bald. in l. j. C. de pri. det. Bald. Nouell. in iij. limit. in x. parte, & Felin. in cap. si cautio. de fide instr. in versicu. fallit tertio. Item quādo præcedit promissio, & sequitur confessio, præsumitur vera, d. l. in contractibus. §. sed quoniam. Fel. vbi §. char. penul. vers. fallit quarto. & Bald. Nou. in d. x. parte, in vers. se primò fallit. Item confessio tutoris & similis personæ nocet successori, quando ad liberandum tendit, non quando ad obligandum, vt per Iac. in l. ij. §. creditorum. ff. si cert. pet. col. iij. in quo articulo etiam vide Fel. in c. si. col. pen. ver. generaliter autem. & col. seq. extrā, de præscript. Breuiter teneo in casu nostro quod præiudicet, quia Doct. supra allegati in hoc articulo dicunt: & si præiudicant quo ad obligandum, multo magis quod ad liberandum, nisi ad sint signa fraudis, & ad hoc vide Dec. in consil. cxxxij. col. si. in si. & ibi habes, quod contra talē confessionem hæres non potest venire, iuxta l. cum à matre. C. de rei ven. non ita in confessione tutoris & procuratoris, nisi tamē posset fraus conici: quia tūc posset contra

contra eam venire vniuersalis successor, vt per Curt. consil. j. in vlt. colum. et per not. in d. l. post contractum. et in d. §. si quis in fraudem. Est verum, quod difficultus potest fraus conici, quando confessio tendit ad liberandum ex causa præambula: nam vna præsumptio tollit aliam. l. d. ius. ff. de in int. rest. et ideo deberet fortior præsumptio adesse hoc casu, quā si tenderet ad obligandum, aliàs est standum ipsi confessioni, et ita tene.

Titul. de Proclamate, quod fit bonis publicatis.

S M M M. AE.

- 1 Publicatio an comprehendat bona, quorum sola detentio erit apud delinquentem.
- 2 Descriptio bonorum eius, qui criminis arguitur, quomodo fieri debeat. & num. 8.
- 3 Cride an præiudicent quo ad res, quæ non erant delinquentis & tamen fuerunt descripta tanquam sua.
- 4 Cride an præiudicent quo ad ea, quæ non erant delinquentis, si non fuerunt descripta, & maxime stante decreto Me dislan. vt non apprehensum habeatur pro prehenso.
- 5 Cride an præiudicent ignorantiis.
- 6 Bona fides requiritur etiam in præscriptione statumaria.
- 7 Cride an comprehendant hereditatem tertij, in qua tamen delinquens gerebat. si pro herede sed non apprehenderat possessionem corporum hereditariorum.
- 8 Descriptio bonorum fit aliquādo per fiscū ad hoc solum, ne bona transeant in sinistru, & quomodo, & quādo hoc fiat.
- 9 Cride seu proclamationis quo tempore fieri debeat per fiscū.
- 10 Publicatio comprehendit etiam res recuperandas possessionem, si quod erat apud delinquentem.
- 11 Cride an præiudicent fideicommissariis, & ceteris habentibus ius conditionale, si non contradixerunt, & an præiudicent iis, qui postea nascuntur, & præiudicent emptori in casu euictionis.
- 12 Cride an præiudicent hereditati in centis, & mulieribus in dote, & pupillis, & aliis absentibus.
- 13 Cride facta non bene seruata forma sunt ipso iure nulle.
- 14 Probatio an admittatur post terminum, cum tendit solum ad confirmationem eorum, quæ producta sunt in termino.
- 15 Bannitus vel alius condemnatus, & primarius bonis, & deinde restitutus, an teneatur creditoribus si ipsi non contradixerint credit. & num. 16.
- 16 Præscriptio an penitus tollat actionem, an verò solum reddat inefficacem.
- 17 Cride an præiudicent illis, qui non contradixerunt, sed tamen venerunt statim ab initio, cum bona fuerunt per fiscum apprehensa.
- 18 Cride an lapsò termino excludant omne genus probationum, & etiam instrumentum.
- 19 Cridarum terminus respicit id solum, quod petitur non autē qualitates exteriores, puta, si quis vellet probare absentiam.
- 20 Cride an præiudicent creditoribus, qui non contradixerunt, quia condemnatio erat nulla, si facta sit à iudice laico contra delinquentem clericum.
- 21 Cride an sit legitimus contradictor pater pro filiis.
- 22 Cride an possit interdiceret mater pro filiis, vel etiam pro sua dote, si non habeat tutelam vel curam.
- 23 Cride præiudicent etiam creditori clerico, si non contradixit.



Intelligentiam eorum, quæ hoc loco dicenda sunt, scias in hoc dominio extare decretum, vt non solum bona rei sint ipso iure confiscata, verum etiam habeantur

pro apprehensis, vbi apprehensio per officiales esset omissa, vult tamen verè fieri debere descriptionem, & apprehensionem bonorū ipsius reitè vt dixi, quod omisum apprehendi habeatur pro apprehensio. Decretum etiam disponit, vt secuta per sententiam condemnatione aduersus reum, bona publicata proclamantur in hunc modum, quod quilibet qui præiudicet se creditorem, vel ius aliquod habere in bonis relictis per condemnatum, & apprehensum verè aut per fictionem ipsius decreti, teneatur infra certos menses comparere, & contradicere: quibus elapsis, & contradictione non facta, fingantur omnes nullum ius habere in bonis talis condemnati. Ad cuius decreti intelligentiam primò scias, quod t̄ etsi dictum decretum velle videatur, vt in confiscatione non veniat nisi bona propria condemnati, quod idem etiam videtur velle rex. in l. j. ff. de bon. dam. & alibi. Tamen absolutè est dicendum, quod si etiam sola detentatio esset in condemnato, tamen ius illud detentationis transit in fiscum: & multò magis hoc idem dicendum est de possessione, in quibus possessione, & detentatione est etiam quoddam dominium, secundum Bart. & Doctores in l. si quis vi. §. differentia. ff. de acquiren. possess. Quia ratione l. fina. C. de edicto diui Adu. toll. volens vt hæres mittatur in possessionem earum rerum, quæ fuerant defuncti, procedit etiam in sola possessione, & in detentatione, vt ibi in gloss. in verb. fuerunt. & Bart. eam expresse sequitur, & absolutè est dicendum, quod fiscus succedit in omni iure eius, cui bona confiscata fuerunt: quia est instar heredis. text. in l. secunda. C. ad l. tul. de vi pub. & per Alexan. in l. si marito. in princip. ff. soluto matrim. & quomodo possit esse ius in aliquibus rebus apud condemnatum, licet non esset dominus, docet text. in l. rem quæ nobis. ff. de acquir. rer. dom. & glo. notabilis ibi, & l. bonorum. §. in bonis. ff. de verborum signific. & melius quàm alibi text. in §. fin. quem omnino vide instr. vbi bon. rapr. Ex his instruitur ille, qui t̄ à procuratoribus fisci, & aliis iudicibus mittitur, vt faciat descriptionem bonorum eius, qui criminis arguitur, ita vt errare non possit in modo descriptionis, quam facere velit: quia debet describere res & iura, prout erant penes suspectum id est, si solum erat detentator, puta, conductor, vel depositarius, iuxta l. licet. §. j. ff. de depositi. & l. rei. ff. de commod. debet describere rem pro conducta vel deposita, & non tanquam eius sit pleno iure, si solum etiam habebat vtile dominium, vel directum debet describere rem, prout se habet, & sic de similibus: & facit l. forma. ff. de censib. in princip. & melius l. fin. C. de bon. vacant. libro decimo. & effectus est: quia si postea bona illius ponuntur ad proclamationem iuxta dictum decretum, & quæ ponit Othofred. de proclamationibus bonorum vacantium, quæ fieri debent per fiscum, in dicta l. fina. & in l. prohibitorium. C. de iure fisci. eodem libro decimo. Per non contradictionem non firmabitur res pleno iure apud fiscum, sed prout posita fuit ad proclama. Nam si solum vtile fuit descriptum, & sic positum ad proclama, firmabitur vtile: si solum directum, idem in directo: si sola detentatio fuerit descripta, firmabitur ius detinendi. Admitto, t̄ quod si describens rem, in qua is, cuius bona confiscata fuerunt, habuisset detentationem solum, descripsisset eam pro re propria illius, ignorans quod esset res conducta, eo casu crida, quæ pleno iure rem proclamasset, præiudicarent locatori, & de hoc extat ordo nouus in hoc dominio: Quare, vt dixi, est aduertendum, vt descriptio fiat secundum qualitates rerum & iurium. Sed oritur dubitatio,

4 dubitatio, si an si talis res conducta non describeretur, sed pratermitteretur, an crida praeiudicaret locatori, & domino? Et videntur praeiudicare: quia decretum, vt dixi, fingit quod non apprehensum habeatur pro apprehenso. Sed dic contrarium: quia et si pro apprehensa habeatur res conducta, iuxta dispositione dicti decreti, tamen habetur pro apprehensa sicut est, & non amplius, sicque detentario habetur pro apprehensa, & non ultra. Effet enim nimis absurdum, si diceremus decretum, dum fingit contra ius commune. l. cum haeredes. in princ. ff. de acquir. posses. Et veram conclusionem factam per Alex. in l. si mora col. ij. ff. soluto matrim. vt possessio non transferatur, nisi per apprehensionem, vel alium actum iuxta l. quod meo. in princ. ff. de acquir. posses. pariter etiam fingere, vt vna res esset alia, & quod non solum asinus deberet haberi pro apprehenso: verum etiam deberet haberi, ac si equus apprehensus fuisset, quod minus est dicendum: quia lex non fingit, vbi oritur iniquitas ita fingendo. l. nec vtilem. ff. ex quibus causis maio. & notatur maxime per Ar. in dicta l. cum haeredes. §. j. ff. de acquir. posses. Vfuscapio enim & praescriptio, quae postea oritur ita fingendo ex dispositione cridarum est impium & iniquissimum praesidium, vt per Iaso. in l. si is qui pro emptore. charta septima. colum. j. versic. secundam ratione. ff. de vscapio. Et haec clara existimo in terminis, sicut dixi. Sed pone, quod suspectus, criminis rem possidebat & bona fide, putans esse suam, iuxta totum titulum ff. de publicianis, & nulla fiat descriptio talis rei, An crida hoc casu praediudicat domino? Arbitror praediudicare, quia habetur pro apprehensa, sicut erat apud illum, cuius bona confiscata fuerunt, & consequenter crida praediudicat domino, non minus, quam si esset facta descriptio dictae rei, describendo eam inter res illius, contra quem secuta est confiscatio, ex praesumptione, quae maxime oritur ex possessione, per quam praesumitur dominium. l. ij. C. de probatione. & notatur per Bar. in l. a duo Pip. §. si super rebus. col. ij. ff. de re iud. & not. per Doctores, maxime per Cyn. in l. ob maritorum. C. de vxor. pro marito. Sed difficultas est, quando qui criminis arguitur, est in mala fide, iuxta l. bonae fidei emptor. ff. verb. sig. & quae ibi not. maxime per Alciat. An hoc casu, si non fiat descriptio talis rei crida praediudicat domino? Et secundum praedicta videtur dicendum non praediudicare: quia licet decretum dicat, vt res non apprehensa, habeatur pro apprehensa, tamen non videtur comprehendere talia bona, quae inique & contra ius per illum tenebatur. Ad hoc accommodo hoc fundamentum, quod in confiscatione non transeunt nisi bona illius, cuius confiscantur: & hoc non dicebatur esse in eius bonis, text. est in d. l. bonorum. §. in bonis, ff. de verb. sig. vbi dicit, quod quae possidemus iniuste, & cum mala fide, non sunt in bonis nostris; Crida etiam iuxta dispositionem dicti decreti non vocant nisi illos, qui pretendunt habere ius in bonis confiscatis; ergo non comprehenditur hic casus: Fateor quod si ignoraret essent apprehensa haec bona, tanquam essent in bonis a domino; illius, cui confiscata fuerunt, crida praediudicaret domino; vel saltem ita obseruaretur de facto: Sed non facta apprehensione, quemadmodum ille, qui tenebat per centum annos, non praescripisset, iuxta cap. si de praescrip. ita nec fiscus, tamen si quo ad eum haberentur pro apprehensis: nam per factam apprehensionem non posset dici eum aliquid habere, nisi quod reperiebatur apud eum, cuius bona publicata fuerunt, & quemadmodum ab eo posside-

hatur & vnicuique verbo volo dicere, quod fictio decreti non fingit hoc casu, quo bona non dicuntur in bonis eius, cui confiscata fuerunt, sed tantum fingit, quando bona sunt in bonis confiscatis & hoc verum esse ostendit decretum ipsum, dum vult vt bona rei confiscantur. & deinde quod illa habeantur pro apprehensis non ergo habentur pro confiscatis ea quae non sunt in bonis, prout declarauit s. & si aliter diceremus, esset fingere contra aequitatem, vt sic sequeretur praescriptio, quae aliis sequi non deberet. iuxta dicta Odof. in l. si. col. ante pen. & prin. seq. C. de bon. vac. lib. x. vbi vult quod si non facta apprehensione crida non praediudicent ignorantibus, imo etiam esset contra ipsummet decretum: ergo haec fictio tantum introducit in bonis eius, cui confiscata fuerunt, non in aliis: & cui dubium? quod maior status sustulisset de descriptione bona talia, vbi scilicet, ergo nec debet pati, vt id, quod fecisset siue non tolerasset, debeat haberi pro facto. Et ex his apparet, quod etiam est pessima practica, vt propter cridas, res, quae illius non sunt qui criminis arguitur, sed ab eo tamen bona fide possidentur; non descriptae habeantur pro descriptis sumpta ab eo rigido decreto. Sed velle etiam contra decretum vt locum habeat in non bonis, esset velle contra omnem sensum, & contra reg. quod fictio plus non operatur, quam veritas. l. si triennio. ff. de stat. lib. cum simi.

6 Et ad praedicta facit quod etiam bona fides requiritur in praescriptione statuta. Abb. ij. volu. consilio lxxvij. col. v. & per Doct. in c. si de praescri. & in c. si diligenti. eo. ti. Sed pono quae est, quam habui in facto.

7 Titius frater defuncti gerebat se pro haerede, alienando, & exigendo credita confiscantur bona eius propria, & ditaxat apprehenduntur a fisco, omnis (quia ratione nescitur) bonis hereditariis. bona Titij ponuntur ad proclama, verus haeres testamentarius non co tradit. Quare an crida excludant eum a iuribus hereditatis? Et videntur excludere, quia factam habuit hoc ius; quo putabat se haeredem, gerendo se, vt dixi: ergo illud transiit in fiscum, quapropter debuit contradicere. Credo indubitanter contrarium, quia in Titio non erat dominium, quod erat in vero haerede, qui adierat hereditatem, iuxta l. cum haeredes. in princ. ff. de acquir. posses. & in laut facta. in princ. ff. ad Trebel. nec possessio corporum, quia nulla interuenit apprehensio, iuxta l. prima in princ. ff. de acquir. posses. & dicta l. cum haeredes. & per venditiones dictorum bonorum, quamuis intelligeretur hereditatem adiuisset, iuxta not. in l. gerit. ff. de acq. haered. non tamen diceretur apprehendisse possessionem, vt patet lippis & tonforibus. Nec etiam ita se gerendo, vt supra dicitur acquisiuisse quasi possessionem iuris hereditarij, vt dicit gl. & ibi Bart. & omnes in l. j. C. de vfu. pro ha. & maxime quia in quasi possessione rerum incorporalium requireretur scientia & patientia veri haereditis & domini, l. quoties. C. de ser. & aqua. & not. in l. iij. in princ. ff. de acq. posses. ergo ille suus error, dum putaret se haeredem, nulla in re sibi proderat, nec prodesse poterat. glo. est in c. consultationibus, de iure. in gloss. fin. et text. ibi ita vult, et Abb. ibi, et Abb. in ca. nihil. de elec. vbi est videndum, et dato quod etiam fuisset in hac quasi possessio, tamen si erat in mala fide, nihil sibi prodesse poterat, et nihil dicebatur habere in bonis. Abb. in dictis locis, et ita non potuit transire in fiscum, quod non erat penes illum: et res magis est clara, quia fiscus nihil apprehendit, atque ita succedunt praedicta, et quod nihil dicatur habere in bonis, qui sic credendo est in mala fide praedicatur ab omnibus in lege decernimus.

C. de sacrosanct. eccles. et in l. Barbarius Philippus. ff. de offic. praetor. Item quod non habeatur in aliqua consideratione titulus putatiuus, vbi quis non est in quasi possessione illius iuris, & quod sit indubitatus casus, dicunt Abb. Imol. Burr. & ceteri in d. c. nihil & volunt quod etiam eo in casu non solum alienationes non valeant, sed nec debitorum potuerint soluere: & ideo cum ratione hereditatis non possit dici in possessione nec quasi, vt dixi, per glo. in d. l. j. ff. de haered. quam ibi Bart. not. & expresse approbat, & not. ibi per Paul. de Cast. que vide, & vbi posset dici, cum hoc cesset deficiente scientia & patientia domini, vt dixi, & ponunt omnes in hac materia. in d. c. nihil. & Bar. in l. iij. §. hoc interdicto. ff. de itin. aduque pri. merito non valent quae per eum gesta fuerunt: quia omne ius deficit in eo. Et in specie si vis scire, quando quis possideat pro haerede, vide text. in l. regulariter. ff. de per. haer. & gl. ibi, & in effectu text. vult, quod possidere pro haerede non consistat in actibus, quibus adiretur hereditas, sed in his, quibus apprehenditur possessio rerum & iuris hereditatis. Conclude igitur, quod si volumus in hac possessione, vel quasi, considerare gesta circa hereditatem, prout gestum fuit, abque apprehensione corporum hereditarium; tunc non datur possessio, nec dari potest. Si etiam volumus considerare possessionem corporum, haec non fuit facta: ergo omni casu nullum ius erat penes eum, propterea nihil transiit in fiscum: & de hoc titulo putatiuo pro haerede vide Iaso. in l. j. C. de inoffic. testam. col. j. Et scias ad confirmationem praedictorum, quod titulus iste non dicitur titulus. Casus est in l. haereditatem. C. in quibus causis cess. longi temp. praescrip. & in d. l. regulariter. est glo. clara. Nec habetur in aliqua consideratione, nisi quatenus possidet aliquam rem hereditariam, vt apparet in praedictis. vnde cum etiam decretum velit, vt non apprehensum habeatur pro apprehenso, non militat: quia non entis nulla sunt qualitates. l. decem. ff. de verb. oblig. Sed aduerte diligentius, & verius, quamuis quis gerendo se pro haerede in actibus, quibus verus haeres adiret hereditatem; & non apprehenderet, non possideret corpora hereditaria, nec etiam hereditatem, quae non potest possideri, sicut dixi: tamen esset in quasi possessione se gerendi pro haerede, iuxta, quae ponit text. in l. pro haerede. ff. de acq. haered. & ideo tunc potest dici aliquid ius in eo, iuxta notata in c. nihil. & in c. consultationibus. Est verum, quod requireretur in hoc scientia & patientia domini, iuxta terminos vulgares: & propterea perseuero, quod nihil transit in fiscum: quia quod non est, & c. Et in effectu in terminis quaestionis nostrae de eo, qui se gerit pro haerede abque apprehensione corporum hereditarium, quod non possit dici ius esse penes eum, apparet ex hereditatem. C. in quibus cau. cess. longi temp. praescrip. & glo. ibi. Nam ille titulus pro haerede non est titulus. ita text. ibi, qui alias non concederet petitionem hereditatis dari contra illum, sicut concedit, vt per Iaso. vbi s. Tamen vbi possidet corpora hereditaria ex iusta causa, aliud est, vt ibi in gl. Item debitorum hereditarij recte soluitur tali, nisi sit quieti possessio bonorum Paul. de Cast. in l. si debitor. ff. de per. haered. & satis patet hoc meum assumptum ex d. glo. Barto. & Paul. de Cast. in d. l. prima. ff. pro haered. Fateor, quod si gerere se pro tali consisteret in eo iure, quod esset possessor vel quasi, tunc sufficeret illa quasi possessio, per d. gloss. in d. cap. consultationibus. Sed cum in hac quaestione consistat solum in corporibus bonorum, possessio debet esse in bonis ipsius. & ita me audito in Senatu, & quidem saepius super hoc, quia

tuleram sententiam contra fiscum, quam aliqui doctissimi viri impugnare nitentur, Senatus declarauit decernendo meam sententiam esse executioni mittendam, nemine contradicente. Secundo scias, quod quando pro delicto bona publicantur, & adest suspicio contra aliquem, quod deliquerit, statim fit descriptio per officiales ad id electos, omnium bonorum delinquentis; modo cuiusdam inuentarij, ne bona transeant in finistram, non autem vt turbetur suspectus in possessione sua. De qua descriptione vide text. in l. ff. de req. reis. & ibi omnino Bar. & d. l. fin. C. de bon. vacan. & Bar. ibi & Bar. in l. defensionis facultas, C. de iure fisci. Et sequestratio talium rerum, quae describuntur, lite pendente est prohibita, vt in dictis iuribus. Decretum tamen nostrum, de quo supra, illam permittit, & vult vt fiat pene communia, quinimo quod habeatur pro facta: Vult tamen vt per dictam sequestrationem non fiat praediudicium domino & possessori. Alia est descriptio & apprehensio possessionis, quae fit post cognitionem & sententiam, de qua Bart. in d. l. defensionis facultas. & in d. l. si secundum dictum decretum nostrum lata sententia sunt allegatae proclamae: secundum vero ius commune videtur quod fieri debeant, facta prima descriptione, ad hoc vt si quisquam velit se opponere confiscationi, vel aliter, & c. ita Odofred. vbi supra, sed non est ita de iure. Nam primo inquiruntur bona, & describuntur, & tunc proclamantur, si vacantia praesumuntur, vt si quis sit haeres, compareat & ostendat, & nemine comparente: verum est, quod ille decessit sine haerede, & sit locus fisco, iuxta l. j. & iij. C. de bon. vacan. & ita voluit loqui Odofred. & Clarus Plat. in d. l. fin. & est decisio Bart. in l. sancimus. §. cum autem. C. ad Trebel. & sequitur Afflict. in tit. quae sint regalia. in verbo, bona vacantia. colum. ij. & tunc nemine comparente fisco bona apprehendit. Sed tamen sciendum est, quod quamuis sit lata sententia, non tamen statim a fisco capiuntur, nisi ex nouo iussu principis. d. l. prohibitum, et Plat. ibi, et in dicta l. fin. colum. iij. Secundum vero decretum nostrum commissio delicti non solum bona, habentur pro confiscatis, sed etiam pro descriptis, vt dixi, ac etiam pro vnico fisco: et de effectu vnionis dixi supra in titulo de bonorum publicat. dum tetigi de praescriptione bonorum confiscatorum, et apparet in dictis iuribus. Cum primum igitur est factus locus fisco, et in effectu bona sunt ei adjudicata, et apprehensa, tunc ad hoc vt liquidentur dicta bona, fiunt proclamae, vt si quis pretendat ius habere, agar in termino, vt supra, & hoc in executione ordinis decreti, qui ordo sumptus est ex l. diffamari. C. de inge. & manumil. per quam l. diffamari. in effectu actor cogitur et ex practica, quae ex ea sumitur, iuxta dictum Baldi. ibi col. fin. dum loquitur de scholari, qui volens recedere a publico gymnasio, potest fieri facere proclama, vt si quisquam pretendat habere credita contra ipsum, compareat in termino, & c. et not. per d. l. diffamari. Ang. Ar. in l. de excep. in rub. col. xxij. versic. secundum fallit. Abb. in c. si quis contra clericum. de foro compet. Fel. in c. venerabilis. col. iij. de except. et Nat. in rep. clem. lape. de verb. sig. col. xxxij. et duabus sequent. et ibi omnino vide circa dictam l. diffamari. Et haec dicta sunt, dum ordo cogit ad agendum in certo termino: dum vero excludit quemlibet non contradicentem in eo termino, sumitur illud ex l. si eo tempore. C. de rem. pig. & ex eo, quod not. Bartol. ibi, & de hoc etiam per Doctorem vbi supra, circa d. l. diffamari, et de hac proclamatione loquitur Odofred. in dicta lege finali colum. antepenult.

in fi. & pū. seq. vbi vult, quod crida non p̄iudicent
creditori ignorant. quando nōdum facta erat apprehen-
sio. & quod dixi de bonis vacantibus, idem est,
quando ex delicto bona transeunt in fīscum quia pri-
mō fit descriptio. iuxta d. l. fin. ff. de requir. reis. deinde
quæritur an deliquerit. & declaratio eum deliquisse,
bona apprehenduntur. & hæc patent in tex. & glo. prin-
cipali ibi, quæ incipit, pendente, in d. l. defensionis fa-
cultas. C. de iure fisci. Aduertendum tamen est quod
10 et si dominium vel possessio impediatur publicatio-
ne sine vnionem, vt per Alex. in d. l. si marito. in prin.
ff. solu. mar. Ius tamen recuperandi possessionem, si
quod erat in delinquente, quem admodum omnē a-
liud ius, vt dixi supra, transit in fīcū. l. ij. C. ad leg.
Iul. de vi publi. Nam actio ipsa dicitur esse in bonis
condemnati, vt de se patet. Item tamen impediatur
conscriptio sine vnio rei ipsius, attamen factis pro-
clamaionibus debet fieri contradictio per habentes
ius secundum supra dicta. Item est aduertendū, quod
nisi decretum, de quo supra, fingeret apprehensionem
possessionis, non procederet prescriptio cridarum, nō
quia sine possessione non procedat prescriptio. l. sine
possessione. ff. de vsuc. Cum secundū allegatum ordi-
nem satis sit habere dominium & ius, ad hoc vt fiat p̄i-
iudiciū habenti aliquid ius in eo, sed quia crida tan-
quam rigida habent hanc interpretationem, vt nisi fiat
apprehensio, non p̄iudicent, saltē ignorant, vt dixi
5. velle Odofr. in d. l. fin. col. antepen. in fi. & prin. seq.
& ideo decretum animaduertens ad hoc ordinat vt
etiam non apprehensa habeantur pro apprehensis. Et
adde quod crida in effectu via quadam prescriptio-
nis auferunt dominium à domino secundum Bar. in
11 l. rem qua nobis. in fi. ff. de acq. poss. Et an teneatur
contradecere talibus proclamationibus habens ius si
deicommissi, cuius dies nondum venerit, vel aliud
ius conditionale, Decretum in effectu vult, vt teneatur
contradecere in verbis, de quibus supra ibi, quilibet
pretendens ius aliquid. & ita Ias. post Cuman. &
alios in lege stipulatus fuerim. §. cum stipulamur. ff.
de ver. oblig. Et facit, quod ius fideicommissi dicitur
ius aliquid, & recipit estimationem. Bartol. in l. is po-
test. col. ij. ff. de acqui. her. Alex. cons. xciiij. col. pen. in
j. vlt. & cons. v. col. ij. in vij. & vide Alexand. in d. l. is
potest. respondentem ad Bar. qui alibi videtur aliter
loqui. Nec obstant notata per Bart. in l. cum Titio. ff.
ad leg. Falc. vt per Alex. in l. Falcidia nō habetur. ff. ad
leg. Fal. & licet sint aliqua verba decreti nostri, quæ vi-
deantur refragari, tamen etiam pater responsio, si illa
bene vides, & ita obseruatur. Sed aduerte, quia licet
fiat p̄iudicium proximioribus natis, tamen si post
nascantur alij à testatore vocati, illi petere possunt:
quia qui nondum erant nati, non comprehenduntur
in cridis. Si verba cridarum vides, nec culpa viuentiū
p̄iudicat sequentibus regulariter. Bart. in l. eum, qui
ff. de inter. & releg. & ita fuit iudicatum à magistra-
tu, nec expectatur mors naturalis non contradicen-
tis, ideo statim aperitur via, ita quod fīscus mediō tē-
pore nihil habet. Alex. in d. l. eum, qui. in apostil. non
transeunt Bald. cons. cclxxxiiij. vol. j. & est tex. in l. do
p̄iūm. in fi. C. de in ius voc. Sic etiam Bart. in d. l.
eum, qui, quia vult vt statim aperiat via non expe-
ctata morte patris, nec dicit quod fīscus teneat, do-
nec viuit, & ita obtinuit. Et quod dixi de iure fideicō-
missi, idem est in credito conditionali ex contractu,
quia etiam dicitur ius aliquid, iuxta glo. in clem. j. de
foro cōpet. & Ias. in d. §. cum stipulamur. Et creditor
cui sub conditione debetur, est creditor. l. is, cui. ff. de
actio. & obli. Et si spes fideicommissi, vt supra, dicitur

ius aliquid, multo magis spes crediti conditionalis,
& quia militat ratio petendæ cautionis, quod solum
ponderat Barr. in d. l. is potest, & ex quo vult, quod sit
alicius estimationis, & quia etiam sit transmissio, &
quia in ratione Falcidiæ debitum deducitur, vt per
gl. in d. l. is, cui. & ita seruatur nō obstantibus quibus-
dam considerationibus nonnullorum verborum de-
creti, quæ aliquando fuerunt factæ in oppositum, &
nihil valent. Sed quid in iure, quod habet emptor cō-
tra venditorem, casu quo euincatur res empti? Dic
practicam esse, quod tenetur contradecere, cridis, de
quibus supra quæ sunt iuxta formam dicti decreti.
Et facit, quia venditor tenetur emptori etiam ex na-
tura contractus de euictione, si illa sequatur. lex em-
pto. in princ. ff. de act. emp. & sic emptor in presens, fa-
cto contractu habet ius saltem aliquid, licet sit con-
12 ditio nale. Et per quæ verba comprehenduntur
iura conditionalia, vide Bar. in l. qui Romæ. §. duo fra-
tres. in vj. q. ff. de ver. oblig. & Aret. cons. vj. col. iij. Et
tempus cridarum, de quibus supra, siue proclamatio
nūm cōtinet hereditati iacenti, vide Cuman. in l. j. vlt.
ff. de acqui. pos. Ias. in l. is, qui pro emptore. in vlt. no-
tab. ff. de vsuc. Et quando quis non se opponit cridis,
an possit postea propria auctoritate ingredi, prout
potuisset quando non essent factæ, vide Alex. in l. quæ
padmodum. in j. col. ff. de acqui. pos. & in libro me-
morialium, charta 162. Item vide Bald. cons. xvj. siue
clxij. in j. parte. vbi ponit an p̄iudicet mulieri in do-
te, & in prefato lib. memorialium eadem char. & secū-
dum dictum decretum p̄iudicant mulieribus in do-
te, pupillis & aliis etiam absentibus, etiam denegato
beneficio restitutionis in integrum, non tamen tolli-
tur beneficium nullitatis, vt statim dicam: & vide etiā
ad similes ordines cridarum. Rom. cons. liij. visis the-
mare. Est tamen semper aduertendum per creditores
13 quibus obicitur lapsus cridarum, an fuerit bene
seruata forma ipsarum cridarum: quia aliter crida
essent nullæ, iuxta latē not. per Alex. in l. j. ff. de libe. &
posthu. & maxime circa citationes, earumque relatio-
nes. Nam si fieri deberent proclamationes in loco bo-
norum, ac etiam in loco habitationis, vt hic Mediola-
ni fit, vna omīssa crida essent nullæ, Alex. in d. l. j. col.
pen. & nullitas non est sublata per dictum decretum.
Sequendo materiam cridarum ad declarationem al-
legati decreti, quo cauetur, vt lapsō termino cridarū
14 nulla admittatur probatio, Quæro, quidam produ-
cit confessionem in termino suspectam, quia pauld
ante delictum facta erat, iuxta l. & si posthac. in prin.
C. de bo. proscrip. & nihil opponitur per fīscum in
termino, verum visis scripturis fīscus dicit, quod est
suspecta, An actor poterit probare non esse suspec-
tam post terminum? Videtur non posse ex allega-
to decreto, maxime quia exceptio ex facto resul-
tans ex ipsa confessione, que debuit considerari per
actorem. Dic contrarium, quod etiam si reus alleget
exceptionem, que oriatur ex iuris presumptione, ad-
huc actor poterit probare post terminum. Ita Aret. in
l. sed et si de sua col. iij. versic. potest. ff. de acqui. her. &
& fīscus saltem debuit opponere & allegare ante. l. si
adulterium cum incestu. §. idem rescripserunt. ff. de a-
dult. Et ideo si ante non opposuit actor, nihil debuit
ostendere. Dico etiam, quod post terminum potest
ad confirmationem inualidi adduci aliquid, quod a-
liās non posset. Feli. in c. licet causam. char. 4. vers. limi-
ta quintō, de proba. vbi in vers. limita decimō, dicit,
quod post terminum etiam ad declarationem potest
aliquid probari, malè tamen in practica potest susti-
neri, nisi ex confessione Senatūs. nec tamē omni casu
loquor,

loquor, sed vbi est probandū per testes, quia ad proban-
dum per instrumeta passim omnis admittitur sal-
tem cōcedente principe vel Senatu. Etiam scias quod
licet quis sit exclusus, quia non contradixerit cridis:
tamen fīscus hic seruat, quod si alia bona extant post
confiscationem quæ sita, quæ in confiscatione non ve-
niunt, vt scis satisfacit creditoribus cōdemnati in il-
lis bonis, quæ ad cridas posita non fuerunt. Aduerte
tamen quia fīscus quando bona publicantur, solus te-
netur liberato debitore. l. si tutor. C. de sen. pas. Ang.
in l. si debitor. ad fin. j. col. liberatur igitur debitor, &
fīscus subintrat, qui eo iure tenetur, quo tenebatur
priuatus: & ideo licet bona postea quarantur, tamen
non quarantur per obligatum priuato, qui iam est
exemptus, imd quarantur per hominem nouum, qui
nihil amplius negotij habet cum creditoribus suis,
nisi restitueretur ad bona, quia tunc etiam restituere-
retur ad obligationes passiuas, d. l. si tutor. & vbi su-
pra. & consequenter nec ipse acquirens debet pos-
se cogi, nec fīscus, quia non fuit contradictum. Sed
dic quod crida tunc erant tantummodo respectu il-
lorum honorum, vt dixi: igitur operantur tantum ef-
fectum quo ad illa per regulam, vt dixi. d. age cum
Geminiano. & ideo remanet fīscus obligatus non re-
spectu bonorum positorum ad proclama, sed respec-
tū aliorum postea quæ sita, vbi etiam postea il-
la transierunt in fīscum ex alio delicto, & ita fuit ob-
seruatum in causa filiorum Petri de Foppa Mediola-
15 nensi. Sed hic oritur dubitatio, an bonis postis ad
cridas, & non facta per creditorem contradictione,
si sequatur postea recuperatio bonorum, adhuc tene-
atur debitor restituere. Et ideo infero in casu nostro
quod ex quo actio extincta fuit, quia non fuit con-
tradictum, amplius non tenetur fīscus, nec debitor,
cui bona iam libera restituitur. Adde pro con firmatione
omnino Bald. in lege j. C. qui non possid lib.
perue. in princ. vers. pone damnato ad perpetua vin-
cula. vbi in damnato restituito quo ad recuperatio-
nem amissorum considerat, an essent funditus amiss-
sa vel non, per reg. l. qui res. §. aream. ff. de solu.
Item addo postliminium, quod æquiparatur restitutioni,
& econtrā, vt est text. in l. si quis filio. §. quatenus. ff.
de iniust. rup. non tamen integrare quod profus ex-
tinctum fuit, videlicet vsucapionem, quæ erat fun-
data in possessione: quæ quidem possessio amissa fuit
funditus per capturam, et est text. in l. is, qui pro em-
ptore. ff. de vsucapionibus. et ibi Ias. in euidentiali-
bus ff. de vsuc. & in l. in bello. §. facta. ff. de cap. Imo
hoc fundamentum est à fortiori: quia postliminium
est etiam potentius ad præterita, quam restituito in
integrum, vt per Doctores in d. §. quatenus. maxime
Imo. His tamen non obstantibus teneo contrarium:
quia restituito hoc modo restitueret ad commoda,
& non ad incommoda contra eius naturam. l. j. C. de
reput. quæ fuit in iudic. in integr. restituit. facit l. si. C.
de codic. & regula. secundum naturam, de reg. iuris.
16 & est textus expreſſus in d. l. si debitor. vbi facta resti-
tutione banniti tenetur prioribus creditoribus. Non
obstat, quod ex dispositione cridarum postea actio
fit profus extincta: quia primo hoc negatur per cō-
clusionem communem, quæ habet quod ex præsum-
ptione inefficax redditur actio, non tamen omnino
extinguitur, & ideo ope exceptionis debet excludi,
secundum Bar. & Bald. in lege fi. C. ex quibus caus. ma-
Aegid. Bossius.

ior. & Feli. qui aggregat quasi omnia, in capitulo ad
aures. columna j. de prescript. Tamen in hoc aduer-
tendum est ad decretum cridarum, in quo dicitur,
quod tales personæ, quæ non contradixerunt, singun-
tur nullum ius habere: quia per hæc verba omnis ac-
tio funditus videtur extincta. Nam licet in prescrip-
tione legali prædicta procedant, vt non extingua-
tur profus actio, vt dixi, tamen in prescriptioe sta-
tutorum videtur aliud, quando statutum vel decretū
disponit, vt quis debeat petere vel comparere certo
termino. aliter fingatur nullum ius habere. Ita Bal. &
Ang. in lege bene à Zenone. C. de quadriennij præ-
scrip. & Feli. in d. c. ad aures. col. ij. vers. limita etiam. &
Bart. in l. omnes populi. col. vij. vers. ecce alia. ff. de iu-
stit. & iure. & ibi Bar. facit differentiam, an statutum
inducens prescriptionem dicat simpliciter, Qui non
petierit, cadat à iure suo, an dicat, Fingatur nullum
ius habere, vel fingatur contractus simulatus: & hoc
secundo casu valet statutum inducens talem prescrip-
tionem. Tamen reuera nec Bar. dicit verum, quod
valeat, nec dictum Bar. verum existimatur: quia hoc
modo cum apparatu verborum posset statutum in-
ducere prescriptionem cum mala fide, & tolleretur e-
tiam naturalem obligationem & reprobat, vt per
Feli. in c. si. de prescript. col. ij. vers. sed tene oppositū.
est verum, quod col. seq. vers. sextam. defendit Bart. in
casu, de quo in decreto nostro, quando præcederet
monitio dicens, quod omnes creditores certo termi-
no compareant: aliter, & c. & dicit, quod tunc valet sta-
tutum, & tollitur omnis obligatio, sed reprobat
postea, quia reuera naturalis obligatio non potest tol-
li, vt per eum & bene dicit, vt apparet in decisioib.
ibi allegatis columna præceden. vbi supra in dicto
versic. sed tene. Vnde vides optime responsum ad op-
positionem, & conclusum, quod nec in terminis de-
creti funditus est extincta actio, & consequenter te-
netur bannitus liberatus primis creditoribus, iuxta
dictam l. si debitor. & l. princeps. ff. de verbor. signifi-
cat. & glo. ibi. & Nell. in tracta l. bannit. in prima par-
te tertij temporis, quæst. xx. primō quaritur & not.
per Alex. in l. si marito. in princip. col. ij. ad fi. ff. solu.
matr. Pro confirmatione in casu, quem nunc habeo
in facto, adduco, quod quia bannitus fuit restitutus
restitutione plenissima, omnes effectus secuti ex bā-
no, censentur sublati, & ideo recuperat etiam bona
alienata. Ita Cardi. in c. quia diligenter. de elect. & Fe-
lin. in c. quæ in ecclesiarum. de constitut. col. vij. vers.
sic. per istam. & latius in c. inter quatuor. col. vlt. vbi
vide, & in c. super eo. de offic. delega. col. ij. & in c. iij.
de testib. col. ij. & per Alex. & Ias. in l. Gallus. §. & quid
si tantum. ff. de lib. & posthu. Et aduerte, quia fauore
pacis facta fuit dicta restituito generalis, igitur de-
bet latissime interpretari, per Bal. notabiliter in titul.
de pace Constan. §. hoc quod nos. col. ij. & iij. vbi am-
plius voluit Bald. quod imd sola pax secuta habeat
vim huius plenæ restitutionis, & sic recuperationis
bonorū, dicens etiā, quod sublato bello tollitur om-
nis eius effectus secutus propter bellum: quæ verba
ponunt gladium ad radicem, & maxime in casu no-
stro, vbi non solum est secuta pax, imd plenissima re-
stitutio, & ex hac causa pacis potest princeps ius al-
terius tollere, vt per Feli. in c. quæ in ecclesiarum. de
constitut. & Ias. in lege venia. C. de in ius vocati. & in
d. §. et quid si tantum. Et ex his sentio, quod teneatur
bannitus primis creditoribus, etiam quod omnis
actio esse funditus sublata. Et facit ad prædicta, quod
quado tollitur statutum, intelligitur etiam sublatus
omnis effectus inde secutus, quando id plenissime
sit.

fitur per Abb. in d.c. quæ in ecclesiis. in iij. notab. de constitut. & per Felin. in c. fi. eod. tit. col. iij. Et certe si aliter diceremus, esset summa iniquitas, & talis bannitus ex suo delicto consequeretur utilitatem, contra litaque fullo. in princ. ff. de iur. Moder. in l. j. §. c. quis latrones. ff. de quest. co. j. & seq. Pone etiã, quod bonis per fiscum apprehensis, & nondum positis ad cridas veniat creditor, & petat, & iuret seruando formam decreti, Deinde bonis positis ad cridas, eis ulte rius non contradicat, & labantur tempora. an sit exclusus. Est notabilis questio, & memor sum, quod si per hoc fuit petita dispensatio à Senatu per qualdam mulieres de Ronchadelis Cremonenses, & fuit obtenta, & aliqui Senatores erant opinionis, vt non esset necessaria dispensatio, & quod de iure istæ mulieres non essent vocatæ, cum iam essent in iudicio præsentæ, quia iam comparuerunt, allegabant Bald. in auth. si omnes, C. si minor se ab hære. abstin. col. j. & ij. est text. in l. ij. de in ius vocan. & Ias. in l. j. eo. ritu. qui facit regulam & fallentias. Ego, qui tunc eram in Senatu, dicebam oppositum pro fisco: quia decretum ponit certam formam, vt citentur creditores, & qui in termino debent comparere, & iurâ producere, & c. & ad hoc est vna fallentia Iason. vbi supra, in ij. limitat. Sed tamen contra videtur, quod non requiratur citatio talis personæ, ita probat decretum fol. 368. in lib. meo, verfic. quod quilibet ibi comparere. ergo non loquitur de præsentæ, & eo, qui iam comparuit. Sed aduerte, quia l. ij. & Bald. & materia loquitur, quando quis est præsentis in iudicio, ita quod non sufficit, si habet litem cum fisco, & sit absens à præsentia iudicis. Nec Doctores allegati per Iason. in d. l. j. volunt, vt si habeat litem cum fisco, & sit extra locum iudicij, etiam si sit in ciuitate, dicatur præsentis, & hæc est veritas: atque ita etiam consideratio verborum decreti nihil facit, & ideo requiritur dispensatio. Sed ex alio capite videtur de iure ita esse dicendum: quia decretum fundatum est super negligentia. Et iste fuit diligen-
18 gentissimus, qui etiã præuenit. Item quæro, si contradicens intēdit aliquid probare per iuramentum, vt interesse stante statuto nostro, quod probetur interesse per iuramentū vsque ad certam quantitatem vel etiam quando in supplementum probationis iuratur, iuxta Ladmonendi. ff. de iureiurando. an in termino debeat iurare, aliàs sit exclusus, vide Ias. in l. nō erit. §. dato. ff. de iureiuran. & ibi habes, quod si sit preclusa via omni probationi, non potest postea deferri iuramentum, licet non sit species probationis vt ibi, & per Ias. in l. si quando. C. vnde vi. col. j. & intelligo, quod ita obseruatur, & bene: quia decretū dicit, Nulla admittatur probatio, et requiritur iuramentum in specie, ita vt non sufficeret iuramentum calumniæ, quod apponitur in omni contradictione, nec aliud iuramentum implicitum, per id quod dicit Bald. in cap. quæ in ecclesiis, de constitut. & refert ibi Baldus in charta 29. verfic. & intelligas. ita etiam feci serua-
19 ri. Volo etiam vt non ignores terminum cridarum dari respectu eius, quod quis petit, secus si vellet probare se absentem fuisse vel aliam qualitatem, per quã concederetur longius tempus ad contradicendum. In argumentum adduco decisionem Specul. in tit. de procurat. §. j. verfic. sed quid receptum erat, Refert & sequitur Alex. in consil. lxxvij. col. ij. v. volum. et ita obseruatur, et fuit obseruatum in causa dominæ Lucie de Boncomens vxoris quondam Comitum Lanzaloti. Dicunt enim cridæ quod absens possit contradicere in termino sex mensium, et probare in eo termino: igitur satis est, quod quancumque ostendam, quod

esset absens, dum modo contradicam, & probem tēpore sex mensium ius meum. Et ita hodie in Senatu declaratum fuit decretum pro domino Ioseph Cribello. Vide tamen nouum decretum, vbi de hoc est dispositum. Est et alia questio, quã in facto habui, Clericus à laico est cōdemnatus, vt quotidie accidit hoc tēpore, quo omnia peruertuntur, & bona clerici sunt posita ad proclama, creditores non contradicunt, quid iuris? Magistratus dicit se esse merum executorem, & non esse videndum ab eo de validitate condemnationis, sed tantummodo procedendum super contradictione, & quod licet condemnatio sit nulla tamen crida sunt validæ, sed sunt meræ nugæ: quia decretum de bonis condemnationum loquitur, & sic de validè & iuste condemnatis. l. iij. §. condemnatum. ff. de re iudica. & decretum etiam dat modum procedendi contra personam, & deueniendi ad condemnationem, & sic loquitur de laicis subditis: quia clericos nec tacite nec expressè comprehendere potest. cap. ecclesia sanctæ Mariæ. de constitut. Postea declarato modo procedendi respectu personæ, etiam ponit quomodo liquidanda sint bona, & sic semper successiue loquitur de illis, qui condemnari poterunt. Et ideo si crida non comprehendunt hunc casum, cur necessaria est cōtradiçtio? Est verum, quod apud dominos quaestores procuratores Cæsaris vel Ducis non tractatur de persona, sed tantum de j. benis. l. j. vbi causa fiscal. & ideo recurrendum est ad principem pro noua cognitione talis sententiæ: quia sententiæ criminales in hoc dominio non retractantur aliquo remedio ordinario nisi ex autoritate Senatus vel principis. Et declarato talem sententiam nullam mereri executionem, magistratus poterit declarare cridas nō valere, nec tenere. Quæro etiam an pater nomine filiorū sit legitimus contradicitor? Dic esse, quando est legitimus administrator. l. j. C. de bonis mater. vbi text. dicit, quod ita agunt, ita conueniuntur, atque ita reputantur, ac si perfectè domini essent: & dicitur legitimus administrator, quando habet vsumfructum in illis bonis, aliàs non, vt per Socin. consil. xxxij. col. j. & consil. xxxij. col. fin. & Alex. vbi vide in l. neque. ff. de in ius voc. glo. et Angel. in authen. excipitur. C. de bō quæ liber. quare filii patronus, quando pater contra dicit vti legitimus administrator, diligenter videat an sit casus in quo ipse habeat vsumfructum, vel non iuxta authen. excipitur. cū duabus sequentibus. C. de bonis quæ liber. Aretin. consilio. lxxij. col. ij. Bald. v. volum. consil. clxvij. et v. consilio cccxxij. in l. fin. §. fin. C. de bonis quæ liberis. et per Bald. iij. volum. consil. xlv. Cuman. consilio lxxij. Corne. j. volum. consil. cxlvj. col. j. et iij. et per Bald. Nouel. in tract. de dote, in viij. priuil. et in viij. in xxxij. speciali. Quæro, et mater nomine suo contradicit pro dote, et nomine filiorū vti mater et coniuncta persona occasione legitime, opponitur per fiscum, quod non habebat tutelam vel curam, An filij sint priuati legitima? Et reuera semper contradicunt occasione legitime. Dubium tamen facit, quia decretum vult bona publicari excepta legitima: et sic non videtur necessaria contradic-
20 tio: Sed hoc modo etiam creditor non teneretur contradicere, quia decretum etiã excipit ius suum, vnde est contradicendum: Tamen in casu premissio Senatus deberet dispensare, attento quod saltem cōtradictum est in tempore per coniunctam personam et dum hodie disputatus esset hic casus, fuit stabilitum dispensationem fieri debere, factō tamen prius verbo cum illustrissimo duce, et concessu ducis ita dispensatum fuit. Adde quod mater et auia non sunt

legitimæ administratiues filiorum. Alex. in iij. volu. consil. lxxvij. in princip. Aduerte etiam, quod vbi creditor sit clericus, tenetur contradicere: quia non citantur, sed simpliciter vocantur, si prætedant aliquod ius habere, vt per Bald. in l. consulta diuina. C. de testam. & Felinus in capitulo cum inter. colum. vij. de re iudic. & per Marianum Socin. vbi ponit regulam & fallentias in c. j. de foro competenti.

Tit. de Alimentis præstandis vxori, atque filiis ex bonis publicatis.

S V M M A E,

- 1 *Alimenta & expensa litis debent præstari vxori & filiis, qui contradicunt cridis pendente dilatione ad præferendam sententiam.*
- 2 *Expensa litis & victus an debeant præstari auctori inopi, si reus est diues.*
- 3 *Fiscus tenetur ad alimenta, ad que tenebatur maritus & pater erga uxorem & filios.*
- 4 *Alendi onus transit in heredes.*
- 5 *Legitima reseruatur filiis secuta publicatione, quod an & quomodo procedat in tenuibus facultatibus, in quibus legitima non preberet per tres dies alimenta. & numero 16.*
- 6 *Alimenta intelliguntur multo magis reseruata per decretum reseruans legitimam.*
- 7 *Alimenta nullo modo possunt tolli per statutum, quicquid sit in legitima.*
- 8 *Iudex pronus esse non debet ad transmittendas in fiscum leues penæ, & publicationes, sed ex illis potest cubile aptare.*
- 9 *Iustus nimis esse noli.*
- 10 *Sanguinem elicit, qui nimis emungit.*
- 11 *Alimentorum iuri non potest renuntari etiã cū iuramento.*
- 12 *Alimentorum ratione potest legari tametsi generaliter nihil possit legari.*
- 13 *Alimentorum priuilegia.*
- 14 *Alimenta que possit petere filius.*
- 15 *Alimenta quando debentur à viro vxori.*
- 16 *Legatum alimentorum factum vxori vel famulo donec morabitur in domo, quid sibi velit.*

Tit. de Alimentis præstandis vxori, atque filiis ex bonis publicatis.

SE QVENDO declarationem allegati decreti, dū dicitur in eo, quod elapsis sex mensibus datis ad contradicendum, infra alios duos menses, Magistratus debet iudicare. Dic et quod ex hac dilatione filii contradicentibus ratione legitime, vel vxoribus pro carū dotibus prouidendum est interim, & donec fuerit iudicatum de alimentis, per l. qui filium. ff. vbi pupill. educ. deb. vbi etiã vide Bald. & per Alex. in l. alimenta. in vltima quest. C. de nego. gestis. & Bal. in l. qui sine. col. ij. C. de bon. quæ lib. Facit l. si instituta §. de inofficio. ff. de inoff. test. vbi textus dicit, quod filius pupillus litigās super hereditate patris interim debet habere alimenta. & l. ij. C. de Carbon. edicto. cum gl. si vbi similiter filius impubes, cui mouetur questio status, & hereditatis patris, habet alimenta, donec permanet in pupillari ætate ad idem text. in l. j. C. de alim. pup. præst. Aegid. Bossius.

cum iis, quos ad idem allegat glo. Facit etiam tex. qui quotidie allegatur in l. fi. C. de ord. cogn. vbi etiam aduersario dantur vltra alimēta, expensæ litis, ex quo glo. sibi dicit, quod si subditus agat contra prelatum interim debet ali, & allegat multa iura similia. Sic etiã quando vxor litigat cum viro, quia interim habet expensās, vt per Felin. in c. ex parte. de accusat. ad fin. Sic etiam quando litigatur inter patrem & filium super alimentis, filius interim debet ali. l. si neget. & ibi Bar. ff. de lib. agnosc. Et in casu contradictionum, de quibus agitur, non est dubitandum, quin facta contradictione, & cognito legitimam vel dotem ei debitam esse, interim donec fiat liquidatio, debeantur alimenta. & ita loquuntur d. l. qui filium. & not. ibi per Barr. & Bal. & dicta per Alex. in d. l. alimenta. & per Bald. in l. qui sine. Sed vbi adhuc esset dubitatio etiam post terminum, quo posset fieri liquidatio, donec causa sit decisa, loquuntur d. §. si de inofficio. in lege si instituta. ff. de inoff. test. & l. ij. C. de ordi. cog. & l. ij. C. de Carb. edic. cum aliis supra allegatis. & in gl. in dicta lege si. & vide text. in l. Imperatores. ff. de tut. & rat. distra. ab his, qui probat clare, quod si ago contra debitorem vel possessorem, quamuis in pauper, & reus diues, non tamen propterea mihi debentur expensæ litis. & ita Bald. illum tex. not. & Bar. ibi post glo. opponit dictam l. si instituta. & soluit dicens illam legem procedere fauore alimentorum. & ratione proximitatis, quia filius vel nepos agebat: & ratione præsumptionis, quam habebat dictus agens ex sententia iam obtenta in sui fauorem. Opponit etiam ibi Bar. l. fi. C. de ord. cog. post glo. & ibi primò soluit, quod questio erat de bonis, ex quibus agens viuere debebat, & vicerat in causa principali. Secundò, quod erat questio status, & bonorum omnium, nec habebat vnde se posset alere. Tertio respondet, quod ibi erat præsumptio pro agente ratione possessionis, vel quasi libertatis: ex quibus solutionibus potes facere regulam negatiuam, quod et reus etiam diues non debet agenti inopi præbere alimenta, nec expensās litis. Quare regula probatur optimè in d. l. Imperatores. fallit ratio ne alimentorum, concurrentibus illis, de quibus modò dixi circa dictam l. si instituta. Fallit etiam circa vtrumque, tam alimenta quam litis expensās, in tribus aliis casibus, de quibus in dictis tribus solutionibus. Sed tamen secunda fallentia non procedit, nisi adit præsumptio pro agente, & probatur in lege qui de inofficio. ff. de inoff. testa. & ita Aretin. in c. si qui testium. extrã, de testi. col. pe. vbi omnino vide. Sic etiam intelligo quod supra dixi de viro & vxore, & præsumptio est pro agente, si iam habuit sententiam vt per Aretin. vbi supra. Item si iam ex testibus apparet ita esse, licet adhuc iudicatum non sit, vt per Aretin. & Felin. in c. significauerunt. super gl. in verb. liqueat. de testi. & vide omnino dictam l. fin. C. de ord. cogn. vbi iam lata erat sententia, & seruus erat in quasi possessione libertatis, cui præstabantur alimenta, & expensæ litis: & sic Aretin. loquitur bene & optimè. Dixi supra, filiis petentibus legitimam, & vxore dotem, interim esse danda alimenta: sed si vxor nullam habet dotem, quo casu ali debet à viro, & viri hæredibus, iuxta dispositionem statuti Mediolani: quare et etiam filius id facere non debet, qui tenetur ad onera, ad que tenebatur is, cuius bona confiscata fuerant, lege secunda C. ad leg. Iul. de vi. publ. & priu. & per Alex. in lege si marito, in principio. ff. soluto matri. & idem de aliis, qui ab eo alendi erant, onus et quorum transit in hæredes, iuxta legem si quis à liberis. §. item rescriptū. ff. de lib. agnosc. Et quia donec iudices declarēt
I 2 legitimam

legitimam filiis deberi, iuxta dispositionem decreti eā publicatis bonis referuantes, interim praestant alimēta. Quæro, quid si bona publicata sint modici momēti, ita ut etiam non sufficiant ad medietatem alimentorum, an eo casu concedentur filiis omnia bona, vel solum quid minimum pro legitima relictis filiis in summa egestate? Dic magistratum, qui manus habet ligatas, ita crudeliter se gerere, ut sepe tam filios, quam filias perdat, & fame miseri intereat. Et interdum auidi Senatū dicentem esse honestum, ut fieret ordo in contrarium siue declaratio, ut decretum, dum solum referuat legitimam, intelligatur in illis casibus, in quibus legitima est sufficiens ad alendum, aliter omnia erogentur, & credo quod ita fiet. Credo t quoque decretum referuans legitimam multo magis referuare alimenta, quæ magis debita sunt, & t quæ nullo modo possunt tolli per statutum quicquid sit in legitima ut per Cyn. in l. sancimus. C. de nupt. & Bal. in l. cum lege. C. de epis. & cler. & in l. si. ipsum autem. C. de bon. quæ libe. facit etiam optimè. l. diuis. maximè in fin. ff. de bon. dam. quæ lex vult, ut particularia, id est, leuia quædam, de quibus ibi, non veniant in publicatio ne: & licet etiam aliqua veniant, tamen in leuibus cōdemnationibus t non debet iudex esse pronus ad illas transmittendas in fiscum, modò in suum non conuertat vsum, alioquin illos appellat indices nimie iustitiae. & ideo Bar. ibi colligit quod ex talibus leuibus publicationibus etiam iudex potest aptate cubile, & satisfacere nuntiis euntibus pro maleficio inueniendo. Alber. etiam ibi dicit, quod nimia diligentia in iudice reprehenditur, loquendo in terminis nostris: vnde dicitur, Noli te esse nimis iustus, capitulo porrò. §. Salomon. de pœn. dist. j. & qui t nimis emungit, elicit sanguinem capitulo denique iij. dist. Non omitto etiam t iuri alimentorum non posse renuntari etiam cum iuramento. Bald. in l. peccatum. in q. si. C. de coll. 12. Et si etiam t generaliter nihil potest legari, tamen potest legari ratione alimentorum. l. seruos. ff. de ali. & cib. leg. C. de consil. xxx. Abb. consil. xxvij. col. fi. v. o. Barb. consil. xij. col. vij. ad fi. vol. j. Alex. in l. j. col. vij. ff. de leg. j. ibidem Arret. col. vij. ver. extra glos. & Card. consil. lxxvj. col. ij. Et t de priuilegiis alimentorum vite Cre. consil. xxx. col. j. & ij. & per Fran. Tigri. in l. de alimentis. C. de transac. Et qui t alimenta possit petere filius, vide text. in l. si quis à liberis. §. sed si filius. ff. de lib. agno. qui dicit iudices pro modo facultatum iubeant illum alere, ita ut non habeat aliunde vnde se aliat. In quo vide Bart. in lege si libertis. §. manumissis. ff. de ali. & cib. leg. Alex. consil. lxxij. columna quarta & seq. volumine quinto Anan. consilio liij. Alex. & Iaf. in lege de alimentis. C. de transac. vbi etiam ponit quando debentur ex testamento iure actionis, de quo etiam vide Bal. primo volumine consilio cccxxxv. & & quarto volumine consilio cccclxxxj. Et in vxore, quando t ei debeantur à viro, vide in decif. Neapoli. clij. numero quinto Et quando ab hæredibus mariti, vide Dec. in dicta lege de alimentis, & an sit confiderandum an operata fuerit viro vel non, vide Alex. in lege diuorrio. in principio colum. ix. ff. soluto matrim. 16. Et t quid contineat legatum alimentorum factum vxori vel famulo, donec morabitur in domo, vide Alex. volumine tertio consilio quarto columna prima & Bart. in lege Titio. §. Titio. in fi. ff. de cond. & demō. Alex. consilio 100. columna prima volumine primo & Bened. consilio cxxvij. circa finem Scias autem heri ordinatum fuisse per Senatū, prout supra se si debere censbam.

Tit. de dationib. in solutum, quæ fiunt creditoribus fisci ex bonis publicatis.

SVMMAE.

1 Datio in solutum creditoribus ex bonis publicatis vitatur si res maioris sit pretij quam sit debitum.



1 **E**quia lata sententia per dominos que stores dantur tot bona in solutum creditoribus, dic quod vitatur t datio in solutum si reperitur rem pluris valere quam sit debitum, etiam quo ad minimum quadrante. Bar. & Doct. communiter in lege si non sortem. §. si centum. ff. de condi. indeb. si vero in hoc non sit error, sed tantum in æstimatione quæ sit excessiua valet vsque ad quantitatem concurrentem, abinde supra reperitur, vt ibi maximè per Iaf. habet tamen creditor facultatem retinendi soluendo supra plus, iuxta l. fin. columna ij. C. de iur. dom. impe. ad quam Alex. & Paul. de Cast. in d. §. si centum. se reiciunt. Considera tamen quod decretum velle videretur vt imò postquam ex facta talis datio in solutum, debeat prorsus in effectu valere prouidendo, prout prouidet tali error, & concedendo, vt fiscus possit reuocare, & redimere talia bona infra biennium, ex quo etiam dici potest, quod minus valebant sicut dicimus de pacto retrouendendi in cap. ad nostram. per Abb. de emptio. & vendi. & alibi saepe.

Titul. Quomodo succurratur fisco quando quis contra eum falsis, siue simulationis artibus sententiam obtinet.

SVMMAE.

1 Sententia absolvens delinquentem lata ob dolum quomodo rescindatur.



1 **Q**uia tamen in sepe allegato decreto circa modum liquidandi bona publicata, dicitur quod si quocunque tempore per fiscum detegatur sententiam fuisse obtentam ex falsis, vel simulationis artibus, nulla habeatur ratio dictæ sententiæ, Est aduertendū quod t hoc etiam non deueniat à iure, quia quando dolo intervenit, & si cesset regulare remedium restitutionis in integrum fisco, iuxta l. vnica. C. de senten. aduers. fisci. lat. & l. Imperatores. ff. de. re iudi. Tamen non cessat hoc casu etiam perpetuo remedium rescindendi eam, per glo. fi. in d. l. Imperatores. vbi Iaf. & gl. & Doct. in d. l. vnica. in verbo, fraus. Veruntamen si à procuratoribus fisci ferretur sententia in fauorem alicuius mulieris pro eius dote, quæ in effectu videtur simulata, quia facta esset immediatè ante delictū, iuxta not. in lege post contractum. ff. de donatio. & esset solum descripta non numerata, iuxta text. in lege si posthac. in princ. & ibi Angelus C. de bonis proscriptor. tunc si dictæ qualitates fuissent oppositæ per fiscum, & nihilominus declaratum fuisset ad fauorem mulieris, cessante præuaricatione & dolo iudicis, & fisci

fisci patroni non posset retractari dicta sententia, nisi aliter superueniret detectio simulationis: ita loquitur decretum, si bene vides. sic etiam vult dispositio iuris communis, vt patet ex his, quæ infra dicam sub. titul. si ex falso instrumen. vel testibus iudicatum erit. circa princ. & hoc probat text. in l. j. in fin. C. si ex falsis instrument. Deceueram hoc in loco attingere de causis quibus ob indignitatem bona fisco obueniunt, & successiue etiam quando fisco non deferuntur, sed succedunt alii, qui aliis successissent, & similiter de bonis vacantibus quæ transeunt in fiscum, quando alius non reperitur hæres. l. j. & ij. C. de bon. vacan. lib. x. de quibus omnibus & aliis modis quærdi bona fisco, ponit text. in l. j. in prin. ff. de iur. fisci. verum fatius existimaui ea nunc prætermittere, quia tamen in his casibus tractetur de bonis in fiscum perueniendis, & sic videatur satis congruere continuatio ad materiam confiscationis bonorum ex delicto, de qua proximè dixi, Tamen principale propositum fuit in præsentia tractare de pœn. ob delicta imponendis. Ad hoc ne iudices errant in proferendis criminalibus sententiis, vt dixi supra, in primis verbis huius materiæ pœnarum. sed si agatur per fiscum contra hæredes indignos ad recuperationem hæreditatis propter indignitatem agitur ciuilliter petitione hæreditatis, secundum Bar. in d. l. j. in prin. ff. de iure fisci. & not. in l. j. C. de his quibus vt indigno. & similiter si agatur ad recuperationem bonorum vacantium agitur ciuilliter, licet per inquisitionem speciali fauore fisci. l. fi. & ibi Ioan. de Plat. in ij. notabi. C. de bonis vacan. Dicam tamen de his loco suo in materia regaliū.

Tit. de Sententiis.

SVMMAE.

- 1 Defensiones ex communi obseruantia dantur reis confessis, vel conuictis antequam damnentur.
- 2 Citatio unica non sufficit quando sit vt deueniatur ad sententiam diffinitiuam, vel interlocutoriam alicuius momenti, sed tria requiruntur: scilicet fiat ad videndum iurare testes, vel publicari processum vel similia.
- 3 Citatio tria requiruntur ex regula in citatione iudiciali, in extra iudiciali vero seu monitione unica sufficit.
- 4 Citatio vbi tria requiruntur sufficit vt iudex vnā faciat, pro tribus cum termino omnium trium tam in criminalibus quam in ciuilibus.
- 5 Citatio vbi tria requiruntur sufficit vt iudex semel partem moneat, vel nuntius in presentia iudicis.
- 6 Citatio prima in criminalibus debet continere triginta dies.
- 7 Processus in criminalibus sit sicut sit in ciuilibus.
- 8 Citatio in criminalibus cum termino triginta dierum datur ad componendos mæstos penates.
- 9 Citatio que fit ad respondendum inquisitionibus, debet continere triginta dies, quia fit vt deueniatur ad annotationem bonorum & ad condemnationem.
- 10 Citationes omnes in criminalibus, licet de iure secundum communem opinionem debeant habere triginta dies: tamen seruantur statuta & maximè Mediolani que aliter disponunt.
- 11 Peremptoriij forma qualis sit.
- 12 Peremptorium speciale non requiritur in criminalibus, quando reus est presens, & iudex fecit sibi dari licentiam procedendi eo citato, & non citato, sed sufficit citatio generalis, vt compareat singulis diebus & horis.
- 13 Citatio generalis rescinditur per appellationem ab ea interpositam, quando iudex non fecit sibi dari licentiam procedendi citato, & non citato eo.
- 14 Citatio peremptoria requiritur in criminalibus quando

- reus est absens, & sufficit vna pro omnibus.
- 15 Sententia in criminalibus ferenda est per iudicem in presentia rei, quando reus est presens.
- 16 Peremptorium in criminalibus quando non requiritur, & per que verba intelligatur sublata citatio.
- 17 Citari debet non solum accusator & reus in criminalibus, sed etiam fiscus, & syndicus eius, & aduocatus, alias sententia eis non præiudicat.
- 18 Sententia in criminalibus nulla est nisi aduocatus fisci presens sit, & sit aduersus rem iudic. & c. nu. 6. & in de fisco num. 23.
- 19 Citari an debeat procurator fisci in causa appellationis qui sit iudex.
- 20 Citari debet offensus etiam quando iudex processit per inquisitionem ex puro officio, & vult absolueri: alias ei non feret præiudicium.
- 21 Vicarius vel assessor prætoris, vel alterius habentis merum & mixtum imperium non habet ius iudicandi, sed tantum cognoscendi in criminalibus, nec etiam prætor absentis quo ad vltimum supplicium, & membri debilitationem.
- 22 Vices gerens prætoris à principe illi sufficiens omnia potest, quæ ipse prætor.
- 23 Vices gerens prætoris à principe illi substituitur maiorem auctoritatem habet, quam substitutus à prætoris etiam habente auctoritatem in principio officij substituendi alium.
- 24 Assessor seu vicarius prætoris non potest iudicare in cause pecuniaria, nisi ex delegatione causarum in criminali vero nullo modo, quando prætor presens est, quando vero absens vel mortuus est, vsque ad vltimum supplicium, vel membri debilitationem exclusiue potest.
- 25 Prætor non potest iudicare in criminalibus sine consensu & deliberatione iudicis sui, vel iudicum, vt res maturius procedat.
- 26 Prætor non debet cogere indices ad sibi consentiendū quo ad condemnationem, vel absolutionem.
- 27 Iudices malefactorum debent resistere prætori, & protestari contra eum, quando vident fieri iniustitiam, alias ex taciturnitate tenentur in syndicato.
- 28 Notarij vel presbiteri vigiliū non tenentur contradicere prætori.
- 29 Assessores non accipiuntur vt iudicent, sed vt instruant prætores.
- 30 Assessor non potest esse, qui non potest esse consiliarius, & de assessoribus multa.
- 31 Assessor non potest esse iudex, & statum loquens de assessore non habet locum in iudice.
- 32 Presbiteri vigiliū & executores, licet non teneantur contradicere prætori, nec protestari, debent tamen abstinere ab executione iniusta.
- 33 Iudex malefactorum qui tenetur ex taciturnitate, quando prætor iniuste facit, non tenetur tamen appellare.
- 34 Sententia debet ferri non solum à prætoris, sed etiam à iudice cum eo, vbi iudex potest iudicare, & si inquisitio formata est sub examine iudicis.
- 35 Sententia an ferri debeat ad solum tribunal iuris.
- 36 Causa expressio non requiritur in sententia regulariter, & vbi requiritur, non tamen sententia est nulla, si non exprimatur.
- 37 Summa conseruata ex variis condemnationibus delictorum non faciunt vt quis comprehendatur in statuto penali loquente de summa integra.
- 38 Sententia an possit in se continere clausulā resoluente, vel corrigentem condemnationem, vel absolutionem factam.
- 39 Sententia que transiit in iudicatum non potest ex parte, nec ex toto retractari à iudice, & an possit iudex sibi in sententia referuare facultatem mutandi.
- 40 Sententia in qua pars pœne applicari debet accusatori, vel delatori, pars fisco, sita concipi debet, vt omnia applicentur fisco à quo postea accusator vel delator partem accipit.

- 41 Iudex solus non potest dare premium accusatori nisi cum participatione principis, & Mediolani Senatus.
- 42 Solvens priuato poenam illi applicatam in premium accusationis liberatur non obstante contradictione iustici.
- 43 Sententia si condemnat duobus poenis, & secunda sit in subsidium prima an sit nulla, & an secunda dicatur poena delicti vel contumacia.
- 44 Sententia in qua secunda poena in subsidium primae est corporalis, an dicatur corporalis.
- 45 Iudex condemnans reum poena pecuniaria, quam si non soluerit infra decem dies luat in corpus, potest lapsis decem diebus aduoc executionem facere in bonis damnati.
- 46 Sententia aliquando fertur ab homine, aliquando a lege, & quibus casibus.
- 47 Heres sicut tenetur ex sententia ab homine lata contra defunctum, ita etiam quando poena ipso iure infligitur delinquenti a iure, etiam si secum non esset declaratio ante mortem delinquentis.
- 48 Publicatio bonorum non fit ipso iure in crimine lesa maiestatis.
- 49 Heres rebellis defuncti non molestatur in bonis, nisi prius contra defunctum lata fuisset sententia ante eius mortem.
- 50 Declaratio an requiratur quando princeps dixerit in rescripto aliquem priuatum esse.
- 51 Verbum, creari, vel cadat, an intelligantur ipso iure.
- 52 Declaratio an sequatur procedendo ulterius.
- 53 Citatio an requiratur in declaratione.
- 54 Declaratio quid differat a sententia.
- 55 Declaratio an requiratur in decreto Mediolani disponente reus commissio delicto bona sint applicata iustico.
- 56 Sententia & notorium equiparantur quo ad probandum, non quo ad disponendum & puniendum.
- 57 Notorium debet probari in actis parte citata.
- 58 Notoria inexcusabilia non requirunt citationem, nec declarationem, secus in notoriis excusabilibus.
- 59 Decretum Mediolani ut famosis & publicis delinquentibus, qui morti traduntur sine sententia, etiam sint confiscata bona quando sit rationale.
- 60 Dimissus in carceribus non censetur tacite absolutus, sed dimissus tanquam innocens, & ideo non est uerum detrudendus in carceres, nisi superuenientibus aliis iudiciis.
- 61 Dimitti statim debet qui criminis arguitur saltem prestita fideiussione ubi apparet de eius innocentia, non autem reuerti usque ad sententiam.
- 62 Custodiendus ita diligenter non est qui est in casu absolutionis sicut qui condemnandus est.
- 63 Dimitti debet accusator positus in carceribus, ubi apparet de eius innocentia.
- 64 Absolutus, vel condemnatus ex sententia non debet amplius molestari occasione eiusdem delicti.
- 65 Absolutus rebus sit antius, prout stant, quod quotidie fit Mediolani, nisi clare constet de innocentia, potest molestari superuenientibus iudiciis.
- 66 Absolutio facta rebus sit antius, prout stant, an sit diffinitua, vel interlocutoria sententia.
- 67 Accusatus, accusatore non probante, diffinitua est absolutio.
- 68 Absolutio dari debet quando contra reum erant uehementia iudicia, & tortus noluit fieri, non autem absolutus est.
- 69 Tortus qui noluit fieri, absolueudus in hoc est, quando in dicta, qua aderant contra eum, non excedebant metam.
- 70 Conuictus si torqueretur & neget an sit absolueudus, & de protestatione quam faciunt officiales conuictum torquentes, & quado pecuniaria poena conuictus possit condemnari.
- 71 Officialis torquens conuictum si propter incuriam, vel ignorantiam omittat protestationem, absolueudus est reus stantibus rebus, prout stant.
- 72 Absolutio rebus stantibus, prout stant, fit semper quando

- non apparet, clare de innocentia rei.
- 73 Absolutio diffinitua non fit, quando accusatus habet presumptionem iuris contra se.
- 74 Dilatio dari debet a iudice actori, siue accusatori ad probandum: aliter non potest uere dici, quod non probauerit, & quod ideo reus sit absolueudus.
- 75 Iuramentum purgationis, quando a reo prestandum sit auctore non probante, quod Mediolani non est in usu.
- 76 Absolutus diffinitua in causa criminali criminaliter mortu, quia non probatum sit delictum, non potest iterum de eodem crimine accusari.
- 77 Absolutus quia non probatum fuerit crimen in causa civiliter mortu, vel quia non commissum sit crimen, an habeat exceptionem rei iudicatae, & quid quando civiliter actum sit ad uindictam publicam.
- 78 Sententia an, uideatur in dubio lata, quia non probatum.
- 79 Sapius de eodem delicto queri non debet, quando semel ad publicam uindictam actum est, etiam si imposita sit minor poena quam sit poena loci delicti.
- 80 Officialis a syndicato semel absolutus, quia nemo uenit ad quereladum, an possit iterum accusari ad instantiam damnatum pass.
- 81 Absolutus ex officio citato eo, cui facta est iniuria ad contradicendum, non poterit iterum ab eodem accusari per inquisitionem.
- 82 Absolutio formata contra eum in inquisitione poterit iterum inquiri.
- 83 Probationes factae in causa civilis, an prosint in criminali, vel e conuerso.
- 84 Sententia maiorem poenam continens quam esse deberet, ualet, licet ab ea appellari possit.
- 85 Sententia quando possit differri etiam respectu uenientiu, propter contumaces non uenientes, & quando non.
- 86 Sententia lata contra principalem an prauidet danti auxilium, & in multis casibus quando lata contra unum alteri prauidet.
- 87 Acta nocent illi cui prauidet sententia.
- 88 Sententia capitalis forma qualis.
- 89 Condemnatus poena capitali quid amittat, & quando efficiatur infamis infamia iuris & facti.
- 90 Infamia facti quos effectus producat.
- 91 Infamia, an nascatur cognoscitur considerata causa ex qua agitur, non ad quem finem nec ad quam poenam, nec uirtu civiliter nec criminaliter agatur.
- 92 Infamia iuris que sit & que facti.
- 93 Testamentum facere non potest condemnatus ad mortem vel in amissionem ciuitatis vel libertatis, & factum irritatur secus si sententia solum famam ladat, & de multis aliis casibus.
- 94 Condemnatus ad mortem an possit ad pias causas testari, vel pro restitutione male ablatorum.
- 95 Condemnatus ad perpetuos carceres an possit testari, & quid de damnato iniuste.
- 96 Condemnatus poena pecuniaria, ita ut ea non soluta corporali puniatur, an possit testari.
- 97 Bannitus & seruus poena an sit instabilis.
- 98 Condemnatus poena capitis non consueta an fiat intestabilis.
- 99 Sententia an possit ferri per iudicem maleficiorum ultimo mense sui regiminis, quando ad se statutum, ut non possit eo mense absolueri vel condemnari.
- 100 Occidens Perusinum extra territorium Perusij an debeat poena ordinaria puniri, vel alia, quando statutum, extat Perusij, ut occidens forensensem, puniatur in certis libris.
- 101 Sententia imponens simpliciter poenam capitalem an intelligatur de poena capitis naturalis vel exilis.
- 102 Sententia damnans reuictum poena capitis intelligitur ut prius

- prius fiat degradatio & postea morti tradatur.
- 103 Sententia contra defunctum lata est nulla, sed contra uerum moriam defuncti ualet.
- 104 Sententia contra seruum lata est nulla.
- 105 Morte delictum extinguitur, ita ut nec sententia contra mortuum lata ualet, nec contra uiuum lata mitti possit executioni contra mortuum.
- 106 Sententia ex instantia contra uiuum capta contra heredem lata ualet, & etiam executio sententiae.
- 107 Sententia contra procuratorem ex litis contestatione diminuit effectum, mortuo domino ferri potest licet Mediolani prius discutiendum sit quis sit heres & ad illum transmittendum sit peremptorium propter statutum dispensans, ut citatio peremptoria ad principalem transmittatur.
- 108 Instantia in causa criminali est biennalis, in civili triennalis, & Mediolani sunt ordines, qui tamen non seruantur.
- 109 Cognosci de delicto potest usque ad uiginti annos.
- 110 Statutum ut iudex non possit de delicto commissio cognoscere post sex menses, non habet locum quando postea de eo confiteretur confessionem, & ante tempus sex mensium sit a die scientiae vel continuum.
- 111 Damnatus poena pecuniaria pro crimine non habet quadrimestre.
- 112 Damnatus corporali poena nullam habet dilationem nisi in quibusdam casibus.
- 113 Capi an possit condemnatus pendente dilatione quatuor mensium ut det fideiussorem & quid in damnato poena pecuniaria ad tempus.
- 114 Sententia in loco delicti lata an mittatur executioni in loco domicilij, & quod unus iudex possit implorare auxilium alterius pro executione sententiae suae.
- 115 Executor sententiae cuius processus factus est sub iudice incompetente, non tenetur stare illi sententiae, nec processui, si a competente factus est, & quando requirantur littere subsidiales & quando non.

Tit. de Sententiis.



NIL omisi quod sciam eorum, quae iudices cognoscere debent, ne in sententiis ferendis errare possint. Nec mireris quod hunc titulum immediate non praecedat titulus de defensionibus dandis reis conuictis vel conuictis, antequam damentur, quae defensiones ex communi obseruantia, ac de iure etiam dantur. l. vnus. §. cogniturum. ff. de quaest. & de quibus late Marian. Soc. in e. qualiter & quando. in xj. principali arti. quae st. xcij. de accus. quia dixi late supra de confis. col. j. & ij. ubi uide. & Maria. ubi supra. Et licet etiam sub titulo speciali, supra tractauerim de citationibus, non tamen quae ad peremptorium citationem attinet bene explicauit, quare pro intelligentia scire debes, quod sunt inuictae leges, quae dicant non sufficere unice citationem, sed requiri tres, ut in l. consentaneum. authen. qui semel. & l. tres denuntiationes. C. quomo. & quan. iud. l. de vnoquoque. §. j. ff. de re iudic. l. contumacia. ff. eo. tit. l. ad peremptorium. cum multis legibus sequentibus. ff. de iudi. & c. ex literis. de consti. Videamus tamen quod vnica sufficit, ut in citatione que ita mittitur ad respondendum inquisitionis, vel quando quis citaretur ad uidentium iurare testes, vel ad publicacionem processus, ut patet in l. si quando. C. de testib. & secundum communem obseruantiam, summa haec est, si sit citatio, ut denuntietur ad sententiam diffinitiuam, vel etiam interlocutoriam alicuius momenti, ut quia erat proferenda absolutio ab obseruatione iudicij, vel quis mittendus in possessionem ex secundo,

vel etiam ex primo decreto & similibus, tunc requiritur tres, iuxta iura supra allegata, sed si sit citatio ad uidentium iurare testes, vel publicari processum, vel similem actum fieri, tunc sufficit vnica. item declarat Innoc. in cap. ad petitionem. extra. de accus. Ang. in l. ad peremptorium. ff. de iudi. Bar. in d. l. consentaneum. column. ij. in princ. & in l. si finita. §. Iulianus. column. iij. de damn. infect. & Alex. in d. l. de vnoquoque. §. j. ubi omnino uide. Et regula est in citatione iudiciali, non loquendo magis in peremptoria ad audiendum sententiam, quam in alia, quod citatio debet esse trina. ita Fel. n. in d. c. ex literis. de consti. col. iij. vers. in glo. j. In citatione uero extrajudiciali, siue monitione, regula est in contrarium quod sufficit vnica ut per Fel. in eo. c. ex literis. ubi supra, qui ad hoc ultimum ponit ampliationes & limitationes. Disputant autem Doct. tan ubi requiritur trina, sufficiat vna pro omnibus cum termino omnium trium: & conclusio est sufficere, modo exprimat quod sit vna pro tribus, ut per Fel. in cap. consuluit. de offic. deleg. col. iij. vers. in ead. g. of. & Fel. ibi uult in versicul. quarto fallit, quod etiam haec regula procedat in criminalibus, secundum magis communem opin. quicquid dixerit Cyn. in l. j. C. de re quic. reis. Fallit tamen in diuersis casibus, ut habetur in d. c. consuluit. & per Alex. in d. l. contumacia. Et scias quod si fecerit magis communem conclusionem requiritur trina, sufficit tamen, ut iudex moneat sententiam partem, quia habet vim dictarum trium, siue peremptorij, quod idem est d. l. ad peremptorium. imo sufficit quod nuntius in praesentia iudicis moneat ut per Deci. in d. c. consuluit. column. vij. vers. secundum principalem. ex gloss. Scias etiam quod prima citatio quae requiritur in criminalibus. (Nam prout uideamus, ita requiruntur tres in criminalibus sicut in civilibus, & proceditur in criminalibus sicut in civilibus, ut dixi in tit. de citatio. in princ. declarando tamen, prout supra proxime declarauit, an citatio fiat pro actu grauis prauidicij vel leuis) debet continere dies xxx. l. j. C. de exhib. reis. & dixi in d. rit. de citatio. column. j. & ij. & hoc nullo habito respectu ad quem finem, & prout dixi infra quod datur ad componendum, & maxime, quia fit ad hoc ut denuntietur tanquam contra contumacem ad annotationem bonorum, iuxta ius commune, quo in casu requiritur trina, siue ad peremptorium secundum Trin. Ange. & Doct. ubi supra, siue ad bannum etiam ultimum, & sic condemnationem iuxta terminos declaratos in titu. de bannitis. An tamen caeterae etiam debeant pariter continere singulae alios xxx. dies, Dixi in eod. rit. de citat. & ultra ibi dicta uide latissime de hoc Marian. in d. tracta. citatio. in xxvij. artic. princ. in vij. q. & ibi dicit quod opinio, ut singulae habeant xxx. dies, est communis, tendunt enim ad annotationem siue condemnationem, quo in casu omnes concludunt requiri trinam, ut proxime dixi. In hoc tamen est seruanda forma statutorum, & praeterea quae in hoc domino aliter se habet. De forma autem talis peremptorij uide latissime eundem Marian. in d. artic. xxvij. q. vij. & tandem redigit rem ad statuta & obseruantiam. Non omnino quod in his causis criminalibus quando reus est praesens, iudex facit sibi dari licentiam procedendi citato & non citato ipso reo, & tunc eum moneat comparere singulis diebus, & horis, etiam usque ad sententiam inclusiue, per quae cessat postea dictum peremptorium speciale & modo quo supra. Ita not. Maria. in Aegid. Bosj.

corporalis, ita vt damnatus non possit dimitti fideiussoribus, an verò pecuniaria, vide Ang. in gl. quas si non soluerit infra decem dies, soluat cū quarto pluri, & Aug. de Arim. l. i. In qua materia vide Bar. in l. ij. ff. de publi. iudic. col. ij. & iij. C. apol. conf. xvi. & Marian. Socin. in ca. veniens. de accusa. in 5. char. col. ij. & seq.

45 Et an possit iudex non facta solutione infra dictum mensem adhuc omiffa pœna corporali exequi in bonis damnati, Bart. vult eum posse in l. cum duobus. §. idem respon. socius. ff. pro socio. de quo vide Fel. in c. inter ceteras. col. ii. de rescip. vers. dictas. Alex. in l. ita stipulatus. col. vlt. ff. de verb. oblig. Cremen. sing. 100. Abb. consi. vj. in v. col. in ij. dubio in ij. vol. Capol. in d. consil. xvi. facit quod vult Alex. in l. insulam. §. ff. fol. mar. & Doct. vbi supra, & vide etiam ad prædicta, & alia similia Aret. in d. gl. & in glo. quas si non soluerit infra decem dies amputetur sibi manus dextera. Sententiæ materiam persequendo, scias quod sententiā aliquando fertur ab homine, & de hac dixi hæcenus, aliquando fertur à lege disponente, vt quis ipso iure incurrat pœnā, & de hac habes multos casus in c. cum secundum. de hæret. in vj. ibi enim vult principaliter, bona hæretici sint ipso iure publicata, & refert multos alios casus, in quibus lex ita disponit inferendo ex eis multo magis ad causam hæresis, & de aliis casibus inuenies in locis infra allegandis. Et sciendum est,

47 quod sicut lara sententiā ab homine tenetur hæres quemadmodum etiam tenetur ex contractu defuncti quia representat personam defuncti. l. cum à matre. C. de rei vendic. & in auth. de iureiuran. à mor. præst. in prin. ita quādo pœna imponitur à iure vt per Bar. in l. iij. §. quod autem. ff. quod quisque iuris. & ita omnes ibi sentiunt, licet Ias. teneat contrarium ex quo requiritur declaratio, iuxta d. c. cum secundum. & consequenter non secuta declaratione contra ipsum defunctum hæres non tenetur per text. & ibi Bar. in vers. sic. secundò nota. in l. eius qui delatorem. in prin. ff. de iure fisci. & licet Dec. in d. §. quod autem, non satis videatur dissentire à Ias. contra morem suum. Attamen arbitror Ias. errare, quia præter id quod dicat contra alios omnes, vt etiam aduertit Parpal. in reper. l. si quis maior. C. de transact. vers. quinto quæritur. vbi vide, non etiam bene ponderat text. in d. l. eius qui delatorem. qui non loquitur in proposito, non enim procedit eo casu quo quis ipso iure condemnatur, vt nos loquimur, sed quando quis habetur pro confesso & conuictò. Et ideo Bart. in d. vers. secundo dum not. quod hæc verba, habeatur pro confesso, non intelliguntur ipso iure, sed requiritur sententiā, vult clarè quod si ipso iure intelligitur non requireretur alia declaratio. & pro hac opinione vide Imol. in l. qui à larronibus. §. j. col. ij. ff. de testa. vbi vult quod quando bona confiscantur pro ipso facto, vel ipso iure, nõ tamen fit actus executio nisi præcedat declaratio per d. c. cum secundum. nec vult vt fiat ante mortem, sed quando quis habetur pro confesso & conuictò, & hoc casu vult vt requiratur declaratio ante mortem, & ita intelligit d. l. eius qui delatorem. Hæc opinio est ex mente Dec. in regu. pupillum. §. in hæredes. ff. de regu. iur. vbi facta regula quod morte delictum & pœna extinguuntur, l. defuncto. ff. de public. iudic. & l. si. C. si reus vel accusator mor. fuer. ponit v. limitationes, & secunda est absolute quando pœna est ipso iure & factò imposita, quia tunc transit ad hæredem, & allegat Bart. vbi supra, & in l. j. ff. de priuileg. debi. per l. Caius. ff. ad Silla. & alios vt per eum est etiam ex mente Felin. in ca. Rodolphus. in verbo, declaratoria. de rescip. & in c. præterea. colum. j. & ij. de

spons. & in c. cum non ab homine. col. iij. & seq. de iudic. dum exclamat requiri declarationem, quando pœna imponitur ipso iure quo ad executionem facti, quia nunquam dicit quod ante mortem requiratur declaratio, Quod verbū vbi fuisset necessarium, profectò summa incuria, & nimis indiligenter omiffisset. Hoc idem vult Bal. in l. vnica. C. ne ex delic. defunc. col. ij. & iij. in princ. in vers. sed dubitatur. vbi vult quod ideo pœna in d. l. eius qui delatorem. non transeat in hæredes, quia non erat secuta condemnatio iudicis, nec legis, & ideo vult, vt si lex ipso iure damnet, tunc transeat, & dum in d. ij. col. allegat c. j. de homicid. in vj. & authen. de incest. nupt. in princ. vult idem, & quod sufficit hæc sententiā legis, ponit Bar. in l. lex iudiciorum. vers. sic. quarto pone. ff. de accusatio. et quod magis vbique perquiruntur Doctores eo magis ita reperitur, vt dixi, Et in crimine læsæ maiestatis communis est opinio, vt bona non publicentur ipso iure, quicquid dicant glo. et Doct. in d. cap. cum secundum. per l. penult. §. ff. C. ad l. l. maiest. et l. fin. et l. donationes in concubinam. in fin. ff. de donatio. et Bart. expressè in l. post contractum. col. pen. vbi Imol. et Roma. ff. de donat. et dixi supra sub tit. de crimine læsæ maiest. Nec vnquam audiui dari aliquam molestiam bonis rebellium mortuorum, nisi lata sententiā ante mortem; vel postea damnata memoria defuncti in casibus à iure permiffis. In homicidiis verò, et aliis delictis, in quibus iure nostrorum decretorū, et statutorum fit confiscatio ipso iure. etiam hæredes non molestantur, ex quo decretum clarè præsupponunt, vt prius debeat sequi condemnatio in personā, ordo etiam quidam ducis Ludouici obstat. vt supra dixi, in tit. de pœnis. in vers. pœnæ delictorum. dum commemorauit D. Anbrosium Opizonium, et quemdam alium Doctorem in gratiam ducis Ludouici aliter consuluiffe. Et prædictis addens quæro quod in casibus in quibus requiritur sententiā, si tamē princeps in rescripto dicat, quem priuatum, vtrum intelligatur quo ad potestatem priuandi, an etiam vt nulla alia requiratur sententiā, de hoc vide notabiliter Fel. in ca. causam quæ. col. vj. de rescip. et quod de verbis, Careat, vel Cadat, an intelligantur ipso iure, vide Fel. in c. ex tenore. col. antepenult. extr. de rescip. et plenissime per Fel. in d. c. Rodolphus. vbi supra, et in c. præterea. col. j. vers. sic. secundò nota. et col. sequen. de spons. Abb. ij. vol. consil. lxxvij. col. ij. Paul. de Cast. consil. xxxij. col. ij. et Ang. omnino consil. cclv. col. fi. Et an sequatur dicta declaratio procedendo ulterius, vide Moder. in l. si quis nec quæstio. col. j. ff. de quæstio. Et an in tali declaratione requiratur citatio, vide vltra Felin. in d. c. Rodolphus. et vbi supra, et c. cum non ab homine. col. v. de iudic. Marian. Soc. in vj. artic. principali, tracta. citatio. in xxxj. casu. Vide etiam de hac materia latè per Ang. et in apostil. ibi, in glo. qui iudex videns quod inquisiti non comparent. Et quod quid differat hæc declaratio à sententiā, vide in c. j. de consil. char. 3. col. fin. verbo, non obstat etiam, et vide etiam circa decretum nostrū, vel similia, vt bona commissio delictò sint applicata fisco, An eo casu requiratur declaratio. Curt. consil. xxx. Sententiā, quod et notoriū æquiparantur. l. emptorem in princ. ff. de actio. empt. et c. fin. de cler. coniug. quod est verum, quo ad probandum, nõ quo ad disponendum, Ang. in l. libertas. §. j. ff. de statu lib. Bal. in l. iudic. sustium. ff. de infam. et Bal. in l. j. col. j. ff. de cur. furios. et ideo licet prælarus notorio sit notatus crimine, nõ tamen depositus intelligitur nisi secuta sententiā, Bal. in l. cum fratrem. col. ij. C. de his quibus vt indign. atque ita æquiparantur quo ad

quo ad manifestandum, & declarandum, non quo ad disponendum & puniendum, & hoc clarè patet. nam confessio facit notorium d. cap. fi. de coniug. cle. & tamen qui crimen confessus est debet damnari. l. si. confessus. ff. de custod. reor. & vide omnino Ias. in l. si verò. §. qui pro rei qualitate. ff. qui fatid. cogan. vbi dicit quod notorium debet probari in actis parte citata.

57 Item nota quod ex notoriis aliqua sunt excusabilia, aliqua non, vt not. per Aretin. in consil. antepen. col. ix. vers. venio ad secundū. & quando sunt inexcusabilia, et nulla tergiuersatione celari possunt, tunc nec requiritur citatio, nec declaratio per sententiā, et ideo vbi quis publicè esset factus rebellis Cæsaris apertè pugnando contra eum, vel castrum cuius custodia sibi credita fuisset palam retinendo nomine inimici ipsius Cæsaris, vt aliquando contigit, tunc perinde esset, ac si lata fuisset sententiā ante eius obitum, et eius bona possunt quandoquocumque retineri ostenso tali notorio, sine aliqua sententiā, ita decidit in specie. Ifern. in tit. quo temp. mil. §. sancimus. et secundo et factis apparet ex prædictis, et ex d. consil. Aret. si bene vides, et ex autoritatibus ad hoc allegatis supra in tit. quomodo procedatur in crimine notorio. ad fin. et Deci. hoc apertè tenet in cap. peruenit. de appellat. vbi dicit quod ita limitatur ca. cum secundum. de hæret. in vj. et quod in notoriis clarè non requiritur sententiā, sed solà executio tenet. gl. et Bar. in d. l. iudic. sustium. ff. de infam. et latè Brun. consil. xix. col. ij. et seq. vbi vide. Et ex hac ratione ordinatum est in hoc dominio, vt illis qui vti famosi et publici delinquentes morti traduntur sine sententiā etiā sint confiscata bona, in casibus tamen vbi aliàs secuta sententiā venisset publicatio honorum, de quo ordine aliquando dubitauimus, nõ adhuc dubito, verum si intelligatur secundū notorium inexcusabile satis rectè procedit. Sententiā vim quod habet simplex relaxatio, ita vt amplius nõ sit ex eadem causā molestandum, iuxta regulam quod sapius de eodem delicto quæri non debet. l. licet. §. ff. ff. nauit. caup. stab. & l. si cui. §. iudem. ff. de accus. Anan. in consil. xvij. col. fin. vers. præterea subdit hæc vera. quod ex quo semel fuit inquisitus, & dimissus, & sic quodam modo tacito absolutus, æquum videtur, vt iterum inquiri non possit per regulam d. §. fin. & Bart. in d. §. iudem. Alexan. verò magis considerate loquutus est in consil. clxxxix. col. pen. vbi incip. in causa Angelorum Hebræorum, dum dicit quod dicta relaxatio simplex facta causa cognita, arguit absque sententiā innocentiam, quia quod apparet de innocentia eius, qui criminis arguitur non debet retineri in carceribus vsque ad sententiā, imò incontinētè dimittendus est, postea fertur sententiā, allegat text. in l. ij. C. de exhib. reor. & Bald. ibi Addo Roma. singul. ccccij. accusatus & aduertendum est quod etiam ille text. non requirit fideiussionem, tamen tutius est illam habere, & ita seruati videmus quod præstat fideiussio. Alex. igitur & etiam in effectu Ana. si bene consideras, & Rom. volunt vt nõ censetur tacitè absolutus, sed dimissus tanquam innocens, iuxta terminos d. l. ij. & consequenter oritur hic effectus quod nõ est iterum in carceres coniciendus, nisi superuentibus aliis indicis, & ita seruati. Addo quod prædictis quod non ita est custodiendus, qui est in casu abolitionis, sicut qui est condemnandus. gl. in l. si peccuniam. §. fin. in verbo, carceres. ff. de cond. ob caus. vbi vide Doct. Addo quod quæ dicta sunt de accusato, vt sit dimittendus quando apparet de innocentia, etiā procedunt in accusatore posito in carceribus. Ang. in d. l. ij. & Ang. Aret. in tract. malefic. char. 6. col. iij. ad fi.

& idem quod per Alex. dicitur in d. consil. ponit etiam Alex. in l. j. ff. de custo. & exhib. reor. in apostilla quæ incipit, debeat solui. Absolutus igitur ex sententiā, vt dixi, non debet amplius molestari pro eodem delicto, hoc idem, & multo magis patet in condemnato, vt per Aret. consil. lvij. circa secundum dubium, vbi ponit reg. & fallen & per Fel. in c. de his. extra. de accusat. vbi omnino vide, & vnam declarationem habes ex materia immediatè præcedenti, quando simpliciter est dimissus in carceribus, quia adhuc superuentibus indicis potest molestari, quod multo magis procedit quando iudex expressè interloquitur eum dimittendo, reb. statibus, prout stant, prout hic Mediolani, & in vniverso dominio fieri semper consuevit, nisi quando clarè constat de innocentia rei, quia tunc absoluitur diffinituè Et an talis sententiā sit diffinitiuā, vel interlocutoria, vide omnino Bart. in l. Titia. ff. de accusat. & Felin. in rub. de re iud. extr. De iure tamen quod accusatus accusatore non probante debet absolui diffinituè. rex. est in l. qui accusare. C. de eden. & Doct. ibi not. Felin. ca. aduerialio. col. ij. de except. Si tamen iudex habet indicia cõtra ream vehementia, licet quod tortus noluerit fateri, non debet eum absolue, sed debet dari abolitio, hoc est circunduci processus, vel absolui in prima instantia. ita Salic. in l. ea quidem. C. de accus. & in l. si qui adulteri. C. de adult. & in l. qui quis. C. ad leg. Iul. maiest. & refert, & sequitur Alexan. in l. vnus. §. reus in verbo, nec confitetur. ff. de quæst. Per quod dictum ita declara regulam d. l. qui accusare. & quæ dicit Bart. in l. fin. in j. colum. ff. de quæst. vt scilicet quod tortus sit absolue si indicia nõ excedebat metam, & ita loquitur Bart. ibi, sed si erant vehementia, procedunt dicta Alex. Et quod quando conuictus torqueretur adhuc videtur quod multo minus sit absolue, secundum prædicta. & ita Paris in tract. syndic. char. 93. colum. iij. in princip. Paul. de Cast. in l. si quis in hoc genus. C. de episc. & cleric. Alber. in rub. C. de quæst. col. ij. vers. est etiam notandū, sic etiā Rom. in l. j. §. hoc rescriptū. col. vlt. ff. de quæst. Reperio solum Capol. tenere contrarium in consil. xxxij. col. vij. qui sequitur Albe. in l. edictum diui Augusti. ff. de quæst. & ideo dicit quod solēt iudices protestari, vt per eum, & quod hæc est communis obseruantia, vult tamen Capol. vt tormenta debent esse in tanta quantitate, vt sit sublata omnis probatio, aliàs possit iudex eum nõ absolue, sed pecuniaria pœna damnare, video seruati in tali casu quod sit protestatio secundum modum Capol. & deinde ratione probationum concludentium super quibus etiam non interrogatur, et sic cessant omnes difficultates. Et si ex iniuria officialis, vel ignorantia super his de quibus conuictus est sine protestatione torqueretur, et vehementer fieret postea absolutio processus, id est absolutio rebus stantibus, prout stant sicut dixi, et eodem modo video obseruari omni casu, quo clarè non apparet de innocentia. et vide etiam de hac materia. Modern. in l. repet. ff. de quæ. col. pen. et vide etiam ad prædictam obseruantiam, quæ ponit Ias. in d. l. qui accusare. dum dicit, quod fallit in regula, quod quando contra reum est præsumptio iuris. vide etiam circa dicta regul. l. qui accusare. omnino Perus. in cap. dilecto. de appell. col. cccxj. vers. cu. aliquando et tertio. qui dicit quod debet tamen dari dilatio actori ad probandū, aliter verò dici non potest, quod iudici liqueat de causa, nec quod actor, siue accusator non probauerit, et vide etiam de dicta regula Modern. in l. reus. §. in ea. ff. de quæst. Et an per quando reus actor non probante debeat se purgare antequam absoluat, scilicet

scilicet per iuramentum, vde Angel. Aretin. in glo. in verbo, fallario. colum. penult. circa fin. & in additionibus ibi, & Ana. in cap. ad fallariorum. de crimin. fal. colum. iij. ad fin. & sequen. De quo iuramento purgationis in criminalibus, vide Iaf. in laic. prae. la prima. in princ. colum. iij. ff. de iureiur. non infisto, quia non feruatur apud nos. Quaro quis t est absolutus, quia non fuit probatum, quo casu etiam erit sententia diffinitiva, vt per Bart. in Ladmonendi. ff. de iureiur. in j. quæst. An tunc etiam procedet dicta regula, vt sepius quæri non debeat, atque ita non possit iterum accusari, vel inquiri, & videtur procedere, quia non minus tunc obstat exceptio rei iudicatæ quam si est lata sententia circa ius. ita Iaf. in d. l. admonendi, in repetit. in g. char. in vlt. colum. reprobat. Rom. ibi. Et Felin. not. in d. cap. aduersario. colum. iij. de except. in versic. sed in dubio. loquor vbi fertur sententia tacitæ absoluens in causa criminali mota criminaliter, vbi verò fertur in causa ciuilitate mota super crimine, tunc an pariat exceptionem rei iudicatæ contra eundem, vel alium, ponit not. Bart. in l. ij. ff. vi bon. rapt. vbi vide, quia in hoc casu fit differentia, an quis sit absolutus, quia non probatum, an quia non sit commissum crimen: nam secundo casu obstat exceptio secundum communem opinionem, vt per Socin. in l. qui agnitis. colum. ij. ff. de except. & idem etiam vult Barto. ibi quando agebatur ad vindictam publicam, quod potest fieri etiam ciuilitate agendo, vt declarat Bart. in l. prae. edixit. §. j. ff. de iureiur. & ibi Ang. & Cæpol. cautela l. vj. & dixi supra in tit. quomodo proced. per actio. in delict. in fi. Et t an in dubio videatur lata sententia, quia non probatum, vide Aretin. in l. ex duobus. colum. vj. ff. de duob. reis. & omnino per Felin. in d. cap. aduersario. colum. ij. Et t adde quoddam regula vt de eodem delicto sepius quæri non debeat, procedit etiam si imposita esset minor poena, quàm sit poena loci delicti, quia tamen adhuc non poterit iterum inquiri, vel accusari. Aretin. consil. l. vij. circa secundum dubium, ita tamen quoddam in primo iudicio ageretur ad vindictam publicam. vt ibi, & per Felin. in d. cap. de his. de accusat. ad quam ampliationem vide quæ dixi supra, in tit. de foro compet. quia aliter non bene intelligeres. Quaro circa prædicta, si t officialis à syndicato absoluatur, quia in termino proclamationis nemò venerit ad querelandum, an postea ad instantiam eius qui damnatus passus est, poterit iterum accusari, dixi supra in tit. de officialibus corrupt. pecunia, & c. Adde etiam t modum per quem absolutio proderit absoluto, tamen facta ex officio per inquisitionem etiam superueniente eo, cui facta est iniuria, cui regulariter non absist. d. l. si cui. §. iisdem. de accusat. & ibi Bart. & per Felin. in d. cap. de his. videlicet si citatur iniuriatus ad contradicendum, & c. Aret. in glo. & ibi caput à spatulis amputetur col. j. quod semper feruatur hic. Nò omitto etiam quod t semel absolutus via inquisitionis secundum multos potest iterum inquiri, vt not. in d. cap. de his. & per Aretin. §. in cap. cum clamor. colum. ij. de testibus cog. Et t an probationes factæ in vna causarum ciuili vel criminalis faciant fidem in alia, vide Bart. in d. l. ij. ff. vi bon. rapt. Dec. in l. ij. vbi est materia. C. de eden. col. penult. & Iaf. etiam ibidem, & Felin. in cap. causam quæ colum. ij. de probat. versic. declara. tertio. Sententia t valet etiam si maiorem poenam contineat quàm deberet, videlicet in eo in quo debuit ferri, & ideo opus est appellare. Dixi supra in tit. de poen. versic. est in arbitrio iudicis, & c. ad fin. Sententia t non debet differri propter absentes, quando vnus ex inquiri-

stis venit ad iudicium, & maxime si quando est opus constitutione, se constituit ne marcescat in carceribus. Bart. in l. non idcirco. ff. de iudic. vbi idem tener Ang. & Ang. in l. j. C. si aduer. rem iudic. colum. ij. qui tamen volunt vt nec differri debeat, quin terminetur contra contumaces propter presentes, quia summa est, vt propter vnum non debeat alter differri, & ita etiam Ang. in glo. dictum Sempronium. in tertium libris, & c. colum. iij. & in apostil. ibi, & faciunt not. in cap. cum inter vos. de re iudic. & per Abb. in cap. j. de sequestr. poss. & fruct. & tangunt Bart. etiam, & plerique alij in l. de vnoquoque de re iudic. ex quibus videtur quoddam practica nostra: vt donec fuerint damnati contumaces, res presentium finem non accipiat, non videtur iudiciali, sed aduerere, nam aut confessus, vel damnatus, non punitur, sed executio retardatur donec visum fuerit an contumaces venire voluerint ad iudicium, expectando sententiam & bannum contra eos, & tunc practica est inhonesta, & contra Doctores, de quibus supra, & ita loquitur præcisè. rard. aut supra, & maxime videtur inhonesta, quia ratio practica est, vt videatur, an ex depositione confessi cum postea erui veritas, & tamen ex tali experimento. rard. aut nunquam negans trahitur in sententiam affirmantis, sed quilibet perseuerat in suo dicto, & sepe ex hac dilatione aliud maximum inconueniens sequitur, quoddam confessus vel conuictus etiam de grauissimo delicto euadit, vel fuga corruptis custodiibus, vel aliter quandoque etiam ope aliqua illicita superioris, ad quod faciunt ea, quæ dicam infra sub tit. de executione sententiarum. Aut verò qui in carcere detinetur, est absolutus, sed differitur absolutio propter contumaces, ne illos postea subornet, & vt veritas postea magis elucescat omnibus presentibus, & tunc aut est absolutus, quia plenè ostendit innocentiam suam, & procedit dicta communis opinio Doctorum, aut quia non probatum est, & tunc censetur iudicem bene facere differendo aliquantulum absolutioem, & hoc etiam est intentionis Doctorum, de quibus supra, non enim tenetur iudex, iuxta dictas leges, sed potest, & sensus vt debeat, vbi constet de crimine, vel de innocentia, aliter ex iusta causa potest super sedere. Damnato principali t an intelligatur damnatus, qui auxilium præstitit, & quid si damnatur mandataris, an intelligatur damnatus mandans, & quid etiam quando damnatur producens falsos testes, an ipsi testes intelligantur damnari, & quid si notarius qui confecit instrumentum falsum, damnatur an fiat præiudicium illi, in cuius beneficium est factum. Hæc omnia ponit Aretin. in glo. & ibi caput à spatulis amputetur, col. iij. & sequen. & vide omnino Bart. in hac materia in l. Lucius. ff. de infam. & Alex. in l. sepe. ff. de re iudic. colum. xj. & ibi habes an sententia condemnans, vel absoluens, vnus noceat, vel profit alteri, vbi amplissimè. Item in acta contra instrumentum de falso suspectum præiudicent testibus in instrumento descriptis postea conuentis super falsitate. Et an acta t super falsitate testium præiudicent producenti, ponit Felin. in cap. cum Ioannes, de fide instrument. char. penult. colum. ij. & adde quod si nocet sententia, etiam nocent acta, & econtra, vt per Iaf. in l. si is qui temporali, §. si cum de hereditate. ff. de iureiuran. num. 3. Sententia t capitalis formam, quando damnandus est præfens, & quando est absens, & non comparet, ponit idem Angel. in d. glo. colum. vj. versic. & quod hic dicitur. Damnati t poena capitali quid amittant, longum esset omnia differere, Quo ad bona dixi supra sub tit.

sub titulo, de publicatione bonor. & supra sub titulo banniti quid amittant, & damnati etiam efficiuntur infames lege prima ff. de his qui notan. infam. Non tamen omnes damnati, sed pro criminibus de quibus ibi, in eadem lege qui tamen si sunt damnati ex contumacia, vel inquisitione, an pari modo reddatur infames, vide Aretin. in glo. dictum Sempronium in tertium libris condemnauit. columna secunda & sequenti, & hoc quo ad infamiam iuris: sed quo ad infamiam facti sufficit etiam accusatio. capitulo omnipotens. de accusa. quæ infamia t facti quos effectus producat. vide Aretin. in lege qui à latronibus. §. primo in prima columna & sequenti. ff. de testa. & consideratur, vt dixi, ex quo crimine agatur iuxta dictam legem primam ad cognoscendum si sequitur infamia, non t autem ad quem finem agatur, an ad poenam, vel rem, nec vtrum ciuilitate, vel criminaliter agatur, lege infamem. de pub. iud. & ibi Bartolus ex quo Iason nesciuit quid diceret in lege certi conditio columna octaua ff. si certum petatur. & quod consideretur causa, & non poena, vide legem ictus fustium. ff. de infam. & Rom. sing. clxxxix. in principio huius quinterni. Et quod sit consideranda causa, t quæ infamiam irroget, & quæ sit infamia iuris & facti, ponit Aretin. in §. ex quibusdam. in tertia columna in fine de poen. temere litig. ponunt omnes in l. cunctos populos. C. de sum. trin. & fide cath. & vide Iaso. vbi supra, de aliquibus, an infamem, vel non. Dixi de materia & effectibus bonæ, & malæ famæ. in titulo de inquisitione, dum tractauit, que sint indicia ad inquirendum. Et t an damnati ad mortem possint facere testamentum, & an factum etiam ante inquisitionem irritetur, vide textum in lege eius. §. si cui. ff. de testa. vbi dicit, quod damnatio impedit fieri, iam factum rumpit. si viram, vel ciuitatem, vel libertatem tollat: secus si solam famam lædat. & ibi vide Bartolus & Doctores. ponit Baldus primo volumine consilio cccclxxij. & consilio ccccvij. columna prima vbi habes, quod si appellatione pendente fuerit capituli supplicio affectus, & an t ad pias causas possit testari, vide Alexand. qu. no volumine consilio clxxxij. Baldus, primo volumine consilio cccclxvij. columna prima circa medium, & de omnibus Bald. tertio volumine consilio cccliiij. vbi etiam ponit an testari possit pro restitutione ablatorum, an t damnatus ad perpetuos carceres possit testari, vide Baldus primo volumine consilio cccclx. Quid in damnato iniuste & nulliter, vide Baldum secundo volumine consilio quadragesimotrigesimotertio Quid t in damnato poena pecuniaria, qua non soluta in termino, possit corporali poena puniri, vide Signorol. consilio centesimo quadragesimotertio & latè de hac materia. Et quid in bannitis an teodem modo sint instabiles, & ferui poenæ, vide Aretin. in glo. & ibi caput à spatulis separatur. columna sexta versiculo & bene not. & in apostillis latissimè, & dixi supra in titulo banniti quid amittant. Et t quando imponitur poena capitis inconsueti, puta, vt proiciatur ab vna fenestra, an efficiatur ille instabilis, vide Aret. in dicta glo. columna decima ver. & bene aduertas tu §. iudex. vbi etiam in apostillis. Sententia aliqua jan possit per iudicem maleficiorum ferri ultimo mente sui regimini stante statuto, vt tunc non possit absolueri vel condemnare, vide eundem Aretin. in dicta glo. columna nona versiculo quæro quid si statuto. Et si sit statutum, vt t occidens Perusij forenses puniatur in certis libris, prout intelligo esse in castro Goffredi dominorum Ganzagharum: Si Perusinus alibi occidatur, an debeat occidens puniri eadem poena, & non ordinaria, vide Bartolus in lege prima in principio ff. quod quisque iuris & Ang. in dicta glo. columna decima versiculo quæro Perusij vbi etiam in apostil. & Deci. in dicta lege prima columna penultima & fi. Sententia si t imponat poenam capitalem simpliciter, an intelligatur de poena capitis naturalis vel exilij, vide Aretin. in d. gl. columna vndecima versiculo quid si statutum. Dixi latè supra sub titulo de de poen. vbi te reuicio, & ponit Ang. vbi supra, etiam circa hoc, t quod si clericus esset datus poena capitis, intelligendo de naturali, nihilominus intelligitur primo quod deberet degradari, & successiue morti tradi, & ingreditur materiam degradationis, de qua etiam dixi supra in titulo de fo. com. Sententia t lata contra mortuum est ipso iure nulla. lege penultima ff. quæ sen. sine app. refc. Cæpol. consilio xvij. columna. ij. & consilio xxij. columna secunda & ideo etiam si velles condemnare memoriam defuncti in casibus, in quibus potest fieri, condemnes ipsam memoriam, non defunctum, & ad hoc est consiliu Cæpol. xvij. quod vide. Hinc est, quod cum seruus habeatur pro mortuo. lege quod artinet. ff. de reg. iuris. Sententia contra eum t lata est nulla. l. seruus. C. de iud. & ita Iaf. ibi declarat Addo t quod etiam morte extinguatur delictum, & poena eius. l. defuncto. ff. ad Turp. & lege si. C. si re. vel. acc. mor. fuc. & ideo etiam cessat accusatio contra mortuum, vt per Dec. in l. pupillum §. in hæres. columna prima ff. de re. iur. imò sententia contra viuum postea, non mittitur executioni contra mortuum. Dec. ibi. Sed tamen aduertendum est, quia ratio vt sententia non valeat contra mortuum, non est, quia morte extinguatur crimen. nã hoc modo in multis casibus valeret, & tamen nunquam valet dicta l. pe. Sed est quoniam ita placuit legislatoribus. Item est aduertendum, quod t etiam contra mortuum non valeat sententia, valet tamen contra hæredem, ex eadem instantia prosequendo illam contra eum, quia habetur eadem persona cum defuncto. l. si eum ff. de fideiul. l. seruus. ff. de his qui not. infam. & lege si infra. C. de rest. in integ. facta tamen liquidatione prius, quod esset hæres, & prosequendo & diffiniendo contra eum, non contra mortuum: quia aliter nihil valeret talis prosecutio nec sententia Pau. de Cast. in d. l. si eum. ver. aduerte tamen. & Dec. in c. quia Gu. de iudic. columna penult. versic. secundus casus. loquor vbi possit agi contra hæredes, iuxta dictam regulam legis pupillum. §. in hæres. & quæ ibi notantur per Deci. Est etiam aduertendum, quod t fertur sententia mortuo domino, quando procurator in lite iam erat effectus dominus litis, textus est in l. nulla. C. de procurat. & ibi Iaf. in fi. Sic intelligit d. legem penultima ff. quæ senten. sine appellat. refc. in. Est verum, quod in hac ciuitate, in qua peremptorium esset transmittendum domino, ita vt non sufficeret illud transmittere procuratori, ita disponente lege municipali, esset necesse liquidare prius quis esset hæres, & illi deinde transmittere peremptorium, postea causam finire contra procuratorem, iuxta dictam l. nulla. et quod ibi declarat Iaf. & vide etiam Alexand. in lege in summa colum. secunda versiculo vlti. ff. de re iudic. Sententia in criminalibus habet instantiam biennem, in ciuilibus triennem lege properandum. in princip. C. de iudi. & lege fin. C. vt infra certum temp. cau. cri. mi. terminen. Super hoc tamen nos habemus quosdam ordines, qui tamen non seruantur. Hoc quo ad tempus instantiæ. Quo verò ad tempus cognoscendi d. d. dic t ex regula de delicto posse cognosci infra

101 ma & fi. Sententia si t imponat poenam capitalem simpliciter, an intelligatur de poena capitis naturalis vel exilij, vide Aretin. in d. gl. columna vndecima versiculo quid si statutum. Dixi latè supra sub titulo de de poen. vbi te reuicio, & ponit Ang. vbi supra, etiam circa hoc, t quod si clericus esset datus poena capitis, intelligendo de naturali, nihilominus intelligitur primo quod deberet degradari, & successiue morti tradi, & ingreditur materiam degradationis, de qua etiam dixi supra in titulo de fo. com. Sententia t lata contra mortuum est ipso iure nulla. lege penultima ff. quæ sen. sine app. refc. Cæpol. consilio xvij. columna. ij. & consilio xxij. columna secunda & ideo etiam si velles condemnare memoriam defuncti in casibus, in quibus potest fieri, condemnes ipsam memoriam, non defunctum, & ad hoc est consiliu Cæpol. xvij. quod vide. Hinc est, quod cum seruus habeatur pro mortuo. lege quod artinet. ff. de reg. iuris. Sententia contra eum t lata est nulla. l. seruus. C. de iud. & ita Iaf. ibi declarat Addo t quod etiam morte extinguatur delictum, & poena eius. l. defuncto. ff. ad Turp. & lege si. C. si re. vel. acc. mor. fuc. & ideo etiam cessat accusatio contra mortuum, vt per Dec. in l. pupillum §. in hæres. columna prima ff. de re. iur. imò sententia contra viuum postea, non mittitur executioni contra mortuum. Dec. ibi. Sed tamen aduertendum est, quia ratio vt sententia non valeat contra mortuum, non est, quia morte extinguatur crimen. nã hoc modo in multis casibus valeret, & tamen nunquam valet dicta l. pe. Sed est quoniam ita placuit legislatoribus. Item est aduertendum, quod t etiam contra mortuum non valeat sententia, valet tamen contra hæredem, ex eadem instantia prosequendo illam contra eum, quia habetur eadem persona cum defuncto. l. si eum ff. de fideiul. l. seruus. ff. de his qui not. infam. & lege si infra. C. de rest. in integ. facta tamen liquidatione prius, quod esset hæres, & prosequendo & diffiniendo contra eum, non contra mortuum: quia aliter nihil valeret talis prosecutio nec sententia Pau. de Cast. in d. l. si eum. ver. aduerte tamen. & Dec. in c. quia Gu. de iudic. columna penult. versic. secundus casus. loquor vbi possit agi contra hæredes, iuxta dictam regulam legis pupillum. §. in hæres. & quæ ibi notantur per Deci. Est etiam aduertendum, quod t fertur sententia mortuo domino, quando procurator in lite iam erat effectus dominus litis, textus est in l. nulla. C. de procurat. & ibi Iaf. in fi. Sic intelligit d. legem penultima ff. quæ senten. sine appellat. refc. in. Est verum, quod in hac ciuitate, in qua peremptorium esset transmittendum domino, ita vt non sufficeret illud transmittere procuratori, ita disponente lege municipali, esset necesse liquidare prius quis esset hæres, & illi deinde transmittere peremptorium, postea causam finire contra procuratorem, iuxta dictam l. nulla. et quod ibi declarat Iaf. & vide etiam Alexand. in lege in summa colum. secunda versiculo vlti. ff. de re iudic. Sententia in criminalibus habet instantiam biennem, in ciuilibus triennem lege properandum. in princip. C. de iudi. & lege fin. C. vt infra certum temp. cau. cri. mi. terminen. Super hoc tamen nos habemus quosdam ordines, qui tamen non seruantur. Hoc quo ad tempus instantiæ. Quo verò ad tempus cognoscendi d. d. dic t ex regula de delicto posse cognosci infra

viginti annos l. querelam. C. de fals. de quo latè dixi fu
 10 prà sub rubrica de accusat. numer. 30. Et t̄ stante sta
 tuto, vt iudex non possit cognoscere iam commissio
 delicto, post sex menses, poterit tamen cognoscere, v-
 bi de eo constet per confessionem partis. Alex. in l. fi.
 col. fin. C. de dolo. & ibi etiam ponit, An hoc statutum
 intelligatur à die sciente, an verò tempus sit continuu
 & maximè quando puniretur iudex, si non procede
 11 ret. t̄ Damnatu etia pœna pecuniaria pro crimine
 in termino soluendi non habet quadrimestre, quod
 datur aliis damnatis miseracionis gratia, iuxta glo. fi.
 in l. si debitori. ff. de iudiciis. & est communis opinio
 secundum Iason. in l. debitoribus. colum. penult. & fi.
 ff. de re iudic. sed potius tempus est arbitrarium, vt i-
 12 bi per eū post Alexand. Sic etiam t̄ in condemna-
 tione corporali nulla datur dilatio, nisi in certis casu-
 bus, de quibus per Iason. in ea. l. columna pen. & Fe-
 13 2 lin. in capitu. quærenti. de offi. deleg. Et t̄ pendente
 dilacione dictorum quatuor mensium, An possit con-
 demnatus capi, ad hoc vt præter fideiussiones: Dic
 posse, ita Bar. in dicta lege si debitori. Sed an idem sit
 in damnato pro crimine ad dandam pecuniam certo
 tempore? Videtur etiam idem esse, quando illud tem-
 pus datur à iudice miseracionis gratia, vt possit pecu-
 nias perquirere, sic arbitrando tempus solutionis iux-
 ta dicta proximè: scilicet si daretur ex natura obliga-
 tionis, per ea que ponit Felin. in c. quod ad consulta-
 tionem, columna vj. de re iud. Et hæc etiam adde his;
 que posui in tit. de captura, in quæstione, An inquisi-
 tus citatus ad respondendum inquisitioni termino
 trium dierum, illo tempore pendente possit capi. Nō
 tamen capitur si esset manifestè diues, vt per Iason. in
 dicta lege debitoribus. numero 14. nisi bona essent
 extra territorium. Bar. in lege j. C. de princ. agen. in re.
 li. xij. Ange. in Lexigere. ff. de iudic. & vide de prædi-
 ctis etiam Felin. in dicto capitulo quærenti. col. ij. Are-
 ti. consilio cxxxij. columna fin. Alexan. in d. l. debitoribus.
 & Barbat. in dicto capitulo quærenti. columna
 14 iij. Sententia t̄ lata in loco delicti an mittatur execu-
 tionem in loco domicilij ad petitionem eius, qui senten-
 tiam protulit. Et an etiam quado per vnum iudicem
 imploratur auxilium alterius, sit parendum maximè
 absque alia causæ cognitione. Primò dic, quòd vnus
 iudex potest implorare auxilium alterius, & ille tene-
 tur parere. lege à diuo Pio. §. sententiam Romæ. & ibi
 omnes. ff. de re iudic. capitulo j. de offic. ordi. l. pro-
 perandum. §. si autem reus. C. de iudic. vbi Iaf. facit
 regulam, quòd debet fieri petitio, aliàs non tenetur pa-
 rere cum ampliacionibus & limitationibus, vt per eū
 & aliquando etiam potestis, à quo petita fuit senten-
 tia executio, ex integro cognoscere lege magistrati-
 bus. ff. de iurisd. om. iud. & magis per Deci. ibidem ad
 fi. Et quando delictum est merè ecclesiasticum, debet
 exequi alio non quæsto, vt ibi per omnes, & latissi-
 mè dixi, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, supra
 in tit. de for. compe. & ponit Ang. Aret. in glof. & ibi,
 caput à spatulis separetur. versiculo quæro an senten-
 tia corporalis & ibi habes, an etiam sine literis fiat e-
 xecutio: & quia materia est inuoluta, vt potes collige-
 re ex his, quæ per me dicta latè fuerunt, vbi supra. Ideo
 concludo ex omnium dictis, quòd vnus casus clarus
 15 est, quado t̄ processus est factus à iudice incompetē-
 te: quia alter, à quo petitur executio, non tenetur sta-
 re illi processui, nec sententia. l. diuus. ff. de custod. &
 exhib. reorum. & car. si clerici. in prin. de iudic. Si ve-
 rò factus est à iudice competente, tunc an requirantur
 literæ subsidiales, an autem possit fieri executio
 sine literis, vide Ang. in d. glof. & Iaf. in d. §. si autem

reus. & vbi potest fieri sine his literis, vel non potest,
 nisi cum interuentu literarum, & interuentum, tunc
 si sententia est lata secundum statuta ciuitatis illius,
 qui sententiam protulit: & non militat in loco, vbi
 est reus, nunquam potest ille exequi, iuxta legē fi. ff.
 de iurisd. omnium iudicum, & ita Iaf. in dicto §. si au-
 tem reus, vbi omnino videt. loquor, quando statuta
 respiciunt pœnam, non ordinem iudicij, iuxta latè
 in hac materia tradita per Cuma. consilio cxi. vbi om-
 nino vide. Sed id est lata, conformis dispositioni sta-
 tutorum loci, vbi est reus, vel iuris communis, tunc,
 adhuc sit executio, secundum Deci. in l. magistratibus
 in fi. ff. de iur. om. iud. nisi quando minus esset puni-
 tus, vt per eum. & secundum Imol. in c. j. de of. ord. &
 alios communiter in d. l. magistratibus, sit nouus pro-
 cessus à iudice, qui potest cognoscere, per §. si verò
 crimen. in auth. de san. epis. Sed sentio cum Dec. qui
 declarat hanc communem, & ad hoc d. §. si verò crim.
 quem vide, quia loquitur secundum Dec. quicquid
 dixerim, vbi supra. Est tamen tenendum, quod quam-
 uis sit exequenda sententia, tamen sit prius adhiben-
 da aliqua cognitio circa executionem, & vt dixi vbi
 supra, circa sententiam in causa ciuili. Et ita concludo:
 & quia lata sententia quaritur eius rescissio, ideo qui
 bus modis hoc fiat t̄ subiiciam.

Tit. Si ex falsis instrumen-
 tis, vel testibus iudicatum
 erit.

SVMMAE.

- 1 Sententia ex falsis attestacionibus vel instrumentis lata, qua transiit in iudicatum, retractari potest vsque ad viginti annos.
- 2 Sententia ex falsis instrumentis lata, si cognitum fuit de falsitate in eo iudicio, retractari non potest in alio: scilicet si non fuisse cognitum.
- 3 Falsi agi non potest ex sola aspectione testium: vel instru- mentorum propter que lata fuerit sententia: sed ex alio probationibus coadiuuantibus.
- 4 Sententia capitalis fundata super falsis testibus licet for- re sit nulla tamen retractatur via restitutionis in integro.
- 5 Condemnatus ex sententia lata praxerit falsorum testium, vel instrumentorum, potest iudicium criminale inuentare contra producentem falsos testes, & in consequentiam pe- tere rescindi sententiam intra quadriennium.
- 6 Falsi agi potest in aliquibus casibus vsque ad centum annos.
- 7 Falsi agi potest ciuilitè ad interesse actione in factum vs- que ad triginta annos.
- 8 Condemnatus potest excipere contra petentem executione sententia habita tamen prius restitutione in integrum vs- que ad quadriennium.
- 9 Restitutio in integrum, que petitur ab excipiente contra sententiam, copeit de iure scripto, non ex gratia principis
- 10 Restitutio competens de iure scripto differt à restitutione, que conceditur ex gratia à principe.
- 11 Literis petens à principe vt admittatur ad nouas defen- siones debet maximè in precibus apponere, se velle pro- bare testes fuisse falsos si tamen id verum sit.
- 12 Condemnatus, qui vult probare falsitatem testium potest directè id facere si velit etiam probare eos corruptos fuisse, tamen si testes sint publicati, si verò falsitatem tantum pro- bare intendat: tantummodo indirectè id potest.

Tit.

Tit. Si ex falsis instrumen-
 tis, vel testibus iudicatum
 erit.

CONTRA t̄ sententiam agitur, & illa
 retractatur, quauis transierit in re iudica-
 tam, si lata sit ex falsis attestacionibus vel
 instrumentis per querelam falsi infra viginti
 annos, iuxta l. querela. C. de fal. disponit totus tit.
 C. si ex falsis instr. Non obstat tex. in l. si in fi. C. de fi.
 instr. vbi in iudicio ciuili fuerat productum instrumē-
 tum, & contra illud oppositum quod esset falsum, vel
 aliter de falso suspectum, iuxta l. iubemus. C. de prob.
 cum ibi not. per Paul. de Ca. post Inno. in c. j. de fide in
 stru. & ita petitum, vt nulla ei fides daretur: & deinde
 super eo vi fidem faciente lata fuerat sententia. Et ibi
 in fine dicitur, amplius audiendum non esse opponē-
 tem iterum falsitatem illius instrumenti, vt tandem
 causæ finem suum habeant. Nam loquitur ille text. v-
 bi t̄ in primo iudicio fuit cognitum de crimine: sed
 si non fuit cognitum, tunc de eo potest agi principa-
 liter, & ita sententia retractari, vt per Bar. in l. j. C. si ex
 fal. instr. requiritur tamen vt sit cognitum in primo iu-
 dicio, ad eundem finem, aliàs nihil esset. Sic Bar. ibi, &
 & est reg. generalis, quod si excipio ad vnum finem, &
 succumbo, possum postea principaliter agere ad aliū
 finem. Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres. col. iij. ver.
 quinto oppono. ad fi. ff. de ver. obl. Aret. in §. item si in
 iudicio. col. antepe. de excep. vers. secundus articulus
 ad fi. Dec. consi. xcvi. col. j. Soc. in cons. cclxxiij. col. pe.
 & ita in quæstione nostra Gand. in ti. quan. per exce.
 cog. col. ij. vers. sed pone. Est tamen aduertendum lo-
 3 quendo ad terminos nostros, t̄ quod ex sola aspectio-
 ne primorum testium, vel instrumentorum non potest
 etiam principaliter agi de crimine, sed ex aliis proba-
 tionibus coadiuuantibus. ita Bal. Sal. & Paul. de Cast.
 In d. l. fin. C. de fide instr. Et hæc est alia solutio ad di-
 ctam legem, quæ mihi placet ratione, de qua in illo
 textu vt tandem causæ habeant finem suum, & hanc
 rationem his diebus proximè præteritis allegaui con-
 tra fiscales, qui volebant subuertere sententiam à me
 latam ciuilitè sub pretextu, quòd testamentū quod-
 dam, super quo erat fundata sententia, falsum esset, nō
 adducentes aliam suspicionem falsitatis, quam quòd
 illud testamentum in sui aspectione videretur suspec-
 tum: & de qua suspicione per me fuerat cognitum:
 dicebam ego, Si haberent alias probationes, extrinse-
 cus audiendos esse, aliàs non. Contra quod tamen
 facit quod fiscus non interuenerat in iudicio ciuili,
 per ea, quæ dixi supra sub tit. quomodo procedatur
 per excep. ad fi. Non tamen in causis criminalibus sæ-
 pe continget, vt huic conclusioni locus sit: quia iudi-
 ces maleficiorum vbi vident testes in principali cau-
 sa suspectos, sunt proni ad vtrudendum & inquirendum,
 an verum vel falsum dixerint, & equè principa-
 liter, ita vt postea cesset conclusio supra facta, quia co-
 gnitum fuerit ad eundem finem, sicut supra dixi, &
 sicut probat text. in d. l. j. in fi. Si tamen casus contin-
 geret, fieret retractatio, imò fortè nulla esset senten-
 tia, secundum Bal. in addition. Specul. in titu. de exe-
 cu. rei iud. col. iij. vbi dicit, quòd sententia t̄ capitalis
 fundata super falsis testib. est fortè nulla, per l. si quis
 obrepserit. in verbo, nihil agitur. ff. de fals. tamen se-
 cundum eum potest dici, vt tunc etiam sit necessaria
 retractatio via restitutionis in integrum argumento
 l. j. §. si quis vltro. ff. de quæstio. Et pro declaratione
 l. j. §. si quis vltro. ff. de quæstio. Et pro declaratione

Aegid. Bossius

huius materie, scias t̄ quod quando casus contingit,
 potest oppressus sibi consulere diuersis remediis, &
 primò potest intentare, vt dixi in iudicio criminale cō-
 tra producentem falsos testes: quod, vt dixi, facere po-
 test infra viginti annos, iuxta d. l. querela. t̄ & in non
 nullis casibus vsque ad centum annos, vt not. Specul.
 de senten. prola. §. si. Canonistæ in c. licet causam. de
 probat. & Alexan. in l. diuus. ff. de re iudic. col. penult.
 in fi. & quod possit intentare iudicium criminale, est
 tex. in dicta l. diuus. & ibi Bartol. in fi. not. & ceteri e-
 riam, & in consequentiam potest etiā petere rescindi
 sententia non principaliter, argumento l. interdum. §.
 qui furem, ff. de furtis. ita Alexand. in dicta l. diuus. in
 ij. colum. vers. vltim. nota. & idem ibi Iaf. & Felin. in
 dicto cap. licet causam. colum. xxj. vbi latè: quod tamē
 intellige, vt locum habeat infra quadriennium, non
 post. ita Alexand. in dicto vers. quod nota. Secundò
 potest t̄ intentare iudicium ciuile, id est, agere ciuili-
 ter pro crimine falsi ad interesse actione in factum
 perpetuò, hoc est, vsque ad triginta annos. Tertio po-
 test petere restitutionem in integrum aduersus sen-
 tentiam, dicta l. diuus. & hoc infra quadriennium, per
 8 l. fi. C. de temporib. in integr. restit. per. Quarto t̄ po-
 test excipere contra petentem executionem senten-
 tiæ, vel agentem iudicati. l. iudicati. C. si ex fals. instr.
 Hæc Bar. in dicta l. diuus. col. fi. Sed difficultas est, an
 hæc exceptio competat etiam sine aliqua restitutio-
 ne in integrum: & sic perpetuò, iuxta regul. l. purè. §.
 fin. ff. de doli. excep. An solum prius habita in integrū
 restitutione, & sic infra quadriennium? Et in hoc dic.
 communem opinionem Doctorum esse, vt solum cō-
 petat habita prius restitutione in integrum infra qua-
 driennium, vt attestatur Iaf. in d. l. diuus. col. penult. cir-
 9 ca fi. Et scias etiam, vt quæ dico intelligas, quod t̄ re-
 stitutio in integrum, de qua loquimur, non est resti-
 tutio in integrum ex gratia principis, iuxta l. diui fra-
 tres. ff. de pœnis. & l. j. §. si quis vltro. ff. de quæstio. ib.
 sed ex iure scripto ex clausula generali, Si qua mihi
 iusta causa videbatur, iuxta l. j. in fi. ff. ex quibus causis
 maior ita communiter Doctores in dicta l. diuus. Et
 10 quæ sit differentia inter hanc & illam, patet ex dicto
 §. si quis vltro. iuncta glof. & dictis per Bar. Alber. &
 alios ibi. Nam hæc conceditur ab ipsomet præside,
 qui tulit sententiam. Alia verò ex gratia à principe, vt
 ibi. Et si haberemus ordines siue consuetudinē, prout
 hic habemus, vt ad sententiam criminalem nullo mo-
 do possit per eum, qui iudicauit, apponi manus, ita vt
 11 opus esset recurrere ad principem t̄ quemadmodum
 quotidie fit, dum impetrantur literæ ad nouas defen-
 siones pro damnatis & princeps esset difficilis in cō-
 cedendo, sicuti semper est, quando videt per testes be-
 ne fundatam sententiam, tunc cautè agendo, dicendū
 esset in precibus. Si tamen ita verum sit, testes sunt
 falsi, & probare intendimus falsitatem testium: quia
 facile eo casu impetratur noua causæ cognitio per
 prædicta, dum dixi, quod licet transierit in rem iu-
 dicatam, non excluduntur hæc remedia etiam iure
 12 ordinario: Nō omitto t̄ tamen, quòd victus, qui vult
 probare falsitatem testium, hoc potest facere directè
 si etiam velit probare corruptos fuisse, aliàs solum
 per directum, & hoc post publicationem testium. Ita
 declarat Alex. in d. l. diuus. colum. j. vers. item fallit
 vbi cūque. & Doctores cōmuniter in d. c. licet causam
 & dixi supra sub tit. de public. testiu. vbi omnino videt
 quia res est valde utilis, & per me satis visa. In reliquis
 in hac materia vide Fel. in d. c. licet causam. maximè
 in. xxj. colum. & per Doctores in ca. cum venerabilis.
 de exceptio. ac in dicta l. diuus.

K 2

Titu.

Titu. Si aduersus rem iudicatam restitutio postuletur.

SVMMAE.

- 1 Sententia ex restitutione in integrum rescindi potest.
- 2 Restitutio in integrum aduersus sententiam quibus competat.
- 3 Restitutio in integrum aduersus sententiam, & restitutio aduersus lapsum temporis ad appellandum quomodo differat.
- 4 Restitutionem petens aduersus sententiam, debet summari ostendere de lesione: alias non conceditur ei restitutio, & postea debet plene ostendere lesionem.
- 5 Restitutio aduersus sententiam conceditur etiam fisco.
- 6 Sententia contra fiscum lata quando dicitur nulla, & quando valet, sed retractetur.
- 7 Restitutio aduersus sententiam, etiam in causa criminali, datur fisco, non solum propter instrumenta de nouo reperta, sed etiam propter testes nouiter repertos, licet in priuato sit secus.
- 8 Restitutio aduersus sententiam propter iura nouiter reperta, datur priuato ex gratia principis, non solum in sententia corporis affligente, sed que etiam honore priuet.
- 9 Restitutio aduersus sententiam absolutentem, que datur fisco ob iura nouiter reperta, competit ex gratia principis: non autem a iudice dari potest.
- 10 Sententia per iudicem rescindi potest quando lata fuit interueniente prauaricatione.
- 11 Absolutus propter collusionem vel prauaricationem potest iterum accusari.
- 12 Collusio vel prauaricatio ex quibus signis ostendatur.
- 13 Fraus, vel dolus, si interuenit in sententia, perpetuo succurritur condemnato.
- 14 Fiscoles causa non dicuntur, ubi tractatur principaliter de crimine, & persona delinquentis, sed ubi tractatur principaliter de bonis delinquentis.
- 15 Princeps ex absoluta potestate potest iubere, ut iterum cognoscatur de sententia absolutoria ab aliquo crimine: non autem ex ordinaria potestate id potest.
- 16 Rescriptum principis concedens nouam cognitionem aduersus sententiam, non valet, nisi derogetur sententia, & dicatur, Etiam si transierit in rem iudicatam.
- 17 Restitutio aduersus sententiam, etiam in causa civili, competit fisco: quia potest appellare.
- 18 Restitutio aduersus contractum solemniter celebratum non competit fisco.
- 19 Restitutio aduersus contractum non competit principi, quando ipsemet contraxit.
- 20 Restitutio aduersus contractum competit ciuitati, vel vniuersitati, quando regitur per administratores secus si se ipsum regat.
- 21 Iudicium criminale non valet aduersus minorem sine tutoris vel curatoris autoritate.
- 22 Minor an restituatur aduersus delictum.
- 23 Restitutio competit minori aduersus confessionem suam.
- 24 Restitutio in integrum non tollitur per verba generalia, & multum ampla.
- 25 Restitutio in integrum duplex est, quadam a iudice conceditur, quadam a principe, a quo partim id fit ex gratia, partim ex iustitia.
- 26 Restitutio in integrum ita datur reipublice, sicut fisco, qui in hoc non differunt.
- 27 Restitutio aduersus sententiam peti potest, quoties insurgit equitas, ne quis locupletetur cum aliena iactura.
- 28 Sententia criminalis postquam transiit in rem iudicatam, quibus casibus retractari possit ab ipsemet iudice, absque eo quod princeps consulatur.

Titu. Si aduersus rem iudicatam restitutio postuletur.



ONTRA + sententiam agitur etiam remedio restitutionis in integrum. l. cu & minores, & per totum titulu. C. si aduersus rem iudicatam, cap. sciscitata. de in integrum restitu. & in cap. j. de in integram restitutione. in vj. & hoc etiam contra sententiam principis locum habet, non tamen ex omni causa. l. minor autem magistratus. in priu. vbi Bart. ff. de minoribus. & c. cum ex literis. de in integrum restitutione. vbi Abb. & alij. & + competit minoribus & ecclesie, vt in dictis iuribus, ac etiam maioribus ex aliqua iusta causa l. prima, in fine. ff. ex quibus causis maiores in integrum resti. Bart. & Doctores in l. cum filius. §. in hac. ff. de verborum obligatio. Bart. in l. qui duos col. ij. ff. de reb. dub. Aret. consi. xv. in fi. & alibi saepe. Et est differentia: an quis restituatur aduersus sententiam, an aduersus tempus lapsum ad appellandum. Nam primo casu perinde est, ac si sententia lata non esset, & ita nullo tempore accipit fomentum & robur. Secundo casu debet appellare termino decem dierum & prosequi tempore anni vel biennij, alias confirmaretur Item primo casu sufficit ostendere lesionem, secundo requiritur vt ostendatur iniquitas. Ita Imol. in c. si. col. fi. de resti. in integ. Et quando + quis petit restitutionem aduersus sententiam, debet summarie ostendere lesionem, ad hoc vt audiat in ipsa causa restitutionis petita, & ita auditur, alias repellitur: quando auditur, debet postea plene ostendere lesionem, & ita consequitur restitutionem in integrum. Ita Imol. in d. ca. cum ex literis. col. pen. de resti. in integ. Et est communis opinio in l. nam & postea. §. si minor. ff. de iureiur. vt ibi per Alex. & Ialon. Competit etiam + restitutio in integrum fisco aduersus sententiam. l. vnica. C. de sent. aduers. fisci. latis retractan. Aduertendo tamen + quod aliquando sententia contra fiscum lata est nulla ipso iure, vt puta, si ad uocatus fisci erat absens, iuxta ea que dixi supra in titu. de sentent. vel si pretio lata fuit iuxta l. venales. C. quan. prouoc. non est necesse. Aliquando autem est valida, sed tamen deficit in hoc, quod gratia vel ambitione lata est, vel omisum fuit aliquod instrumentu, iuxta legem Imperatores, ff. de re iudica. quando est nulla: cessat retractatio: quando vero est valida, sed adest vitium, sicut dixi, tunc fisco restituatur infra quadriennium, iuxta l. fin. C. de tenip. in integ. rest. per Hac est communis opinio in d. l. vnica. & in dicta lege Imperatores, Et quod dico fisco restituatur aduersus sententiam per instrumenta nouiter reperta, procedit + etiam si testes postea inueniantur, per ea que dicit Ias. in d. l. Imperatores. col. pen. ver. quinto vltra Bar. Quo ad priuatum autem aliud est, quia no restituatur per nouas probationes. de l. Imperatores. quod procedit etiam in sententia criminali, in qua + tamen damnato succurritur per aliam restitutionem in integrum, que procedit ex gratia principis, text. est in l. diui fratres. ff. de pœ. que lex habet locum etiam in sententia, que honore priuet, vel alia super crimine, secundum Abba. in c. consanguinei ad fi. de re iud. & Iac. in d. l. Imperatores. col. j. Videntur tamen esse exponenda illa verba, vel alia super crimine, scilicet corpus affligente: quia in pœna pecuniaria videtur aliud, vbi non fuerit appell. l. 3. C. de re iud. & ita videt loq. Abb. d. c. consanguini

consanguinei. licet aliquantulum obscure loquatur. Et hanc expositionem colligo tum ex d. l. iij. tum ex allegatis per Felin. in d. c. vbi loquitur vna cum alijs Doctoribus per eum allegatis de sententia corporali retractanda solo beneficio principis. Sed obstat de ciso Bart. in d. §. fin. in l. j. ff. de quaestionibus ibi item nota ad aliud. vbi dicit idem in sententia pecuniaria applicata communi. Sed quero, + sicut damnatus no restituatur nisi ex mera gratia principis, iuxta l. diui. ff. de pœn. & l. fi. §. si quis vltro. ff. de quaest. & quod dicit Bar. vtrobique. An ita etiam fisco lata sententia absolvente in causa criminali non restituatur nisi ex mera gratia principis, & non a iudice met, qui eam tulit, iuxta dicta Bart. in d. §. fin. vbi vide, & certe videtur restituendum esse, per d. l. vnica. C. de sen. aduers. fisci. cum latis, dum absolute dicit, quod fisco in causis suis restituatur, loquendo in plurali per verbum, causas. In contrarium videtur tex. in d. l. diui. dum absolute dicit, quod iudex non potest mutare suas sententias latis in causis criminalibus, nisi quando reus datur, per restitutionem, tamē in integrum a sola clementia principis: ex quibus verbis etiam in casu absolutionis denegatur restitutio, que fit a principe: & ponderandum est, quod tempore dictæ legis sequentibus sententia bonorum, iuxta l. j. & que ibi dicitur per Bart. ff. de bon. damnat. & sic tractabatur de interesse fisci: & tamen absolute dicitur, quod iudex in tali casu non potest apponere manum: & huius ego sum sententia, maxime quia de hoc est decisio in terminis, Odofredus in dicta lege vnica, super verbo. causas. in prima columna. Et licet videretur contrarium, quia etiam dicitur causa fisci, quando non tantum agitur causa pecuniaria solum, vel bonorum, sed etiam pœna capitalis, & in consequentiam confiscationis bonorum. lege prima. in princip. ff. de iure fisci. cum gloss. fin. ibi. Tamen l. diui. probat hanc opinionem, & per illam etiam Alex. & Ias. in d. l. Imperatores dicunt, quod illa lex procedit etiam in criminalibus, sicut dixi. habes etiam decisionem Odofredi etiam fauet decisioni l. fauorabiliores. ff. de regul. iuris. Quare merito tenenda est hac opinio: loquor tamen, sicut allegatur d. l. diui. per Doctores in d. l. Imperatores, quando petitur restitutio in integrum per instrumenta noua, vel vt melius loquar, per testes postea repertos. Sed + si alia ratione fieret puta, prauaricationis, vel fraudis, iuxta d. l. vnica. in secunda parte, dico quod procedit d. l. vnica, & quod ibi dicitur, vt scilicet in tali casu succurratur lesio: hoc enim non est immutatum, igitur manere debet l. precipimus. in fi. C. de appellatio. Et quando interuenit prauaricatio, vide textum in l. prima. C. de aduocatis diuersorum iudic. vbi dicit, quod + etiam iudex potest rescindere suam sententiam latam interueniente prauaricatione. Ad idem glo. not. & Doctores in l. j. C. sentent. rescin. non posse. & Felin. in c. de his. in viij. limitatione de accu. vbi firmat conclusionem, quod absolutus propter collusionem, vel prauaricationem iterum potest accusari, & ibi etiam + ponit signa ostendentia collusionem, siue prauaricationem: & quando + interuenit fraus vel dolus, quod perpetuo succurratur est gloss. fi. in d. l. Imperatores. ff. de re iudic. & ibi Ias. col. m. fi. & Doctores in dicta l. vnica. in verbo, fraus: Conclusionem, quam supra feci, vt cessante prauaricatione vel dolo, non competat remedio fisco restitutionis in integrum ob omillas probationes, satis ostendit d. l. vnica. dum dicit causas, in quibus contra fiscum iudicatum est, intelligendo quod voluerit loqui de causis fiscalibus, que + non sunt, vbi tractetur

principaliter de crimine & persona delinquentis, etiam si tractetur de interesse fisci: sed sunt, vbi principaliter tractatur de bonis l. j. C. vbi causa fiscal. Et ideo non immerito dixit Odofred. vbi supra, in d. l. quod loquitur de civilibus Accedant dicta Bart. in l. j. §. fin. ff. ad Turpil. dum concludit, quod et si in sententia criminali applicata sit pœna fisco, tamen causa appellacionis debet terminari inter accusatorem & accusatum, no aliter citato syndico fisci, qui syndicus postea est citandus, cum causa agitur principaliter ipsorum bonorum inter fiscum & priuatum, iuxta dictam l. j. C. vbi causa fiscal. Et licet possit opponi, quod reipublice interest, vt delicta puniantur, lita vulneratus. ff. ad leg. Aquil. & consequenter, quod ex hoc capite debet competere restitutio in integrum d. l. Imperatores. in fi. & l. reipublica. C. de in integr. restit. tamen solutio patet ex dicta l. diui. vbi absolute sententia in causa criminali non potest immutari a iudice, qui eam tulit, propter probationes postea repertas, nisi in damnato, aut thore tamen principe, & quod hac opinio sit vera, patet ex not. per Doctores in illo articulo, an semel absolutus possit iterum accusari, de quo in l. si cui. §. hifdem. ff. de accusationib. & per Felin. in dicto c. de his. de accusatio. in quibus locis Doctores nolunt vt succurratur, quando postea alia inueniuntur probationes: & si aliter diceremus, ferē omnes sententia absoluentes infringentur. Ex quibus omnib. nescio quomodo possit sustineri noua cognitio sententia absolutorie lata in fauorem Medetarum, qui occidisse patrum arguebantur, ex qua postmodum secuta fuit sententia condemnatoria, & bona eorum fuerunt donata diuersis personis. Illa enim noua causa cognitio fuit admissa propter literas principis, sub pretextu quod competeret fisco restitutio in integrum, quod est falsum, vt vides: ad que etiam vide que dixi supra in titu. de sententiis, in ver. Et quando iudex in sententia. Est + verum, quod vbi princeps ex sua absoluta potestate rescriberet, vt iterum videretur sententia absolutoria alicuius delicti, maxime talis, prout fuit homicidium commissum, vt præsупponitur per eos Medetas in personam eorum patrum in lecto proprio, noctis tempore, sub fundamento, ne tantum facinus remaneret impunitum contra ius publicum. d. l. ita vulneratus. forte valerent dictæ literæ, per notata in l. fin. C. si contra ius vel vtili. public. & in c. que in ecclesiarum de constitut. cum præsertim princeps habeat magnam potestatem in criminalibus, vt dixi supra, in tit. de pœn. in versic. est in arbitrio, & apparet ex dicta l. §. si quis vltro. cum pluribus legib. ibi in glo. alleg. ff. de quaestio. & magis ex l. relegati. in fi. ff. de pœ. & ex his, que dixit A. hif. in tit. que sint reg. in princip. col. ij. versic. v. solus princeps, sed ex ordinariis potestate hoc facere no potest, vt habetur in l. fin. C. sententiam rescindi no posse. & apparet ex notatis per Ias. in l. causas. vel lites. C. de transaction. in q. de qua ibi per eum, in ver. iuxta prædicta. Et + ideo rescriptu no valet concedens, vt iteru causa cognoscatur, nisi derogetur ipsi sententia, & dicatur etiam quod transiit in rem iudicatam, vt ibi per eum Ias. in prima col. & alibi saepe. Vide tamen que dicat tit. sequenti in tertio modo retractandi sententia, vbi intendo vterius considerare quod dixi de suprema autoritate principis in sententiis criminalibus absolutoriis. Quapropter bene animaduertēdo ad omnia, fisco quando casus contingit, no est sine remedio, siue interueniat prauaricatio vel fraus. siue no, vel potestate suprema principis, si veru est quod dixi, vel iure priuati, probando aliquod impedimentum, propter quod non potuit testes postea repertos

inuenire, vel examinari facere iuxta notata in dicta l. Imperatores. Non sunt tamen omittenda duo ad
 17 prædicta. Primum, quod etiam in causa ciuili fisco non semper habet remedium restitutionis in integrum aduersus sententiam: quoniam sufficit, ut potuerit appellare, ubi legitime & recte omnia processerunt. Ita Barto. & omnes in d. l. vnica. per textum in l. illud. ff. de appellatio. Ad quam conclusionem addo quod
 18 etiam fisco non datur restitutio in integrum aduersus contractum, qui fuerit solemniter celebratus, præcedentibus debitis substationibus & iusto pretio, si ex noua causa superueniente oriatur læsio, secundum Alber. de Rosa. in l. et si sine. §. quæsitum. ff. de minor. & Afflic. de c. Neapolitana cccxl. ubi vide
 19 omnino. Secundum illud est, quod tunc demum conceditur restitutio in integrum fisco, quando per administratores agitur iudicium vel contractus: & ideo si ipse princeps causam ageret siue contraheret, cessaret restitutio in integrum, secundum Nicol. de Neap. in d. l. vnica. C. de sentent. aduers. fisco lar.
 20 Et ad hoc vide quæ dicuntur in questione villæ, vel castri, an eis competat restitutio in integrum. nam ciuitati Romæ competit. l. respública. C. quibus ex causis maior. Idem in aliis ciuitatibus, secundum communem opinionem, ut per Dec. consi. xlij. columna fi. Disputat autem Bar. & alij, quid in castro vel villa, & communis est cum Bart. in dicta l. respública. quod si regitur per administratores, concedenda sit aliis scilicet, si per seipsam. Socin. consi. cccx. columna ij. Romæ. consi. cccxxij. columna ij. & Calcan. consilio liij. columna ij.
 21 lumna ij. Non est etiam hoc loco omittenda materia l. clarum. C. de auth. præstan. quæ lex dicit quod in criminalibus non valet iudicium contra minorem
 22 sine tutoris aut curatoris autoritate. Et tamen minor restituatur aduersus confessionem suam, & an restituatur aduersus delictum: sed vide de his Hippolyt. in l. j. in princip. vers. octauo requiritur. ff. de quæstio. & melius in l. de minore. in princip. col. penul. & fin. ff. eodem titu. Et communis est conclusio, ut in his, quæ sunt ad ordinem iudicij, procedat dicta l. clarum & dicendum sit, sicut etiam dicimus in ciuilibus, iuxta l. si curatorem habens. C. de in integrum restitut. In his vero, quæ pertinent ad inquisitionem veritatis, valeat sine curatore iudicium, & ita non requiratur præsentia tutoris vel curatoris, quando minor tor
 23 queretur. Restituitur tamen aduersus confessionem suam, etiam aliter non ostenso errore, quando reperitur confessus & non apparet aliter probatum crimen, ut per Iason. in l. ge nam & postea. §. si minor. columna secunda ff. de iureiur. Quod vero aduersus delictum non restituatur, habes totum titulum Codic. ne aduersus delictum, & tex. in lege auxilium. ff. de minoribus. & omnino Alex. consilio cij. columna sexta volumine primo ubi videndum est: distinguit enim inter dolum, verum & præsumptum. Est etiam in hac materia restitutionis in integrum sciendum:
 24 per quæ tamen verba tolli intelligatur remedium restitutionis in integrum, de quo vide. glo. in lege postquam liti. C. de pactis. quæ vult ut verba generalia non includant illud, quam Aretin. consilio clxj. columna quarta sequitur, etiam quod verba essent multum atque pla. ubi. Ad id. Perusij in capitulo dilecto. de appell. columna cccxl. versiculo de appellationibus. Et loquitur, quando statutus dicit, ut recurri non possit quod tamen non tollatur restitutio in integrum: ad quæ etiam vide Bald. consilio cccxvj. statuto ciuitatis. in primo volumine Bart. in lege secunda C. de tempor. appellat. & omnino Soc. in consilio cccxix.

& Deci. in dicta lege postquam liti. ubi ponit an sublata nullitate intelligatur sublata restitutio in integrum. Item est sciendum, quod duplex est restitutio in integrum: Prima, quæ conceditur à lege scripta minoribus, maioribus ex causa, fisco & reipublice: & ut supra, & conceditur ab eodem iudice, qui iudicauit, lege in causâ. §. si. ff. de minoribus. Nec dicitur suspectus ex ratione, quam allegat not. text. in lege præfecti. ubi vide. ff. de minoribus. Secunda est, quæ conceditur à solo principe, iuxta dictam legem j. §. fin. ff. de quæstio. & l. diui fratres. ff. de pœn. & conceditur ex gratia principis, ut in dictis iuribus, & Bartol. in dicto §. fin. & hæc secunda aliquando conceditur ex mera gratia, ut loquitur totus titulus. C. de sentent. pass. & l. j. §. deinde adiecit. ff. de postul. & Felin. in capitulo cum te. de re iudi. Aliquando etiam conceditur ex iustitia, ne iniuste quis moriatur. Et ita loquitur dictus §. si. & dicta lex diui. & dicam infra in titulo, de remediis iustitiæ contra sententiam ex concessione principis. & in titulo sequenti de remediis ex sola clemencia principis contra sententiam. Nec est omnitem ad declarationem præmissorum, quod non sit differentia in hac materia inter reipublicam, & fisco, ita ut glo. arto. Pau. de Castro & alij in dicta lege Imperatores. quæ vult ut reipublicæ competat restitutio in integrum, illam inducant, ut declarent per legem primam. C. de sentent. aduers. fisco. latis. & licet sit differentia, ut per te ipsum considerare potes: & est tex. in l. in fraudem. §. neque ff. de iure fisco. tamen æquiperantur in hoc per omnes in dicta l. Imperatores & in dicta l. vnica. dum allegant text. in l. j. ff. de appellat. & non omitto, cum sumus in materia retractationis
 27 sententiæ via restitutionis in integrum, quod tamen ubi post latam sententiam insurgit æquitas, ne quis locupletetur cum aliena iactura, potest contrariari sententiæ. Ange. in l. fullo. ff. de cond. sine cau. restitutioe in integrum petita. secundum Bart. in dicta l. vnica
 28 C. de sentent. aduers. fisco. latis. Postremò scias tres esse casus, in quibus sententia criminalis postquam transiit in rem iudicatam, potest retractari ab ipso iudice, absque eo quod princeps consulatur, quos refert Aret. in c. de his. de accusatio. & Felin. in ca. constan. guine. de re iudic. ad finem. Alios vide per Iason. in l. admonendi. ff. de iureiur. in repetitione, charta 3. in prima colum. versic. confirmo. ubi vnum ponit, quando condemnatus de facto fuit admittus ad nouas defensiones parte non opponente. Alios multos ponit in ea repetitione, charta 5. columna ij. Et inter ceteros quando absolutus postea fateretur se delictum commississe. Et vide etiam ad prædicta Deci. in regula, & si nihil. ff. de regulis iuris. & vide etiam in hac materia. Angel. in dicta l. j. C. sentent. rescin. non posse. & in l. sub specie. C. de re iudicata & Bart. in l. sub prætextu. C. de transactionibus. & ibi glo.

Tit. de Supplicationibus aduersus rem iudicatam.

S V M M A E.
 1 Sententia, à qua non potest appellari propter supremam dignitatem eius, qui iudicauit, potest retractari via supplicationis, sed causa ipsa sit inappellabilis, quia tunc supplicans incidit in pœnam.
 2 Sententia, qua in iudicatum transiit, noua cognitio non debet nisi ex magna causa concedi.
 3 Litera ad nouas defensiones, & ut sententia de nouo cognoscatur, quæ quotidie Mediolani conceduntur, quando & quomodo

modo concedantur.
 4 Supplicare contra sententiam non licet, nisi postea appareat de innocentia apud eundem iudicem, vel nisi inuenta essent probationes, quæ prius inuenta non fuissent: & litera concedi non debent, nisi cum clausula, Non obstante sententia.
 5 Causa magna & iusta concedendi literas ad nouas defensiones est illa, quando ex actis constat, de innocentia damnati: & quid de causa, quia damnatus sit in contumaciam: vel quin ex ordinibus Mediolani sublata sit appellatio à sententiis criminalibus.
 6 Annotatus infra annum auditur, licet damnatus non possit aliquo remedio agere contra sententiam criminalem.
 7 Princeps licet habeat potestatem retractandi sententiam, tamen hoc est verum quo ad tollendam vel mutandam pœnam, non quo ad damnandum iam absolutum.
 8 Causa iusta retractandi sententiam etiam ex absoluta potestate illa non est, quod reipublica inter se delicta punire.
 9 Delicti magnitudo est causa sufficiens, ut concedantur litera ad retractandam sententiam absolutoriam.
 10 Supplicatio intra decem dies à die lata sententia criminalis, admittitur non ex gratia, sed de iure, nisi statutum, vel decretum obstat prout Mediolani obstat: licet post decem dies indistinctè non admittatur, nisi ex gratia.
 11 Supplicatio ex regula non intelligitur sublata, licet ex statuto sit sublata appellatio.
 12 Litera committentes ut de sententia iterum cognoscatur, quæ in iudicatum transierit, interdum dicuntur litera iustitiæ, sed ex clemencia obteata.
 13 Sententia noua cognitio obteata intra decem dies, ex quo lata fuit, dicitur remedium extraordinarium, & ex gratia impetratum Mediolani propter decretum.

Tit. de supplicationibus aduersus rem iudicatam.

RETRACTAM tamen quis auditur contra sententiam via supplicationis. l. si quis aduersus. & authent. quæ appellatio. C. de præcibus Imperat. superadd. & est gloss. in d. l. j. C. sentent. rescindi non posse. Quod tamen intellige, ubi cessat remedium appellationis propter supremam dignitatem eius, qui iudicauit: scilicet ubi causa non est appellabilis, vel quando sumus in casibus, in quibus cessat appellatio, ut per Innocent. & Canonistas in cap. ex literis. de in integrum restitutione, & Iasonem in dicta authent. inposito notabili. Et ideo cum in causa criminali non possit appellari ex ordinibus nostris, etiam non licet supplicare sententia lata, pariter etiam non licet, quando sententia transiit in rem iudicatam: & si fiat supplicans incidit in pœnam l. fin. C. ut lit. pendens. & l. fin. C. de errore aduoc. & vide Iasonem in d. l. fin. in quinto notabili, ut lite pendens. qui allegat Bald. dicentem, quod postquam sententia transiit in rem iudicatam, impossibile est postea supplicare, nisi princeps rescriberet cum clausula, Non obstante. Et subdit post Innoc. & Bald. quod in vanum dicitur impetratum quicquid dicitur contra sententiam, quæ transiit in rem iudicatam, refertque Pauli de Cast. dicentem hoc facere contra illos, qui post latam sententiam Venetias proficiscuntur, & supplicant, ut iterum causa videatur, non obstante, quod lapsus sit tempus ad appellandum: Nam non debet hoc concedi nisi ex magna causa. Ex his tamen videtur demonstrari ratio, quare concedantur literæ ad nouas defensiones banntis nostris: Supplicans enim iniuste damnatus, & petunt ut sententia de nouo videatur. Nam de iure non licet etiam supplicare, ut vides, Aegid. Bossius

& ubi supplicatur, nihil debet concedi, nisi ex magna causa: & magna causa videtur, quando quis supplicat se non deliquisse, & paratum hoc ostendere in carceribus: Et propterea literæ conceduntur, ut ipso constituto coram illomet iudice, qui eum damnauit, eius defensiones admittantur, non obstante sententia & banno. Et quod dico tamen licere etiam supplicare, procedit, nisi postea appareat de innocentia sua apud iudicem, qui tulit sententiam, quia mentitus esset contra seipsum, vel nisi repetere essent probationes prius non inuenta, hoc habes ex l. j. §. si. ff. de quæstio. & in l. diui fratres. in prin. ff. de pœn. Extra vero dictos casus remanet firma regula, ut non liceat supplicare: & si supplicetur, non debeat aliquid concedi, nisi magna ex causa, & cum clausula, Non obstante, &c. & ita concedi solent sub hac forma. Non tamen tamen magna causa nec iusta concedendi ut res iterum videretur, nisi adiceretur eum damnatum esse propter contumaciam: Quo in casu etiam fuit opinio Doctorum ut solum bannitus possit torqueri, ut not. s. sub tit. banniti quid amittat. & hoc patet in d. §. si. & in d. l. diui fratres. & dixi supra, istis iunctis videtur oriri magna causa admittenda nouæ defensionis, cum præsertim etiam per ordines nostros sublata sit appellatio, & omne aliud remedium contra sententias criminales: tamen hæc literæ fundantur in dictis casibus, quando apparet postea de innocentia & ut supra & ita nihil refert, ut sit propter contumaciam bannitus. Extra tamen hos casus, iuxta dictum §. fin. & l. diui fratres. adhuc conceduntur hæc literæ ex causa innocentia, quæ allegatur, iunctis præmissis. Et omnino aduertendum est, quod d. §. si. & d. l. diui loquitur, quando postea apparet de innocentia, ut dicam infra in titu. de remediis iustitiæ contra sententiam ex concessione principis, circa fin. ubi vide. Et si iniuste damnatus est, & constat ex actis, tunc multo magis conceduntur dictæ literæ, cum nec deficiat remedium ordinarium, iuxta ea, quæ dicam ubi supra: & licet deficiat, tamen ex obseruantia saltem non deficiat, quin recuratur ad principem, ut ibi dicam. Et paucis agendo, scias quod vera ratio generaliter loquendo literarum ad nouas defensiones, quæ quotidie à Senatu impetrantur contra sententias in contumaciam latis in causis criminalibus, est illa, quam posui infra in tit. de querela contra sententiam. Nec ad prædictarum literarum concessionem aliquid facit l. j. ff. de requi. reis. quia illa lex loquitur in annotatis, non in damnatis, primi tamen audiuntur ex dispositione illius l. infra annum. Secundi non lata sententia, postquam ex ordinibus est præclusa omnis appellatio, & omne aliud remedium, & cum lata sententia absolutoria cesset ratio de qua supra, ut amplius de ea cognoscatur. Non video quare princeps non debeat accusatores, vel fisco querentes, ut iterum causa cognoscatur, repellere. Et ad hoc facit d. l. diui. si benedices, quæ tantum admittit remedium principis gratia damnati: Et licet princeps habeat potestatem in criminalibus, ut dixi in precedenti tit. maxime allegando Afflic. Tamen tamen hoc procedit quo ad tollendam vel mutandam pœnam, non quo ad damnandum iam absolutum perquire leges, quæ verba faciunt de remedio principis, & comperies eas ita loqui: Nam irrelegati. in fin. ff. de pœn. quam allegat Afflic. ita loquitur: pariter etiam d. §. si. & d. l. diui. & sic etiam loquitur l. moris. §. istæ ferè. & laut damnus. §. fin. ff. de pœn. & l. j. §. deinde adiecit. versic. de qua. ff. de postul. Et ubi causa hæc, quod interfit reipublicæ, ut tamen dicta puniantur, magna esset, ita ut princeps deberet concedere

concedere novam rei cognitionem ex sua absoluta potestate, se aper concedatur, & oēs sententiae absolute rē restarentur. Magna tamen causa potest esse comitum facinoris magnitudo, & prout consideravit Iure consul. in alio proposito in l. si quis filio exher. §. hi autem omnes ff. de iniur. rup. Et si aliter diceremus, iam perempta esset regu vt de eodem delicto saepius quaeri non debeat: & ideo qui regulam ipsam declarant, vt Fel. & Aret. in c. de his. de accu. nihil dicunt de hoc remedio. & satis comprobant dicta per me supra in praecedenti titu. ad fi. & secundum praedicta intellige quae dicunt Doctores, dum volunt, vt prin cept possit committere, quod res iudicata iterum cognoscatur: quia ins quaeritū sit iure civili, vt per Dec. in regu. res iudicata, ff. de reg. iur. Dixi quod non licet etiam supplicare, quando sententia transiit in rem iudicaram, prout dicitur transire ex forma statutorum disponentium, vt non possit appellari. Sed id intelligo elapsis decem diebus, & sic tempore ad appellandum: nam eo casu, non licet supplicare, nisi ex gratia: & ita procedunt praedicta. Sed si sumus in termino decem dierum, & quamvis sit sublata ex statuto appellatio, non tamen intelligitur sublata supplicatio. Ita Bald. in l. fin. ad finem. C. de temp. ad appellan. & ibidem Salicer. & dicam late in sexto modo de querela contra sentent. ad finem. & eo casu dicitur remedium iuris & ex gratia, nisi quatenus repugnet decretum, prout nostrum repugnat, vt dicam ibidem. Et conclusio est, quod si iure communi sententia transiit in rem iudicaram, noua cognitio dicitur ob tineri ex gratia, iuxta dictum §. si vero quis vltro. Sed si propter statutum tollens appellationem, tunc quia non intelligitur sublata supplicatio, vt dixi, si sumus intra decem dies, non dicitur impetrari ex gratia, nisi ordo repugnet: si extra illos decem dies iuxta authent. quae supplicatio. C. de precibus Imperat. offerendis. dicitur impetrari ex clementia. Sunt tamen literae iustitiae impetratae ex clementia: sed remedium hoc etiam intra decem dies dicitur extraordinarium, & secundum decretum nostrum dicitur semper ex gratia concedi, vt dicam vbi supra.

Tit. de Appellationibus.

S V M M A E,

- 1 Appellari potest a sententia lata in causa criminali, etiam in crimine laesa maiestatis, sicut a sententia in civili latu.
- 2 Appellari a sententia in crimine laesa maiestatis lata potest quando quis fuisse dux alicuius factionis.
- 3 Appellare a sententia in causa criminali lata quibus casibus non liceat.
- 4 Executioni mitti non debet sententia condemnatoria contra delinquentem, nisi post decem dies, intra quos etiam tertium potest appellare.
- 5 Sententia criminalis condemnatoria transiit in iudicatum post decem dies.
- 6 Sententia criminalis quando nunquam transiit in iudicatum.
- 7 Appellatio a sententia criminali fieri in omnibus locis prohibetur per statuta.
- 8 Appellari potest a sententia partim criminali, partim civili, etiam stante statuto, ut a sententia criminali non appellatur.
- 9 Criminalis causa tota dicitur quando poena principaliter applicatur fisco, & in consequentiam veni interesse partis, sicut e contra.
- 10 Appellatio a principali prohibita censetur etiam prohibita ab accessoris.
- 11 Appellatio prohibita in delictis non intelligitur prohibita

- ab incidenti & emergenti.
- 12 Appellatio prohibita a sententia criminali per statuta non prohibetur vbi appareat de euidenti iniquitate.
- 13 Appellatio prohibita per statuta in certis criminibus, an intelligatur prohibita in aliis.
- 14 Appellatio prohibita fauore causa an possit interponi, si in oppositum pronuntietur.
- 15 Appellatio simpliciter interposita a sententia, an intelligatur non solum interposita a causa diffinitua, sed etiam ab interlocutoria.
- 16 Appellatio videtur reiecta, quando statutum mandat procedi sine lite, & statim & ex officio.
- 17 Appellari an possit stante statuto an condemnatus pro percussione non appellat si ex eo quod non sit plene paritum, prima condemnationi subsequatur alia.
- 18 Appellatio an intelligatur prohibita, quando statutum negat, audiendam & defensionem.
- 19 Appellatio & restitutio in integrum dicuntur sublata, quando statutum dicit, Neque sub praetextu quodam altero.
- 20 Statuta, quae tollunt appellationem, sunt stricte interpretanda.
- 21 Appellatio non excluditur, vbi casus clare non deciditur in statuto.
- 22 Appellatio in dubio est permissa, vbi regulariter est permissa: alias secus.
- 23 Dies decem non sunt expectandi, vbi causa non est appellabilis.
- 24 Executio sententiae fieri non debet, etiam vbi iudici non videtur admittenda esse appellatio, sed scribendum est superiori, nisi periculum esset in mora.
- 25 Executio non debet concedi ex magis iudicatis delicti, vbi causa est appellabilis nisi concurrant alia extrinsecus, quae inducant periculum.
- 26 Iudex differens executionem sententiae in causa inappellabili, non praedicit sibi, quominus postea exequi sententiam.
- 27 Appellare non potest confessus & conuictus simul de crimine, tam iure canonico, quam civili, nisi alleget causam probabilem.
- 28 Appellare an possit heres, contra quem agitur ex confessione defuncti.
- 29 Executio sententiae retardari non debet, vbi iudex videt tertium appellare solum ut differat.

Tit. de Appellationibus.

RESCINDITVR + sententia ope appellationis, de qua in toto tit. ff. & C. de appel. & de sententia criminali, quod ab ea, sicut a civili appellatur, habes te. in l. litigatoribus. C. de appel. l. non tantum. ff. eod. & l. addictos. C. de episcop. aud. & in cap. cum sit Romana. de appel. & ibi Dec. not. & procedit haec regula etiam in crimine laesa maiestatis, vt ibi per Dec. secundum gloss. quam ibi defendit Aret. vbi omnino vide. l. Pantoni. §. rei perduellionis. ff. de acquir. her. Hanc eadem opinionem late tenet Aug. de Arim. ad Ang. qui erat in alia opinione, in gl. in verbo, praesente Caio, & appellante colum. iij. Et haec opinio est verior: quia non reperitur, + quod lex dicat in crimine laesa maiestatis non posse appellari, nisi vno casu, quando quis alicuius factionis, dux fuisset, id est, conditionis, l. constitutiones. ff. de appellat. quae lex etiam non dicit illud in sola proditiōne aduersus principem, iuxta l. quisquis. C. ad legem Iuliam maiesta. sed in omni proditiōne, ita Barto. & communiter scrib. in dicta l. constitutiones. & qui aliter dixerunt, vt Alexand. in apostil. ad Bart. in lege si quis

quis filio exheredato. §. hi autem omnes. ff. de iniust. rup. Ang. Aret. in d. glo. & in d. l. constitutiones. Rom. in d. §. rei perduellionis. Ioan. Andr. & Archid. in cap. felicis. colum. iij. de pen. in vj. incaute loquuti sunt: quod apparet ex dicto fundamento, & responsis August. de Arim. ad ea, quae dixit Aret. vbi supra. Et + qui sunt casus, in quibus non licet appellare in criminalibus, vide omnino Alexan. in d. §. hi autem omnes. & in d. l. constitutiones. Pract. Papien. in forma appellationis a sententia diffinitua. colum. iij. ver. fallit haec regula. & per Hippol. in l. vnica char. 9. C. de rap. virg. & Angel. Aret. in l. non tantum. colum. penult. vers. secundum habes. & plene in d. gl. Et ex praedictis vides, + quod statim ex regula loquendo sententia condemnatoria contra delinquentem mitti non debet executioni, sed expectandi sunt decem dies, qui dantur ad appellandum, quo tempore potest tam ipse, quam qui libet tertius appellare pro eo. l. non tantum. & ibi Bart. ff. de appellat. Bart. omnino videndus in l. qui vltimo. ad fin. ff. de pen. & late Felin. in cap. quarenti. colum. ij. de officio deleg. in verbo, in eadem gloss. ibi, in criminalibus. vbi dicit, quod haec est communis opinio, ponit tamen duodecim fallentias, in quibus vel differunt, vel etiam auferuntur executioni, vide ibi omnino, & etiam quod Felin. in d. cap. quo ad principale ponit etiam Felin. in cap. ij. colum. j. & ij. de re iudic. Item ex praedictis habes, quod transit + in rem iudicatam per lapsum decem dierum sententia criminalis condemnatoria, sicut civilis, videbatur tamen dicendum contrarium, per regulam l. liber homo. ff. ad legē Aquil. Sed sic est, vt per Felin. in cap. de his. colum. j. in princip. de accus. & in cap. confanguinei. de re iudic. Sunt + tamen casus, in quibus nunquam transit in rem iudicatam, vt per Felin. in d. cap. confanguinei. Dixi supra in secundo modo, quo agitur aduersus sententiam, petita in integram restitutione, ad fin. Statuta + tamen cauent ferē in omnibus locis, vt a sententia criminali non possit appellari: Quae statuta an valeant, vide Felin. in d. cap. quarenti. colum. j. Capol. consil. iij. Angel. consil. clxxxvij. & Aret. in d. gloss. & stante eorum firmitudine, Quaro + quando sententia continet criminalem & civilem poenam: quia partim pertinet ad fiscum, & partim ad priuatum, An hoc casu possit appellari. Et videtur posse, quia casus est mixtus, & non simplex, & in materia exorbitanti & odiosa, vt nunc sumus, statutum loquens in casu simplici non comprehendit mixtum. Doctor. in l. ij. ff. de verborum oblig. & Ita Alexan. in rub. C. de iudi. Angel. consil. cclxxj. In contrarium, quod imo tota dicitur criminalis: ex quo magis potens trahit ad se minus potens, iuxta l. cum quaeritur. ff. de statu hom. & consequenter non possit appellari, tenet Papien. in for. lib. quo agit de turba. post. columna ij. & Alexan. sibi contrarius in consil. lxxxij. colum. j. ad fin. & quod tota sit criminalis, tenet Aret. in cap. cum in tua. in j. notab. de testib. Ego primam opin. sequor vt possit appellari non obstante allegato statuto propter dictum fundamentum, vt in materia exorbitanti & odiosa, & c. Secus si solum esset exorbitans, sed fauorabilis: Sic concluditur communiter in d. l. ij. & ita concordatur Alexan. si bene vides eum. Nec etiam verum est, quod tota censetur criminalis, vt per eundem Alex. in cap. testimonium. in ij. not. de testib. & vide Ias. in d. rub. qui dicit, quod haec est communis opinio: & hanc opin. etiam tenet Alex. in l. iij. ff. de sepul. viol. Si tamen fisco + venit aliquid applicandum in consequentiam, aliud videtur, quia tunc tota videtur civilis. Hanc considerationem habuit Bald. in iij. volu.

consil. cccxvj. secundum impressionem Mediolani, vbi omnino vide, sicut etiam tota videtur criminalis, quando in consequentiam venit interesse patris. l. mixtum. §. qui furtum. ff. de furt. vbi Bart. iuncto text. in l. solemus. §. latrunculores. ff. de iud. de quo vltimo vide Corn. j. volum. consil. xcj. colum. xij. & facit, quod + vbi prohibetur appellatio a principali, etiam intelligitur prohibita ab accessoris & impensis. Alexan. in l. patris & filij. ff. de vulg. & pupil. colum. ij. post Imol. Item facit dictum Bart. in l. solent. ff. de alim. & cibari. leg. Scias tamen + quod vbi prohibetur appellatio in delictis non intelligitur prohibita ab incidenti & emergenti Bart. in l. arbitrio. in primis verbis. ff. qui satisf. cog. in rub. ff. de re iudic. & circa statuta, vt non possit appellari a sententia criminali, vide Curt. consil. lxx. dux Philippus vbi loquendo de decreto Mediolani, dicit qd tamen potest appellari, vbi appareat de euidenti iniquitate. Item vide Bart. in l. ij. C. quor. 13 appel. non recip. vbi ponit quado + lex vel statutum prohibet appellationem in certis criminibus, Quid iuris sit in aliis. Ad quod vide Dec. consil. xlix. praestantissimus doctor. Bart. consil. clxv. incip. in quaestione. Angel. consil. cvij. Iacobus & Lucas August. de Arim. ad Ang. in d. glo. in additionibus quae incipit, Caius. 14 Et quid + vbi gratia causae prohibetur appellatio, si in oppositum pronuntietur, an possit appellari, vide Felin. in cap. dilectus filius. el secundo. de rescript. col. iij. vers. finem. Mart. in tract. de alimen. colum. penult. Et an + intelligatur non solum de causa diffinitua, sed etiam interlocutoria, vide in rub. ff. de re iudic. & Angel. Aret. in l. creditor. §. iustus. ff. de appellat. Felin. c. causam. colum. penult. de rescript. Dec. l. si quis 16 in conscribendo. colum. fina. C. de pact. Et + quando statutum mandat procedi sine lite, & statim, & ex officio quod videatur reiecta appellatio, tenet Bald. j. volum. consil. cccxxx. circa fin. Et stante statuto + vt condemnatus pro percussione non appellat, si ex eo quod non sit plene paritum prima condemnationi subsequatur alia, an possit appellari, vide plene Bart. 18 consil. cj. Si + statutum negat audientiam ad defensionem, an intelligatur prohibere appellationem, vide Veron. consil. lxxxij. colum. ij. Quando dicitur + neque sub praetextu quodam altero dicitur sublata omne remedium etiam restitutionis in integram, vt per Bart. in l. nemo. C. de temp. appel. & Socin. consil. cccxix. vide Dec. in l. si quis in conscribendo. colum. ff. C. de pact. qui dicit quod + talia statuta sunt stricte interpretanda, ad quod vltimum allegat etiam seipsum consil. xlix. vide etiam in materia appellationis multa per Parid. de Put. in suo tract. char. 14. in verbo, appellatio. & vbi casus clare non deciditur in statuto, Dic + quod + non excluditur appellatio, quia haec est regula, quod si non reperitur prohibita, intelligitur permissa. glo. fin. in fi. in l. qui restituere. ff. de rei vendic. & in 22 dubio + est permissa vbi regulariter est permissa, alias secus, Deci. consil. xxvij. in fi. Et nota in hac + materia quod quando causa non est appellabilis, tunc non sunt expectandi decem dies, iuxta ea quae dixi supra. quando vero est appellabilis + & iudicet non videtur appellationem esse admittendam, debet scribere superiori, & expectare responsum, & non proflire ad executionem, alias punitur eadem poena, si tamen periculum esset in mora vbi differretur, posset exequi, deinde scribere, vt per tex. in d. §. hi autem omnes. vbi vide Paul. de Cast. & ponit de hoc vltimo quando periculum est in mora, Felin. in cap. ij. de re iudic. colum. ij. et licet loquatur text. in d. §. hi autem omnes. in manifesto latrone, et in seditioso: no tamen loquitur

loquitur in casib. de quib. in d.l. constitutiones, & sic in casib. in quib. non licet appellare, quia illa loquitur in insignibus latronibus, & in principe seditionis. Et sciendum est, quod ex magnitudine delicti non conceditur talis executio in casibus in quibus appellari potest, sed ubi concurrat extrinsecus alia causa quae inducat periculum si differatur, ut tumultus populi qui iuuat quo ad hoc, non quo ad sententiam, ut per Felin. in d. cap. ij. & Aretin. qui ita declarat in l. Pantoni. §. rei perduellionis. colum. j. ff. de acquir. hered. Dixi quando Index non derulit appellationi in casu permissio quod facere debeat, & conclusi cauendum sibi esse ne exequatur sententiam. Nunc quare quid in casu prohibito, ut in crimine haeresis, ca. ut inquisitionis, de haeretic. in vj. & in aliis de quibus supra. Si ei deferat in sibi ira liget manus, ut non possit postea exequi sententiam, & videtur non posse per cap. cum appellationibus friuolis de appellat. in vj. Veritas tamen est in contrarium, quia tali facto suo non potuit prauidicare reipublica, cuius interest, ut delicta tam atrocita, prout sunt ea, in quibus prohibetur appellatio, citò puniantur, & facit l. cum reis. C. de poen. Hac est opinio Ang. Imol. & Aret. in d.l. constitutiones. ff. de appel. Inter ceteros casus in quibus non potest appellari, est vnus, qui se accommodat omnibus criminibus, quod reus est confessus & conuictus simul in l. ij. C. quorum appellatio, non recipit. Ita Doct. ibi communiter, & Ang. Aret. in d.l. non tantum. col. penult. circa fin. De iure canonico solum confessus non appellat. in c. cum sit Romana. §. siue autem post sententiam, de appel. in vj. ut per Ang. Aret. in l. creditor. §. iustus. col. v. vj. & seq. ff. de appellat. Si tamen videretur iudici a quo appellanti confessum & conuictum, habere iustam causam appellandi, deberet suspendere ab executione, & possunt considerari plures iustae causae, ut per Angel. Aretin. in d. §. iustus. vbi supra, sed magis tamen communis opinio illa est in c. cum specialis. §. porro de appella. ut ibi per Abb. & Dec. quod non sit differentia inter ius ciuile, & canonicum & si solum confessus non alleget in appellatione causam probabilem contra confessionem, nullo iure audiatur, tanquam veniat contra notorium, alia secus. Et quod etiam confessus, & conuictus audiatur allegando causam, vide late Dec. ibidem in j. notab. & columna ij. versic. in fi. glo. & Dec. etiam ibi quaerit & soluit, an haeres appellare possit si contra eum agatur ex confessione defuncti. Cetera, & circa d.l. non tantum, & circa l. si quis filio exhaeredito. §. hi autem omnes. & circa alia vide per Aretin. in d. glo. vide etiam in hac materia Marian. Socin. in cap. qualiter. et secundo. in artic. xj. quaest. xcix. de accusat. vbi per quatuor col. Non omitto tamen circa d.l. non tantum, quod si Index praesumeret tertium appellare, solum ut differret executionem ob hoc non deberet illam retardare. Abb. in cap. super eo. ad finem. de offic. deleg. faciunt quae ponit Felin. in cap. de cetero. columna tertia. de re iudic. & in cap. licet causam, columna tertia. de probat. & ibidem. in vj. notabili.

Titul. de nullitate aduersus sententiam.

S V M M A E.

- 1 Sententia impugnatur etiam via nullitatis.
- 2 Appellatione simpliciter interposita etiam deuoluitur causa nullitatis.

- 3 Sententia nulla a qua appellatur non confirmatur lapsu fatalium.
- 4 Executio sententiae criminalis, quae continet poenam irretractabilem, non fit pendente iudicio nullitatis, etiam si nullitas requireret alioquin indaginem, nisi euidenter appareat de calumnia.
- 5 Executio sententiae quando impeditur, impeditur etiam ne bannitus possit occidi.
- 6 Nullitas sententiae criminalis, ex quibus causis possit apparere.
- 7 Nullitates sententiae per quos ponantur.
- 8 Statutum prohibens nullitatem, non tamen omnes nullitates excludit.
- 9 Nullitas maxime euidens non prohibetur, ubi prohibetur appellatio.
- 10 Nullitatis exceptio potest opponi etiam contra tres sententias, ubi poena mortis, vel alia corporalis imponitur.

Titul. de nullitate aduersus sententiam.



N VRE etiam contra sententiam agitur via nullitatis, ut nota in l. j. C. sent. rescin. non pos. & per Pract. Papiensem in forma sententiae diffinitivae. colum. ij. & hoc largo modo, quia quod nullum est impugnari non potest. cap. ad dissoluendum. de despon. impub. & l. nam & si sub conditione. §. post defectum. ff. de iust. rupt. Hinc est quod etiam appellatur a sententia nulla. l. si expressim. ff. de appel. quod appellatio interposita simpliciter etiam deuoluit nullitatem, ut not. in d. l. si expressim. & in c. delicto. de appel. non tamen si appelletur a sententia nulla confirmata lapsu fatalium. d. l. si expressim. Et pendente nullitate a sententia criminali non fit eius executio, quae contineat poenam irretractabilem, etiam si requireret cognitio nullitatis altiore indaginem, ut est opinio communis, quemadmodum attestatur Ias. ibi. in l. iij. §. si seruus. ff. de acquir. posses. alia distinguitur an requirat altiore indaginem, vel non ut habetur in l. iij. §. condemnatum ff. de re iud. Si tamen euidenter apparet de calumnia, fieret executio ut in d. §. si seruus per Doc. & per Ang. de Arim. ad glo. praesente Caio & appellante. versic. sit autem non appellauit, & tunc sicut non fit executio a iudice, ita etiam bannitus non possit interim occidi, ut communiter concluditur in d. §. si seruus. quia in hoc fungitur officio iudicis, ut ibi. Et tunc nullitas sententiae criminalis potest apparere ex pluribus causis, & primo quando non constito de delicto fuisse captus inquisitus, iuxta dictum Gand. quod non constito de delicto, quicquid superadificatur est nullum. in tit. de praesumpt. versic. vnum tamen nota. secundo quando inquisitio esset inepta, quod pluribus modis contingere potest, ut supra late dixi in tit. de inquisit. Tertio quando vitium esset in iurisdictione inquirentis ut dixi supra in tit. de foro compe. Quarto quando deficeret citatio, ut dixi supra sub tit. de citatio. Quinto quando sententia esset lata non data defensione, ut per Hippol. in l. vnus §. cognituum. col. ix. versic. nunc reuertor. ff. de quaest. Item quando apparet ex actis de notoria iniquitate. c. inter ceteras. cum ibi not. de re iudic. & tunc si vis plura scire, vide supra in tit. de banni nullitate. vbi late. Item vide Pract. Papiensem in forma sententiae diffinitivae. col. ij. vbi ponit per septem col. infinitas nullitates, vide etiam quando sententia sit nulla Specul. plene in tit. de senten. §. iusta. per totum. & in titulo

tit. de appel. §. ij. versic. xvij. & in l. prolatam. C. de sentent. Quae vero pertineant ad remedium nullitatis, vide per Doct. in d. l. si expressim, & in d. cap. delicti. maxime per Perus. & ibi dicitur quod statutum prohibens nullitatem, non tamen excludit omnes nullitates, ut in quaest. l. ij. & pluribus quaestionibus. seq. ponit alias quaestiones circa dictum statutum. Et tunc vbi prohibetur appellatio, non prohibetur nullitas maxime euidens, ut per Curt. consilio l. ix. dux Philippus colum. viij. & per Hippol. in l. vnica. C. de rapr. virg. char. ro. colum. j. Dec. in l. fin. colum. penultima. C. de edic. diui. Adria. tollen. vbi vide. Et adde quod tunc vbi poena mortis imponitur, vel alia corporalis, semper potest opponi exceptio nullitatis, etiam contra tres sententias, ut per Angelum Aretinum in §. appellatur. instit. de except. colum. xij. versic. vltimo.

Tit. de Querela contra sententiam.

S V M M A E.

- 1 Querela potest intentari contra sententiam, & peti eius reuocatio coram eodem iudice, quando non competit remedium nullitatis.
- 2 Querela remedium est extraordinarium, nullitatis ordinarium.
- 3 Querela non potest intentari contra sententiam, quando appellatio ab ea prohibetur, ratione excellentiae personae.
- 4 Appellatio remouetur a sententiis per Senatum Mediolani latam.
- 5 Appellari ubi non potest mixta consideratione persona, & causa potest tamen supplicari.
- 6 Missio in possessionem haereditatis facta per Iudicem non citata parte, reuocatur ab eodem iudice, si pars postea contradicat, & quotidie Mediolani seruatur.
- 7 Appellatio per statutum prohibita, non intelligitur prohibita supplicatio, & quin recurri possit ad superiorem, quo casu non deducitur potest deduci, & non probatum probari.
- 8 Querelandi remedium vbi, & per quos tractetur.
- 9 Appellatione prohibita, non censetur prohibita querela.
- 10 Appellatio & querela sunt diuersae.
- 11 Querelae prohibita, non est prohibitus dicere de nullitate.
- 12 Querela per statutum prohibita, an intelligatur prohibita appellatio & ius dicendi de nullitate.
- 13 Querela nomen est generale, & latius quam verbum appellare, & comprehendit etiam accusationem.



C O N T R A sententiam iure agi potest via querelae. iuxta dictum Pau. de Cast. in l. si. C. de edic. diui. Adr. tol. num. i. 6. dum not. glo. ibi velle, quod vbi non potest appellari potest tamen querela porrigi coram eodem iudice, & peti reuocatio sententiae, & loquitur Paul. de Cast. quando sententia non est nulla, quia tunc peteret tunc remedium nullitatis ordinarium, quod faceret cessare hoc querelae extraordinarium, ut ibi eum declarat Dec. & defendit ab Alex. vide Dec. ibi in versic. & pro defensione. Paul. de Cast. col. pen. Subdēs tamen Dec. quod secundum Doct. communiter non procedit dictum Paul. de Cast. quando tunc prohibetur appellatio ratione causae, secus si propter excellentiam personae, ut tunc in Senatu nostro a quo ob virorum & ordinis amplitudinem non appellatur, iuxta authent. quae supplicatio. & l. praeced. C. de precib. Impe. offer. non faciens differentiam inter supplicationem & querelam, & licet postea conetur adhuc Dec. defendere Paul. de Cast. ut regulariter quando est prohibi

ta appellatio ratione causae, non tamen sit prohibita querela, siue appellatio ad eundem iudicem. Tamen communis est in contrarium. Et ita apparet ex his, quae supra dixi in materia supplicationis, ad quae praedicta adde, & maxime quod ponit Dec. vbi supra, dum dicit quod etiam, vbi non potest tunc appellari mixta consideratione personae, & causae, tamen potest supplicari: quod not. allegat Imol. consilio. cxlij. Non omitto tamen in casu l. fin. C. de edic. diui. Adr. tol. l. & ius quod dicit Paul. de Cast. quod quotidie in hac ciuitate Mediolani seruatur dictum Paul. de Cast. quia tunc iudices absque citatione partis ponunt in possessione haereditatis, postea apparet qui contradicat non citato, & petente reuocationem fit reuocatio ab eodem iudice. Est verum quod non est hoc remedium extraordinarium querelae differens ab aliis, sed remedium nullitatis quod deduci potest coram eodem iudice, si est ordinarius, quia potest cognoscere de sua nullitate. l. absente. C. de accusat. l. si ut proponis. & l. si praesens quasi desertam. cum ibi not. C. quomo. & quon. iud. & quo remedio competente cessat omne aliud remedium extraordinarium, iuxta declarationem Alex. in d. l. fin. Non omitto etiam quod quicquid sit de iure communi, quo tunc prohibita appellatio etiam intelligitur prohibita supplicatio quando prohibetur ratione causae, iure statutorum est aliud, quia si prohibetur appellatio per statutum non prohibetur quin recurri possit ad superiorem, ita Bald. in l. si. ad fin. C. de temp. appel. & ibi Salic. & Salic. in l. si. circa vit. col. C. de senten. & interlocu. omn. iudic. Alexan. consilio. xxxvij. vol. iij. Imol. consilio. cxiv. visis ac diligenter col. ij. & v. & consilio. seq. quod incipit in causa Nauis. & ibi in colum. v. in versic. & ideo cum similibus dicit hoc amplius quod in ea causa si recurratur ad superiorem, poterit illud quod non fuit probatum probari, & non deductum deduci, & in casu statuti prohibentis appellacionem, quod non intelligatur prohibitum quin recurri possit ad superiorem habet pro absoluto. Dec. in d. l. si. col. penult. versic. vltimus. quoniam ibi tentat idem suslinere prohibita appellacione iure communi quod non placet, & hoc etiam Imol. non vult in l. ex consensu. §. si. ff. de appel. & super hac conclusione fundatur etiam practica nostra literarum ad nouas defensiones, quae impetrantur post sententias criminales a Senatu, quia licet sit prohibita appellatio, & omne aliud remedium, non tamen intelligitur prohibitum, quin ad superiorem liceat recurrere, prout etiam magis aperte dicitur per Hippol. in d. l. vnica. char. ro. col. ij. C. de rapr. virg. versic. nolo etiam. quoniam decretum nouissimum in specie hoc referuat. Est verum quod si supplicaretur intra tempus ad appellandum, remedium diceretur merae iustitiae, circumscripto tamen decreto nostro, quo stante adhuc non simpliciter princeps tenetur concedere, ut causa iterum cognoscatur, & hoc per text. in d. authent. quae supplicatio. C. de precib. imper. offer. sed post tempus ad appellandum dicitur ex gratia concedi, iuxta §. si quis vitro. in l. j. ff. de quaest. et tunc quod not. ibi Bar. In reliquis de remedio querelae vide Abb. in c. querela. de procur. et Alex. in d. l. fin. C. de edic. diui. Adria. tollen. Et circa praedictam conclusionem, quod prohibita appellacione, non sit prohibita supplicatio, Adde quod nec etiam est prohibita querela, ut late ostendit Feli. vbi est videndum in c. pastoralis. colum. pen. versic. considera tertio. de offic. ordi. et in c. querelam. colum. iij. de iureiur. et ibi dicit, quod tunc sunt diuersae appellatio, et querela, et vno prohibito alterum non censetur prohibitu. Item tunc prohibitus querelare non est prohibitus

loquor de literis istis. Contigit hodie hic casus in Senatu, & videbatur mihi concludendum sicut dixi tum de iure, tum ex aequitate & conscientia. Cum princeps salua conscientia non possit talia bona retinere contra haeredem, qui paratus sit ostendere innocentiam de functi, tamen de rigore iuris conditio illa literarum, ipso se constituit, &c. non potest in haerede conuenire, & sic reliquum nihil est propter defectum conditionis. Quapropter si praesentatum fuisset rescriptum, & facta constitutio, purificata esset conditio, & reliquum quod potuisset defunctus probare contra bannum, militaret etiam quo ad haeredem, qui est eadem persona, siue censetur, & tunc utique sit, litera perpetua essent iuxta notata in d.c. significauit.

Titul. de Remediis ex sola clementia principis contra sententiam.

S. V. M. M. E.

- 1 Gratia concessa per verbum, Gratia, vel verbum, Indulgeo, trahitur ad personam tantum, non autem ad bona nisi ante concessionem de innocentia condemnati constitisset.
2 Gratiam concedere, & rebannire est restituere.
3 Restitutio via iustitiae trahitur etiam ad bona alienata, tamen si per verbum, indulgeo, concessa sit.
4 Privilegia fisco damnosa debent ad minus prauidicium fisci restringi.
5 Gratia verba dubia interpretanda sunt largè, ut restitutionis vim habeant.
6 Restitutio bannitorum laissimam recipit interpretationem.
7 Gratia facta a principe Mediolani, intelligitur solum facta quo ad personam, quia consuetudo est, ut ita fiat.
8 Interpretatio a solius sit in qualibet dispositione.
9 Verbum, indulgeo, & verbum, restituo, quid significant.
10 Restitutio tantum restituit, quantum ablatum fuit.
11 Restitutio a principe ex gratia facta, non trahitur ad iam alienata, nec ad fructus per acquirentem perceptos, nec per fiscum.
12 Restitutio a principe facta trahitur etiam ad alienata, quãdo princeps id voluit, scilicet quãdo favore pacis restituit rebelles, & extorret sui domini.
13 Restitutio facta a principe ex gratia non trahitur ad non acquirita, nec ad condemnationes feudatariorum acquiritas.
14 Restitutio rebelibus facta non trahitur nisi ad rebelles viuos.
15 Testamentum a rebelle factum, non reconualescit concessa restitutione post mortem; secus si eo viuo, vel facta restitutione bonorum post mortem.
16 Restitutio a principe an intelligatur quo ad feudalia vel ad emphiteusim restituitur.
17 Retractatio actus a principe facta non trahitur ad prauidicium tertij, nec declaratio actus nulli ab eo facta.
18 Restitutio post damnationem de falso an possit iterum in resem admitti.
19 Cancellatus è banno, vel restitutus, an intelligatur restitutus quo ad summam.
20 Recipere ad plenitudinem gratiae quid sit.
21 Restitutio principis idem operatur quod fictio postliminij, ut omnia in primo statu sunt.
22 Restitutus tenetur nihilominus creditoribus satisfacere, etiam si bona tempore publicationis posita fuissent ad credas per procuratorem fisci, & nullus contradixisset.
23 Principi potest omnem penam tam corporalem, quam pecuniariam remittere, pariterque bona absque consensu, & remissione partis, tam conuictorum offensam, quam etiam ipsiusmet offensam.

- 24 Gratia Mediolani non conceditur, nec approbatur à Senatu, nisi ad sit remissio partis, & hoc ex laudabili consuetudine ipsius domini.
25 Princeps potest commutare penam ex corporali, in pecuniariam, vel ex una in aliam, licet Mediolani id non fiat, nisi ad sit pax, praeterquam in pecuniarijs condemnationibus, in quibus quotidie fiunt compositiones.
26 Pax siue remissio requiritur, non solum in delictis factis ad offensionem persane, sed etiam in rebus.
27 Furtum est offensio absolutè, licet non sit offensio in personam.
28 Remissionem non dicitur consecutus fur qui vult satisfacere, nisi passus furtum expresse, vel tacite remittat.
29 Gratiam petens non dicitur fateri delictum, nec iudex potest dicere volenti uti gratia impetrata, quod fateatur de delictum, alias non videtur ea, ex ordinibus tamen Mediolani gratiam impetrans tenetur fateri delictum cum qualitatibus suis ante sententiam.
30 Transgens remus an videatur fateri delictum.
31 Generalis abolitio seu remissio delictorum, ad que trahitur, & an ad eos qui sunt in carceribus.
32 Detegenti complices, seu socios criminis quando parcatur.
33 Gratiam petens debet exprimere delictum cum omnibus qualitatibus, licet non teneatur exprimere delicta separata.
34 Gratiam petens teneatur exprimere, que si non exprimantur, de iure apparet quod princeps gratiam vel non concessisset, vel difficultus.
35 Gratiam petens non modo non tenetur exprimere delicta separata, sed nec similia que paterent, nisi de eis iam gratiam habuisset.
36 Gratia a Senatu Mediolani approbata non potest in dubium rescitari etiam praetextu subreptionis nisi in approbatione interuenisset dolus, aut praenunciatio in aduocato fisci, vel sententia venalis fuisset, vel ordo in approbatione datus non seruatus, vel praetextu falsè pacis, aut instrumentorum facta esset.
37 Occidit impune potest qui gratiam nullam impetravit.
38 Gratia concessa qui damnatus de rebellionem prius fuerat, quam condemnationem & princeps, & Senatus ignorabat, est nulla.
39 Princeps debet esse mitis erga subditos suos, non versus rebelles.
40 Secundum privilegium tollit omnem subreptionem.
41 Gratia non est indistinctè a principe concedenda, sed tantum cum matura cognitione.
42 Gratia si Mediolani a principe concederetur sine pace, esset res moftroua, & Senatus eam non approbaret, sed dimitteret è carceribus impetrantem, vel iterum examinaret vel torqueret, &c.
43 Gratiam Mediolani impetrans, quare debeat se constituere, dum petiunt approbatio.
44 Senatus Mediolani potest absoluerè, mitigare penas, mandare, ut non procedatur, vel e contra, prout illi commens visum fuerit, quoties vel equitas scripta, vel etiam non scripta id suadet.
45 Melius est regi à iusto rege, quam lege scripta.
46 Senatus Mediolani non facit gratias, sed cauet via iustitiae, & gratiae reseruantur principi.
47 Gratia licet habita pace soleat a principe concedi, tamen impetrans in approbatione gratiae iubetur à Senatu exulare per annum a die commissi homicidij, si gratia id non continet, & licet quandoque Senatus remittat tale exilium, quando homicidium fuit sine dolo, tamen id non facit in scriptis, sed tolerando eum.
48 Gratia licet non soleat per principem Mediolani concedi de homicidio facto animo meditato & preparato, tamen id quandoque facit ex causa reipublicam concernente, habita tamen pace ab offensu.

49 Gra

- 49 Gratia a principibus Mediolani solet concedi pro vulnori bus preparato animo illatis, habita tamen pace, licet Senatu in approbatione soleat addere aliquam penam, ubi videt aperte delictum meditatum & preparatum fuisse.
50 Gratia pro homicidio cogitato interdum concessa est ad sedandum unum populum.
51 Gratia non potest concedi per feudatarios domini Mediolanensis suis subditis, nisi quo ad bona, & penam que ipsis applicaretur, nisi verba inuestiturae essent adeo ampla, ut ibi omnis gratia permitteretur.
52 Multitudo delinquentium facit, ut princeps facilius remittat.
53 Gratia super publicatione bonorum unius domini facta non trahitur ad bona in alieno dominio sita.
54 Gratia ad hoc ut valeat non requirit scripturam, sed approbationem tantum.
55 Gratia a principe facta nemo in effectu potest, nisi illam ostendat scriptam & absolutam.
56 Gratia tanquam de homicidio in rixa facta impetrata ante sententiam, non facit quominus perfici debeat processus, & stantibus probationibus, & in dubio praesumitur minus delictum.
57 Impunitas promissa reo si fateretur, an per iudicem sit seruanda.
58 Securitas potest indistinctè concedi per principem, & per iudicem pro veritate habenda quando quis non est bannitus, secus si sit bannitus.
59 Securitas an possit per principem concedi usque ad centum annos, quando non potest concedi gratia.
60 Securitas indistinctè conceditur per Senatum inquisitis de aliquo delicto, vel vocatis, seorsus quando non vocantur, sed sponte se offerunt.
61 Necessario facienti actum magis succurritur, quam facienti ex voluntate.
62 Securitatis materia per quem tractetur.
63 Securitatem habens, donec durant inducia, censetur habere, etiam securitatem donec possit ruptis inducijs recedere a loco non tuto.
64 Contra banni tempus quod dicitur.
65 Carcer non debet aliquem excusare ex suo delicto.
66 Securitas simpliciter concessa an impediatur data respectu malefactorum, an respectu civilium debitorum tantum.
67 Securitas concessa Titio cum equis decem, & rotidem persuis, & rebus suis, an intelligatur concessa uxori si uxor eat cum rebus, & non Titius.
68 Securitas data non obstantibus delictis respicientibus statutum & honorem principis, & non obstante aliquo banno vel condemnatione, an trahatur ad crimina, de quibus non erat cognitum.
69 Securitas data per principem debet seruari, etiam si verba possent varie interpretari.
70 Securitas data pro maioribus delictis extenditur etiam ad minora, & copulatiua accipitur pro disjuncta.
71 Renuntiatio facta securitati tam impetrata, quam impetranda an valeat.

Titul. de Remediis ex sola clementia principis contra sententiam.

1 I princeps concedit gratiam damnato, sub hoc verbo, Gratia trahitur ad penam personae, non ad bona, sicut si per verbum, Indulgeo, gratiam faceret, iuxta l.ij. & alias multas. C. de sent. pass. nisi tamen constituto prius de

iustitia, iuxta l. j. si quis vltro. ff. de quaestio. gratiam faceret, quia tunc cum innocens nullam debeat pati poenam; causa innocentiae adiecta effectum debet habere restitutionis, quae restitutio trahitur ad bona. l. j. & multis alijs. C. de sent. pass. vt per Salic. ubi est videndum in l. si circa fin. C. de senten. pass. & licet Bart. velit absolute, vt haec concessio gratiae sit in effectu restitutio in d. l. fin. ad fin. & in d. si quis vltro. in l. j. ff. de quaest. ex hoc inferens, quod etiam rebannire sit in effectu restituitore, & sic etiam ad bona, tamen opinio Salic. est muleum iuridica, quia fundamentum Bar. est super d. si quis vltro. ad quem tex. Salic. respodet, quod imò illud procedit, quia gratia concedebatur ratione innocentiae, & ideo id restituendum est, quod abstulit iniustitia, secundum Ang. in d. l. si col. iij. vers. & praedicta.
3 Hinc est quod quomvis restitutio etiam non trahitur ad bona iam alienata, vt dicam infra, si tamen sit via iustitiae, trahitur etiam ad illa. Cum an. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posthu. Nell. in tract. banni. in j. parte tertij temporis. q. xj. in fi. & sequitur Iaf. in d. §. & quid si tantum. nu. 73. ubi addit, quod dret restitutio quae fit ex iustitia pinguis prouider p. l. si quis minor. §. Scruola. ff. de minor. & ideo quomuis etiam gratia fieret per verbum, Indulgeo, quod in se solam penam personae continet, vt dixi: Aramen ratione causae innocentiae deberet ab ea regi, & bona comprehendere per regul. l. si olei, cum vulga. C. loca. adducit etiam Salic. fundamenta suam opin. plurimum comprò bantia, maxime quod privilegia fisco damnosa restringuntur ad minus fisci prauidicium, vt est tex. vltima eum, & ibi Iaf. in l. nec damnosa. C. de precib. imper. offer. & secundum hanc opinio. regulariter facere gratiam & rebannire, est solum indulgere. quam opinio nem etiam tenet Cyn. in d. l. si. & Bald. in l. si ademptis. C. de sent. pass. Communis tamen est; cum Bart. in d. l. fin. in fi. & in d. §. si quis vltro; quod hanc verba, & alia dubia interpretentur late, & vim habeant restitutionis, vt per Iaf. in l. fin. col. iij. de manda. princip. & hanc opin. etiam tenet Nell. in tracta. bannit. in j. parte tertij temporis. in q. iij. vide tamè in apostil. longa ad Bald. in tit. de pace constan. col. ij. ad literam B. & ibi etiam ponit de verbo, gratia, quo ad alia in beneficijs loquor, non in privilegijs, vel rescriptis, ex quo tolluntur fundamenta Salic. & fundatur iudicio Bart. & communis iuncta d. l. si. ff. de constit. princip. & dicit Bart. expresse in d. l. si. col. pen. & sequitur Iaf. in d. l. si col. iij. vers. perpetuo nota, quod in restituione bannitorum debet fieri laissima interpretatio: Est tamen aduertendum quod ubi princeps non soleret facere gratiam nisi ratione personae, prout in principe nostro videmus, cessaret difficultas, quia intelligeretur princeps secundum usum suum fecisse, quia omnis dispositio seapir interpretatione à solito. Inno. in c. olim. in prin. de verbor. signif. Iaf. late in l. certi conditio. §. si nimos. col. iij. & seq. ff. si cert. per. & vide omnino quid significet verbu, indulgeo, & quid verbu, restituo, & alia de quibus supra, Salic. in d. l. fin. col. pen. & fi. Nell. in d. q. iij. & alibi saepe, & nota quod semper restitutio tantu restituit quantum id abstulit aduersus quod restitutio petitur, ita Bart. in d. l. fin. col. iij. C. de senten. pass. & ideo non dicitur quis restitutus nisi cõsentens fuerit plenae restitutione, vt late Dec. in regu. in condensatione. §. cum verbu, restituas. ff. de reg. iur. nò tamen in prauidicium tertij trahitur. c. quamuis. de rescript. in vj. glo. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthu. & ideo non trahitur ad iam alienata p. fisci, secundu Bar. & comuniter Doct. in d. §. & quid si tantum & Fel. in c. Aegid. Bofij. L. 2

inter quatuor.col pen. & si.de maior.& obed.nifi, vt dixi, fieret via iusticia, & in pluribus aliis casibus, de quibus ibi per Alexand.Iaf.& alios Moder. Item restitutio etiam non trahitur ad fructus perceptos per filium, de rebus adhuc non alienatis, & minus de alienatis, vt est communis conelutio in d. §. & quid si tantum licet non possit sumereri per tex. in d. §. cum verbum, & l. videamus. l. ij. §. infamia. ff. de vsu. & aduertit. Dec. in d. §. cum verbum. & Nell. etiam ibi per cum allegatus, & Iaf. in d. l. si. col. iij. & Iaf. in d. §. & quid si tantum. nu. 64. quem vide, & quem ipse sequor, & dicit Nell. ita vidisse iudicati. Et inter alios casus in quibus trahitur restitutio etiam ad alienata ¶ vnus est quado princeps gratia pacis restituit rebelles, & extorres sui domini ¶ vbi factum fuit in fœdere Bononiensi in toto inter Cæsarem, & duces Franciscum Sfortiam anno 1529. in ciuitate Bononiæ, cuius fœderis cognitor & executor ego sum, quia etiam in eius capitulis stabiliendis interueni. sic Alex. & Iaf. in d. §. & quid si tantum. intelligendo tamen, quod clarè voluerit princeps derogare tertio, aliàs non procedit hæc limitatio, vt aduertit Nell. in tractatu banitor. in j. par. ij. tempor. q. xj. & Iaf. in d. §. & quid si tantum. nu. 83. Dixi latè supra sub tit. quomodo procedatur per actio. in dilectis, circa si & ibi dedit alias declarationes ad hanc sententiam, & conclusi etiam non comprehendit clericos. Et nota ¶ quod quemadmodum non trahitur regulariter ad iam alienata amissa per eum ita, imò multò minus trahitur ad non acquisita, exemplum si hereditas, quæ nõ capacis obuenit, si sit acquisita ab alio veniente ab intestato, iuxta not. in l. j. C. de hæred. instit. ita Bart. in d. l. si. col. iij. vbi clarè dicit, quod restitutio non trahitur aductus non quæ sita, allegat glo. in d. §. & quid si tantum. in si. maxime secundum eum, quia restitutio non fingitur retrò, & hæc est cõmunis opin. Bart. & scrib. in d. §. & quid si tantum. in quæ sit. de legitimo post mortem. patris. dum concluditur quod non auferit acquisitam hæreditatem venientem ab intestato, quæ tibi ob incapacitatem quæ sita non fuit. Item ex eo quod non trahitur ad præiudicium tertij etiam in fœto quod non trahitur ad condemnationes feudataris acquisitas, & ita Anchar. consil. c. l. in j. dubio. Afflict. in tit. quæ sita regalia, in verbo, & bona committentium crimen latè maieft. vers. item iuxta hoc, nu. 127. Non etiã videtur trahi ¶ restitutio facta rebellibus nisi ad viuos, ita vt ij. qui heredes eorũ, fuerunt non restituatur ad bona, & hoc quia dum dicunt capitula rebelles vel extorres non comprehendunt iam mortuos, qui non sunt tales ex quo. mors omnia soluit. §. demceps. in authen. de nupt. & non entis nullæ sunt qualitates. l. de ce. n. ff. de verb. oblig. cum similib. Hinc est quod verba restitutionis de qua in d. consil. c. l. in j. dubio expresse comprehendebant mortuos. Seruauit tamen ego contrarium circa capitula fœderis Bononiensis de quibus supra, etiam permittente Senatu ex mente tamen potius, quàm ex verbis eorũ per quos facta fuerant, ponderando rationem, vt dicam infra, dum in specie loquar de capitulis quæ sunt finito bello inter principes. Nec ¶ etiam testamentum talium reconualescit. ita Anchar. in d. consil. in ij. dubio. nisi restitutio esset facta viuo, quia conualesceret eius testamentum, vt ibi. Item secus si bona talium rebellium post mortem etiam fuissent restituta, vt per Bud. in consil. c. xliij. vol. j. & in consil. c. cccv. cetera vide in d. §. & quid si tantum. & in d. l. si. Præterea vide Affl. & in tit. hic sunt lex Feder. in princ. in vj. notabi. per quinque col. Nell. in tract. banni. in j. parte tertij

temporis. vbi de multis quæstionibus in l. venia. C. de in ius vocan. Felin. in c. si. col. iij. de consuet. & in c. quæ in ecclesiarum. de consuet. col. x. circa prin. & in c. super de offi. deleg. col. ij. Et tan intelligatur restitutus etiam ad feudalia vide Bal. in d. c. j. col. h. & ibi Afflict. Flor. in l. loci. §. si. cui. ff. si ferui vend. & quid de emphyteusi vide Abb. ij. volu. consil. xciij. col. iij. in si. & seq. Ifer. in c. j. in ij. col. de vafal. & c. vbi not. loquitur. vide etiam an trahatur quo ad tertium. Felin. in cat. si clerici. §. j. de iudi. col. vij. circa si & seq. Bald. iij. vol. consil. xxxij. col. iij. Soci. consil. xxxij. col. pen. Adde quod ¶ retractatio alicuius actus facta per principem, etiam quod declararet eum nullum, non tamen operatur in præiudicium tertij, vt per Soci. consil. c. lxxvj. col. antepen. & vide in hac materia restitutionis Angel. omnino consil. c. lxxxvj. B. l. j. vol. cõ sil. c. xl. col. ij. Signor. consil. c. xxxij. col. ij. Lauden. in tit. de pace. col. vj. vide etiam omnino Alex. ad d. l. si. in addit. quæ incipit, pro declaratione maxime in si. An autem ille ¶ qui fuit de falso damnatus ob falsum testimonium, & dein de restitutus, possit iterum admitti in testem, vide Alexand. ij. vol. consil. lxxxiiij. col. iij. in si. & Fel. in c. ex literis. col. iij. de cona. st. & ¶ an restitutus, vel cancellatus è banno simpliciter intelligatur restitutus ad famã, vide Alex. in ij. vol. consil. c. xj. Et ¶ quid si aliquem recipere ad plenitudinem gratiæ, vide Bal. in tit. de pace constan. col. ij. Ad ¶ quod restitutio idẽ operatur quod factio post limitum. l. si quis filio. §. pen. ff. de iniurto rupto. & ius post limitum facit quod omnia sunt in primo statu. l. post limitum. in pen. ff. de capt. & renacti facit illud quod exinctum fuit penitus. d. l. si quis filio §. sed & si pater. Paul. de Cast. in d. §. & quid si tantum. col. pen. Ex his infero ¶ quod si bona post sententiam sunt posita à procuratore Cæsaris ad proclama, & nemo contradixit creditoribus, facta restitutione, Nihilominus tenetur restitutus creditoribus, iuxta l. si debitor. C. de sen. pass. dixi supra in tit. de bonor. public. vide tamen omnino pro decisiõne huius quæstionis, quæ dicit Ang. in d. l. si debitor. dum facit differentiam, an penitus sit ius extinctum, vel non. Ex prædictis maxime ex multis legibus de quibus in tit. C. de senten. pass. quæ voluit sine distinctione quod si princeps indulget alicui, renuntiat ei omnem pœnam corporalem, & si restituit ¶ omnia remittat, coll. go. quod ¶ est in manu principis omnis pœna, quia potest, prout vult, remittere nõ solum bona, & pœnam pecuniariam, sed etiam corporalem absque consensu, & pace offensa parus, & ad hoc facit. l. relegendi. ff. de pœn. in si. cum glo. & ita latè Aud. de Ifer. in tit. quæ sita regalia. in verbo, bona committentium crimen latè maieft. in j. col. & seq. & Afflict. ibidem, versic. quæ sita hic And. nu. 122. Concludentes in effectu etiam in foro conscientie, & ex auctoritate sancti Thomæ, quod quantum ad interesse partis pecuniarium hoc non licet, nisi ex causa publicæ utilitatis, iuxta not. in l. venia. C. de in ius voc. & quæ dixi supra, sed quo ad interesse publicum potest, & loquitur in coniunctis offensa, se in ipso offento aliter, pura, in eo qui non occisus fuisset, sed vulneratus, quia tunc non videtur posse stande contradictione ipsius. Nihilominus adduc dicunt quod si princeps hæc casu remittit, valet remissio absque partis consensu, quia arbitrandum est illud euenisse permissione Dei, cum propter peccata Deus permittat fieri contra ius, vt patet Ouer. capitulo octauo & Prouerb. octauo capit. vt per eos. Adde prædictis quod si valet remissio quo ad bona, quæ etiam fuerunt ablata in pœnam homicidij eodẽ modo debet valere quo ad pœnam corporalem qui

quia illa regula quod reipublicæ interest delicta puniri. non magis loquitur de vna pœna, quàm alia. Itẽ addo quod nunquam in d. l. si. C. de senten. pass. & in d. §. & quid si tantum, sit difficultas, vt trum valeant hæc gratiæ, nisi quando tractatur de preiudicio. tertij. & semper exemplum ponunt huius præiudicij in bonis alienatis in tertiu, siue in pœna acquisita parti, & sic in interesse pecuniario, & his meis considerationibus quæ ponunt gladium ad radicem non vtuntur præfati Ifer. & Afflict. & idem quod princeps sit liber in remittendo, quo ad pœnam corporalem nedum pecuniariam ad se spectantem, tenet Iaf. in d. l. venia. C. de in ius vocan. vbi expresse, & probat text. etiam in l. rescripta. in si. & ibi Bald. C. de precib. imp. offer. Ex laudabili tamen consuetudine ¶ in hoc excelso dominio Mediolani, vbi maxime iustitia viget, propter ingratitatem Senatus, non conceditur gratia alicui, nisi ad sit pax offensa partis, & idem attestatur Paris de Put. in suo tract. syndic. fieri per reges ibi, char. 30. in verbo, corappositio. columna j. & si concederetur, Senatus non approbare, prout est in eius potestate omnes approbare, vel improbare, ita permittitibus principibus nostris. Hinc post presentem titulum subiciã rubricam de pace, & eius materiam tractabo, Addit Ifer. vbi supra, & pariter Afflict. numero 158. quod ¶ multò magis princeps potest commutare pœnam in aliam, & corporalem in pecuniariã, sed neque hoc permittitur in hoc dominio sine pace, nisi in pœnis pecuniariis in quibus via compositionis sine pace pœna redigetur ad minorem summam, de quibus cõpositionibus & remissionibus, quæ sunt per principes & iudices. vide Parid. Put. in tract. synd. char. 3. in 26 vers. compositio. ibi per plures colum. Et non ¶ solum stante allegata consuetudine, vt requiratur pax necessaria est in delictis factis in offensam personam, vt in homicidiis & similibus, sed etiam in delictis, quæ fiunt in rebus, vt in furto, & rapinis, hæc est practica semina per obseruata in hoc dominio, & ¶ licet furtum non sit offensio in personam, est tamen offensio absolutè. Bart. l. licitatio. §. quod illicite. ff. de publi. in duobus locis, & ita requiritur pax si dicat statutum, vel consuetudo, vt non remittatur delictu, siue offensio sine 28 pace. Nec sufficit ¶ vt fur velit satisfacere, quia hoc non est consequi remissionem, nisi expresse, vel tacite passus remittat. Differunt enim inter se remittere iniuriam, & consequi satisfactionem, vt per Iaf. in l. j. ff. de pac. col. iij. & in l. si tibi. §. quædam. ff. eo. tit. Hinc est quod statuta dicunt, & vt furta tollantur pace, non autem satisfactione. Et an ¶ qui petit gratiam videatur fateri crimen? Dic non videri. Alex. in lege prima. in principio. columna tertia. ff. de operis noui nunciatione. Alexand. & Iaf. in l. decem. ff. de verborum oblig. Felin. in c. literas. colum. iij. de præsumpt. & vide Alex. consil. lxx. col. iij. versic. nec etiam obstat, vbi vult quod ille qui se submittit misericordie iudicis non videtur fateri saltè vt, possit damnari, & quod iudex nisi ei concedat gratiam, debet eum reponere in statu priore. Idem Afflict. in titulo de feud. fuer. con. trouer. inter domi. & agna. in §. naturales. in iij. nota. & ibi etiam dicit quod impetrata indulgentia non potest iudex dicere ei, qui illa vult vti, Fatearis prius delictu malis non vteris. vide ibi omnino, & eundẽ in titulo quæ sita regalia. in verbo, & bona committentium crimen latè maieft. versic. an autem delinquens. num. 146. Ex ordinibus tamen nostris cauetur, vt impetrans gratiam, debeat fateri crimen, & cum qualitatibus suis, & hoc ante sententiam, ad hoc vt confiscari possint bona illius ex ea confessione, vult tamẽ or-

do, vt si non obtineat gratiam, super ea non possit fieri fundamentum sicut proximè dixi post Alex. consil. lxx. lib. primo. Et memor sum quod tempore conditi ordinis contradixi quantum potui ne fieret, quia adhuc nimis est confiscare bona per sententiam, & tempore regis quando gratia concedebatur solum ad bona expresse confiscata. An autem transigendo videatur reus fateri delictum, vide Iaf. in l. transigere. col. j. C. de transact. & in si. Et vt hoc eueniret solent fieri paces notario stipulanti, vt ibi not. Ad ¶ quæ delicta non trahatur generalis abolitio, siue remissio delictorum, vide Bal. in l. iij. C. de epil. audien. Ang. in rub. C. de generali aboli. Augu. ad Ang. in verbo, nec non ad quærelam. in materia abolitionis. & Bald. j. vol. consil. cccv. & ibi etiam an trahatur ad eos qui sunt in carceribus. col. j. in si. vide etiam tex. & ibi Bart. in l. Lucius. ff. ad Turpil. An ¶ delinquenti prodenti alios qui in eadem causa sint, parcatur, vide tex. in l. j. §. cum, quis latrones. ff. de quæst. qui vult vt impunitatem non cõsequatur. sed Bart. dicit aliter, quando sponte compareret confitendo delictum, & prodendo alios plures quæ non concurrerant in casu illius tex. & si vis vide re casus, in quibus parcatur delinquentibus prodentibus socios, vide tex. in l. j. in verbo, qua lege damnatus. ff. ad l. Iul. de ambitu. & glof. ibi, & Doct. Item, vide Alber. in l. iquisquis. C. ad l. Iul. maiefta. Qui petit gratiam, ¶ licet non teneatur de iure fateri se delinquentem, tamen debet exprimere non solum delictu pro quo illam petit, sed omnes qualitates eius, aliter vti subreptitia nihil valet. Iaf. in l. nec damnosa. C. de precib. imper. offer. vbi allegat. consil. Alex. & alia. Adde aliud consil. Alex. cxliij. in primo vol. & omnino Roma. consil. cccclix. & Anchar. consil. c. lxx. col. iij. & ibi dicit quod debet exprimi quis fuerit author criminis, non tamen est necesse exprimere alia delicta separata. Felin. in c. postulasti. colum. iij. verbo, declara etiam notabiliter, extra, de rescript. vbi dicit post Aegidium Bellamerã, quod ¶ non omnia tacita quorum expressio potuisset mouere principem ad negandum gratiam, vitiant eam, sed ea solum de quibus reperitur iure cautum quod eis expressis gratiam non concessisset, & ideo si dixisset in supplicatione se crimine notatum, verisimile esset quod Papa fuisset difficilior in concedendo. & tamen tacere hoc non nocet, quia valet gratia facta criminibus notato, vt ibi per eum, est mirabilis declaratio ad illum text. & ponit etiam Soci. consil. xij. præsens consultatio. col. 2. vers. secundo principaliter. col. vij. nunc verò superest. vbi vide, & ad id quod dixi post Iaf. in dicta lege nec damnosa. vide etiam latè Felin. in dicto capitulo postulasti. columna 35 na quarta imò non tantum ¶ non est necesse exprimere alia delicta separata, sed nec etiam similia nisi habuisset gratiam de eis, per dictum Guiliel. de Cun. in lege tertia C. de epil. audien. quod non valet secunda gratia secundi homicidij tacita prima, sentiens clarè quod si prima gratia non adfuisset, valuisset secunda, & qui sequuntur magnificant illud dictum, vt Iaf. in dicta lege nec damnosa. & Felin. in dicto capitulo postulasti. col. iij. qui hoc expresse voluit, & hæc clara sunt, quando solæ adfunt suspiciones, sed ego loquor etiã vbi crimina patet, quæ dixisse volui, quia multa sapenu. dicuntur quæ tandẽ falsa reperiuntur, & cõmemorat Plinius quod Cato fuit quater & quater dragies accusatus de diuersis delictis capitalibus, & tamen semper repertus fuit innocens. Quæro ¶ iuxta hæc si approbata gratia per Senatum, postea appareat de subreptione, an liceat recedere ab ea, siue postea iterum querere an fuerit subreptitia in aliis sententiis

Senatus non licet. Nec fiscus etiam potest petere re-
stitutionem in integrum. l. i. §. si quis vltro. ff. de quaest.
& l. diui fratres. ff. de pœn. & ita declaratur l. vnica. C.
de senten. aduer. si. lar. lib. x. & ibi per Odofr. Et quod
non liceat appellare, imò nec petere vt res amplius
cognoscatur, adest ordo in erectione Senatus: & de
iure quod non liceat appellare, est tex. in l. j. ff. à qui.
appel. non licet. & ideo non video quare hoc idem
non sit dicendum in his ordinationibus quæ contin-
ent gratiam esse approbandam, maxime quia sunt
consideratè eo qui gratiam obtinuit, constituto, & da-
ta gratia fisco, ac vni Senatori, quia omnia videnda vi-
dent, & æquum in pleno Senatu referunt, & tunc Se-
natus debita inuestigatione habita, datisque suffragiis
iudicat, & cum approbatio ad alium finem non fiat
nisi vt videatur, an sit subreptitia, & an casus sit remis-
sibilis, & cum super hoc à Senatu facta fuerit ordina-
tio, ulterius non potest quæri. l. res iudicata. ff. de reg.
iur. Est verum, quòd si in approbatione interuenisset
dolus, perpetuo possit fiscus petere sibi succurri, sicut
& quilibet alius priuatus. gl. in l. diuus. & ibi Alex. &
Iac. in ff. de re iudic. Item si interuenisset præuati-
tio in aduocato, possit etiam fiscus infra quatuor an-
nos petere remedium via restitutionis in integrum,
vt habetur in d. l. diuus. & in l. vnica in gl. & per Bart.
& omnes. C. de senten. aduer. si. lar. lib. x. Si etiam
sententia fuisset venalis, quod non est præsumendū,
non fuisset nulla. l. venales. C. quando non est
necesse, & similiter si ordo datus per Senatum, in appro-
batione non fuisset seruatus. l. prolata. C. de senten.
& interloc. omn. iud. possit quoque fiscus insurgere,
si fuisset approbata prætextu falsæ pacis vel instrumē-
torum, siue restum falsorum, iuxta tit. C. si ex fals. in-
stru. Cessantibus istis, & his quibus regulariter potest
esse succursum aduersus rē iudicatam, nullum super-
est remedium. Ante t̄ verò approbationem vbi etiā
non fuisset necessaria, subreptio reddit gratiam nul-
lam; & hoc adeò, vt is, qui habuit gratiam, possit im-
punè occidi, Alex. consilio cxiii. vol. j. & dixi supra in
materia bannitorum, sed post approbationem proce-
dunt prædicta. Et hic casus semel contigit in comite
Francisco Maria Taurello qui occiderat patrum, &
reperiebatur defectus citationis illius, qui fecerat pa-
cem, & exarbat ordo Regis eo tempore, vt citandus
esset, qui pacem dicebatur fecisse; nunquam tamen
fuit res decisa, quòd scia, nisi dicamus quod Deus O-
p̄ti. Maxi. eam terminauerit, ex quo ipse etiā occisus
fuit, iuxta illud, Homicida quod fecit expectet. Non
omittit tamen, t̄ quòd si gratia concessa fuisset rebel-
li, & de rebellionē damnato, principe hoc ignorante,
& pariter fuisset approbata à Senatu, qui & ipse igno-
raret hoc impedimentū, tunc nō deberet haberi ratio
gratiæ, etiā superueniente gratia generali rebellionis,
quia tempore concessionis fuisset collatio nulla, iux-
ta dicta per Bar. circa pœnas rebellij in verbo, rebel-
lando, in extrauag. qui sint rebel. & ad hoc vide Fel. in
d. c. postulasti. de rescip. col. iij. in ver. vbi §. Et quod di-
co de hac qualitate, dico de omni alia, quæ debuisset
exprimi extra ipsum delictum, puta, quòd obrinuerit
gratiam alterius delicti. Nam qualitates delicti debet
exprimi, & in hoc versatur cognitio Senatus, extra il-
lud nō, & ideo quoties reperitur subreptitia extra de-
lictum, pro quo gratia impetratur, de illa subreptio-
ne fieri debet fundamentū, atque ita declaro hanc no-
tabilem quæstionem, quæ nunc decinet. Senatum in
maxima ambiguitate. Et ad qualitatē rebellionis
non expressam, addo quòd si fuisset expressa, prin-
ceps non concessisset: quia t̄ debet esse mitis erga

subditos fideles, non rebelles & hostes, Bal. in lit. de
pace const. in j. col. Adde etiam prædictis, t̄ quòd se-
cundum priuilegium tollit omnem subreptionem.
Iac. in l. nec damnosa. C. de prec. Imp. offe. vlt. que quò
autem possit opponi subreptio, vide per Abb. in c. ad
audientiam, col. si. de rescip. Dixi supra, quòd secun-
dum laudabilem morem huius dominij non conce-
ditur gratia sine pace. Adde. t̄ quòd nec etiam cum
pace debet indistinctè concedi omnibus, sed adhibita
cognitione, puta, quando quis commisit homicidiū
an sit solitus occidere, & an in rixa, vel ex proposito
illud fecerit: nec omnibus eadem gratia indifferenter
est concedenda. cap. per venerabilem. & ibi Abb. nor.
in iij. col. qui si. sint leg. Alioquin vbi vnum homicidiū
committitur, decem fierent, Si enim paritur malo,
sit nocuum bono. §. homicida. in auth. de man.
princip. & regulariter non debent crimina indulgentia
subleuari. l. si apparitor. C. de coh. libro xij. Fa-
teor quidem, quòd possunt vt dixi, sed tamen non cō-
uenit. & in hoc domino t̄ est monstruosum videre gra-
tiam concessam homicidæ animo deliberato, & telli-
bus falsis ad offensam in causa capitali. Eadem ratio
ne etsi princeps concederet, Senatus nō approbaret.
Est verum, quòd nec exequeretur sententiam, sed illū
demitteret extra carcerem, & restitueret pristinæ li-
bertati: quia nemo debet decipi auctoritate publicæ
scripturæ. l. j. C. de his, qui veniam gr̄tis impetra. & si
ex processu potius appareret homicidium animo de
liberato factum fuisse, quàm aliter non tamen clarè
constaret, & impetrans narrasset se non animo deli-
berato illud fecisse, possit torqueri ad veritatem: in-
ueniendam sine ipsius iniuria, nisi per alias probatio-
nes vellet ostendere, quæ narrasset vera esse. Et adhuc
finem ordo vult, vt impetrans gratiam se constituat,
vt si quandoque reperiretur subreptitia, possit senten-
tia executioni demadari: & ita vidi sæpe fieri, & Sena-
tus noster non concedit gratias, sed princeps ipse, li-
cet ante sententiam Senatus ex ordinibus possit tam-
pro iustitia quam pro æquitate & decore principis
pronijdere. Et ideo si t̄ cognoscit, dum sibi causæ ip-
sæ criminales referuntur, prout sit ante sententiam,
quòd quamuis subtilitate iuris quis mereatur condē-
nari, vel absoluti nihilominus æquitas non etiam scri-
pta exigat contrarium, absoluti, mitiga, mandat non
procedi, vel e contra, sicuti sibi magis conuenire vide-
tur. Et hæc clara sunt, quando militat æquitas scripta
secundum quam etiam iudices inferiores possunt ap-
ponere manū, iuxta tex. in l. qui ergo. §. pœna grauior
ff. de infra. & not. per Fel. in c. qualiter. §. secundo. §. ad
ad corrigendum. de accusa. & late dicta supra in titu-
lo de sentent. & dicta per Deci. in regula, ferè. ff. de
regulis iuris. Sed loquor etiam militante æquitate
non scripta, secundum quam Senatus quotidie iudi-
cat tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, & be-
ne: quia aliter non esset differentia inter iudices
inferiores, & Senatum: & ideo iuxta sententiam
Theologorum t̄ melius est regi à iusto Rege, quàm
lege scripta: quia Rex iustus in singulis causis iu-
dicat secundum æquitate, quæ sibi videtur, de
qua Bartolus in lege præsentu. in principio C. de his
qui ad ecclēf. confug. Hinc Plato formauit republi-
cā absque lege scripta, sed quæ regeretur à viris pru-
dentibus: facere t̄ tamē debet Senatus supra dicta ma-
gis via iustitiæ, quæ gratiæ. Hinc ordo ipse dicit quòd
possit quocunque in casu prouidere, & gratias refer-
uat soli principi. Non omitto tamen t̄ quòd etsi ha-
bita pace regulariter cōcedatur gratia à principibus
nostris, tamē gratiā impetrates p̄ homicidio iubentur

in approbatione gratiæ à Senatu exulare per annum
à die homicidij patrat, non dico sententiæ, si id non
continetur in gratia, & hoc in aliquam pœnam homi-
cidij: & quia esset res admodum turpis, vt homi-
cida sanguine adhuc calescente deberet ambulare in
populo, maxime ante conspectum offensorum, facit
l. cum supra virentes. C. de re mil. lib. xij. Vidi tamen
indulgeri in approbatione gratiæ per Senatum quan-
do annus est quasi in fine, ex causa tamen, quando
homicidium fuit absque magno dolo, non tamen pa-
renti scriptura, sed tolerando. Itē non omitto, t̄ quòd
etsi princeps noster non solet concedere gratias homi-
cidij cogitati, tamen ex causa, tempore publicam con-
cernente vidi concedi. facit l. si hominem. ff. manda.
Nam anno 1521. exercitu Ducis existente vltra flu-
men Abduæ pro recuperatione huius dominij cum
transire non auderet, Gallis resistentibus, & in hoc to-
ta victoria consisteret, fuere aliqui, qui omni timore
abiecto transfrerant, & inde vniuersus exercitus
sequutus est, illis Dux concessit gratiam etiam pro ta-
libus homicidiis, habita tamen pace: & hoc etiam ea-
dem ratione fecit obfessis in castro Portæ Iouis cum
ipso Duce. Licet t̄ tamen non solet gratias con-
cedere gratias pro homicidio cogitato, tamen pro
vulneribus præparato animo illatis facere solet, cum
pace tamē semper. Est verum, quòd vbi in approba-
tione videtur apertus animus deliberatus, Senatus
etsi approbat, id tamen facit addita aliqua pœna vel
exilij ad tempus, vel pecuniaria. Vidi t̄ etiam gratias
concessas ad sedandum vnum populum, licet homi-
cidia meditata & præparata fuissent. An feudatarij
huius dominij Mediolani possint gratiā concedere
suis subditis, Dic non posse, nisi quo ad bona, & pœ-
nam, quæ eis applicantur. Bald. in l. relegati. ff. de pœ-
nis, per illum tex. Sal. in l. cum indulgentia. C. de sen.
pal. Iacob. de sancto Georgio in tract. seu. in xvij. spe-
cialitate principis, in j. char. & in glos. cum mero &
mixto imperio & omnimoda iurisdictione. col. ij. Bal.
in l. seruos. C. ad leg. Jul. de vi publ. vbi dicit, quòd ta-
men Barones seruant contrarium & ita etiam caue-
tur in ordinibus huius dominij, & tempore Regis,
quòd adhuc ordines nō erant editi, vidi suspendi quen-
dam subditum feudatarij cum gratia collo annexa: &
vide in hoc articulo ad idem omnino Bart. in l. acta. §.
amplianda. & ibi alios. ff. de re iud. Possit tamen t̄ tan-
ta vis esse inuestitura, vt etiam permitteretur feuda-
tariis omnis gratia, & fortè dicam infra in titu. de re-
gal. Scias etiam quòd propter multitudinem delin-
quentium princeps facilius remittit, Mart. in tract. de
princip. in tit. de princip. conclusionē cxij. An t̄ si in
publicatione in hoc dominio comprehendantur bo-
na alterius territorij, iuxta not. per Bart. in l. cunctos
populos. ad fin. C. de sum. trin. possit princeps huius
dominij concedere gratiam quo ad bona alterius do-
minij: Credo non posse, quia debet remittere suas
pœnas non alienas, per prædicta. Et satis decidit hoc
Anch. consi. clx. Ad hoc t̄ vt valeat gratia, non requi-
ritur scripta, sed tantum vt probetur. Bald. in l. si qua
per calumniā. in fin. C. de epis. & cler. & in l. huma-
num. C. de legib. gl. & Gemi. in ca. per. de rescip. in vj.
Ad idem Bald. in l. fin. C. sen. resc. non pos. In gratia ta-
men principis, t̄ qua in effectu nemo potitur, nisi il-
lam ostendere possit scriptam, & absolutam omni ex
parte, videtur quòd etiam requiritur scriptura: quia
videtur fieri illo actu, vt inde conficiatur scriptura, se-
cundum Bal. in c. j. in ij. col. per quos fiat inuestit. Gem.
in procs. Sext. & Afflic. in decisio. suis cclxij. circa
fin. vbi etiam allegat Fel. in rubr. de constit. Quando

quis ante sententiam nondum facto processu im-
petrat gratiam homicidij, tanquam fuerit in rixa, licet
præsumatur minus delictum, & sic non animo deli-
berato factum. l. meritū. ff. pro soc. & dixi supra in tit.
de homic. tamen non est talis gratia approbanda, nisi
prius ad instantiam fisci examinetur examinandi su-
per homicidio & eius qualitate: & tunc in dubio est
præsumendum, vt dixi, minus delictum, aliàs stamus
certo. l. continuus. in prin. ff. de verb. oblig. Est verum,
quòd cum fisco incumbat hoc onus regulariter. d. l.
merito. Illi prodest, vt vides, & ita feci sæpe seruari:
An t̄ autem iudex teneatur seruire impunitatem da-
tam reo, si fateretur, dixi supra in materia tortura. in
ix. q. prin. tit. de confes. per tor. De securitatibus t̄ an
possint cōcedi per iudicem: quia de principe non est
difficultas, quòd ab ipso possunt concedi. l. relegati. ff.
de pœn. vide Salic. in l. cum indulgentia. C. de sen. pal.
vbi distinguit, quòd si est bannitus, non potest iudex,
aliàs potest pro veritate habenda, & dixi supra in tit.
de citat. circa fi. & in tit. de captura. Et tan possit con-
cedi per principem vsque ad centum annos securitas
in casu, in quo non possit fieri gratia, vide Nel. in iij.
par. ij. temp. q. xix. Et scias, t̄ quòd senatus palsim con-
cedit inquisitis pro aliquo delicto, vel aliter vocatis
occasione alicuius delicti securitatem pro aliis delictis
non autem quando vocati non sunt, sed sponte se of-
ferunt, vt quando volunt se constituere pro aliqua
gratia approbanda, iuxta dicta supra: vel se constituere
volunt admisi ad nouas defensiones, iuxta l. j. ff. de
req. reis. ad quam distinctionem facit reg. t̄ quòd ma-
gis succurritur facienti actum ex necessitate, quàm
ex voluntate. l. rem legatam. ff. de adi. leg. Adde etiam
t̄ circa materiam securitatis Claud. in tract. clausula. in
clausula, nihil nouari securitatem pendente, vbi latissi-
mè Signor. consi. cii. & ciiij. Bald. consi. cccc. in j. Iac. in l.
j. col. iij. prope fin. qui fatid. cog. Et in materia secu-
ritatis nunc pendet notabilis quæstio, Facte t̄ sunt in
ducia vsque ad annos decem inter Cæsarem & Gal-
liarum regem, per quas subditi Cæsaris etiam de re-
bellionē damnati possunt securè in patria commora-
ri, franguntur hæc induciæ, & rebelles recedunt, v-
nus autem repertus est, antequàm frangerentur, in
carceribus Mediolani pro delicto, quòd durantibus
induciis domi commiserat, ita vt non potuerit rece-
dere, quæritur an possit puniri, & an exequenda sit
sententia, quæ de rebellionē fuerat ante inducias cō-
tra eam pronuntiat? Et pro intelligentia decisionis
est sciendum, quòd qui habet securitatem donec ali-
quid duret, etiam illam habet eò amplius non duran-
te per tantum temporis spatium, quo securè possit re-
cedere: & nisi ita esset, dum diceretur habere securi-
tatem, durante re illa, & appellatur hoc vulgò t̄ tem-
pus contrabanni. Ita Bar. in l. vtimur. ff. de sepul. vio.
& in l. fin. C. de dign. lib. xij. & probatur in cap. fin. de
treuga & pace. & ibi late ponit Fel. in princip. & in
cap. ego enim de iureiuran. colum. iij. in fin. & seq. &
Bart. in l. j. C. de nauicular. lib. xj. & ideo videtur huc,
de quo agimus, non esse molestandum, donec ipso in
libertate posito non labatur tantum tempus, vt pos-
sit recedere. In contrarium facit, quòd videtur iuste
positus in carceribus ex suo delicto: & ideo t̄ carcer
non debet eum excusare, iuxta text. cum gloss. in l. iij.
§. fin. ff. si quis cautio. Et propterea ego sentio, quòd si
apparebit (quia adhuc non est absolutus processus)
eum non deliquisse, dimittendus sit, vt dixi, aliàs non:
nam quo ad hoc dicitur iniuste detentus, si non deli-
quit, quamuis præcedentibus legitimis iudiciis ca-
66 ptus esset, vt per Alb. in d. §. fin. Et t̄ an securitas data

simpliciter intelligatur etiā data respectu maleficio-
rum, an solum respectu ciuiliū debitorum, vide Bart.
consil. clxxix. in l. quous C. de preci. imp. offer. &
67 Bald. in d. consil. cccc. Si fuit concessa securitas Titio
cum equis decem, & totidem personis, & rebus suis, si
mittatur vxor cum rebus, an securitas ei pro sit quāuis
ipse non sit cum vxore vel rebus? Bald. tenet prodesse
68 j. vol. consil. ccccix. Securitas data t non obstantibus
delictis respicientibus statum, & honorem principis,
& non obstante aliquo banno vel cōdemnatione, an
trahatur ad crimina, de quibus nō erat cognitū, vide
69 Balin d. consil. ccccix. vbi notabiliter, securitas t data
per principem debet seruari, etiā si verba possent va-
rio modo interpretari, vt per Bal. in d. consil. cccc. Secu-
70 ritas t data pro maiorib. criminib. etiam extēditur ad
minora: & verba copulatiuē prolata capiuntur etiam
71 pro disunctis in hac materia. Bal. ibid. Et si quis t re-
nuntiet securitati tū impetratā, quā impetrandē,
an valeat renuntiatio, vide Corn. consil. xlv. in j. vol.

Titul. de Pace.

SVMMAE.

- 1 Gratia non minus dicitur subreptitia si facta sit sine pace, quae requiritur ex consuetudine, quam si de iure requireretur.
- 2 Pax est finis siue sedatio discordia.
- 3 Concordia non venit appellatione pacis, & quare.
- 4 Pax interdum inducia appellatur.
- 5 Inducia sunt securitas personis & rebus ad tempus praestita, discordia nondum finita.
- 6 Subditus Caesari tractans de prestando auxilio hosti duran- tibus induciis, incidit in l. primam, ad leg. Jul. maiestatis.
- 7 Pax quid sit, & quomplex, & qui sint eius effectus, & mul- ta de pace.
- 8 Pax ita haberi debet à femina sicut à maiore.
- 9 Pax interueniens non impedit quominus possit agi ad vin- dictam, & pro interesse fisci.
- 10 Pacem faciens, item iniuriam remittens, non intelligitur remittere damna.
- 11 Confessio peccatorum non facit, ut intelligatur facta re- missio iniuria.
- 12 Pax facta de vulnere, si sequatur mors, an pro sit.
- 13 Pax facta ab offenso, qui postea moritur, non valet.
- 14 Iniuria remissio à tutore pupilli vel curatore facta valet: & quotidie dantur curatores ad tales actus.
- 15 Pax quando ab heredibus requiritur, & defunctum non ha- bet heredem, quid fiat.
- 16 Iniuria facta filio potest per patrem remitti, etiam filio imuito.
- 17 Iniuria remissio facta ciui, clerico, vel famulo, an spectet ecclesie, ciuitati, vel domino, an vero sibi.
- 18 Iniuria facta monacho debet remitti per monasterium, non per proximiores monachi.
- 19 Iniuriam factam monacho an possit praelatum remittere sine capitulo.
- 20 Pax & iniuria remissio non potest fieri absenti, nisi inter- ueniat nuntius, epistola, vel notarius, vel persona publica, quae stipuletur nomine absentis: & quid quando facta est sacerdoti tantum.
- 21 Pax habita à propriis filiis, quando pater occidit uxorem, an pro sit, licet non habeatur pax à filiis occisa natis ex priorē matrimonio.
- 22 Pax habita à maiori parte heredum sufficit, & an si sint extranei, exciudant sanguine coniunctos.
- 23 Pax inducit iudicium ad toruram contra reum.
- 24 Pax debet fieri à monasterio, quando filius occisi post mor- tem patris ingressus est monasterium capax successionis.

- 25 Iniuria facta monacho, videtur facta monasterio.
- 26 Pax habenda à Papa, quando rapta fuit monialis.
- 27 Pax facta ab aliquibus offensis cum promissione rati pro- alius, & praesentata in termino statuto à decreto Mediolani, quod tollit delicta, si certo termino praesententur: si sequatur ratificatio post terminum, non prodest, & quo casu pro sit.
- 28 Absolutio in foro penitentiali facta pro blasphemia ope- ratur pacem, ut sibi remittatur.
- 29 Pacis materia vbi tractetur.
- 30 Iudex non debet inuigilare, ut cuius cōcordes reddat, quan- do facta fuit vix, sed debet eos punire.
- 31 Mulier iurix sine consensu propinquorum, an possit pa- cem suare pro pupillo.

Titul. de Pace.



IXI quod secundum cōsuetudinē hu-
ius patriae, & obseruantiam in gratia, re-
quiritur pax, & ideo t non minus sine pa-
ce dicitur obreptitia, quā si iure requi-
reretur, quando gratiam concederet simpliciter non
existente pace. Bald. in l. quod fauore. colum. ij. C. de
legib. Felin. cap. ij. in ver. stylus curiae, extra de rescript.
Propterea non ab re fuerit de pace aliqua pertracta-
re, neque solum propter praedicta, sed etiam propter
gratias, & remissiones delictorum, quas faciunt saepe
statuta, vt hic Mediolani in furtis & insultibus etiam
cum vulnere. Et primò scias, t quod pax est discordia
finis. Hosti. in sum. de treuga & pace. in princ. siue se-
datio discordia, vt per Alexan. in l. de fideicommissio.
3 C. de transact. vbi tamen vult, quod t concordia, quae
simili modo est sedatio discordia, non veniat appella-
tione pacis: quia pax denotat perpetuam remissionē
concordia etiam potest esse ad tempus: & propterea
statutum de pace non habet locum in concordia, vt
per eū: & ita vides, quod Hosti. loquutus est optimē,
dum dixit, quod est finis discordia. Addit tamē, quod
4 pax etiam interdum inducia appellatur. Et aduerte,
5 dum ponit, quid sint induciae, dicens t esse securita-
tem personis & rebus ad tempus praestitam discordia
nondum finita: quia inferitur ad quaestione, quae nunc
6 viget. Nam arguuntur subditi Caesaris, t quod debue-
rint tractasse nescio quid contra Caesarem, cum rege
Francorum, cum quo bello acerrimo existente secute
erant induciae, quae durabāt tempore tractatus, & per
eos dicitur, quod fecimus consistebat in eundo ad ser-
uitia Regis, cum quo erat concordia, & cessabat bel-
lum, & ita non sumus in casu l. j. & ij. ff. ad leg. Jul. ma.
quod dederimus vel tractauerimus dare auxilium
hosti. Inferitur enim ex ea diffinitione induciarum,
quod imò rex erat hostis, & quidem propriē, licet ef-
7 fet suspensa offensio. Et licet durantibus induciis non
potuissent laedere Caesarem, potuissent ipsis finitis.
Vnde quarant aliud fundamentum, & multa pulchra
de pace & concordia, vide per Roman. consil. vlt. col.
vj. post remed. & duabus sequentibus. & Alberic. in di-
ctionario in verbo pax. Firmian. & Brixien. in ver. pax.
Addo de materia inter pacem & concordiam Bald.
7 Ang. & communiter Doct. in l. j. ff. de pact. Et t quid
sit pax, & quomplex, & qui sint ei effectus, vide Bal.
in d. l. j. in fi. & plenius in tit. de pace Constan. in fi. &
8 plenius Roman. in d. consil. vlt. Scias enim, t quod à
femina ita debet haberi pax, sicut à mate, secundum
veram opinionem in l. iij. §. Car. ff. de verb. obligat.
9 per Felin. in c. cum oporteat. col. v. de accus. Pax t in-
terueniente de iure potest nihilominus agi ad vindi-
ctam publicam, & pro interesse fisci. Bar. in l. j. §. vlt. que
adco.

adco. ff. de iniur. Felin. in c. nulli. col. ij. versic. item in-
quantum. de accusat. & not. in l. transigere. C. de trans-
10 actionibus. Quia tēta pax sit tacitē, id est, remissio in-
iuria. Si vis videre modos, vide lason. in dicta l. j. col.
ij. ff. de pact. s. & ibi habes, quod tamen non intelligi-
11 tur remittere damna remittens iniuriam. Et t an per
confessionem peccatorum intelligatur facta iniuria re-
missio, vide Bar. & lason. in l. i. ubi. §. quaedam. ff. de pac.
Et qui recipit satisfactionem, an videantur remittere,
12 dixi supra in tit. de partu supposito. in fi. Quando t sit
pax pro vulnere, si postea sequatur mors, an pro sit, vi-
de Bar. in l. damni. §. Sabini. ff. de damn. infecto. & ibi
13 etiam Bar. dicit t pacem factam ab offenso, qui postea
moritur, non valere, & ita seruat Senatus noster, & Ro-
man. in d. §. Caro. dicit quod opinio Bart. est commu-
nis, contrarium tene. Nell. in tract. bannit. in ij. par. ij.
temporis, quae xlj. vide Crot. & Mod. in d. §. Caro. An
14 possit tutor vel curator remittere iniuriam factam pa-
tri pupilli, vel ipsi pupillo, Doctores in l. pactum cura-
toris. C. de pact. tenent posse, nisi in casu vt ibi per lason.
& ita quotidie obseruantur, imò dantur curatores spe-
ciales ad hunc actum, & valent pacem. & vide etiam
Bald. omnino in l. j. C. de integ. restit. min. vbi ponit
quid in pupillo eum auctoritate iudicis, & quid in a-
dulto: & ibi habes q etiam pupillus, quando habet tu-
15 torem, debet interuenire. Quid t quando requiritur
pax heredis, & non habet heredem? vide Nell. in trac-
16 t. bannitor. vbi supra, quae xl. An t pater possit remitte-
re iniuriam filij, eo inuito? Dic posse: sed fallit in certis
casibus. lason. in l. quaedam. in prin. ff. de pact. quam legit
cum l. p. procedenti. t si fiat iniuria clerico, ciui, vel fa-
17 mulo, a) sibi spectet remissio, an ecclesiae, ciuitati, vel
domino distinguatur, an fiat in iniuriam domini, vel
ciuitatis, vel ecclesiae, an vero ipsius, vt per Bart. in l. j.
§. i. de acq. ff. de iniur. vide Marti. in tract. de princip. in
j. rub. conclu. ccc. xij. Felin. in c. ille causam. de proba-
18 col. xij. in vlti. not. Aret. in c. illa presbyterorum. col. iij.
de acq. Et si fiat t monacho, vtrum sibi an monasterio
spectet vel proximioribus. Dic spectare monasterio. gl.
in c. j. ar. o. hian. de sent. excom. quae dicit fecus in ec-
19 clesia seculari, & sequitur ibi Abb. Et t an solus praela-
tus sine capitulo possit, vide gl. & Doct. in c. contin-
git interdum. de sent. excom. & Aret. in consil. cxxxvij.
circa fi. Feder. consil. cxix. & consil. cxx. & Aegid. Bel-
lamera decil. ecccl. j. & ibi habes quid de monacho fa-
20 cto priore, pax t non est adeo fauorabilis, vt possit fi-
ri absenti, iuxta l. absentis. ff. de don. & l. qui absenti. ff.
de acq. pos. imò debet interuenire nuntius, vel epi-
stola, vel notarius, vel alia persona publica, quae stipu-
letur nomine absentis. Anto. de Burr. in c. fi. in vij. col.
de confes. per Alex. in l. non solum. §. in iudicium act.
ff. de iniur. Tamen in cōtrarium videtur esse alia con-
clusio, quae habet, q remissio facta sacerdoti valet quo
ad remissionē iniuriae & actionis iniuriarum, nedum
quo ad animi offensionem, quando apparet ita voluit
remittentem, vt per lason. in d. l. si tibi. §. quaedam. ff. de
pact. & ita videtur velle Bart. etiam q in testamento
absque aliis verbis restator remittat iniuriam, in d. §.
iniuriarum. vt valeat etiam sine praesentia partis, diffi-
cultas pendet à gl. in d. §. si. in fit. de iniur. vbi primò
item. e contra. dicit q requiritur partis praesentia: nec
potest habere alium intellectū, nisi q loquatur in foro
penitentiali, in primo casu: in secundo autem in foro
iudiciali. Et est ratio consentanea distinctioni, quam
tenet Aret. vbi omnino vide in l. pro herede. §. si. ff. de
acquir. hered. vbi tamen distinguunt, nisi esset facta sa-

cerdoti in foro penitenti: quia dicitur persona pu-
blica, sicut si esset notarius, & ita teneo, & est ex mente
magis communiter Doct. intelligendo quando appa-
ret ex verbis, q etiam remittit iniuriam, nedum animi
offensionē. Et nota haec quia saepe video in testamentis
fieri remissiones; nam non valent nisi cum praesentia
partis, vel notario stipulante nomine absentis etiam
circumscrip̄ta opinione Bartolan. l. damni. §. Sabini. ff.
de dam. inf. et. q remissio offensa postea mortui non
21 valet. Quando t vxor occiditur à viro, quae habet filios
ex eo, & ex alio matrimonio, tamen plures sunt ex
homicida, qui omnes fecerunt pacem, an sufficiat? Vi-
detur sufficere; quia satis est habere pacem à maiori
parte heredum. Bart. & communiter Doctores in l. iij.
§. Caro. ff. de verb. oblig. & maximē hoc procedere vi-
detur, si ex primo matrimonio extat femina, ex se-
cundo autē mares, iuxta not. per Aret. post Aug. in d. l.
pro herede §. fin. & per Barb. in apostillis ad Bal. in c. j.
§. hoc autem notandum, quem legit cum §. & quia vi-
demus, qui feud. da. poss. in gl. in verbo, pertinetat.
Dubito de hac decisione. Et est aduertendum tam in
hoc casu, quā si etiā solum superesset filij ex vtro-
que, an pacem viderentur fecisse timore ob debitam
reuerentiam orto, iuxta l. j. §. quae oneranda. ff. quar-
rum rer. actio non datur. & not. Felin. in c. nonne. col.
fi. de presumptio. Et nunc in Senatu est haec quaestio
de facto: & Senatus reddit se multū in difficultem in ad-
mittenda tali pace habita à filiis propriis, Cessat tamen
omnis difficultas, si propinquo matris occise
consensissent remissioni dictorum filiorum. Dixi quod
22 si sunt plures heredes, maior pars sufficit, de quo vide
Bart. & Doctores in d. §. Caro. & in d. l. pro herede. §.
fi. vbi etiam habes, an si sint extranei, & excludant lan-
23 guine coniunctos. Ex pace t ortur iudicium ad toru-
ram cōtra reum. Bald. in tit. de pace firm. §. iniuria. col.
vj. ver. item questit. de quo dixi supra in materia tor-
24 ture, in tit. de indic. & consideratione. &c. Quero, t si
filius occisi ingreditur religionem ad succedendum ca-
pacem, iuxta auth. ingressi. & auth. si qua mulier. C. de
sacrofanct. eccles. an dicantur succedere in iure vindi-
ctae patris, ita vt ad monasterium spectet facere pacem,
videtur non pertinere: quia pax non est quid herede-
tarium, sed quid leparatum, secundum Bar. in d. l. dam-
ni. §. Sabini. ff. de damn. infecto. & in l. filius qui patri. cir-
ca fi. ff. de acq. hered. Item hoc ius non pertinet nisi
ad vindictam sanguinis, quae non videtur honesta mo-
nasterio, glo. in c. si aternitas. xij. q. ij. Preterea facit quod
monasterium non habetur loco heredis nec filij, nisi in
casibus à iure expressis, vt habetur in c. in praesentia. de
probatio. vt ibi per. Decis. char. 6. col. j. Fateor quod
25 si fiat monacho, postquam ingressus fuerit religionē,
tunc videtur aliter dicendum, quia iniuria videtur fieri
monasterio, iuxta glossa in capitulo parochianos.
de sentent. excommunicatio. & d. c. lupi à in versicul.
& si fiat monacho, maximē quando non adest filius
monachi, iuxta notata latē per Decis. vbi supra, char-
ta allegata, columna quarta vbi vide: quo in casu res
pater, vt ibi. Sed si iniuria illata sit, antequam effi-
ceretur monachus, nec iniuria facta dicitur monaste-
rio, vt vides, nec transit cum hereditate, quia non
est quid hereditarium, nec etiam in eo monacho re-
manet, qui est mundo mortuus, l. Deo nobis. C. de epi-
cop. & cler. Sed aduerte, quia non concurrente filio of-
fensi, etiam quando iniuria facta est ante, videtur mo-
nasterium succedere: quia tunc non fit difficultas in d.
§. final. in d. l. pro herede. quin pertineat pax heredibus
extraneis,

extraneis, vide ibi Doctores, maxime Aretin. colum. j. Non obstat quod non habeatur loco hæredis, nisi in casib' expressis: quia satis est expressum, dum lex vult, ut succedat in omnibus bonis & iuribus. Nec obstat, quod non sit honestum, sicuti dixi, per ea quæ not. in cap. sententiam sanguinis, ne cler. vel mona. & in dicto c. fraternitas. Est tamen aduertendum, quod an monasterium succedat quo ad omnia, an verò quo ad partem.

26 Addo etiam, quod si fieret raptus mortalis, pax esset contrahenda cum Papa: quia principaliter Deus est offensus. Ita not. Bald. per illum tex. in l. unica. in ij. notab. C. de rap. vir. Si habetur pax ab aliquibus ex offensis, & non ab omnibus, tamen adit promissio rati quo ad alios, & presentetur in termino statuto à decreto disponente ut pax tollat delicta, dum modo in certo termino presentetur, deinde sequatur ratificatio post terminum, an dicta pax prosit, & an simus in casu decreti. Bald. dicit, quod sumus in e. cum int. r. el primo. de elect. & in l. proficisci. §. potest. ff. de of. procon. & lega. Senatus tamē noster non admisit tales ratificationes in gratia generali concessa ob aduentum Ducis, & fortè non immeritò, quia contrarium tenet idem Bald. in l. nec ei. §. satisfactio. circa fi. vers. sexto quæro. de adopt. & sequitur Doci. in l. contractus. de r. g. iuris. colum. v. & facit l. bonorum. ff. rem. rar. hab. & quod determinat Barr. in l. si vxor. §. si quis vxorem. ff. de adule. dicens, quod si erat facta pax etiam nomine aliorum, apposita pœna contravenienti, deinde vnus offendatur ante factam per eum ratificationem, licet postea sequatur, non tamen habet locum pœna d. l. bonorum. Sequitur Alex. in l. quod meo. in prin. col. ij. de acquir. poss. & ita feci seruari in causa cuiusdam Iudæi. Adde quoque,

28 quod absolutio facta in foro penitentiæ ratione blasphemie operatur pacem, ut pœna sibi remittatur, quia offenditur Deus dumtaxat, Deci. consil. cxxxvij. col. ij. volu. j. Alia quæ in materia pacis vide per Neri. in tract. bannit. in ij. parte ij. temporis, vbi format circa pacem xxij. siue xxij. quæst. & per Ang. Aret. in gloss. comparent dicti inquisiti in termino defensionis. vbi latissimè. Non omitto, quod iudex non debet elaborare facta rixa inter ciues, ut eos concordet reddat, sed debet eos castigare, nisi adsit timor, ne ex ea rixa perturbatio reipublice sequatur, ut latissimè per Feli. in rubr. extrã, de treu. & pa. Dixi quod tutor potest remittere iniuriam pupilli: Modo quæro, si femina sit uxor, an stante statuto, quod mulier non possit obligare sine consensu propinquorum, requiratur etiam talis consensus? Dic non requiri, quia ipsa non se obligat. Alex. in l. quæsitum. ff. de in ius vocan. Et ideo aliud esset, vbi ageretur ad pœn. iudicium mulieris, ut ibi per Alex. nisi in hoc ultimo in ipsa datione tutelæ interuenisset. & ita intelligo obseruari in hac ciuitate. Est verum, quod in hoc esset recurrendum ad distinctionem lat. in l. j. §. item acquirimus. ff. de acq. possel. columna secunda.

Titu. de Restitutionibus, quæ fiunt à principibus finitobello ob pacem inter ipsos factam.

SVMMA.

Restitutiones, quæ fiunt per principes finitobello, dum bannitos vtrunque restitunt ad bona, famam, & honores, ita concipienda sunt, ut contineant omnia, quæ sunt à voluntate principum.

1. Restitutiones, quæ fiunt à principibus finitobello, in dubio prosunt non tantum rebellibus viuis, verum etiam defunctis, quo ad bona eorum testamenta valeant, & filius restituatur bona, licet melius sit verba restitutionis clara ponere.
2. Hæres rebellis mortui post capitula restitutionis per principem bello finitobello facta restituere debet.
3. Restitutio rebellis ut trahatur etiam ad rescissionem gestorum per filios medio tempore quomodo concipi debeant verba.
4. Pax omnia restituit qua abstulit bellum.
5. Bona rebellionis tempore rebellionis aliis concessa facta pace sunt restituenda primis dominis.
6. Sententia contra rebellem occasione rebellionis lata facta pace rescinduntur.
7. Bona rebellis etiam que Imperio spectarent, & tempore belli acquisita fuerint per privilegium vel contractum à principe, restituntur secuta pace, si ita dixerint capitula, alias in dubio secus.
8. Rebellium bona donata à principe alicui facta pace semper restituta fuerunt rebellibus.
9. Sententia rebellionis, & etiam alie eo tempore late occasione mutui, vel de positi, vel ubi bona fuerint penes fiscum stantibus ipsi damnatis de rebellionis quomodo rescindantur facta pace.
10. Capitula facta Bononia inter Cæsarem & Ducem Mediolani rescindebant sententias & processus secutos occasione rebellionis.
11. Sententia inter extorres & existentes domi ex compromisso inter eos facta lata quomodo valeat.
12. Fictio postliminii restituit quæcunque captiuitas abstulit.
13. Restitutio facta per illa verba, Restituantur ad bona sua, intelligitur etiam quo ad detentionem ex natura rei.
14. Restitutio ad bona, que quis amiserat, vel quibus fuerat spoliatus, non trahitur ad bona non acquisita, sed quia in ea pax esset virtute condemnationis.
15. Deictus cum armis quando quis dicatur.
16. Fructus percepti ante capitula pacis non solum ex bonis alienatis, sed etiam ex non alienatis non restituntur extorribus restitutis.
17. Fructus à die capitulorum citra percepti restituendi sunt extorribus restitutis, sic capitula dicant, Ipso iure sint restituti: secus si dirigantur iudicibus, ut restituant, quando sit restitutio ex gratia, licet Senatus Mediolani aliter iusserit seruari ex mente principum.
18. Fructus post litem contestatam percepti, etiam quando verba capitulorum diriguntur iudicibus sunt restituendi.
19. Pacis privilegia, & conuentiones principum, & fœdera per quos trahuntur.

Titu. de Restitutionibus, quæ fiunt à principibus. &c.

DE CVRSIS in hac materia pacis his, quæ pertinent ad restitutiones, siue gratias, quas in specie principes faciunt bannito vel condemnato, & in genere quandoque omnibus bannitis vel condemnatis, Reuertor ad materiam, aliqua dicendo de restitutionibus, quas faciunt sæpe principes finitobello: quia restitunt vtrinque bannitos & extorres ad eorum bona, famam, & honores: & dum moui plures difficultates supra ex eis facile potes intelligere quomodo verba concipienda sint, ut ea omnia contineant, quæ sunt à voluntate ipsorum principum. Et si vis quod non tantum resti-

restitutiones viuis prosint, sed etiam rebellibus iâ defunctis, ita ut etiam eorum testamenta fortiantur effectum: clarifices adeo verba ut illud dicant. Est verum, quod sola ratio tranquillitatis reipublicæ, super qua fundantur fortè capitula, possit esse sufficiens ad hoc ut etiam ad mortuos se extenderent, tamen si verba hoc non disponerent, iuxta tex. & ibi Bar. in l. pater filium. §. fundum. ff. de legat. ij. & per Abb. in e. porro. de priuileg. Nam si legitimis hæredibus, & maxime filiis essent sublata bona patris, cui dubium, quod animus eorum remaneret perturbatus? Et hæc ratione seruari, ut fœdus Bononiense, quod loquebatur de extorribus & rebellibus, etiam locum haberet in hæredibus. Quo verò ad hæredes quod rebellium post capitula mortuorum, quæ est sine difficultate: quia remedium restituens etiã interdictum vnde vi, transit in hæredes, ut per Socin. in l. rem. quæ nobis. ad fi. 2. char. ff. de acquir. possess. Et si velis ut restituatur omnia etiam quo ad rescissionem gestorum per filios medio tempore, quod simpliciter restitutione non fit. l. fi. C. de senten. pass. & d. c. in princ. hic finit lex Cor. & ibi Afflict. in vj. not. col. ij. claram reddas rem ipsam, & in effectu facias quod ad hæc & alia, ut rebellio nullius vnquam fuerit momenti, & perinde sit, ac si orta non fuisset. Et aduerte quia videntur superflua talia capitula finitobello, ex quo pax omne illud restituit quod abstulit bellum. Et hæc ratione dicit Bal. in tit. de pace constant. §. hoc, quod nos. quod si bona rebellium tempore rebellionis aliis sint concessa, facta postmodum pace sunt reddenda primis dominis: ita dicit per illum tex. ibi, & hoc idem etiam asserit ponderando illum tex. in §. sententia quoque vbi etiam vult quod sententia lata contra rebellem occasione rebellionis pace facta rescindantur, nõ aliæ, vide etiam Bald. ibidem in versicul. possessiones. dum dicit, quod possessiones, quæ possidebantur ante tempus belli, debent restitui possessoribus, nisi tamen spectarent Imperio. Quod verbum seruari nolens restituere rebellibus ad castra, & bona, quæ erant ipsiusmet principis, & qui acquisierant à principe, qui dicebatur intrusus: & hoc seruauit ex mente ipsorummet principum. Sed respondeo supradictis quod imò simpliciter se cuncta pace non restituntur bona acquisita aliis, nisi essent acquisita ex sententia ipsa. Ita declarat Afflict. in d. vj. not. col. pe. vbi vult omnino. Attamen Afflict. nesciuit quid diceret: quia Bald. clarè vult, quod favore pacis, etiam per priuilegium, vel contractum quæ sita aliis reuocentur, non tantum per sententiam ipsam: & hæc est mera veritas, ut apparet ex dictis doctoribus, maxime Iac. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posthu. in iij. limitatione, declarando tamen quando apparet ita velle capitula, aliis non in dubio. ut per eundem Iac. in d. versic. Aduerte tamen diligenter, & dixi supra:

9. & ita ego semper vidi seruari, quod finitobello bona rebellium donata à principe suis, fuerunt restituta expressè restitutis rebellibus. Afflict. tamen in se dicit veritatem, quod bona, quæ quaruntur tercio immediatè per sententiam facta restitutione etiam particulari, restituntur ipsi restitutis, ut per Iac. in d. §. & quid si tantum. in ij. limitatione. Et dum dixi Bald. velle in tit. de pace Const. in verbo, sententia quoque. quod sententia lata contra rebelles occasione rebellionis nihil valent. Adde tamen in hoc, ut plenius & consideratè multum dicit Bald. ibidem. quod non tantum sententia rebellionis sunt rescindendæ facta pace, verum etiam alia occasione mutui, vel de positi, vel simili. vbi nullus fuit procurator aut ius fuisset comparere, iuxta clem. p. votalis. de re iudic. vel vbi bona eorum fuissent penes

fiscum ipsi damnatis de rebellionis: quia instantia nõ transit in fiscum. l. si constante. §. fin. ff. solut. mari. imò capitula facta inter Cæsarem & Ducem nostrum Bononiæ etiam rescindebant sententias & processus secutos occasione rebellionis, puta, obtentas à creditoribus, non contra eos, sed fiscum, iuxta d. §. si. in l. si constante. dicunt enim capitula, quæ restituantur ad patriam, famam, honorem, & eorum bona quibus eunque sententiis & processibus propterea factis, id est, factis occasione dictæ rebellionis non attentis. & ita interpretatus fui, & secutus est Senatus. Si autem lata esset sententia inter extorres & existentes domi ex compromisso facta inter eos, vide Bald. in d. §. sententia quoque. Adde prædictis, quod quæcunque auferat captiuitas, restituit fictio postliminii. l. fin. C. de capt. & l. si quis fortè. quæ est l. pen. C. eod. & in d. l. pen. dicit Angel. hoc esse vile pro extorribus, qui tempore pacis reuertuntur cum pacis, ut eis restituantur quæcunque tenebant tempore suæ electionis: quia recuperabunt mobilia, & immobilia, quorum habebant dominium, & possessionem, & etiam meram detentionem asinam. Et ita licet prædicta dicant, Restituantur ad bona sua, intelligitur etiam quo ad ea, quæ solum detinent ex natura rei. Sic probant gloss. Ang. & communiter Doctores in d. l. pe. iuncto tex. ibi, qui dicit, quod qui reuertuntur ab hostibus, recuperant res proprias, & idem probatur in l. fi. C. de edi. di. Ad. tol. iuncta gl. quæ extendit tex. etiam in his, quæ solum tenentur. Et facit quod etiam ratione iuris possessionis & detentionis dicor habere dominium. Bar. in l. si quis vi. §. differentia. ff. de acq. poss. Item adde, quod si dicunt capitula, Restituantur ad bona, quæ amiserunt, vel quibus spoliati fuerunt, non recuperant bona non acquisita, eò quia incapaces essent propter condemnationem, iuxta l. j. C. de hæ. insti. & quæ dixi supra post Bar. in l. fi. C. de sen. pas. & in l. Callus. §. & quid si tantum. in quest. de legitimo. ff. de lib. & posthu. Ad hoc igitur ut comprehendatur hic casus debent ita concipi, ut etiam recuperentur non quæ sita. Et ad declarationem verborum, Quæ amiserunt, vide tex. in e. reintrogranda. iij. q. j. ibi, & per quæcunque iniustas causas res ecclesie perdidisse noscuntur. cum ibi not. Et ad declarationem quæ sita, Cum armis deictus, vide l. iij. §. armis deictum. ff. de vi & vi arm. An stantibus quæ sita capitulis pacis extorres restituuntur ad fructus, ne dum ad bona? Dic non restitui, secundum communem opinionem non solum ex bonis alienatis, sed nec etiam ex non alienatis. Ita Angel. loquendo in his capitulis pacis. in d. §. & quid si tantum. Curt. consil. xlix. col. antepen. recolendæ memoriæ dux Philippus. & licet contradicant fortibus iuribus Dec. Nell. & Iac. ut supra dixi, hæc tamen est communis, ut supra dixi circa principium materiæ, & hoc post confecta capitula retro. citra verò est aduertendum, an quæ dicant, Ipso iure sint restituti, & tunc veniunt fructus etiam ante declarationem. Si verò verba in capitulis directa sint iudicibus, vel intque ut ipsi restituant. Tunc quia inuito bannito non fit restitutio: ita demum veniunt fructus, si petitur restitutio, ut per Bal. in l. non solum. in fi. ff. de in reg. rest. & latè per Fel. in c. Rodolphus. char. 7. col. fi. de rescript. & per Curt. in d. consil. circa decretum disponens, quod ipso iure bona sint publicata à die delicti commissi. & Pic. in l. post contractum. ff. de dona. circa idem. Et in casu capitulorum Bononiæ factorum, & de quibus supra: quia non dicitur ipso iure non venient fructus à die, quo facta fuerunt. Attamen in Senatu ex mente principum interpretata sunt dicta capitula

capitula, vt veniant à die, quo facta reperiuntur, & ita semper executus sum: loquor in casu restitutionis ex gratia, non propter iustitiam, vt per Curt. in d. consil. col. pen. Et faciunt quæ supra dixi, loquendo in bonis iam alienatis, dum volo ad ea trahi restitutionem, quæ fit ope iustitiæ. Difficultas tamen proxime móta in verbis directis iudici, vt restituar: non dicendo, sint restituti ipso iure, pro cedit tantum vique ad litem contestationem, per quam postea quilibet dicitur in mala fide. l. ij. vbi Bald. not. C. de fru. & lit. expen. Non omitto tamen, tñ Mar. Laud. fecit tract. de cõf. de pace, & conuen. princ. vbi ponit lxxij. capitula, bi vide omnia no, & vide Corf. in tract. suo de pote. & excellentia regia, dum ponit priuilegia pacis. Alia mihi non occurrunt in præsentia circa hunc modum impugnandi sententiam virtute gratiæ. Quare cessante omni remedio impugnante eam siue iuris, siue gratiæ, reliquum est vt de executione ipsius sententiæ aliqua dicamus.

Titul. de Executione sententiæ.

SVMMA.

- 1 Executioni sententia mitti non debet, nisi post decem dies, quando admittitur appellatio: alius secus.
2 Exequi iudex sententiam non debet, sed scribere principi, quando causa est appellabilis: & tamen ipsi videtur super sedendum, & debet expectare responsum, nisi periculum est in mora.
3 Appellationem iudex facilius debet admittere, quam exequi sententiam, ne teneatur in syndicato.
4 Iudex teneatur lege Cor. de sic. vbi sententia est iniusta, & vltimi supplicij, & possit illi de factis or esse.
5 Exequi potest iudex sententiam, quando causa est in appellabilis, & tamen ipse detulit appellationi.
6 Sententia post decem dies, & non ante, mittitur executioni contra reum, nisi aliud statutum disponeret.
7 Sententia lata contra reum presentem Mediolani statim mittitur executioni, & morti traditur, nec de ea amplius cognoscitur: secus in sententia contra absentem lata.
8 Executio sententiæ in criminalibus, quibus casibus differatur, vel prorsus aufertur.
9 Executioni per quem mandetur sententia per alium iudicem confirmata, an per iudicem a quo, an ad quem.
10 Executio quando differatur, quia condemnatus esset obligatus reddere rationem, vel esset artifex eximius.
11 Executio sententiæ criminalis an fiat per iudicem loci originis, an delicti.
12 Remissio in delictis an requiratur.
13 Exequi sententiam alterius iudicis an teneatur iudex requisitus sine literis.
14 Punitus pena statuti loci delicti, que minor sit, an possit puniri pena statuti domicilij, in quo captus fuerit si maior sit.
15 Bannitus captus an possit absque alio processu damnari, vel debeat prius patere delictum, & ipsum esse bannitum.
16 Reus damnatus ducitur per loca publica & consueta, & interdum ad locum, in quo fecit delictum, quando sit executio condemnationis.
17 Solutio facta ab vno ex condemnatis an pariat cancellationem sententiæ, quando pena est pecuniaria.
18 Cadaver suspendi non debet, quando mortuus est damnatus pendente appellatione, vel ante executionem, nisi damnanda esset memoria, licet aliquando id fiat.
19 Executionis sententiæ multa, vbi dicantur.

- 20 Condemnatio an fingatur iuste lata, quando aliquis mortifere vulneratur, & vulnerans morti traditur, deinde vulnerari mors sequitur.
21 Iudex debet esse sollicitus de animarei condemnati, & qua diligentia vti debeat.
22 Damnatus in metallum, vel ad triremes, potest reuocari per iudicem post decem annos si fiat infirmus vel debilis, & vnus ex consanguineis, vel seruis loco eius subrogetur.
23 Damnato ad metallum vel ad triremes duplicatur tempus si fugiat.
24 Damnatus ad triremes simpliciter vel ad tempus, non expresso tamen certo tempore, an in perpetuum, vel ad decennium censetur damnatus.
25 Damnato ad triremes, si submersis triribus liberetur, vel funis scindatur, dum suspenditur, vel securis ferire non possit, debet facilius princeps esse in concedenda gratia.

Titul. de Executione sententiæ.



In hac materia executionis sententiæ criminalis vide que dixi supra in quarto modo rescindendi sententiam via appellationis, sub titulo, de appellationibus, videlicet tñ sententia condemnatoria non statim debet mitti executioni, sed sunt expectandi decem dies ad appellandum, iuxta tit. nul. noua. penden. appel. in casu tamẽ in quo admittitur appellatio, alius secus: & qñ vbi sententia est appellabilis, sed iudici videtur super sedendum, adhuc non debet exequi, sed scribere principi, & expectare responsum, nisi periculum esset in mora, per tex. in l. si quis filio exheredato. §. hi qui ff. de iniusto rupt. Quibus addo quæ dicit Marian. Socin. in c. qualiter. el. secundo. in xj. artic. princ. in materia appellationis. in vers. & aduertat iudex. de accusa. vbi dicit iudicem debere aduocare, tñ sit facilius in admittenda appellatione potius, quam in facienda executione, ne teneatur in syndicato: & tñ si sententia esset iniusta, & vltimi supplicij, teneatur lege Cor. de sic. & possit tali iudici de facto resisti, prosequendo etiam quando appellatio esset manifeste friuola: qñ aliud esset, vt ibi latè per eum. Dixi etiam in loco, vbi supra, tñ si casus sit in appellabilis, licet iudex deferat appellationi, nihilominus potest sententia mitti executioni, vide ibi totum illum tit. Sed breuiter in hac materia dic, tñ statim lata sententia reus non ducitur ad supplicium, sed post decem dies, nisi statutum diceret aliter, vel tolleret appellacionem, vt dixi supra in materia appellationis, & ponit clarè Fel. in c. quærenti. col. ij. de off. deleg. & melius in c. ij. de re iudi. vbi dat eandem regulam, limitando eam, quando reus esset confessus & conuictus, vel crimen esset notorium, vel quando cum confessione adessent indicia ita valida, vt negari non possent, maxime si maleficium esset valde atrox. Item quando crimen desideraret subitam vltionem, dicendo qñ licet ad sedandum populum non possit imponi pena corporalis, iuxta l. decurionum. C. de pœn. tamen si est imposta per sententiam, potest executio accelerari ex dicta causa, vt ibi latè per eum, & vide etiam Maria. in d. c. qualiter. in d. arti. xj. q. 100. vbi latissimè, & p quatuor col. Et tñ Mediolani lata sententia in presentem, statim condemnatus morti traditur, nec minù: quia ex ordinibus cessat omne remedium, quo iterum cognosci possit, & non solum ordinarium, verum etiam extraordinarium, per literas Senatus ad nouas defensionones, vt sæpe dictum fuit. Nam sententia fertur re prius relata in Se

in Senatu, & ideo amplius retractationi locus esse non potest: non ita est in damnato absente, vt sæpe dixi. Sunt tamen aliqui casus, in quibus vel differatur executio in criminalibus, vel prorsus aufertur. Primus est, quando princeps scribit, Suspendas illum. iuxta l. si vindicari. C. de pœn. & e. u. apud. xj. q. iij. de quo supra in materia homicidij latè. Alius, quando pater offert filium, vti aliquando facere cogitur, nimium prouocatus à pessimis moribus ipsius filij: vel quando ductus ad mortem obuiam habet Cardinalem, vel propter excellentem artem damnati, & aliis multis modis, de quibus per Capol. in caut. suis in pr. cautelarũ. & Fel. d. ca. quærenti. & Marian. Socin. vbi supra. Et an differatur vt accusatio prius instituta perficiatur, vide Sal. in l. j. C. qui accus. non poss. & in l. cum reis. C. de pœn. Quærit etiam Mari. Soci. vbi supra, quando iudex ad quem confirmat sententiam tñ, quis mandabit eam executioni, an ipse, an iudex à quo, & quado petitur vt differatur executio: quia tñ obligatus reddere rationem alicui, vel quia sit artifex eximius, vide Ang. Aret. in gloss. & ibi caput à spatulis separatur, quæst. quæ aliquis est damnatus. & ibi per Aug. de Arim. Et tñ per quos fieri debeat executio sententiæ criminalis, an per iudicem loci originis, vel delicti: & tñ an requiratur remissio in delictis, & quando possit vnus iudex exequi sententiam alterius sine literis requirentibus. Et tñ quando requirantur literæ, vide Ang. Aret. in dicta gloss. & ibi caput à spatulis versic. quæro an sententia corporalis, cum apostilla longa Aug. de Arim. & dixi supra in titu. de foro competent. Et tñ si est punitus secundum statuta loci delicti minori pœna, an possit puniri, si capiatur, in loco domicilij secundum statuta ibi in potentia maiorem pœnam in eo, in quo non est punitus, vide Albericum in lege, sepulchri. ff. de sepulc. viol. & dixi vbi supra, & in titu. de nullitate banni, & omnino vide, an vnus iudex possit exequi sententiã alterius, maxime si requisitus fuerit: quæ dixi supra diffinitè in vltimo versu. in titulo de sententiis. Et tñ an bannitus captus non secus ac si præsens fuisset condemnatus, possit sine alio processu damnari, vel debeat prius fateri delictum, & se illum esse, vide per Ang. in dicta gl. Caium Sempronij. & quæ dixi supra in titu. banniti quid amittant. vbi latè & concludenter. Et tñ quando sit executio, ducitur reus per loca publica, & consueta, vt per Ang. Aret. in gio. Caium. q. duci debeat, & ibi laqueo suspenditur: interdum etiã ante ædes illius, quem interfecit, vel vbi graue facinus, perpetravit ad terrorem aliorum, vt vidi fieri sæpe, maxime tempore regis Galliar. Et ponit Aret. in gl. vique ad locum iustitiæ consueta. Et tñ quando pœna est pecuniaria, & plures sunt condemnati, an vno soluente debeat cancellari sententia, vide Ang. in gloss. & soluente Mortuo tñ damnato pendente appellatione, vel aliter ante executionem, non debet suspendi cadaver. Deci. in regula l. pupillum. §. in hæredes. ff. de regul. iuris, nisi memoria hominis eo casu esset damnanda, vt per Aret. in glo. præsentate Caio, & appellante. versu. quod si reus moriatur. video tamen aliquando in vtilibus & publicis latronibus seruari contrariũ. Alia tñ etiam circa executionem sententiæ possunt colligi tam ex dictis per Ang. in dicta gloss. maxime præsentate Caio & appellante. Quando tñ aliquis vulneratur mortifere, & vulnerans traditur morti, de i sequitur mors, an fingatur condemnatio iuste lata, vide Pute. chart. 25. col. iij. ver. cõdemnatio. & ibi in c. seq. quod incipit, iudex, multa dicit pulchra circa executionem sententiæ, videlicet tñ quod iudex ante mortem damnati

debet esse sollicitus pro salute eius animæ, & facere vt confiteatur peccata sua. Accedere etiam debet nocturno ad eum, & hortari ad patientiam, & tenere cum eo aliquem religiosum tota nocte, ne teneatur à Diabolo. pœnens de quodam, cui ea nocte, quæ diem supplicij præcedebat, apparuit Demon sibi persuadens, vt seipsum necaret. Et tandem qñ si quis damnatur ad opus merali, potest reuocari per ipsum iudicẽ post decem annos, si superueniat infirmitas, dummodo vnus ex consanguineis subrogetur, qñ seruiat pro eo. l. in metallũ. ff. de pœn. 23 quod tñ facit vt damnati ad triremes possint liberari, si efficiantur infirmi vel debiles, dando vnum seruũ: & si tales ad metallum damnati fugiunt, duplicatur tẽpus: & eodem modo de damnatis ad triremes, per l. aut dãm. 24 num. §. quisquis. vbi vide text. ff. de pœn. Et tñ si quis simpliciter damnatur, vel ad tempus, tempore non expresso, an intelligatur de decennio, vel perpetuo, vide 25 l. sine. præfinito. ff. de pœ. Et not. omnino, tñ si dãmatur ad triremes, & sup triribus existens liberetur, tẽpestate maris triribus submersis, vel ruptis, princeps debet esse facilis hoc casu in cõcedenda illi gratia, qui nutu Dei liberatus est, per dictum Lucæ de Pen. de quo meminit Deci. in l. fauorabiliores. ff. de regul. iuris. in fi. qñ rãpitur funiculus suspendendi per gulam, dum deicitur: & idem qñ securis, qua caput est obruncandũ, non potest caput tangere, vel ferire, quia princeps tunc debet illi concedere gratiam, sicut cõcessit hac ratione annis proximè præteritis Marchio Vasti cuidam, cui hoc cõtigit, vt etiam latius supra dixi. Et ita cum laude atque auxilio Dei Opt. Max. remanet absolutum opus rerum criminalium Sed quia multis annis in munere fisci patroni in hoc excelsio dominio Mediolani totis viribus elaborauit, & collegas in eo habui clarissimos & celeberrimos Iureconsultos Simonem Bofium, ac Ioannem Baptistam Specianum, ob eius ingenij acumen in Senatus ordinem delectus, mox capitaneũ iustitiæ in vniuerso Mediolanensi dominio creatum, & à secretis principis consiliarium: Et talium ac tantorum virorum docta & assidua conuersatione vsus, vltra criminalia multa vidi & didici ad principem, & præcipue ad fiscum pertinentia, ideo in ea materia nonnulla breuiter attingam.

Titul. de Principe, & priuilegiis eius.

SVMMA.

- 1 Princeps exponitur id est, Imperator: & quis dicatur princeps: & quilibet qui habet baroniam dicitur princeps.
2 Baro dicitur ille qui habet aliquam dominationem, & est idem quod capitaneus.
3 Capitaneus est ille, qui inuestiturus est de aliqua plebe, vel parte plebis.
4 Barones vulgo dicuntur, qui habent aliqua regalia.
5 Baro quis dicatur.
6 Dux, vel Marchio quis dicatur.
7 Principatus accipitur pro nobili dominio merito comparando dignitati regie.
8 Principis nomen non verificatur in tyranno, sed in iusto domino, & inuestituram habente a Cesare, & iusta præcipiente.
9 Principi que conueniant, & quid deceat.
10 Romanos tria fecerunt dominari.
11 Pactum nudum habet executionem paratam, vbi causa agitur coram principe.
12 Principis contractus sunt omnes bonæ fidei.
13 Princeps potest reuocare suũ priuilegiũ, etiam sine causa.

- 14 Feudū, quod sine culpa reuocari nō potest per principē, a mō tūc potest reuocari, qū per priuilegium est concessum.
- 15 Priuilegiū non subdito concessum ex regula reuocari nō potest, sed quibus casibus possit.
- 16 Principis voluntas debet apparere, quod voluerit tollere priuilegium, ut per clausulam, Non obstantē.
- 17 Variare licet etiam interdum priuato.
- 18 Inconstantiā reprobatur in principe.
- 19 Princeps debet habere unum calamū, & unam linguam.
- 20 Princeps quando reuocat quod fecit etiam motu proprio, fugitur circumuentus, nec contrarium probari potest.
- 21 Principis concessio quando per eum reuocari non possit.
- 22 Princeps ex potestate ordinaria, nō potest viuente patre, vel agnato auferre ius filij questū ex inuestitura, licet ius illud sit in spe.
- 23 Pater non potest filio preiudicare in feudo delinquendo, nec aliter.
- 24 Princeps legitimando spurium potest agnatos excludere.
- 25 Praeceptis ex plenitudine potestatis potest preiudicare cui cunctis.
- 26 Citari an debeat is, cui sit preiudicium, quando princeps concedit priuilegium.
- 27 Reuocare an possit princeps priuilegium.
- 28 Princeps reuocare non potest priuilegium, quando effectus natio remuneratoria, vel feudum emptum, vel desit esse priuilegium.
- 29 Princeps nouus an teneatur seruare contractus sui predecessoris.
- 30 Princeps non tenetur ad debita vassalli, quando feudum ad eum reuertitur ob finitā generationem, & quando teneatur.
- 31 Expenas & sumptus factos in re feudali, an dominus, ad quem feudum reuertitur, soluere teneatur.
- 32 Principi conuenit rigor iustitiae.
- 33 Principis proprium est facere iudicium & iustitiam dulcedine temperatam.
- 34 Iustitia sine misericordia vertit verum principem in tyrannum.
- 35 Officiū principis est deprimere malos, & scelera cohibere, & impios perdere, & exaltare bonos.
- 36 Principis virtus & dignitas est, qualis debeat.
- 37 Princeps licet sit dominus legum, nō est morum dominus.
- 38 Tyrannidis materia per quos tractetur.
- 39 Tyranni priuilegia & concessionēs cancellantur veniente iusto domino.
- 40 Priuilegia & concessionēs continētes bona publicata tēpore tyranni, an sustineantur sub iusto domino.
- 41 Fructus iurisdictionis an sit feudū, quod deuoluitur ad dominum ob finitā generationem tempore tyranni.
- 42 Feudatarius domini Mediolanensis existens in possessione exercendi imperiū contra ciues & nobiles bona fide, sed cōtra decretū facit publicationes suas, nec reuocari possunt, licet per dominum declararetur in petitorio, quod tales sint comprehensī in decreto.
- 43 Tyranni tempore gesta circa iustitiam an valeant.
- 44 Tyrannus non potest concedere licentiā feudatario alienā di feudū, sed reuocantur alienata postea per iustum dominum, quando alienans decessit sine prole.
- 45 Tyrannus si consentiat feudatario alienanti, cuius non desit linea in eo, in quo consensisset verus dominus, non reuocatur alienatio per succedentem verum dominum, nisi acquirens non veniret ad recognoscendum verum dominum, vel talis esset, qui ab eo non deberet recognosci.
- 46 Excommunicatus vel bannitus dominus interim debet ab alienatione abstinere.
- 47 Fructus percepti ab aliquo ex re donata per tyrannum notorium, restituenti sunt sub vero domino, sicut res restituenti.

- 48 Error iuris vel facti facit cessare malam fidem, & sufficit ad acquisitionem fructuum, nisi res notoria sit, quia tunc probanda est ignorantia.
- 49 Conductor tyranni expulsus tyranno tenetur soluere non domino.
- 50 Solutio per colonum tyranno facta an noceat vero domino.
- 51 Contumax non est, qui non venit coram tyranno.
- 52 Leges tyranni & decreta an teneatur verus dominus seruare.
- 53 Gestatione publici officij semper valent, & tolerantur, etiam si ab inhabili & indigno ministrentur.
- 54 Confirmatio tyranni in dominio per priuilegia Caesaris vel Pontificis an valeant.
- 55 Tyrannicē se exercens Comes, vel Marchio contra subditos suos, & praecedente monitione non desistens ab iniustitia, deponendus, & priuandus est feudo ultra alias pœnas.
- 56 Subditi possunt expellere dominum suum se tyrannicē exercentem.
- 57 Feudatarius se tyrannicē exercens contra subditos potest cogi ad vendendum alteri feudum.
- 58 Feudatarius tyrannicē tractans subditos potest criminaliter accusari ad pœnam capitis, & in consequentiā perdet iurisdictionem & dignitates.
- 59 Monitio precedere debet, ut feudatarius priuetur feudo, etiam in actu momentaneo tyrannicē facto.
- 60 Feudatarius ut feudo priuari possit, non sufficit quauis angaria in subditos.
- 61 Feudatarius in consequentiā priuatur dignitatibus si principaliter actum sit, de sola vi publica & priuata, ad deportationem & relegationem.
- 62 Pontifex potest deponere principes si grauant subditos suos.
- 63 Principum excessus per quem laedē tractentur.
- 64 Consiliarij mali non sunt memores dicti Baldi.
- 65 Officialis ditatus durante officio praesumitur ditatus ex bonis sisci, vel principis.
- 66 Tyrannicum regimen quando sit, & quod peius sit a tyranno, an a tyranno regi.
- 67 Princeps in contractibus suis utitur iure communi, nisi appareat aliud velle: in priuilegijs verò transfert dominium sine traditione.
- 68 Dominium quibus casibus transferatur sine traditione.
- 69 Princeps potest egredi vires libelli in iudicando ubi velit, & coram eo ineptitudo libelli non nocet.
- 70 Princeps quicquid facit, facit ut Deus.
- 71 Solemnitas omnis est exclusa in principe.
- 72 Princeps praesumitur velle ut iure communi potius quam speciali.
- 73 Princeps praesentia supplet omnem defectum solemnitatis.
- 74 Princeps si coram eo una causa est intentata, & alia probeatur, tamen potest iudicare, quia solam veritatem attendit.
- 75 Princeps in causis ita ordo seruandus, est sicut in causis priuatorum.
- 76 Capitalis causa non potest agitari per procuratorem coram principe, ex potestate ordinaria.
- 77 Princeps potest iudicare secundum suam conscientiam, etiam sit tunc solum informatus, et quando in minoribus erat.
- 78 Princeps verbis narratus creditur qm̄ in eis se fundat.
- 79 Principi attestanti de fama, vel infamia alicuius, quando credatur.
- 80 Principis literae attestantibus aliquem esse bannitū, super quibus postea se fundat donando bona illius non creditur.
- 81 Decretum Mediolani incipienti prouidere, valentes, quod credatur literis principis, & c. non valebat uti tyrannicē, & propterea sublatum fuit.
- 82 Pœna quibus in principe est arbitraria, per iudicē verò mutatur plus & minus ex causa tantum.
- 83 Princeps est solutus legibus, tam per eum, quā ab antecessoribus

- 84 Contractus facti a principe vel ciuitate, quae possit condere leges, habent vim legis.
- 85 Principis rescriptum directum vniuersitati, vel epistola inserta inter alia decreta habent vim legis, quando apparet de voluntate principis.
- 86 Empta res a principe non potest ab aliquo euinci, sed datur actio contra principem infra quadrienium, licet Mediolani semper intelligatur reseruatū ius tertij, non solum in concessionibus gratuitis, sed etiam onerosis, & corā quocunque iudice.
- 87 Vices gerentes principum habent eadem potestatem quā princeps.
- 88 Imperator per qua verba comitendo causas, vel regimen alicuius provinciae, videatur etiam transferre ea, quae sibi solis sunt reseruatā, & quid tribuat comitendo vices suas, vel constituendo quem vicarium imperialem.
- 89 Clausula, Dantes vobis vices nostras, apposta in rescriptis per Caesarem vel principem, nihil tribuit.
- 90 Princeps delegatus fungitur in dubio vice principis.
- 91 Principis delegatus praefertur ordinario etiam maiori in ea causa, & honoratur tanquam princeps, non tamen quo ad principem, sed quo ad alios.
- 92 Princeps comitendo cū clausula, Vices nostras damus, etiā nō transferret ea quae sunt ardua, licet non sint ex reseruatā.
- 93 Princeps infra Imperatorem, ut reges, ducēs, vicarij Imperiales, vicarij Papae an habeat vim Imperatoris in suis regnis.
- 94 Regi succediur per quemlibet ē domo regia, etiā si esset in centesimo gradu.
- 95 Collectam pro utilitate sisci solus princeps imponere potest & in quibus casibus.
- 96 Collectam ciuitatis, vel municipium non solum imponere potest, sed etiam cogitur si pecunia nō sit in communi.
- 97 Emens bona in aliquo castro, vel villa catastrata, si sit ciuis, vel nobilis ciuitatis, an teneatur soluere pro illis bonis cum castro, vel villa.
- 98 Catastratus pro bonis suis in villa vel castro, licet recedat, & efficiatur incola ciuitatis, vel etiam si sit ciuis, & patiatur se describi, tenetur ad onera cum villa.
- 99 Ecclesia si patiatur se describi, tenetur ad onera sicut expacto expresso.
- 100 Empior honorū descriptorū in castro villa Mediolani tenetur ad onera imponēda per principem, propter decretū, & etiā quae imponuntur per villam ad conseruationem ipsorum honorum, scilicet quo ad onera quae imponuntur per capita, licet aliud sit iure communi.
- 101 Oneris natura attenditur non distributio, quae fit per oneratos.
- 102 Catastrata bona semper sunt tacite obligata pro collectis tam sisci quā communitatum.
- 103 Hypotheca succedit ubi res est tributaria, etiam si nullū catastrum adsit.
- 104 Hypotheca non solum est pro agro tributario, sed etiam pro vniuersis bonis illius qui agrum habet, quae tamē sita sint in territorio, in quo est catastrum, non autem in bonis alibi sitis.
- 105 Empior rei tributariae, & possessor tenetur soluere collectas, non venditor descriptoris.
- 106 Onera imponēda per principē soluenda sunt per ciuem, imō etiā per emptū emporem bonorum, & quae quo referuntur nouum estimum ex forma decretorum Mediolani.
- 107 Collecta imponuntur ciui in ciuitate, vel incolae alterius loci etiam pro bonis alibi sitis.
- 108 Cuius emens bona rustica catastrata tenetur ruri soluere, & debet se excusare ne in ciuitate soluat, & adire superiorem, non autem debet in ciuitate soluere.
- 109 Allibrari licet quis non debeat pro eadē re in duobus locis, tamen hoc cessat quando omis in uno loco imponeretur super estimio, in alio super buccis, & capitibus.

- 110 Bona transeunt cum onere suo, etiam quando transeunt in principem ex contractu, si verò propter publicacionem videtur exemptus tantum ab extraordinarijs.
- 111 Venditor an teneatur pro collectis impostis ante venditionem, sed non soluis, an verò teneatur emptor, & differētia est, an bona emanant a sisco, an verò a priuato.
- 112 Collecta non imponitur ratione iurisdictionis, sed cuiusdā potestatis, quae habetur in bonis territorijs.
- 113 Collecta imponitur per locum originis pro bonis sitis in territorio originis, non per locū incolatus, nisi princeps vtriusque loci imponeret.
- 114 Onera in quo loco imponantur an domicilijs, an originis propriae, vel paterna.
- 115 Allibrata bona si fuerint in uno loco, vel originis, vel incolatus, non debent etiam in alio allibrari.
- 116 Onera solui debet per vicum, vel villā cū castro, vel ciuitate, cui subiunguntur, & unus erit exactor in ciuitate quādo princeps imponit collectam in toto dominio, & quādo quis nō est separatus a ciuitate, & quādo collecta solū imponuntur capitibus, alia secus.
- 117 Veltigalis & per ficos imponitur materia ubi tractetur.
- 118 Ordinaria onera, vel extraordinaria quae sint.
- 119 Veltigalia noua sicut non potest princeps imponere, ita nec collectam nouam.
- 120 Collectas locator tenetur soluere non conductor, ubi paritarius est, aut soluit factum ex fructibus, & etiam si ad solutionem pecuniarum teneatur, licet aliter sentiat Ies.
- 121 Collecta imponi potest colonis ecclesiae pro portione colonorum, & propter eā monasteria impetrarunt exemptionem in dominio Mediolani pro fructibus natis super bonis suis, & pro scabulibus & massarijs.
- 122 Famuli exemptorum sunt exempti.
- 123 Collectas soluere tenetur emphyteuta priuati, siue canōe spondeat fructibus siue excedat.
- 124 Aestimū quomodo fieri debeat, & quomodo consideranda sint onera incumbētia rebus in estimum redactis.
- 125 Collecta imponitur habita ratione potius ad perceptionē fructuum, quā ad estimationem rei.
- 126 Collecta imponitur locatori, quia est dominus rei.
- 127 Collecta imponitur vsusfructuario.
- 128 Collecta ab emphyteuta ecclesiae non potest exigi a principe pro bonis ecclesiasticis.
- 129 Collecta imponitur legatario, etiam ante restitutionē rei illi factam, non heredi.
- 130 Vsi fructuarius tenetur ad collectas.
- 131 Venditio bonorum ob non solutas collectas facta, nō seruatis debitis solemnitatibus rescinditur, idem si allegetur vitiositas pretij infra dimidiam, & idem si interueniat fraus & dolus, licet vitiositas sit extra dimidiam.
- 132 Annatam quae imponitur feudatarijs, & ijs quibus bona donata fuerunt, an possessores bonorum soluere teneantur, an verò illi quibus dono data fuerunt & multa circa decretum Annatae.
- 133 Immunitas conceditur a principe nō a ciuitate, vel loco.
- 134 Immunitas inter dūm potest concedi a ciuitate siue loco, ut ei qui possit prodesse reipublicae, vel venienti de nouo ad habitandum.
- 135 Immunitas a principe concedere potest ab omnibus oneribus etiā patrimonialibus, si tamē adsit clausula non obstantē, & alij in contrarium facientibus, alias non valet.
- 136 Immunitas priuilegia regulariter a iure sunt prohibita.
- 137 Immunitatis concessio an extēdatur ad futura, & an cessante causa immunitatis cesset immunitas, & an extēdatur ad heredes, & descendentes, pondet a conceptione verborum.
- 138 Immunitatis verba, quomodo sint concipienda.
- 139 Immunitas non extēditur ad emptū belli.
- 140 Immunitas concessa ab athenis nō extēditur ad onera, quae postea imposta sunt propter bellum superueniens maxime

quando necessitas superueniens est valde insolita.

141 Immunitas realis transit ad heredes.

142 Immunitas ex regula non transit ad heredes nisi ex contractu sit concessa, vel donatione, vel simus in beneficijs.

143 Immunitas concessa ex privilegio posteris non se extendit ad feminas, nec ad natos ex feminis.

144 Privilegium concessum feminis an extendatur ad virgines tantum, an vero etiam ad nuptas.

145 Immunitas concessa a femina alicui, & posteris, intelligitur etiam de posteris ex feminis.

146 Immunitatis questione pendente debet cogi ad soluendum, qui preterdit se immunem natam.

147 Conuentio pro certis oneribus facta excludit alia onera.

148 Onera soluere tenetur qui est in quasi possessione soluendi donec sit decisum in petitorio.

149 Immunitas an ex privilegio sit acquisita, vel ex pacto quo sibi reseruet quis libertatem differentia est.

150 Immunitas quauis ampla non se extendit ad uectigalia, nisi appareat de voluntate principis, quia tunc etiam ad ordinaria, & extraordinaria extenditur etiam in hoc dominio.

151 Verba haec, Exempti & non exempti soluant onera, quomodo intelligantur, & quod exemptio habita ex causa onerosa non comprehendatur.

152 Immunitas dicitur onerosa quando ex necessitate conceditur, vel titulo oneroso, secus si propter benemerita vel donatio facta sit, ut remuneret.

153 Onerosa immunitas consideratur si pretium ad rem respondet.

154 Immunitas an se extendat ad futura, & quid si essent permutata, & loco priorum subrogentur.

155 Immunitas propter duodecim liberos an se extendat ad filia, quando filia est nupta, & quando filij in communiōe viuunt post mortem patris, & quid si unus ex duodecim moriatur mortuo patre, & quid si existat in utero.

156 Immunitas per prescriptionem quanto tempore acquiratur non soluendo.

157 Immunitatis concessio a communitate recognoscens sit priorem facta, vel a principe recognoscens superiorem, licet non valeat, tamen quid operetur.

158 Censui solutio an praescribi possit.

159 Vectigal quod exigitur ex frumento in horreo, & vino in cellas deportato triginta annis non soluens primato, praescribit libertatem contra priuatum.

160 Immunitas non acquiritur contra fiscum Mediolani per aliquam prescriptionem nisi sit lapsum tantum tempus cuius initij memoria non extet in contrarium.

161 Immunitas a taxis eorum non acquiritur Mediolani, nisi ex privilegio faciente mentionem talis exemptionis, vel nisi fuerit ita tandem interpretatum, ut non sit hominis memoria in contrarium.

162 Negligentia domini in non exigendo licet profuit non soluitur, tamen negligentia publicani non nocet domino, & non soluenti tantum prodest, ad hoc ut non incidat in penam.

163 Conductor quilibet non potest interuenerere possessionem domini.

164 Immunitatem quando princeps concedit, debet aliorum grauamen imminui, quantum est portio illius, qui immunis factus est respectu onerum per principem imponendorum, sed respectu onerum per communitatem in necessitatibus imponendorum, non est approbanda.

165 Immunitatum privilegia reuocanda sunt, si postea incipiunt esse iniqua.

166 Immunitatis privilegium admittitur quando quis scit se descriptum in loco debitorum, & non appellat.

167 Immunitas an admittatur quando quis soluit sine protestatione conseruationis iurium suorum.

168 Descriptio sola in catastro, absque eo quod quis citatus sit ad soluendum onera vtrum sufficiat, an vero requiratur

citatio ad soluendum.

169 Catastratum in se continet, non solum bonasoluentium onera, sed etiam exemptorum, & qua ratione.

170 Immunitas rei an transeat ad emptorem.

171 Privilegia an transeat in heredes & singulares successores.

172 Exemptionis privilegium, an cessatur reuocatum per generalem derogationem, & an vnum privilegium tollat aliud.

173 Privilegium exemptionis, vel aliud quanto tempore tollatur.

174 Clerici non tenentur ad uectigalia, sed eorum coloni profuitibus ipsorum colonorum.

175 Princeps potest ordinare ex causa, ut coloni & partiarum clericorum tenentur soluere non obstante privilegio sicut fit in alijs exemptis, nisi privilegia ipsorum essent adeo ampla, ut etiam talem casum comprehenderent, ut puta belli.

176 Privilegium ecclesie concessum a principe seculari potest per eundem tolli iam facta acquisitione, & ex intervallo.

177 Princeps potest interpretari suum privilegium.

178 Ecclesiasticae persone immunes sunt si bona habent, & illa colunt, vel etiam si ab alijs colantur, ad quos medietas fructuum pertinet, immunes sunt fructus ad ecclesiasticas personas spectantes, & bona ad usum eorum, & publicani ex capitulis Mediolani factis cum fisco tenentur haec seruare.

179 Immunitatis materia & excusatio a muneribus, & quis possit concedere immunitatem, ubi & per quos tractetur.

180 Legitimare illegitimatos, & restituendo eos natalibus solus princeps potest.

181 Legitimare in terris Imperij potest Imperator quo ad prophana tantum, Pontifex in terris ecclesie quo ad prophana & sacra.

182 Legitimare in terris Imperij quo ad prophana non potest Pontifex.

183 Legitimare in terris Imperij tam ipsi subiectis quam in feudatis potest Caesar.

184 Decretum Mediolani, ut nemo possit impetrare privilegium a Pontifice, vel Imperatore non valebat, & hodie sublatum est, quod vero nullus possit uti privilegio sine licentia principis valet, & obseruatur.

185 Legitimare non potest Caesar quo ad feuda in terris Imperij in feudatis sine licentia ducum, & feudatariorum.

186 Imperator an possit a se abdicare supremum dominum in feudando, vel donando civitatem, vel prouinciam.

187 Princeps non recognoscens superiorem ex ordinaria potestate, qualibet naturalis ratione motus, potest re alicuius auferre, solum tamen prius pretio.

188 Ratio naturalis militum valet quando tractatur de potestate vel actu principis.

189 Causa non presumitur in principe, quando tractatur de auferenda mea.

190 Princeps ex plenitudine potestatis potest rem alicuius auferre sine causa, etiam pretio non soluto.

191 Causa requiritur, etiam quando dominium acquiritur actu iuris civilis, quia dominium est de iure gentium.

192 Princeps qui plenitudine potestatis utitur sine causa peccat.

193 Princeps in dubio non censetur velle uti plenitudine potestatis, quando potest illa uti.

194 Princeps non presumitur in dubio velle tollere rem meam, etiam si cum causa id possit.

195 Clausula ex certa scientia idem operatur quod de plenitudine potestatis.

196 Princeps licet aliquando concedat ex plenitudine potestatis, non tamen illi cui conceditur habet plenitudinem potestatis.

197 Princeps non videtur tollere ius terrij, etiam si illud solum esset in spe, & nu. 200. ubi latet de iure tertij, an princeps possit, vel velit illud tollere, & quomodo remissio.

198 Princeps etiam sine causa potest derogare iuri in spe acquirendi ex iure civili, secus si ex testamento, vel ex contractu tertij quaesitum esset.

199 Clausula ex certa scientia, & aliae accessorie non operantur in his

in his que sunt facti.

200 Clausula non obstante, ex certa scientia, & de plenitudine potestatis quid operentur.

201 Princeps via legis generalis etiam non restituit pretio, potest auferre alicui rem suam.

202 Principis constitutio contra ius gentium, vel naturale sine causa nihil valet.

203 Princeps potest imponere seruitutes, & onus in re alteri.

204 Decretum Mediolani ut donationes principum, vel feudata non possint in extraneas personas, vel feminam alienari, nec transferri in odium Vermensium, & seruatur Mediolani.

205 Impossibilia censentur que pendent a voluntate principis, nisi consueuerint concedi.

206 Princeps debet eligere consiliarios sapientes, & Deo deuotos, prout diceretur fecisse quendam ducem Mediolanensem.

207 Franciscus Sfortia secundus viros in Senatu suo elegit tam sapientes, quam doctores & celebres.

208 Senatorum multorum ex Senatu Mediolanensi laudes.

209 Prelati eliguntur in consilijs principum, quia saepe contingit ut tractetur res ecclesiasticae, nec propterea sunt irregulares, quia consentiant his ex quibus mors indirecte sequatur.

210 Senatus non potest cognoscere de proprietate & iure rei spii virtualis, & ecclesiasticae principaliter nec incidenter.

211 Possessionis causa iuris spiritualis si agatur inter clericos, est per iudicem ecclesiasticum cognoscenda, nisi parentur arma ad vim inferendam contra possessorem beneficii, quia tunc etiam secularis iudex cognoscet.

212 Via facti ut tollatur, & ne sequantur publice perturbationes, non attenduntur ferre vlla iuris regula.

213 Rescripta que quotidie emanant inter ecclesiasticos, cum alter alterum spoliatur, & dicunt, Prouideas via facti, & tamen super spolio delegatus admittit capitula, & testes non posse aliquo colore iustificari.

214 Laicus iudex quibus causis possit cognoscere inter clericum & laicum.

215 Pontifex non potest committere laico, ut iudicet clericum.

216 Remedium capituli, reintegranda, dicitur quasi spiritualis.

217 Senatus Mediolanensis auctoritas maxima est, quia a principibus illi concessa est.

218 Princeps non potest facere alienationem, ut nemo accedat ad curiam Romanam ad impetranda privilegia, vel penam imponere ei qui sine ipsius placito se introuerit in possessionem beneficiorum, & non valet statutum superinde factum, prout est Mediolani, licet seruetur, & incurritur in excommunicationem, quia sunt contra libertatem ecclesiasticam.

219 Princeps secularis non potest bannire episcopum a suo episcopatu, sicut nec facere ut causis cognoscenda ab ecclesiastico non cognoscatur, sed a seculari.

220 Contra libertatem ecclesiasticam que dicantur esse.

221 Senatus non est excommunicatus eo, quia permiserit colonos monasteriorum domini Mediolanensis qui habent privilegia immunitatum uexari tempore belli, & cogi ad solutionem onerum.

222 Princeps potest tollere suum privilegium concessum ecclesie, & clericis in dominio suo existentibus, secus si non essent in dominio.

223 Collationes beneficiorum a Pontifice factae, ut non habeant effectum in praesentium electorum a parochianis & hominibus terrarum, licet sit contra libertatem ecclesiasticam, tamen ordo est Mediolani editus, & seruatur.

224 Excommunicatione ilaqueatus est, qui fuerit ordinibus contra libertatem ecclesiasticam factis.

225 Beneficia ecclesiastica an possint conferri per regem vel Caesarem in suo imperio, & caneri, et electio prelati non fiat sine placito suo.

226 Senatus debet habere etiam, milites, & quales esse debeant.

227 Princeps solus concedit gratiam bannitis, deportatis & aliter damnatis.

228 Princeps non potest concedere directum dominium quod habet in re concessa in feudum sine consensu vasalli.

229 Vasalli videntur translati aliquo duce, vel marchione creato.

230 Vasalli transferuntur cum vniuersitate sine eorum consensu non in generali concessione.

231 Dominus directus potest alienare suum directum etiam sine curia maiori, vel equali in curia Mediolani.

232 Princeps vel rex creatus quis statim videtur iura in vasallos adeptus.

233 Princeps habet fundatam intentionem in dominio suo ut quodlibet castrum, & locus sint sua quo ad iurisdictionem.

234 Spoliatus a principe castro existente in territorio principis non potest obtinere nisi iustificatio titulo.

235 Titulus debet ostendi a publicano qui ad fraudem agit, alias non obtinet, nec prodest quasi possessio exigenda, & quibus casibus necesse sit ostendere titulum.

236 Spoliatus a principe feudatarius alia re quam iurisdictione, non tenetur ostendere titulum, sed debet princeps probare rem esse feudalem.

237 Feudalis res quomodo presumatur.

238 Castrum presumitur quo ad iura liberum & allodialis.

239 Feudalis presumitur esse res illa, que probata est pro parte esse feudalis, quando est unica.

240 Feudalia presumuntur omnia bona in territorio sua quando maior pars eorum est feudalis.

241 Feudalia an presumantur omnia bona quando quis praesitit seruitia uti vasallus.

242 Feudalis non presumitur fundus existens intra territorium, licet nesciam ostendere unde habuerim.

243 Finium domini presumitur quod est intra fines quo ad iurisdictionem, non quo ad dominium.

244 Iure concessio quod habeo in castro, nihil est concessum, nisi ostendam aliter ius quod habeo.

245 Perimentia castrifini concessa debet aliter doceri quae illa sint, & tit. de reg. alijs. an. 40.

246 Regalis concessio omnia uectigalia dicitur concessa, & meti non a iure, sed a consuetudine fuerint inuenta.

247 Feudalem fundum petens qui sit cum allodiali permixtum, nisi sciatur clarè rem ostendere, succumbit.

248 Syluam fundum petens qui erat cultus, nisi sciatur clarè ostendere quod sit ille idem, succumbit.

249 Feudalis fundus quomodo ostendatur.

250 Feudalis fundus non efficitur, licet dominus ignorans de illo se recognouerit a principe.

251 Feudalis fundus presumitur donec vasallus probe contrarium, & quid sit tenere rem, & eam habere pro feudali.

252 Feudale an sit castrum edificatum in re feudali, & quid de sumptibus factis in re feudali.

253 Feudalis res secundum statum Mediolani non potest probari per testes, de quo statuto quomodo intelligatur.

254 Spoliatus iurisdictione a principe restituendus est, si ostendat titulum saltem coloratum.

255 Tituli demonstratio sicut requiritur in interdico unde vi, ita & in remedio reintegranda.

256 Princeps an habeat intentionem fundatam in suo dominio contra feudatarium.

257 Feudatarius an teneatur ostendere titulum contra dominum.

258 Princeps potest cogere vasallum ad iradendam sibi castrum, vel civitatem tempore belli pro defensione directi sui.

259 Vasallus ubi videret periculum contra dominum, debet denunciare domino, alias posset priuari feudo.

260 Vasallus debet nominare dominum suum in iudicio ubi oriretur lis inter eum, & alium principem, qui se praeterdaret

- dominium super iurisdictione, vel qua penderet ab ea ne dominus priuaretur possessione.
- 261. Quasi duo alicuius principis non possunt litigare de re feudali coram alio principe nec uallet processus, & potest precipere eis dominus sub pena priuationis, ut desistant.
- 262. Iurisdicchio, uel quasi possessio eius quomodo probetur.
- 263. Protectioni alicuius se submittere, & obligans se omni anno ad donandum aliquid, ut saccum auene, non propterea efficitur suus subditus.
- 264. Iuramentum fidelitatis quando quis prestat, uel fatetur se esse subditum alicuius, an propterea efficitur eius subditus.
- 265. Possessionem ciuitatis acquirens, intelligitur acquirere etiam possessionem locorum subiectorum.
- 266. Iurisdictionis quasi possessio quibus modis probetur, & quot testes etiam de auditu probent.
- 267. Iurisdicchio probatur per plura instrumenta, non autem uno solo, & in arbitrio iudicis est quot esse debeant, & quomodo concepta uerba.
- 268. Iurisdicchio probari debet per ueras & proprias probationes, ubi reus iuste possideret.
- 269. Iurisdicchio quando probatur per testes, debent produci articuli de consensibus qui erant tempore antiquo, non qui nunc sunt.
- 270. Medium probatur in consensibus quando instrumenta sunt & ante, & post.
- 271. Confines in antiquis quomodo probentur.
- 272. Bona dicuntur esse in territorio illius loci, in quo sunt registri, & soluant censum.
- 273. Territorium, districtus, & diocesis quid sint.
- 274. Confines quomodo uere probentur, & quomodo quod tales res sint intra eos.
- 275. Testes de consensibus deponentes etiam non interrogati, debent assignare rationem dicti sui.
- 276. Probatio quo ad iurisdictionem recentior debet esse uera, sed in antiquis sufficiunt adminicula, si uero probandi sunt confines etiam in recentioribus presumptiones sufficiunt, & semiplene probationes.
- 277. Flumen quando est datum pro consensibus, & mutauit alueum, qui confines sint attendendi.
- 278. Probatio per instrumenta est melior, quam que fit per testes, in factis antiquis.
- 279. Iurisdicchio per consuetudinem, uel exercitium unius alicuius acquiritur in ceteris.
- 280. Alueus fluminis mutatus quando datum est flumen pro termino, non inmutat confines quo ad iurisdictionem praesertim si fines iam essent constituti, & in tit. de aquis & fluminibus.
- 281. Princeps cognoscit de secundis causis in terris feudatariorum suorum feudatarius de primis.
- 282. Princeps non potest rescribere, ut iudex qui recusatur in terra infundata vi suspectus procedat cum consultore quando agitur de prima causa.
- 283. Feudatarius non potest se intromittere in secundis causis.
- 284. Appellationis cognitio non comprehenditur in generali concessionem meri & mixti imperij, & omnimoda iurisdictionis nisi nominatim exprimat.
- 285. Prima causa cognitio impeditur in terris feudatariorum in dominio Mediolani, propter ordinem qui decernit, ut ubi putatur consilium sapientis committatur in ciuitate uni de collegio.
- 286. Feudatariorum iurisdicchio impeditur propter decretum maioris magistratus Mediolani.
- 287. Feudatarius de castro uel ciuitate cum merito, & mixto imperio, & iurisdictione inuestitus potest condere leges & statuta etiam penalia, sed an possit aliquid statuere contra ius commune, uel rescribere officiali, ut procedat summarie, &c. quando causa est ordinaria.
- 288. Spoliator feudi non potest incontinenti spoliari, nec agi

- contra eum rei uendicatione per dominum directum, ubi uellet se recognoscere sicut erat spoliatus, secus si nollet se recognoscere, quia tunc competit domino etiam remedium recuperanda propria auctoritate.
- 289. Spoliatus princeps possessione dominij sui, potest etiam ex interuallo & propria auctoritate recuperare, & idem in quolibet alio quando res perditur est difficilis recuperationis, & requireretur imposita maxima, & habuerit semper animum recuperandi, & fecerit debita preparamenta.
- 290. Princeps non potest alienare subditos ipsi inuitis, & quid de consuetudine Mediolanensium.
- 291. Imperator ex plenitudine potestatis potest alienare suos subditos.
- 292. Priuilegium principis requirit scripturam ad probationem tantum, non ad hoc, ut ualeat licet quo ad effectum requiratur, ut extendatur in scriptis.
- 293. Priuilegium a principe concessum, sed in scriptis non redactum, mortuo illo principe non est extinctum, sed tamen necesse est, ut successor faciat priuilegium in scriptis facta mentione de illo, ad hoc ut prosit.
- 294. Princeps potest propria auctoritate ingredi possessionem rei feudalis, uel donatam mortuo feudatario finita generatione, uel eo cui dono data est stante decreto dominij Mediolanensis, ut non transeat in extraneos ubi possessio uacat, uel extranei heredes sint in possessione, secus si tertius possessor, quia citandus esset.
- 295. Possessio etiam iniusta non debet de facto alicui auferri, & si auferatur debet restitui.
- 296. Feudum per dominium potest recuperari propria auctoritate, ubi uasallus illud alienauit irrequisito domino, uel non prestat obsequium.
- 297. Possessio defuncti, licet ex decreto Mediolani continetur in heredem, tamen tertius possessor citandus est, ubi res in controuersiam deducitur.
- 298. Dominus directus non potest expellere omphiteuta propria auctoritate qui possessionem interuenerit, & suo nomine possidere cepisset.
- 299. Comitissa Casaria que erat in possessione castri Biandra te vigore alimentorum donec peteret dorem, & hoc durante uita filij, potuit mortuo filio sine descendens, priuari possessione illius a fisco, & quibus rationibus.
- 300. Mulier post mortem mariti potest dicere se uelle stare in possessione vigore iurium dotalium, & quid illi prosit.
- 301. Propria auctoritate non potest priuari feudatarius a domino, quando feudum est reuersum ad dominum ob culpa, etiam si culpa notoria esset.
- 302. Sequestrum fieri potest possessionis feudi per fiscum quando decedit uasallus etiam cum filio legitimo, si dominus declarauerit ita uelle, donec constituerit de ualida legitimatione.
- 303. Renuntiare potest feudatarius feudum in manibus domini in preiudicium filiorum, quando feudum est hereditarium.
- 304. Feudum quando dicitur hereditarium.
- 305. Feudum an possit peti in petitione hereditatis.
- 306. Hereditarium feudum non dicitur quando est concessum pro se & heredibus masculis quo ad ipsos filios secus quo ad agnatos.
- 307. Hereditarium feudum an sit, quando dictum est pro se, filijs & descendens, & postea in alijs clausulis facta est mentio heredum.
- 308. Feudum an sit hereditarium quando dictum est in priuilegio pro te, & eo, quem nominaueris ex tuis heredibus, & secuta postea fuerit nominatio post testamentum, in quo illum instituerat.
- 309. Feudum dicitur hereditarium quando conceditur simpliciter alicui non expressa persona filiorum, nec aliorum.
- 310. Feudum si est hereditarium, potest pater filijs in eo praedicare, sicut in alia re hereditaria.
- 311. Pater an possit filijs praedicare in feudo, quando non est

heredi

- hereditarium, ut quando est pro se & filijs descendens, & quid quando pecunia redemptum esset, uel quando gratia concessa.
- 312. Praedicare non potest pater filijs in feudo, quando ad est clausula iure feudi patris, antiqui, & auiti, & numero 338.
- 313. Dux Mediolani precedere debet duces Sabaudia in sendo & eundo.
- 314. Praeferi debet qui dignitatem habet antiquiorem, licet nouiter illi acquisita esset.
- 315. Priuilegium secundum quando deroget primo, uel generale speciali, uel si utrumque est generale, uel utrumque est speciale, uel utrumque clausum est in corpore iuris, uel alterum tantum.
- 316. Princeps praesumitur habere iura, & am particularia, qua communita, & generalia clausa in scrinio pectoris pariter que decisiones particulares in iure insertas.
- 317. Priuilegium ad tempus concessum expirat ipso iure elapso tempore.
- 318. Priuilegium ex certa causa, siue tacita, siue expressa cessat cessante prorsus causa.
- 319. Priuilegium consistens in facto concessum non solum priuato, sed etiam ciuitati tollitur decem annis non faciendo, nisi sit concessum in liberam uoluntatem alicuius, quia est perpetuum, & quando dicitur in liberam uoluntatem concessum.
- 320. Priuilegium in non faciendo tollitur unico actu contrahendo, nisi fuerit protestatio in contrarium, uel per indirectum contraheretur, ut si priuilegio generali in uane contraheretur, uel in priuilegio habente tractum successuum.
- 321. Priuilegium siue consistat in faciendo siue non, nunquam perditur quando potest capitalia coniecitura.
- 322. Decretum Mediolani, ut concessionem gratuita, & donationes principum non transeant in extraneos quo ad donationes, est contrarium iuri communi, quo ad feuda cum eo conuenit.
- 323. Onerosa concessio dicitur quando pretio aequali, uel ob factum quod habet instar perpetuum rei concessa data res est, & tunc non potest per principem reuocari, secus si ob benemerita etiam expressa, & grandia fiat.
- 324. Feudum dicitur potius gratia quam titulus onerosus, licet uasallus adseruiat tenetur.
- 325. Lucretius titulus, seu quasi dicitur quando res magni pretij paruo emitur.
- 326. Oneroso titulo dicitur feudum concessum quando princeps conuenit cum ductore exercitus non subdito, ut sibi inseruiat pro duce exercitus ad recuperandum dominium, uel agendum cum tot copijs militum, & quod ipse eum infendat de aliquibus castris, & post secuta sit infundatio.
- 327. Onerosa causa dicitur quando datur immunitas forensis, ut ueniat habitatum in ciuitate.
- 328. Priuilegium ob merita praeterita, licet grandia concessum differat a priuilegio concessio ob futura merita.
- 329. Continendus an sit heres extraneus in re a principe data quando est finita generatio donatarij stante decreto Mediolani, quando agnati contradicunt asserentes se incontinenti ostendere uelle feudum esse, & an etiam firmam impediatur.
- 330. Tituli defectus impedit remedia possessoria.
- 331. Filius finita generatione potest absque citatione partis legredi possessionem rei feudalis, quando res patet.
- 332. Legitimus filius admissus est ad successionem feudi, etiam stante decreto Mediolani, ut feuda non transeant in extraneos, nec ad legitimos, propter uerba inuestiturae, que admittunt legitimos, & quia iam nepos legitimarius fuerat admissus.
- 333. Dubium iuris aequiparatur dubio facti, & etiam si sit mix

- tum dubium iuris, & facti magis habetur pro dubio facti.
- 334. Alienatio rei donata a principe facta in extraneum ab eo cui data dono est, nulla redditur propter decretum Mediolani, non autem res transit in fiscum, & ibi quid in feudo.
- 335. Transactio inter uasallos de feudo facta bona fide, & synceret, ualeat etiam sine consensu principis, & etiam si acquiritur feudum nullum ius alias in eo haberet.
- 336. Consensus principis tacitus sufficit in qualibet alienatione feudi, ita ut si uasallus uerus postea sine prole decedat fiscus dicatur exclusus.
- 337. Bona fide quando dicitur fieri alienatio per uasallum.
- 338. Feudum licet sit nouum, si tamen ad sit clausula quod conceditur iure antiqui feudi, est antiquum, & ueniunt agnati & transfuersales, licet quo ad decretum Mediolani hoc cesset, & supra nu. 312.
- 339. Alienatio rei immobilis propter decreta Mediolani, non potest fieri in non subditum, nec personam ecclesiasticam, sine concessione Senatus, & an sit a iure approbatum tale decretum, & ibidem etiam quando possit peti restitutio in integrum ex capite ignorantiae aduersus hoc decretum.
- 340. Decretum Mediolani quod prohibet alienationem in non subditum non habet locum in successione ab intestato, nisi decretum diceret quid non possit acquirere.
- 341. Madatarius priuatus an sit excusatus si princeps illi madet, ut aliquem occidat, & ille exequatur.
- 342. Priuilegium quid proprie. Rescriptum proprie quid. Beneficium proprie quid.
- 343. Priuilegia an extinguatur cum persona, uel transeant in singulares successores, & an praesumantur personalia, aut realia.
- 344. Apostolicum editum concessum regi Francie existenti in possessione dominij Mediolani non habuit locum tempore ducis Francisci, nec Caroli imperatoris, quia erat personale.
- 345. Extensio non fit in priuilegiis persone ad personam ex eadem ratione.
- 346. Personalis uel realis concessio quando dicitur.
- 347. Priuilegium an transeat ad singularem successorem, & an emptor sit priuilegiatus quando fiscus uendit alteri.
- 348. Confirmationes priuilegiorum nihil noui tribuunt, nisi confirmationem, non autem extendunt id quod confirmatur.
- 349. Ratificatio non extendit actum, ut plus contineat, nec extenditur nisi ad principalem dispositionem, non ad omnia enuntiatia.
- 350. Confirmationes que quotidie sunt per Senatum instrumentorum si ualida sunt, quomodo intelligantur.
- 351. Priuilegia dicentia, sicut faciebat talis, siue sicut continetur in tali scriptura, non denotant conditionem.
- 352. Sicut particula designat causam, & ponitur pro quia.
- 353. Confirmatio conditionaliter facta, ut quatenus ualidum sit, uel quatenus iuste possidet, operatur multos effectus.
- 354. Confirmatio in forma communi quando dicitur, & quando actui nullo tribuat ius.
- 355. Confirmatio quando ex certa scientia est facta, non potest apponi manus ad illum actum, praeterquam a principe confirmante, secus si sit in forma communi.
- 356. Confirmatio siue conditione facta, & siue causa, cognitione dicitur in forma communi, & nullum ius tribuit, ubi actus confirmatus est inualidus, nisi apposta sint uerba ius nouum conferentia.
- 357. Confirmatio cum quibus suis clausulis, etiam ex certa scientia non prodest, ubi priuilegium est nullum uel falsitatis.
- 358. Confirmatio cum clausula, quatenus expediat de nouo damus, non tollit uirium nullitatis quando priuilegium est nullum.

- 359 *Nullum secus si clausula siue tenuerit siue non tenuerit. Clausula suppletur &c. & ex certa scientia non tollunt vitium subreptionis.*
- 360 *Confirmationem producentem facientem mentionem de privilegio quando teneatur parte petente producere etiam privilegium.*
- 361 *Civilitatis privilegio an civis sicut subiecti gaudeant que statuta & beneficia civitatum, & teneantur ad onera & ad que.*
- 362 *Civis quis proprie sit.*
- 363 *Municeps quis sit.*
- 364 *Civilitas quomodo contrahatur.*
- 365 *Civis quando teneatur ad detrimenta.*
- 366 *Civilitas patris non obligat filios, nec alios descendentes, nisi sit acceptata.*
- 367 *Civilitatem concedere an sit ex referuatis principi.*
- 368 *Civilitatem an communitas possit concedere.*
- 369 *Civis quis in dubio presumitur esse illius loci in quo est.*
- 370 *Civium plures sunt species.*
- 371 *Civitas Mediolanensis an differat a Mediolanensi, & civis Patavinus a Patavino absque eo quod dicatur civis.*
- 372 *Iurisdictio castri an possit exerceri per principem, dum alius contendit super dicta iurisdictione.*
- 373 *Universale quid sit.*
- 374 *Civitates inter se contententes de mero imperio non possunt interim erigere furcas.*
- 375 *Sententia super dominio castri, trahitur etiam ad iurisdictionem, quando iurisdictio cohaeret castro.*
- 376 *Princeps expellens alium pariter principem in eodem dominio, in quo ipse est princeps, sibi praedicitur quod ad dominium & possessionem.*
- 377 *Princeps rescribit appellatione remota, & an inferior possit idem facere.*
- 378 *Principis sententia est inappellabilis.*
- 379 *Princeps non potest viuo vasallo de feudo disponere, & mortuo vasallo sine prole sita disponat, inuestitura vti ambigua illo tempore non valet.*
- 380 *Materia principis, & eius officialium, & de eius potestate, & etiam de potestate Pape ubi tractetur.*
- 381 *Signa ad cognoscendum que sint reservata soli principi.*
- 382 *Princeps non potest alienare iurisditiones ad regalia, quando alienatio tendit in magna diminutionem domini.*
- 383 *Feudum quomodo cognoscatur a donatione, & quid differat.*
- 384 *Alienatio regalium etiam si non tendat in magnam diminutionem domini sui non valet quo ad successorem.*

Tit. de Principe, et privilegiis eius.

PRINCEPS dicitur Imperator. ff. de consti. princi. per totum, vt per Alberi. in dictionario suo, in verbo, princeps, vbi etiam multis aliis modis sumi ostendit, sed latius quis princeps dicatur ponit Iacob. in sua inuestitura. in verbo, princeps Pedemontium, & dum dicit in principio, quod d'large sumitur pro quolibet habete dominium, siue dominatione aliquam, & sic comprehendit habentem aliquam baroniam, declarat, quod omnis ille dicitur baro qui habet aliquam dominationem, & ita ipse aliquando iudicauit infringendo quandam legitimationem factam a comite Palatino, in cuius privilegio excipiebatur filij principum, comitum, baronum. Est enim baro idem quod capitaneus. Bal. in c. j. marchio. col. vlt. qui feud. dar. poss. tex. gl. & Gemina. in c. fundamenta. de elect. in v. j. tar. Corfer. in repetitio. c. grandi. col. j. & ij. de supplen.

negligen. prelat. in vj. Pau. de Cast. in ij. vol. conf. vij. & in antiquis consil. cccxxj. quantum ad primum dubium. in j. & ij. col. Preposit. in ca. venerabilis. in antepen. charta. qui fil. sint legit. Et capitaneus est ille qui est inuestitus de plebe aliqua, vel parte plebis. cap. j. §. j. qui dicitur dux, &c. Et quia Corfer. & Paul. de Cast. dicunt quod in hoc statum communi vsui loquendi, vide Bal. in c. innotuit. col. vlt. de elect. & dicit quod vulgus, siue comunis vsus appellat illos qui habent aliqua regalia barones, & vidi de hoc consil. Curt. Iun. quod non erat impressum, in quo consuluit baronem, dici eum qui dicitur capitaneus, & sic qui est inuestitus, vt supra, & idem consuluit dominus Carolus vicecomes doctor excellens nostri venerandi collegij. Et quis dicitur baro vide clar. Aluarot. in tit. de capitaneo qui curiam vendi. in prin. col. ij. Præpos. in c. f. in prin. qui feud. dar. poss. col. ij. lafo. ibid. col. vij. vers. in tex. ibi. per Curt. Iun. in suo tracta. feud. char. us. col. fin. vers. sed quia glo. Ex prædictis habes declarationem verbi appositam in ea clausula baronum, habes etiam ex dictis per Iacob. declarationem quis sit princeps, & Alberi. vbi s. pariter declarationem verbi, principum, in ea clausula, & vide omnino de dignitatibus nostri tēporis, Alcia. in trac. de sing. certam. siue de duello c. xxxij. & ibi etiam habes quis dicitur baro, nec recedit a mea opinione, nisi ratione consuetudinis. Et qui sint duces & marchiones, vide Iacob. in eo. tracta. in j. col. tracta. in verbo, ibi dux. & in j. char. in verbo, marchio. Non tamen credas quod accipiat nomen princeps, prout principatus est quædam dignitas secularis, vt principatus Achayæ & Pedemontium, & prout est principatus Salernitanus, & Besignani, & aliorum in regno Neapolitano, quia esset nimia restrictio, sed accipitur pro nobili dominio merito comparando dignitati regie. Nec tamen verificatur in tyrannis, quibus in Italia nunc sydera faste, sed in iustis dominis habentibus inuestituram a Cesare, & iusta præcipientibus, hæc in textu. & gl. nunquam tradenda obliuioni in ele. j. de baptismo, in verbo, regum, & in ea. gl. etiam sit conclusio quam supra feci de barone. Et quæ requirantur in principe, & ei conueniant, ponit Iacob. vbi s. in dicto verbo, princeps. col. j. ibi, dicamus nunc aliqua de principe, & inter cætera dicit quod non decet principem privilegium suum reuocare. c. de cet. de reg. iur. in vj. habetur in e. quod dilecto. de consangu. & affi. Ad hoc addo quod nihil magis decet principem quam recta fides, epistola inter claras de fide catholica, & in ore principis firmior debet esse veritas, quia est Deus & lex animata in terris. Curt. Sen. consil. lxxvj. col. vj. & ideo crimen periurij, licet sit graue in omni persona, tamen in principibus est grauissimum.

10 Innoc. in c. ad apostolicam de re iud. Et tria fecerunt Romanos dominari, sapientia consilium in republica, paupertas priuata, & dictis suis pertinaciter inhaerere, non frangendo fidem, vt refert Marti. in titu. de principe. c. conclusio. e. cl. vij. & in tit. de consiliariis principis. in conclusio. ij. imò si agatur causa coram principe, pactum nudum executionem habet paratam. Alex. in l. iurisdictio. §. sed cum nuda, ppe sine. ff. de pac. & quia in principe debet exuberare bona fides, omnes tractus qui fiunt cum eo sunt bonæ fidei. Ias. in l. cum fundus. col. ij. ff. si cer. per. & alibi sæpe. An tamen possit reuocare principem suum privilegium. Iste est alius casus. Dixi quid decet principem, nunc quid possit, in primis ad perfectam declarationem sunt videnda, quæ dicam j. in vers. princeps solus potest auferre dominium rei meæ. vbi late super generalibus, An & quomodo princeps possit præiudicare tertio, deinde ad rem ipsam vide gl. in d. c. licet. in glo. si. quæ vult quod possit moderari, & profus tollere privilegium suum, & ita probat ille text. dū dicit, decet. & sic clarè

clare determinat Bal. in l. qui se patris. col. antepen. vbi omnino est videndum. C. vnde liberi. vbi dicit esse speciale in principe, vt possit reuocare suum privilegium, etiam sine causa. Et ideo vult, quod et si feudum non possit reuocari sine culpa. c. j. de feud. sine cul. non amit. in rubr. & nigro. in vsib. feud. Tamen secus sit, vbi feudum sit concessum per privilegium, & quod possit princeps reuocare suum privilegium, tenet Alex. consil. cccxvj. vol. ij. col. iij. vers. ij. nam. & Fel. in c. quæ in ecclesiariu. de consti. in vers. v. declaratio. ibi, secundò confirmatur. vbi dicit, quod speciale est in principe, vt possit reuocare suum privilegium etiam sine causa. Deci. etiam in d. c. quæ in ecclesiariu. de consti. vers. præterea, ad fi. pro hac opi. allegat aliud consil. Alex. & gl. & sequitur eandem opi. hanc etiam opi. tenet Dec. vbi vide in c. nouit. de iudic. in j. char. vers. ij. conclusio, prius præmissa alia conclusio. Quod si licet privilegium non subdito cōcessum non potest reuocari cū quinque limitationibus, de quibus ibi. Et verum quod debet constare de voluntate principis quod voluerit privilegium tollere, & clausula, non obstante hoc operatur. Bar. in l. fi. C. de loc. præd. ciuil. li. xij. & per Dec. consil. cxcj. col. j. & ij. Est etiam verum quod quamuis in alius quàm in principibus interdum liceat variare, & facere contrarium eius quod iam factum est, & promissum, iuxta illud, Sano vitur consilio, qui reuocat illud quod malè fecit. c. cū cessante. de appel. & ibi Dec.

18 Tamen in principe inconstantia reprobat, quia in principe tanquam in fonte iustitia debet esse constans voluntas, & principibus conuenit illud verbū, Semel locutus est Deus, & quod scripsi scripti. & ideo princeps debet habere vnum calamum, & vnā linguam, & non plures, quæ scriptum est, Quæ processerunt de labiis meis non faciam irrita. vnde debet esse immobilis sicut lapis angularis, & sicut polus in celo. ita Bal. consil. cclxxxix. pridie enim vol. iij. & ideo quomodo princeps reuocat quod fecit etiam motu proprio fingitur circumuentus, adeo vt contrarium probari non possit. Et hæc et alia de reuocatione concessionis principis, an valeat, ponit Dec. in regu. nemo potest mutare. ff. de regu. iur. ponit etiam Dec. in consil. cxcj. col. j. & ij. quæ tamè intellige secundum prædicta. Et quod dixi principem posse reuocare privilegium suum, etiam sine causa, præcedit sicut etiam retuli in feudo. ita Bald. in d. l. qui se patris. & Alex. in d. consil. cxcvj. vol. ij. col. iij. vers. ij. confirmatur. & Brun. in consil. j. maxime col. iij. circa fi. & seq. & col. vj. & consil. ij. viij. & x. Et quomodo dominium est translatum in vasallum res est magis dubia, quia eo casu quomodo sit translatum ex actu principis, & quedam iure ciuili, tamen dominium est iurisgentium, & consequenter princeps non potest illud auferre sine causa, vt dicat j. in d. vers. princeps solus potest auferre, & hoc nisi princeps vteretur potestate absoluta, iuxta dicta ibi, sed quomodo non est translatum dominium, vt in filiis vel agnatis adhuc viuo patre, vel vasallo, in quo sit possessio & dominium feudi magis procedit prædicta, quia licet ius sit ipsis acquisitum ex prouidentia cōcedentis, & dicitur de interfa cōcessio in persona eorum, vt per Bar. in l. j. ff. de inter. & re leg. & in l. vt iusturandi. §. si liberi. ff. de oper. liber. & in l. quod dicitur. ff. de verb. oblig. & in l. si mihi & Titio. ff. eo. & per Aluar. in c. j. de eo qui sibi & hære. suis. circa fi. & per Doct. in l. apud Iulianum. §. si quis alicui. ff. de legat. j. & Ifern. in c. j. de succes. feud. in pri. & §. j. & ita non possit pater ei præiudicare delinquentem, nec aliter, vt in dictis locis. Tamen videtur quod princeps possit eis præiudicare, ex quo dominum adhuc non est acquisitum eis, & ius est in spe, per ea que dicat in d. ver. post Doct. in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de libe. & posth. & in c. quæ in ecclesiariu. de consti. & ad hoc Brun. in consil. iij. & in consil. j. & alius positus in prin. consil. Est

24 Est tamen quod dū legitur spurius ad exclusionem agnatorum, quod habilitatur filia ad similem exclusionem, res magis de plano procedit, quod sit præiudicium agnatis, quia non est priuare inuestitura, sed habitare & tollere obstacula, ita procedit quæ dixit Brun. in d. consil. & Deci. consil. cccxc. col. v. & vj. Sed quomodo princeps vult priuare inuestitura de potestate ordinaria, non videtur quod possit, sicut nec in primo vasallo, ex eo quod ius est quæ sit eis, sicut dixi, & hoc est intentionis Doctorum super regula, quod dominus non potest sine culpa priuare inuestitura vasallum, etiam cū tota sua maiestate, vt per Bal. & Aluarot. in c. j. §. si qui feud. dar. pos. & alibi sæpe, qui loquuntur quo ad oēs inuestitos, non dico quomodo princeps vult vt plenitudine potestatis, quia tunc contra stimulum non possumus calcitrare, vel quomodo dixisset potentia nostra regia. Aret. consil. xv. col. antep. sed loquor quomodo sumus in dubio, & de potestate ordinaria. Et an & quomodo princeps debeat in concessione privilegij citare eum, cui sit præiudicium, vide omnino Socin. consil. clvj. col. ij. & ibi omnino vide circa articulum reuocationis consil. legij. An possit princeps illud reuocare. & Soc consil. clxiiij. col. vij. vide etiam Barr. & Doct. in d. l. Gallus. §. & quid si ratum. in illo articulo. An princeps dum legitimat post mortem patris debeat citare agnatos? & Curt. Iun. in consil. j. & alibi sæpe, & si donatio esset remuneratoria, vel feudum emptum, vel aliter privilegium defuisset esse privilegium, quia transiisset in contractum, cessaret hæc facultas ordinaria principis reuocandi privilegium. Bal. in d. l. qui se patris. & vbi s. & quomodo attendantur merita, habetur per Ias. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. & dicat

29 instat in versu. principis in manibus. Sed tamen nouus princeps teneatur seruare contractus sui prædecessoris? Dic vt per Iac. in d. vers. principis. col. iij. & lata per

30 Ias. in l. j. col. iij. ff. de consti. princip. Adde quod princeps non tenetur ad debita vasalli quando feudum ad eum reuertitur, generatione finita, vel aliter. Iser. Aluarot. & alij in c. j. §. quid ergo. in titu. de inuestit. de re aliena facta. & Iacob. in glo. qui quidem inuestiti præstituerunt iuramentum fidelitatis, char. 28. col. ij. vers. sed an quando. nisi pecunia esset conuersa in utilitatem domini, & nisi debitum fuisset contractum circa onus feudi, vt per Ifern. & alios vbi supra. Et est aduertendum an ad dominum peruenierint fructus pertinentes ad hæredes vasalli, vel sumptus facti per vasallum, iuxta §. his consequenter. & §. item si vasallus. hic finit lex Contradi. Teneatur enim princeps hoc casu, vel pati, vt hæres auferat illos, vel ipse soluere, per text. in d. §. si vasallus. ad cuius tex. declarationem, scias loquendo secundum terminos communes, quod quomodo dominus alius erat factus rus sumptus, quod eo casu debet reddere impensam si vult rem, ita tamè vt si minus impenderit quam sit pretium rei per eum factæ, reddatur impensa: si magis, pretium ipsius rei. ita text. in l. in feudo. ibi vsque eo, & c. ff. de rei vend. & gl. clara in verbo, plus pretio, & ita Fel. in c. cum causa. col. pen. de re iudic. & Bal. in d. l. in feudo. vbi vide, sed nec etiam consideratur æstimatio; tamen meti conueniat oim sumptibus, & erat tempore impensæ, sed vt est tempore restitutionis. Ias. in l. domos exustas. ff. de leg. j. in ij. notab. & procedit hæc conclusio, siue impensa sit utilis, siue etiam voluntaria, vt declarat Bar. in d. l. in feudo, quia satis dicitur utilis in tali casu. De necessaria non cadit dubitatio. Scias etiam quomodo quando dominus est pauper, & pauper valde, sicut loquitur d. l. in feudo. & ibi Bar. in fi. ita vt non possit soluere ralem impensam, nisi venderet etiam domum, hoc casu non tenetur reddere impensam, sed permittitur possessori qui sumptus fecit tollere eos, permittitur tamen domino soluere eorum pretium, vt hominum

nū malitiis obuietur, & procedit hæc conclusio in impēsis vtilibus secundum Bar.in d.l.in feudo.col.ij.ver. si verò erat pauperior. & in voluntariis secundū Barr. ibi.col.ij.ver. sequitur videre. De impensa necessaria non conuenit dubitare, quia passim deducitur, vt Bar. in d.l.in feudo.col.ij.ver. quæro primo. de bonæ fid. poss. & sine dubio loquitur in domino, aliàs non facturo, quia in paupere loquitur. Item scias à contrario sensu eorū quæ proximè dixi, quòd si sumus in vtilibus, & diuite domino, qui etiam non esset aliàs facturus, reddat impensam, ita etiam gl.in d.l.in feudo.in verbo, plus pretio. & Bart. ibi. col.ij. versic. tunc aut dominus erat diues. & Alber. ibid. in sumario. Nota etiā ex d.l. in feudo. in fi. vers. siue eam q̄ etiam possessor deducit impensam, si dominus sit rem distracturus, & tati pluris vendere potuit, sic notat omnes ibi, maximè Albe. & intelligitur tam in vtilibus, quam in voluntariis secundum primam conclusionem, ita Bar. ibi. col. ij. vers. sequitur videre de voluntariis. Ex omnibus istis fit regula q̄ emptor (nam de eo loquitur tex. d.l. in feudo.) regulariter deducit sumptus factos in re empta, & loquitur hæc regula in vtilibus, & multò magis in necessariis, quia tunc etiam malæ fidei possessor passim dedit, vt dixi, & quando erat distracturus, vt dixi, & omnino aduerte q̄ loquitur hæc regula in diuite domino. Pauper verò dominus non tenetur, sed lex concedit possessori vt tollat declarando, vt supra. Item loquitur hæc regula, vt dixi, in emptore, & sic in bonæ fidei possessore, quia malæ fidei possessor nō deducit, etiam diuite domino impensam vtilē, sed sibi solum cōceditur facultas tollendi. l. domum. C. de rei vendi. & Bar. in d.l. in feudo. ver. venio ad malæ fidei possessorem. & videtur habere locū hæc regula, siue in ædificando, siue in plantandis arboribus fiat impensa, tex. est in d.l. in feudo. in prin. in vers. conseruisti. iuncta glo. super eo verbo, ita vt omnia prædicta etiam procedat in plantatione, sed Bart. ibi tenet contrarium col. j. in oppo. & col. ij. in fi. versic. quandoque per tales. & hoc per tex. in l. si feudi. ff. de rei vend. glo. tamen sequitur Alberic. ibi col. ij. versic. item opp. q̄ indistinctè veritas est quam ponit Bar. vt non procedat d.l. in feudo. nec prædicta, sed quod ipse dicit, quod tamen quomodo intelligatur, vide Paul. de Cast. in ij. vol. cōs. cclxx. col. ij. & seq. sine dubio tamen non habet locum hæc regula in impensa facta gratia quærendorum fructuum, quia illa tāquam necessaria semper deducitur etiam à malæ fidei possessore. Bart. in d.l. col. ij. versic. ergo circa expensas. & alij omnes. & Paul. de Cast. in eo consil. Nam malæ fidei possessor, vt dixi supra, deducit impensam necessariam. d.l. domum. & Arer. consil. xvij. col. xij. disputatur tamen quid de impensa facta gratia custodiæ arcis, vt per Bar. in l. cum quæritur. §. prædiis. ff. de lega. ij. & ibi Alex. Arer. in l. fructus. ff. sol. mat. col. ij. & in l. diuortio. §. impendia. ff. eod. tit. vbi etiam Alex. Aduerte tamen, quia malæ fidei possessor si faceret in re ædificiū de nouo, videretur illud donare. d.l. domum. & Bar. in d.l. in feudo. vers. venio ad malæ fidei possessorem. Et si vis scire quæ sint impensæ necessariæ, quæ vtilis, & quæ voluntariæ, vide tex. in l. impensæ. ff. de verb. signi. & ibi Alcia. & omnino Pau. de Cast. in l. ex duobus. ff. de neg. gest. vbi vult, vt si fiat domus ampla, quam non fecisset dominus licet melior reddatur, tñ impensa dicitur merè voluntariæ, nisi haberet eam venalem, quia dixi possessorē in vtilibus posse cōsequi impensam, præcisè loquēdo in bonæ fidei possessore, nam in malæ fidei possessore est in electione domini, & d.l. domum. Scias hoc procedere in re nō feudali, cum in re feudali, tametsi impensa fuerit vtilis in electione sit, & c. Casus

est in d. §. si vasallus. Et quid de emphyteuta vide Ias. in l. j. C. de in. emph. nu. 28. & seq. & d. §. si vasallus, loquitur in voluntariis & vtilibus secundum Paul. de Cast. in d. cōs. cclxx. col. fi. vol. ij. & Bal. in d. §. si vasallus. & quo ad voluntarias nō mirum est, quia vni cōmune etiā ita vult, vt dixi, & talis hæres vasalli cōsequitur impensam ædificij nō ruderi, quicquid dixerit Ias. vbi §. & ita Bal. in d. §. si vasallus. & in authen. excipitur. C. de bon. quæ lib. & Paul. de Cast. vbi §. col. fi. & d. §. etiā ponit aliam differentiā inter feudū & alia, quia in nō feudaliibus nō est alternatiuè positū in obligatiōe, vt dominus soluat, vel permittat tolli, vt in feudo dicit d. §. sed in obligatiōe solum ponitur, vt possessori permittatur auferre, licet domino etiā detur facultas soluendorū rudetum. tex. est in d.l. in feudo, si bene vides. & in d.l. domū. in fi. & sequitur hoc, vt in casu §. si vasallus, præcisè teneatur dominus soluere, vel pati, & c. etiā si res fieret deterior, sed qñ solū tenetur pati, possessor potest tollere nisi deterior res fiat quā à principio esset, casus est in d.l. domū. in fi. & in d.l. in feudo. & pbatur in tex. in c. j. §. de cōtrario de inuesti. de re alie. fac. cū his, quæ ibi dicit Car. Ale. ad fi. & ita quasi intelligis d. §. si vasallus. circa quæ vt pfectè eū intelligas, scito in primis eū loqui in bonæ fidei possessore, & ideo si fuisset malæ fidei haberet locū d.l. domū. & materia d.l. in feudo. Secundò aduerte, quæ pcedit qñ quæstio est cū domino, secus si esset cū vasallo mota à tertio, quapropter licet dux Mediolani inuestiuerit Spinulā de castro Sarauallis, in quo sumptus facti sunt ab Axaretis qui in eo ius prætendebat, & cōsequēter videretur esse quæstio cū domino, tñ dicitur esse cū Spinula, qui à duce illud nō habuit ex feudo nouo, sed virtute antiquarū inuestiturarū, & cōsequenter nunquā onus soluēdi spectauit duci, sed ipsi Spinulis, & ideo nō sumus in eo §. sed in d.l. domū. & in l. in feudo. qñ enim sumus in necessariis semper deducitur etiam à malæ fidei possessore. d.l. domū. qñ verò sumus in vtilibus, & sumus extra feuda, & in bonæ fidei possessore, habes tex. in d.l. in feudo. sed in feudaliibus in bonæ fidei possessore habes tex. in d. §. si vasallus. Si autē sumus in malæ fidei possessore extra feuda, in vtilibus, licet possessori auferre d.l. domū. & in rebus feudaliibus idē credo, quia ille §. solū loquitur in bonæ fidei possessore, sed si sumus in voluntariis, & in bonæ fidei possessore extra res feudales, vide d.l. in feudo. & in effectu licitū est auferre. In feudaliibus verò est in electione dominus, & c. si sumus in malæ fidei possessore, de iure cōi non fit deductio, d.l. domū. & idē credo in re feudali, quia tex. in d. §. nō habet locū, nisi in bonæ fidei possessore, & secundū prædicta apparet sententiā qua declaratū est Spinulā teneri soluere, vel pati, & c. fuisse iniquā, nā nō sumus in eo. §. quæstio nō est cū dno, sed in materia d.l. in feudo. & d.l. domū. & ita in vtilibus nō bene dixit, siue fuerint Axareti bonæ fidei possessores, siue nō, & maximè, quia impensam partim etiā erat necessaria, & partim voluntaria, nō tantū vtilis, & scias circa hæc materiā, q̄ si habeo domū hypothecatā, etiā habeo hypothecam in sumptibus factis à bonæ fidei possessore, in quæ peruenit domus, tñ nō aduocatur possessio domus nisi ipsi sumptibus solutis, quare nō pretiosior facta est domus, l. Paulus. §. domus. ff. de pigno. & prætica erit, q̄ iudex debet scire cuius pretij domus esset antequā sumptus fieret, & deinde cuius hoc tpe. & si ob impensam decē anti quo pretio accretuerit, declarat creditorē esse ponēdū in possessione domus solutis prius decē, in quibus facta est pretiosior, quæ decē cedūt vtilitati possessoris, sed pretiū domus antequā sumptus fieret credit vtilitati creditoris. Ad materiā etiā scias q̄ si faciēs sumptus etiam dānū intulit, vt puta capto castro vj bellicorū tormentorum,

torum, muros restituit multis sumptibus, eo casu damnum etiam est habenda ratio, & cū sumptibus ad ratam compensari debet, tex. est, & ibi Bart. in d.l. si negotia. ff. de neg. gest. & ibi apparet debere probari damnum, si debet haberi cōsideratiō sumptuū, & per quos probentur sumptus, & quomodo vide Arer. consil. lxxxij. incip. quia multa fuerunt, in antepen. col. & quando teneatur poss. flor. compēsare fructus rei, in qua sumptus facti sunt cum ipsis sumptibus, ponit Fel. in d. e. cū cau. sam. col. pen. de re iudic. cetera in materia vide per Fanum in suo tracta. de pigno. in iij. membro v. partis col. ij. vers. decimò fallit. ibi in hac materia quæ est vtilis valde, cum quotidie contingat, facit duodecim conclusiones, & illas prosequitur. & nota omnino vnde citam, quæ habet in effectu, vt quamuis regula sit, q̄ possessor ita demū retinet rem hypothecatā, si soluit debitū. quandiu. C. de distract. pign. tamen si fecit sumptus, sufficit vt soluat rei æstimationem. allegat Bar. in l. j. C. de præd. & om. re. nauic. lib. x. & alia, vt ibi per eū. Quæ conclusio est plena vtilitate, & admiranda, & eam etiam tenet Soc. consil. cccxxij. eleganter. col. j. & ij. Et quando possessor est dominus, res videtur sine difficultate, per tex. in d. l. j. qui loquitur in domino. Sed difficultas est in solo possessore, & videtur idem, quia quilibet possessor habet ius offerendi. l. Paulus. §. ff. q̄ pot. in pign. hab. tamen quando sumptus fecit, videtur vt solum sufficit dare æstimationem, & ita sentit Fanus, vbi supra: tamen ille loquitur in domino: & ideo cum sit singularis, secundum omnes, nō trahitur ad cōsequēntias. l. quod verò contra. ff. de legi. cum vulga. Et aduertendum est probari per illum tex. q̄ si is, qui obligauit, non fuit ille idem, qui sumptus fecit, sed alius, in quem transata res est, licet hypotheca duret in re, non tamen in sumptibus ipsis, & propterea illas non potest vindicare, sed retinere soluendam æstimationem: secus si fuisset ille idem, qui hypothecam contraxisset. & ita Ias. explicat in l. creditor. ff. si cer. pe. Item aduerte, quia non loquitur d. l. j. in quibuslibet minimis sumptibus, sed in his, quæ rem ipsam reddidissent valde pulchra. Et ideo allegatur, q̄ ex magnitudine ædificiorum præsumitur quis magnanimus, vide aliqua ad hoc p. Corf. in c. grande. de sup. neg. prælat. Reuertendo ad ea, quæ conueniunt principi, dicit quòd est vigor iustitiæ, si est, vt esse debet, non autem tartarus. l. prohibitū. C. de iure sic lib. x. Sic Iacob. vbi supra. Addo q̄ p̄prium principis est facere iudiciū & iustitiā. c. rex. & c. regum. xxj. q. v. Tamen hæc iustitia debet esse dulcedine misericordie temperata. c. disciplinam. xlv. distinc. quia iustitia si ne misericordia vertit verum principem in tyrannum. Et alias qualitates requisitas in principe late ponit Corf. in tracta. de pot. reg. vers. quæro vigesimo. vbi omnino vide, & in eo tractatu, quæstio quæro xxxij. ponit, q̄ officium eius est deprimere malos, & exaltare bonos. ca. regū. xxj. q. v. ac furta & scelera cohibere, & impios de terra perdere, vt ibi per eum. Et de virtute principis, & qualis esse debeat, & eius dignitate, vide Brunū consil. xij. col. iij. cum seq. & ibi col. vj. dicit, q̄ licet sit dominus legum, non est dominus morum. Loquendo de principe, & consequenter de vero & iusto domino, iuxta glo. in clemens. j. de bapt. cuius contrarium est, q̄ sit iniustus & tyrannus: ideo hic esset attingenda materia tyrannidis. Sed quia Bar. fecit amplum, & ordinatum tractatum, remarius existimaret, si vltius putarem posse aliquid boni dicere, ibiigitur vide quis p̄prie sit tyrannus, & an valeant gesta eius, & qua p̄prie puniatur, & amplissimè per Barba. in rub. de test. extrā. char. 4. col. fi. & pluribus seq. Scias tamen, q̄ quicquid sit in actis via iustitiæ, in priuilegiis & concessio-

nibus factis à tyranno, illa cancellantur veniente iusto domino. d. l. decernimus. Dec. consil. cxcj. Et an sustineantur sub iusto domino, quando continent bona publicata tempore tyranni, tanquam sint fructus iurisdictionis suæ, Et an feudum, quod deuoluitur tempore suo ob finitam generationem, sit ex fructibus iurisdictionis, vide quæ dixi supra in tit. de p̄n. in ver. consil. catio. Et tyrannus, si tamen sit in bona fide, facit consil. cationes suas, vt ibi infero: quia si feudatarius huius dominij est in possessione exercendi imperium contra ciues & nobiles, non obstante decreto de maiore magistratu, & sit in bona fide, q̄ publicationes talium sunt suæ, nec reuocantur postea à principe, nec reuocari possunt, licet per eum apertis oculis declaratur in petitorio, quòd iurisdictione spectat sibi, & q̄ sunt comprehensi in dicto decreto. Et an valeant alia circa iustitiam præsertim, vide vltra Bar. in eo tracta. & Doct. in d. l. decernimus. Abb. in c. consultationibus. de iure pat. 44 & Anch. consil. cclxxxix. iste 6. vers. vltimus. An tyrannus possint concedere licentiam feudatario volenti alienare feudum, & debeat seruari sub iusto domino? Videtur non debere, quando in effectu est alienatio: quia alienans postea decessit sine prole, iuxta ea, quæ ponit Deci. in reg. aliud est alienare. in prin. ff. de regul. iur. iunctis allegatis per Deci. in d. consil. cxcj. col. iij. Sed si non deficit linea, videtur q̄ debeat valere: quia tyrannus faciebat ex iure quodam publico, iuxta not. per Abb. in d. c. consultationibus. col. fin. & quo ad verum dominium non videtur resultare interesse probabile, iuxta gl. & Bar. in l. indebiti. §. sed si nummi. in fi. ff. de condi. indeb. & late tradita per Socin. in l. ij. ff. de exce. rei iud. & Ias. in d. §. sed si nummi. Tamen responderi potest ex not. in d. l. decernimus. & per Dec. in d. consil. Nec obstat, q̄ autoritate iuris publici, & c. quia imò videtur autoritate priuata, sicut dicimus in quolibet priuato consentiente tali alienationi, qui autoritate priuata facere videtur. Non obstat q̄ non esset alius, qui consentiret: quia hoc nihil est, sicut dicimus, q̄ quādo dominus est excōmunicatus, vel bānitus: quia interim debet abstinere ab alienatione. glo. est approbata in c. j. in princ. hic finit lex. & hoc maximè procederet, quando consensisset tyrannus in eo, in quo verus dominus nō consensisset, iuxta no. per Bar. in tra. tyran. in vij. q. Ad fundamentū, q̄ nō interest domini directi, dic interesse posse cōsiderari, vel quia ille nō vult se recognoscere, iuxta dicta Soci. in d. §. sed et si nūmi. in fi. vel nō comparet ad se recognoscendū, & est talis, quæ non solū princeps nō recognosceret, verū etiam eiceceret è dominio suo, iuxta not. in c. j. & in c. cum terra. de elec. & quæ tradita, per me fuerunt in tit. ban. qui possidū locus sum de clerico seditioso, an possit per principē secularem, eiici. Quod si quæstio procederet, vbi nō cōparerent aliqui ex generatione eius. Tenet tamē primam opi. præterquam si essemus in his vltimis casibus. & ita fuit seruatum. Si tyrannus donet rem alicuius extorris, aut quem admodū sub iusto domino reuocatur donatio, ita donatarius teneatur ad quoscunque fructus: Videtur eum teneri, per tex. in d. l. decernimus. vbi lex vult, q̄ vniuersa restituatur antiquatis funditus gestis per tyrannum, & consequenter fieri debet plena restitutio etiā respectu fructuū, iuxta c. grauis. de respol. & dicta per me. §. in materia violentiarum, circa remediū interdicti vnde vi, & c. reintegranda. loquor qñ quis est tyrannus notoriè, vt erat dominus Venetū, qñ possidebat Cremonā: & loquor in casu, qui tunc contigit in facto: quia donauit dominū Venetū, veldigal notariarum, quod erat Marchisini Stangæ communitati Cremonæ. Nec dicatur, fuit communitas in bona fide,

48 fide, iuxta no. per Fel. in c. de quarta. de prescri. vbi ter-
ror iuris vel facti facit cessare malam fidem, quod suffi-
cit ad acquisitionem fructu, vt ibi: quia propter rem
notoriam presumitur mala fides, nisi probetur igno-
rantia. c. ordinationes. cum glo. ibi. ix. q. j. & ita Bart. in
tract. de tyrann. col. iij. ver. sicut in ver. quomodo autem
allegat d. c. ordinationes. Pro hac opi. pondera, q. ver-
ba, quibus cancellantur gesta per tyrannum designant
canonem late sententiae, ibi, antiquatis, & infirmatis,
quae sunt praeteriti temporis, iuxta gl. in l. in criminali.
C. de iurisd. om. iud. & hoc a principio rei gestae, per il-
lud verbum, funditus, vt dixi, & declarat Sal. in d. l. de
cernimus, ergo etiam fructus veniunt, iuxta ea, quae di-
xi circa declarationem capitulorum, quae sunt finito
bello circa restitutionem rebellium, & extorrum. Ponde-
randum est etiam, q. haec restitutio fit via iustitiae, per d. l.
decernimus. & alia allegata per D. ci. in d. consil. c. x. j.
quo casu plenaria debet fieri restitutio, iuxta ea, quae
dixi in materia haru restitutionu, de quibus in l. Gal-
lus. §. & quid si tantum. ff. de lib. & posth. Et ita in casu
concessionis factae, vt supra, de dicto veltigali fuit iu-
dicatum per excellentissimum virum Do. Iacobu Phi-
lippum Saccum nunc praesidem Senatus. An tunc con-
ducitur tyranni, expulso tyranno, teneatur ei soluere, an do-
mino vero? Dic nouo domino teneri, Flor. in l. si o-
peras. ff. de vlt. Firm. in tract. gabel. in ij. parte. q. xxvij.
50 est materia l. si vrbana. ff. de condic. indeb. An etiam ius
iuris facta per colonum tyranno noceat vero domino,
vide Bart. in l. creditor. ff. de solu. & dixi in materia pu-
blicationis bonorum, in tit. debitorum an delinquentu,
51 &c. Et circa hanc materia tyrannidis vide etiam Ang.
in consil. c. cclxxix. optime & verè. vbi dicit, q. non dicitur
se absentem facere a loco, qui tempore tyrannidis inde
recessit: nec est cotumax, qui non venit coram tyranno.
52 Et tan verus dominus teneatur seruare leges & decre-
ta tyranni, vide Alb. in l. ij. §. exactis. ff. de orig. iur. Mar.
Laud. in tract. de principe. in q. lxxij. & Fel. in c. transla-
to. col. j. de consil. Et in hoc dominio plura decreta ser-
uantur condita ab his, qui tyranni nunc habentur, tan-
quam fundata super bona ratione. Et ad praedicta vide
Auch. consil. c. cclxxxix. ista 6. quod etiam allegauit. vbi
dicit, q. illa, quae geruntur ratione publici officii, sem-
per valent, & tolerantur propter bonum publicu, etiam
si a' in habili & indigno ministrantur, allegat l. Barba-
rius. ff. de off. p. et. l. j. C. de testa. ad qua etiam allega-
uit Abb. in d. c. consultationibus. de iure pat. Et an priui-
legia Caesaris, vel Pontificis confirmantia tyrannu in
dominio valeant, vide Barb. in d. rub. de testa. char. §.
col. fin. & seq. est materia l. auctoritate. C. vnde vi. quae
dicit, q. per rescriptum principis violenta possessio non
confirmatur, per quem tex. ibi Bart. vult, q. talis confir-
matio non proffit, quin spoliatus sit restituendus. & idè
Alex. in iij. vol. consil. c. x. j. col. pen. & si Barb. in c. quae
in ecclesiis. de cõsti. in j. gl. in vlt. char. in si. plenè Fel.
in c. postulasti. col. antepe. de rescript. Alex. v. vol. consil.
iij. col. pen. Mart. Laud. in tract. de principe. tit. j. cõclu-
xij. Bal. j. vol. consil. c. cclxxxij. circa si. & in c. j. in sup. de
nat. feud. Bal. iij. vol. cõsi. c. cxxxij. Et quia Bart. in trac.
tyrann. ponit qua poena puniatur tyrannus, maxime in
55 ver. ix. & Barb. vbi §. char. §. col. ij. Quæro si quando Dux,
Comes, vel Marchio, qui habent titulum, & sic manife-
stè non sunt tyranni, iuxta dicta per Bart. in cõ tract. exer-
cicio tamen sunt tyranni, quia subditos suos cruciant
& affligunt, imponendo noua onera, iuxta dicta A. ff. c. vbi
vni parti quam alij, & non habendo rationem iustitiae,
an sint deponendi & priuandi feudo, vltra alias poenas,
quibus puniuntur, iuxta dicta vbi supra? & die priua-
dos esse, scõdũ Bar. in d. ix. q. Jac. de S. Georgio in trac.

de roy dis & oper. in vlt. char. col. ij. & prin. seq. & ibi et-
iam dicit, q. monitione non praecedente possent pri-
uari. late etiam idem tenet Iaf. praecedente tamen tri-
na monitione, in auth. qui rem. col. ij. C. de sac. sanct.
eccl. & in prelu. feu. col. xxv. ibi tamen generaliter lo-
quitur, & praecedente monitione, & q. requiratur mo-
nitio, probat tex. in c. j. circa si. de pa. te. & q. possint pri-
uari; quando denegant iustitiam subditis suis, probatur
in c. ad apostolicam. de re iud. in vj. in §. sed. vbi Gem.
& alij not. Ad quod facit, quod ponitur in tract. Corf.
56 de excel. reg. in l. char. in ij. q. q. etiam subditi possunt
expellere suum dominu te tyrannicè exercentè. Quod
autè requiratur monitio, Bal. de pa. ten. §. quicquid, di-
cit procedere, si culpa fuit in omittendo, secus si in fa-
ciendo: sic etiã Præpos. ibi, multi alij, maxime Iaf. vbi §.
absolutè tenet, q. requiratur monitio. Et hæc secunda
opinio est ipsa veritas, patet in d. §. quicunque. si illu be-
ne vides. & in d. c. ad apostolicam. §. sed. & fuit opi. Alex.
& Are. si bene vides in l. diuortio. §. si fundu. ff. sol. mar.
ex quoru dictis constat hæc esse verã & communè opin.
non obstante etiã dicto Inno. in c. extirpante. §. quia ve-
rò. nam ita voluit iura hæc particularia feudoru, & con-
sequenter cessant termini iuris communis, de quibus
per Alex. in lita stipulatus. l. grande. ff. de verb. obl. col.
iij. & amplius dico, q. illa distinctio, aut omittendo, aut
faciundo, non loquitur in actu momentaneo, puta, si fe-
cerit furtum: tunc esset ridiculum dicere, q. debuerit
praecedere monitio: sed nos loquimur in actu successi-
uo, sicut est negligentia, quemadmodu est male subdi-
tos tractare: quod non solum verificatur in vno actu,
sed in multiplicatis: & in Senatu hæc opinio apud mul-
tos fuit in causa Inuinentium habita verior: quia ille
Comes, de quo tractabatur, non fuit priuatus, sed dun-
taxat condemnatus vt restitueret male acquisita, & mo-
nitus ne in futuru perseveraret, iuxta opinionem Bal.
in auth. statimus. C. de epis. & cle. Fuit tamen inhibi-
tum ipsi Comiti ad offensiones euitandas, ne accederet
per quinquennium ad locum, de quo quaerebatur,
praetor que eius loci poneretur per eum sed eligeretur
57 & nominaretur a principe. Possent etiam cogi ob tales
causas feudatarius ad vendendum feudum alteri. Ro.
in l. ij. ff. sol. matr. & Bal. in l. ij. §. dominorum. per illum
tex. ff. de his, qui sunt sui vel alie. iuris Ego tamen vt ef-
fugerem has difficultates, si casus eueniret, poterat opti-
mũ esse, q. procederet criminaliter ad poenam capi-
tis, & iuxta r. de vi pub. & pri. & alia iura secundũ qua
litarẽm commissu in hærendo doctrinæ Bar. in d. ix. q.
quia in hoc casu in cõsequentiã perderet iurisdictionem
& dignitates, vbi dè, & opinio eorũ, de quibus §. vo-
lentiũ non requirit monitione in actu momentaneo,
non est iuridica, q. agitur propter malè gesta ad pri-
uatiõnẽ feudi: & est cõtra comunẽ, quæ absolutè vult
60 requiri monitione in locis, vbi §. est tñ aduertendu, q. q.
etiã frangatur ad solã priuatione iurisdictionis nõ suffi-
er omnis angaria in subditos, vt ostendit Affli. vbi om-
nino vide in hac materia in c. licet. si de feu. fuer. contr.
in d. do. & agn. col. ij. & in ij. & ita in effectu volui loqui in
61 tit. ad leg. lul. de vi publ. & pri. vbi in hoc vide. Et in
materia domini malè tractantis subditos suos: si tamẽ
ageretur de sola vi pub. & priuata, ad poenam deporta-
tionis, & relegationis, & infamiae, iuxta dicta Bar. in d.
ix. q. sequeretur in cõsequentiã priuatio dignitatu, vt
in ea ix. q. Sic etiã licet pro violentis & extorcionib' nõ
priuatur dominus iurisdictione, iuxta dicta A. ff. c. vbi
§. post Luc. de Pen. in illud habet locu, si principaliter
ad id agatur, aliàs procedit in cõsequentiã, quod di-
62 xi. Ad do praedictis, q. summus Pontifex potest depo-
nere omnes principes, si grauant subditos suos. Mar. in
tract.

tract. de principe. col. j. conclud. vij. Aliud mihi non oc-
currit in praesentia notatu dignum in hac materia ty-
63 rannidis, eo excepto, q. quod si velis scire quot & qui
bus modis excedant tyrannidem exercendo Impera-
tores, & reges, principes, barones, & consiliarij prin-
cipum, ac etiam aduocati, & milites, videas Put. in
trac. synd. in prin. vbi pulcherrimè hæc pertractat,
maximè dum de malis consiliariis verba facit cui ad-
64 do q. quod tales, si essent memores sui, quod dixit
Bal. in l. j. col. ij. C. de hæ. vel ac. v. in ver. item vt offic.
65 tali officio non fungerentur: ait enim Bal. quod q. of-
ficialis ditatus durante officio presumitur id fecisse
ex bonis fisci vel principis, vt not. in l. facultas. C. de
iure fisci. & quod de hoc custodiunt tyranni: quia ra-
ro officiales recedunt ab eis cum pecuniis. Quod
quomodo intelligatur, dicam infra in titu. de fisco.
66 Et si vis scire, q. quando regimen fit tyrannicè, & an
peius sit regi a tyranno, quam tyrannis, vide Bar. in
tractatu de regim. ciuitatis. Dixi quæ conueniant
principi, & sic de bono. & iusto principe: & quia eius
contractum est, quod sit iniustus & tyrannus. Ali-
qua non inutilia (vt mihi videtur) attigi de tyranno
& tyrannide, reuertor nunc ad materiam ipsius prin-
cipis, & subiiciam aliqua notanda & singularia in
67 principe. Et in primis scias, q. quod princeps ex suo
titulo transfert possessionem sine traditione vt per
Iaf. in l. traditionibus C. de pac. & in l. quoties. C. de
rei vend. & in l. fi. col. antepe. in fi. & seq. C. de sacro
sanct. eccl. Quod intellige in priuilegio, sed in con-
tractu, censetur vt iure communi: & sic quod non
transferat, si traditio non interuenit, iuxta d. l. tradi-
tionibus. transfert tamen etiam ex contractu, si ita
apparet eum velle. Ita Iacob. in sua inuestit. in ver.
princeps. col. ij. & iij. & clarius & consideratius per
eundem char. 6. columna ij. ver. quinquagesima se-
cunda specialitas: ad si. illius specialis. Et eandem o-
pinionem, quod princeps videatur vt iure commu-
ni in suo contractu feudorum, & aliis contractibus,
tenet Dec. in d. l. traditionibus. col. ij. Secus autem in
68 priuilegiis, vt ibi per eum. Et q. qui sint casus, in quib.
sine traditione transferatur dominium, vide in gl. in l.
69 si ager. ff. de rei vendic. Aliud. not. quod q. principi li-
cet egredi vires libelli, quamuis ex regula contra-
rium sit, iuxta c. licet Heli. de sumo. ita Ant. de But. ibi,
& Abb. in cap. cum super. col. iij. vers. ad hoc. quod
not. extrã. de confes. vbi dicit, quod si in causa bene-
ficiali reus fateatur nullum ius habere, & actor nihil
prober de iure suo, inferior a Papa non poterit pro-
cedere super illa instantia, contra reum consententem,
quia nihil potest vltra libellum. d. c. licet Heli. Sed in-
choando postea nouam instantiam via inquisitionis,
poterit confessum priuare ex sua confessione, per not.
in c. inquisitione. de elect. & refert & sequitur Iacob.
in loco vbi supra, char. §. col. j. vers. quinta specialitas,
vbi etiã allegat Bal. in l. Aemilius. circa xvij. col. ff. de
mino. qui dicit, quod plenitudine potestatis potest sup-
plere circa libellu. ex causis sibi noris: quia corã princi-
pe nõ attenditur ineptitudo libelli, & potius attendi-
tur causa quã cõclusio: sed coram delegato a principe
attenditur cõclusio. Et dicit Ang. in l. omniu. in qui-
bus d. l. lect. C. de testa. quod licet requiratur conclusio
in libello, tamẽ in principe, sufficit narratio. & in sum-
ma Feli. hoc idem tenet in d. c. licet Heli. in xij. limit. ad
regulã illius tex. & ratio huius specialis est, quia prin-
cipes non arctantur ad obseruantia solennitatis, imò
70 in ipsis omnis solennitas cessatnam q. quicquid facit
princeps, facit vt Deus, in auth. de her. & falc. in prin.
ergo sola facti veritate attenta debet iudicare, cũ Deus

fit ipsa veritas, vt not. in c. cõ omnes. de testa. quæ non
fallit, nec fallitur. Et ideo vbi princeps scit veritatem,
non debet ire per ambages: & per consequens om-
nis solennitas iudiciaria videtur ab eo excludi. Et hæc
rationem ad praedictum singulare assignat D. Georg.
Nata in repet. clem. sape. de ver. fig. in vers. non sic ta-
men. col. iij. vers. nonõ fallit. Nam ibi ponit regulam
iuxta d. c. licet Heli. de sumo. & fallentias, sicut etiam
71 ponit Fel. in d. c. licet Heli. Et latius, q. quod in prin-
cipe sit exclusa omnis solennitas, ponit idem Nata in
d. clem. in verbo, & quia super gl. in verbo, perempto-
riè. in illo articulo, an valeat sententia principis sine
citatione. Videtur tamen esse ex mente Doctorum,
quod hoc procedat, vbi appareat principem velle so-
lam veritatem sequi, omisso ordine & solennitatibus
72 iudiciariis: quia q. aliàs in dubio princeps presumi-
tur velle vt iure communi, per ea etiam, quæ dixi in
preced. speciali. Et ita in specie declarat Deci. in l. vinũ
ff. si cer. pe. col. pe. vbi primò assignat rationem quã
dixi: postea dicit procedere de plenitudine potestatis
& quod ideo debet constare voluisse vt plenitudine
potestatis: quia in dubio non presumitur, vt per eum
Et est declaratio in effectu Bart. in d. l. Aemilius. col. ij.
ad si. vbi vide. Et facit ad praedicta, quod adẽ prin-
ceps eximitur a necessitate seruandi solennitates, vt
73 teius praesentia suppleat omnem defectu solennita-
rum. d. l. omnium. & ibi not. C. de testa. Et facit etiam,
74 quod q. quamuis non probetur causa intentata, sed
alia, tamen potest per principem iudicari, licet regu-
lariter secus sit, vt per Soc. consil. c. xlvj. col. vij. & Alex.
in l. si ita stipulatus. §. Chryfogonus. col. vj. ff. de ver.
ob. quod ideo euenit: quia princeps iudicat vt Deus
& sola veritate attendit. Et hac eadem ratione sufficiunt
non ita exactæ probationes, vt per Dec. qui ponit v-
trunque in c. dilecti filij col. ij. de iudi. extrã. Quam-
uis tamen coram principe non seruetur ordo iuris,
75 tamen q. in causis principis ita seruari debet, sicut in
causis priuatorum. l. j. C. de conduc. & procur. praed.
ff. lib. x. j. & ibi Bart. & in l. pe. C. de del. lib. x. Iaf. in
76 prelu. feu. nu. §. o. Adde praedictis, q. quod ex ordina-
ria potestate coram principe non potest agitari cau-
sa capitalis per procuratorem. Angel. in l. seruum. §.
publicè. ff. de procurator. & Marti. in tractatu de prin-
cipe. conclusionẽ c. cxxvij. Princeps q. potest iudica-
re secundum suam conscientiam. Bartol. in l. j. in fin.
column. C. vt quæ defunt aduoc. part. etiam quod sua
conscientia esset informata, dum in minoribus esset;
Deci. consilio c. cclxxij. ad fin. & dixi supra in tit. de
pastu supposito, ad fin. vbi infero ad terribilem cau-
sum, qui contigit his proximis diebus in ciuitate Ro-
mae contra magnum virum. Caveant tamen prin-
cipes, ne sua conscientia sit malè informata. c. j. de re iu-
dic. in sexto martin. in tract. de principe. conclusionẽ
78 xij. Creditur q. verbis narratiuis principis, quando in
eis princeps se fundat, clem. j. de probat. Regulariter
contrã, quia non creditur verbis narratiuis legis, vel
principis, glof. ordinaria in lege vnica. C. quando nõ
pet. part. vbi late, vide Iaf. charta tertia columna ter-
tia & sequenti. Et q. si attestetur de fama vel infamia
alicuius asserendo, creditur: secus si narrando. Abb.
capitulo cum oporteat. de accusa. Iacob. lege testium
80 fides. §. eiusdem quoque. de testibus. Sed q. an creda-
tur licetis principis attestantibus aliquem esse banni-
tum vel rebellem, super quibus postea se fundet de-
nando bona sua. Decretum habebamus disponẽs, vt
crederetur, quod incipiebat, Prouidere volentes, sed
fuit abolitum, vt tyrannicum. in compilatione no-
uorum decretorum facta a clarissimo viro domino

Francisco Lampugnano Senatore & me, ex auctoritate Senatus: & quod in tali casu non credatur de iure patet: quia dicta clementina non procedit in his, quae sunt magni praedicti, per ea, quae dicit Abb. ibi, circa fin. & Paul. de Cast. consilio clvii. v. fo. & examinato. col. fin. Butr. in c. post cessionem. colum. viij. vers. octauus casus. de probat. & Aret. in c. cum a nobis. de testi. Deci. consi. cxvii. col. fin. & Fel. in c. quae in ecclesiis, de constit. col. xvij. vers. secundum limita. alias esset via aperta principi faciendi per indirectum, quo alias non posset, contra regulam, cum quid. de regul. iur. in vj. & haec est potissima ratio Doctorum allegatorum, & in specie, quod allegatum decretum non valeret, consilium Curt. Sen. consil. xlix. memoriae recolenda dux Philippus, praecipue in antepen. char. & cōsi. seq. char. pen. sic etiam tempore dicti decreti obseruabitur. Et pro conclusione negativa etiam vide Iser. relatum per Iacob. in sua inuestit. in glo. & dicti vassalli pro dictis rebus feudalibus. col. antepen. vers. sed circa praemissa. & ver. in quantum. vide etiam in terminis decreti nostri & quaestiones propositae, Dec. consil. ccc. col. iij. vide tamen in contrarium Socin. consil. xvij. col. fi. in fi. volu. iij. & consil. cxv. co. xij. & consil. lxxxvij. col. x. vol. iij. Sed veritas & communis opinio est praecedens, & in materia dictae clem. vi de Alex. consi. xv. in v. vol. & consil. lxx. col. v. vers. praeterea fortificatur. vol. j. Fel. in d. c. cum a nobis. & in ca. cum in iure. de offic. deleg. & in c. nonnulli. s. j. de rescript. col. iij. Aret. consi. antepenul. col. iij. & seq. & Hieronymus Tortus post consi. Ant. de Butr. char. s. col. fi. & seq. & Fel. in c. ad audientiam. col. iij. & seq. de praescript. vbi notabiliter, & an credatur summo Pontifici in his, quae facta sunt ante susceptam Pontificiam dignitatem, vide Perus. in ca. ad apostolicam.

82 in princ. colum. ij. de appell. Pa. na omnis in principe est arbitraria, in iudice vero mutatur plus & minus ex causa iuxta l. quid ergo. s. praena grauior. ff. de infra. ita Iacob. vbi supra, in vij. speciali, & dixi late in tit. de poen. in ver. est in arbitrio iudicis. ibi habes, quod etiam post sententiam princeps indulgendo tollit poenam: ad quod facit totus tit. C. de sen. pal. & rescripta C. de prec. Impe. offe. & supra late dixi in tit. de reme.

83 ex sola clem. princip. contra sen. Princeps. test solutus legibus. l. princeps. ff. de legi. quae lex potest intelligi duobus modis, aut de legibus conditis per eum, aut a praedecessoribus suis: Primo casu res est clara, nisi de honestate. Et idem dico in Papa, Doctores in capitulo de consi. Sed an subiaceat statutis ciuitatis? Dic non subiacere etiam de honestate. Card. consil. ij. Fel. in dicto capitulo col. ix. Quae conclusio forte non procederet, quando esset per eum confirmata: quia omnia nostra facimus, &c. & per ea, quae tradit Abb. in capitulo cum accessissent. in pe. not. eo. tir. de consi. Secundo casu quo ad leges praedecessoris, dic etiam non subiacere. c. innotuit. de elect. & l. ille a quo. s. tempore stium. ff. ad Trebel. Tamen in contrarium facit gl. fi. in canone poenitentiam. xv. q. ix. quae dicit, quod Papa peccat reuocando ea, quae bene fuerunt statuta. & idem Abb. in cap. quae in ecclesiis. de constit. Aliqui dicunt, quod illa procedit de honestate, & non bene: quia contrariens legi honestatis leuiter etiam non peccat. Abb. in d. c. j. & ideo illa glo. loquitur in principe reuocante legem fundatam super ratione naturali, aut diuina, quia tunc peccat. Abbas in reper. capitulo per tuas. columna decima de arbit. Fel. in dicto capitulo columna septima, & in capitulo ad audientiam secunda columna quarta de rescript. & ideo aliud esset, quando esset fundata super ratione ciuili.

84 Omnes in contractibus facti a principe, vel ciuitate: quae potest legem condere, habent vim legis, & ita possunt allegari in similibus casibus, sicut leges, Bart. & Ias. post alios in l. ciuitas. ff. si certum pet. & idem dicit ibi Ias.

85 in epistola, vt per eum. columna quarta. Adde et idem esse in rescripto, vt not. Domin. post Anchar. xxxvij. distinct. in cignorantia. per tex. in c. licet. xv. q. iij. & ij. q. j. c. multi. & loquuntur non solum quo ad comprehensos, sed etiam quo ad alios. Sed intelligenda sunt haec omnia, quando apparet mentem principis esse, vt haec habeantur pro legibus, puta, quando dirigeretur rescriptum vniuersitati, vel epistola, vel quando infereretur inter alia decreta: loquor etiam de contractu, vt not. Alex. in d. l. ciuitas. col. fin. Et sequitur hanc opinionem Dec. in rub. extr. de rescript. col. j. vbi vide, & in d. l. ciuitas. Princeps si vendit rem, emptor statim est securus, nec potest per dominum euinci, sed habet actionem contra principem infra quadriennium. l. bene a Zenone. & l. omnes. C. de quadrienn. praescri. Iacob. vbi supra, in ea. char. s. in ver. quadragesima specialitas. ponit sex limitationes. In hac tamen ciuitate Mediolani, & eius dominio, non seruatur dictae leges. Et hoc procedit propter decretum disponens, vt nunquam intelligatur sublatum ius tertij, in concessionibus & gestis per principem. & ita fuit seruatum in donatione facta illis de Manfredi honorum Cusaghi referente magnifico domino Francisco Taberna tunc fiscalis, & nunc supremo Cancellario, & non solum seruatur in concessionibus gratuitis, sed etiam honorosis, & non solum in Senatu, sed coram omni magistratu, fueruntque editae dictae leges ad conferuandum honorem principis, cessantibus contentio-nibus super contra. Au ipsius inter priuatos, de quibus legibus vltra Iacobi. vide Fel. in c. quae in ecclesia rum, de constit. col. xj. Ias. in auth. quas actiones. col. ij. de sacrosanct. eccles. & in l. j. in iij. not. ff. solu. matr. Bal. j. vol. consilio cccxij. circa fin. vbi loquitur de duce Mediolani. & alibi in consi. & per Barba. in c. ceterum. col. pen. de iudic. & quando princeps possit alienare communem rem, vide Dec. consi. cxxxv. in causa magnifici domini. col. ij. Principum in vices gerentes habent eandem potestatem, quam principes ipsi, Ias. in l. conuentionum. col. ij. ver. limita tertio. ff. de pact. per Mart. in trac. sen. in c. imperiali. in prin. co. ij. de prohib. feu. alien. per Fed. & Iacob. de S. Georg. in sua inuestit. in gl. in verbo vicarius perpetuus. vbi vide omnino. Et de regentibus ciuitatem vide Ang. Aret. in trac. in ver. fama publica. col. ij. Quero autem, si Comes vel Marchio suspendatur ab administratione, & subditi portigent preces Caesari, petantque, vt ex quo caput non habent, velit aliquem eligere, qui possit omnia, quae poterat Comes vel Marchio, & Caesar rescribat Senatui, vt in his, quae accidunt in eo dominio, faciat quae conueniunt iustitiae & aequitati, an Senatus poterit non solum exercere iustitiam, verum etiam facere gratias delinquentibus, & remittere condemnationes: videretur id posse, si absolute voluisset, vt ipsius vices gereret: quia tunc posset omnia, quae princeps, secundum Bart. in lege prima. s. si quibus. ff. de leg. tertio, & in lege secunda C. de his, qui vi. alie. ge. post gl. ibi. Sed non ita fecit Caesar, imo se restrinxit ad ea, quae concernunt iustitiam & aequitatem: nec etiam in generali concessionem veniunt referuata principi: & quando veniant, & per quae verba, vide Fel. in c. quae in ecclesiis. de constit. char. s. col. iij. ver. quarta declaratio. & ibi dicit quod nec vicarius imperialis habet tale potestatem, nec Rex, Marchio, Dux, & Comes, nisi aliter vis verborum velit, vt ibi not. per eum. & ideo

ideo quod dicit Bart. in d. l. j. de leg. iij. & vbi supra, & Ias. in l. conuentionum. col. ij. ff. de pact. restringitur ad exercitium imperij, non supra: & est ex mente Doctorum, qui in istis vicariis & vices gerentibus disputant an possint deportare, vel causas sanguinis decidere: nam dum distinguunt, vtrum superior alios creet, an ipse officialis, volentes in primo casu ea possint, sine dubio inferunt, quod licet possint omnia etiam imperij exercere, tamen non possunt quo ad referuata principi auctoritatem habere. Et est aduertendum ad quaestiones propositas, quo dubitatio Doctorum, an transferantur referuata principi, non cadit, quando aliquis constituitur officialis ad tempus: quia tunc non est haesitandum, an consequatur referuata principi: sed cadit, quando quis creatur dominus perpetuus, vt est Rex, Dux, Comes, vel Marchio: & ideo cum Senatus non creetur Marchio, sed duntaxat durante suspensione detur aliqua auctoritas, cessat omnis dubitatio: & sumus in difficultate, de qua per Alex. in rub. ff. de offic. eius. an sit ille, cui committuntur vices alterius, ordinarius, vel delegatus, sentiens Alex. neutro casu, quamuis possit circa iustitiam, tamen supra eam nihil posse. Est etiam aduertendum, quod Fel. vbi supra, vult, vt quodamuis Caesar constituat Ducem vel Marchionem, & dicat quod possit, quae ipse Caesar potest, tamen debeat addere, quae potest Caesar etiam ex plenitudine potestatis: atque ideo non sufficit constituere vices gerentem quinimo sentit vt requiratur dignitas regni, ducatus, vel comitatus. Quod tamen non affirmo, quando verba priuilegij essent ampla, prout dicit Fel. vbi supra. Contra praedicta tamen facit decisio Bal. in cap. ij. de offic. deleg. de qua per Ias. in l. penult. ff. de iustitia & iur. vt si petatur rem iudicata retractari, & princeps rescribat, quod fiat iustitia sine alia clausula, videtur rescribere, vt etiam retractetur, quamuis non dixerit expresse vel non adfit, clausula, Non obstantem re iudicata, iuxta l. fin. C. sentent. rescin. non posse. & sequitur Sicul. vbi ibi per Ias. qui etiam opinionem eorum impugnet, tamen dicit, quod durum esset ab ea recedere: ad quam Dec. respondet, quod principale fundamentum est Bal. quia alius datus delegati nihil operaretur: quod fundamentum corrumpit in casu isto, vt vides. Secundum etiam fundamentum Bal. quod delegatus tenet vices delegantis, non obstat: quia non procedit in referuata principi, nisi simpliciter illa concessa sint, vel modis, de quibus per Fel. vbi supra, & electio sit perpetua duratura, non ad tempus, vt in praesenti quaestione. Et propterea non intelligitur Senatus habere ius, nisi quo ad ea, quae concernunt iustitiam vt supra dixi: Dum tamen haec dubitatio fuisset proposita in Senatu nullo precedente studio, vniuersus Senatus me excepto contrarium assererat, quod fuit in causa, vt deinde praedicta considerauerim, quae magis atque magis confirmarunt me in meam sententiam, vt in praecedenti quaestione tollitur omnis dubitatio: quia Caesar se restrinxit ad iustitiam & aequitatem, iuxta l. placuit. C. de iudic. & d. l. penult. cum ibi not. ff. de iusti. & iure. Ex praedictis habes declaratum id, de quo quotidie in Senatu dubitatur, quando Caesar committit causam Senatui sub illis etiam verbis, Dantes vobis in praedictis vices nostras. Na hoc verbum nihil designat: quia exprimit illud, quod tacere inest, cum delegatus principis fungatur vice principis. c. san. el. secundo. de offic. deleg. licetque possit omnia, quae potest princeps, in re commissa: & ideo etiam praefertur in ea re ordinatio etiam maiori, vt in dicto capitulo san. & honoratur tanquam princeps in re commissa, non tamen

men quo ad principem, sed quo ad alios, vt declarat Deci. in dicto c. san. qui inferit ex hoc Regem bene facere, dum vult, vt Dux Sabaudiae legatus suus praefertur legatis Venetorum, & dicitur ordinarius vel delegatus, secundum distinctionem, de qua supra, vt per Deci. in rubr. de offic. deleg. nec est differentia, an dicatur vices gerens, an locum tenens, ca. fin. xcij. distinct. ibi, tunc enim sicut locum tenens honorabitur loquendo de delegato, & d. capitulo san. an vero dicitur vicarius: quia vicarius dicitur vices gerens. s. in terdum. in auri. de mand. princi. & in aliis locis, de quibus supra. Et non videtur dubitandum prosequendo significationem illorum verborum, Dantes vobis in praedictis vices nostras, quin possit procedere sola facti veritate inspecta: & eo modo, quo posset ipse Caesar, sed quod videatur data facultas exercendi ea, quae sibi sunt referuata, nullus amplius hoc dicat, ne sibi obiciatur l. Domitius Labeo. ff. de testam. Et in terminis quando Papa committit vices suas quo ad tales ecclesias, vel in talibus locis: quod tamen non intelligatur transulisse ea, quae sibi soli erant referuata, est glo. expressa in cap. mandata. de praesumpt. quae non tantum in his procedit, verum etiam in non referuatis, quae ardua sunt: & ideo non posset talis committere causam simpliciter de plano, &c. vt ibi declarat notabiliter Abb. quem omnino vide. & in c. fi. de conscri. vtili vel inuti. Quod vltimum etiam obstat videtur his, quae dixi: quia is non gereret quo ad omnia vices domini, si non posset procedere sola facti, &c. siue sum mari. &c. nisi dicas quae supra dixi, locum habere in ipso delegato, vt ipse possit ita procedere. Abb. vero velle, vt delegatus vel talis vices gerens, non possit alteri committere cum dictis clausulis. Et in hoc casu forte est etiam differentia inter inferiorem Papa, & inferiorem Caesarem, vt not. in l. omnes populi. ff. de iustitia & iure: & dixi, quod inferior Papa non potest ita committere: inferior vero princeps seculari potest. Et vide etiam ad praedicta Iacob. in sua inuestit. in verbo, vicarius. & quando referuata principi transferantur, dicam infra in tit. de regaliis. Reges tamen an habeant vim Imperatoris in suis regnis, vide Fel. in c. cum non liceat. col. v. & seq. de praescript. Corn. j. volumine consil. cc. col. j. & ij. Et quid in ducibus & aliis principibus vide Fel. in c. cum nobis. col. iij. de praescript. Alex. v. volu. consi. xv. columna ij. circa finem. Abb. j. volumine consil. xx. colum. ij. & consil. xxxij. col. penul. Corn. in dicto consil. Quid in vicariis ecclesiarum, vide Ancharan. consi. cix. col. ij. in princ. Quid in vicariis imperialibus, vide Cuma. consi. cliv. & consi. clvij. col. ij. & consilio clxij. col. iij. vbi etiam de vicariis Papae loquitur. Et de Duce Mediolani dixi supra in titulo de crimine laesae maiest. de quo per Curt. in tractatu feud. charta 17. columna j. & ij. & per Ias. in Lex hoc iure. colum. iij. ff. de iustitia & iure. & Socin. in vltim. volum. consi. iij. col. vj. versic. postremum. Quilibet tamen domo regia succedit Regi, non habita ratione in quo gradu sit: quod aded verum est, vt etiam non excludatur, si esset in centesimo gradu. Iacob. in sua inuestit. in ver. Dux. colum. iij. Aliis vero non succedit, nisi si usque ad decimum gradum, iuxta. s. si instituit. de gradib. Collectam tamen solus princeps imponere potest, l. vnica. C. de superindicto. libro x. & hoc quando est imponenda pro utilitate fisci. secus si occurreret aliquid, quae necessitas ciuitati vel municipio, quia tamen ciuitas & municipia hoc casu non solum imponere possunt verum etiam coguntur, si pecunia non sit in communi, vt per Bartol. & Doctores in l. iij. s. actor. ff. de re iudic. non tamen absolute potest princeps collectam imponere

imponere sed certis casibus, vt latè prosequitur Parpal. in l. placet. C. de sacrosan. eccle. in 3. char. col. j. vers. item addatis vltra aliud notabile. & Iacobin. in tractatu de homag. charta 3. col. ij. versicu. nunc quæro, 97 nunquid princeps, Quando castrum † habet bona catastrata, sicut vicus, & aliqua ex eis bonis venditur ciui, vel nobili ciuitatis, Quæro an emptor teneatur soluere pro illis bonis positus in illo catastro cum castro vel villa: Hanc quæstionem videtur determinare Iacobin. vbi supra, in tractatu de homag. charta. 4. col. ij. versiculo sed pone quædam. vbi ponendo exemplum in ipsomet domino terræ, cui debetur collecta emente ex bonis catastatis, dicit tant minoris ei solvendum esse, vel etiam ipsum teneri contribuere, vt ibi latè per eum. Sed tamen aduertendum est, quod 98 † aut quis describitur pro bonis suis in catastro, & tunc tenetur, tametsi recedat, & efficiatur incola, & ciuis ciuitatis: vel etiam iam esset ciuis vel incola ciuitatis, sed tamen passus esset se describi in catastro: quia tunc licet sit forensis, & non subditus, vel ex territorio illius loci, tamen ex quadam promissione oriente eò quia passus est se describi, tenetur. glof. & Bart. in l. incola iam muneribus. ff. ad municip. Bald. in lege prima §. quod si nemo. columna tertia versicu lo super tertio puncto. ff. quod si nemo. columna tertia versiculo super tertio puncto. ff. quod cuiusque vniuersit. & in l. etiam. C. de execut. rei iudic. & ideo 99 etiam † ecclesia hoc casu tenetur. Salicet. in auth. sed periculum. C. sine cens. vel reliq. & Bartol. in repetitione legis placet. columna sexta. C. de sacrosanct. eccle. quemadmodum teneretur ex pacto expresso, vt per Ias in dicta lege placet. in vltima columna, in vtraque lectura. Et ad hanc opinionem vide Co. omnino consil. cxvij. volumine ij. columna finali & etiã 100 prima. Aut † verò non describitur ipse, sed emit ab eo, qui erat descriptus: & tunc videtur pari modo quod propter potentiam catastro, per quam res in effectu dicuntur effici tributaria: teneatur possessor, iuxta notata per Bartol. in lege rescripto. §. sciendum. ff. de muner. & honor. dum postquam dixi collecta non posse imponi forensi, dat remedia, quibus efficiatur res tributaria: quia sic transeunt cum onere. Et ad hoc bene facit Bald. consilio ccccxxvij. volumine j. secundum antiquas impressiones. Tamen veritas videtur in contrarium, quod tenetur qui est descriptus, & nō emptor: quia attenditur extimium, & quomodo loquatur: sed sic est, quod loquitur in persona venditoris: ergo, & c. Ita Deci. consilio cclxxxv. column. secunda versic. iij. iuncta columna prima. Nec obstant dicta Bart. in dicto §. sciendum. quia procedunt quando sit statutum, vt bona omnia sint tributaria & ideo in hoc dominio ad tollendum hoc, quod iniquitatem continere videtur, adest ordo, vt si ciuis vel exemptus emat bona ruri catastrata, soluat onera imponenda per principem. Et ita ego sententiam tui secundum hoc decretum contra quosdam ciues Placentinos, qui emerant bona in loco Casellatum ibi allibrata. Quo verò ad collectas, quæ imponuntur per ipsam villam, decreti nihil dicit, & ideo sumus in terminis iuris. Aequū tamē videtur, vt ad illa onera, quæ etiã concernunt vtilitatē & conseruationē bonorū ipsorū ciuiū, teneantur pro rata parte, saltē ex tit. ff. & C. de neg. ge. ad alia non. Quo autē ad onera, quæ personis imponuntur, vt in salario pratoris, & onere salis quod sui naturæ datur capitij & buccis, in hoc dominio res nō habet difficultatē, quod non tenetur cū ruralibus propter defectum iurisdictionis. & quia in hoc non attenditur extimium, vt vides. Et aduertendū

101 est, quod attenditur natura oneris quomocunque per oneratos distribuitur, vt per Bart. in l. iij. §. actor. ff. de re iudic. & Bald. in l. etiam. ad fin. C. de executio. rei iudicatz. & quotidie obseruatur. & ideo si sal distribuitur per rusticos super extimio, tamē hoc non est attendendum, quominus remaneat vera natura oneris, & non subditus non tenetur, & sic de similibus. 102 Est etiã aduertendum ad aliud, † quod semper emptor, siue possessor rei, quæ fuit in catastro alterius, tenetur hypothecaria pro onere, ad quod lex obligauit ex eo catastro bona catastata: quia sunt bona pro collectis tacite obligata. Ita Doctores in l. apud Iulianum. §. hæres. ff. de legat. j. vt ibi per Ias. quæ vide. Et sunt obligata non solum pro collectis fisci, sed etiã cōmuniatum, vt ibi, & per Fanum in tracta. de pignor. in iij. membro secundæ partis, in x. casu. Aduertendo tamē ad ea, quæ dicit Deci. de excussione, quæ primò fieri debet, in d. consil. & respectu communitatis, an 103 † ad sit catastro: quia in fisco oritur tacita hypotheca, eò quia res est tributaria etiã sine catastro. l. j. C. in quib. causis pignus taci. cōtrahitur. & ad ea, quæ scribit Bartol. consil. clxxx. vbi vide omnino, & ad ea, quæ ponit Bal. in tit. de pace constan. col. v. quæ sequitur Deci. in d. consil. cclxxxv. & Socin. consil. cclxij. co. ij. & consil. cix. versicu. decimo. dum loquitur, quando extimium est certū & perpetuū. secus si mutabile. Non tamen loquitur Bald. habito respectu ad extimium id est, quod mutetur de quinquennio in quinqueniū, vt sit in hoc dominio, seu fieri deberet, sed habito respectu ad modum extimi. quia vult, quod si imponitur per as & libram, & habeat semper hanc formam quod eo in casu succedat hypotheca. Et etiam aduertendo, 104 tēdo, † quod respectu fisci, non solum ille ager tributarius, pro quo est cessatum, hypothecatus est, sed vniuersa bona illius. d. l. j. C. in quib. causis pignus tacite cōtrahitur. & ibi Bald. clarè, & in l. j. C. si propter public. pensitat. sed respectu communitatis solum bona catastata, & non alia alibi sita, sunt hypothecata pro cessatione onerum bonorum catastatorum. & hoc ex defectu potestatis facientis catastro. Et ita præsupponitur per omnes supra allegatos, qui nunquā loquuntur nisi de bonis catastatis, & ratio est, quā dixi, & hanc quæstionem nunc habeo in facto. Et quia dixi post Deci. in consil. cclxxxv. vers. tamen veritas, 105 † quod emptor non est conueniendus, sed descriptus venditor pro collectis, scias ita clarè sentire Bal. & Salic. & post eos Alex. in l. si negotiorum. C. de negot. gestis. dum formant quæstionem, quando ego vendo rem positam ad catastro meum, & interim donec res ponitur ad extimium emptoris, ego soluo vt ibi, sentiens me esse obligatum ad soluendum propter extimium, donec mutetur. Sed dic, quod clarè non decidunt, quod descriptus sit obligatus, imò magis contrarium, quia volunt, vt si soluat, fortè fatuè, ex quo onus spectat emptori, ab eo possit repetere, actione negotiorum gestorum. Est verum, quod Baldus Salic. & Alexan. aperte videntur determinare contra Dec. quod non attendatur extimium, sed possessor sit conueniendus in effectu, & distinguere secundum Deci. quod aut collecta imponitur secundum extimium, & tunc attenditur extimium, aliter non est inconueniens, quia cum imponitur collecta, semper videtur imponi secundum extimium vt voluit omnes. Et in istis terminis etiã loquitur Doctores in d. l. si negotiorum. Nec obstat. deci. Bart. in l. j. C. de exact. trib. lib. x. quia non loquitur habito respectu ad possessorem, sed solū ad nō descriptū. Nō obstat Bal. in l. j. §. quod si nemo. vers. super tertio. ff. quod cuiusque vniuers.

vniuers. quia non dicit hoc etiam Angel. in l. si. C. sine cen. vel reliq. non dicit, quod possessor non debeat soluere, sed quod non est soluendum habita ratione ad quantitatem possessorum, sed ad quantitatem extimi, & ita consiluit Ant. de But. consil. lx. & ibi, licet statutū redderet clarum locum suum, tamen idem vult de iu 106 re: Cōclusio ergo est, † quod tenetur ciuis vel nobilis emens, vt supra, & ita Anton. de But. in d. consil. lx. vbi vide. Addeque decretum in hoc dominio conformes, quod ciuis imò exemptus soluat onera omnia imposita, & imponenda per principem, vsquequo reformetur extimium. quod vltimum dixi decretum: 107 quia † iure collectæ imponitur ciui in ciuitate, vel incola alterius loci pro bonis etiam alibi sitis. vt dicit glo. in fi. & Bar. in l. vnica. C. de mul. & in quo lo. lib. x. sentiens de grauari debere in villa, & omnia iuxta ordinem suum in ciuitate redigi postea debere in 108 catastro. Et aduertendum est, quod quado † ciuis emit bona catastata iuri, quo casu, vt dixi, debet ibi soluere, etiam non potest se excusare cum rusticis villes, quod soluat pro omnib. bonis in ciuitate, & quod in duobus locis quis grauari non debeat pro eadem re, iuxta d. glo. in d. vnica. quæ est communiter approbata ibi, & quem sequitur Fed. de Senis consil. clj. Soci. consil. cccij. & Ias. in d. l. placet. sed debet se excusare cum ciuitate, & recurrere ad superiores, & dicere, Sum allibratus pro tali re ruri, prouideatis vt non soluiam in ciuitate, & in hoc est audiendus, per d. glo. Sed quod non tenentur soluere ruri, hoc nec glo. dicit, nec quisquam alius, nisi dicat animo calumniandi. Ideo volunt Doctores, dum formant quæstionem, quando vna res in vno loco allibratur, vel iudicatur, quod alibi non debeat allibrari: ciues igitur ibi consulant contra ciuitatem, & non contra villam, quæ liberat sedes habet quo ad ciues, vide diligenter d. gl. & Soc. in d. cōsi. col. ij. & Fed. vbi §. quia sic comperies, & ita late sunt infinitæ sententiæ magnorum virorum. Est etiam aduertendum circa d. gl. si ad difficultatem, vt quis † nō debeat allibrari pro eadem re in duobus locis: quod hæc difficultas cessaret, vbi in vno loco imponeretur idem onus super extimio: & in alio loco, puta, in ciuitate in casu, de quo supra, imponeretur buccis & capitibus, quod contingit nunc in onere mensuralis: quod soluitur in villis super extimio & in ciuitate super carne, pane, farina, & aliis edilibus. Nam hoc casu cessat quæstio, quod eadem res non extimatur in duobus locis. Item cessat dubitatio: quia cum non soluiatur in ciuitate super extimio, sed vt supra non necessarîo soluitur: potest enim recedere, & ruri habitare, & etiam in ciuitate cum eo numero per sonarum, quem voluerit, & consequenter non soluit in duobus locis nisi ex voluntate sua. Hinc superioribus diebus habita consideratione ad hoc Senatus inter ciuem Mediolanensem & Candiensem, ordinauit vt pro eo tempore, quo in ciuitate Mediolani onera fuerunt imposita super extimio generali facto de anno 124, pro omnibus bonis Mediolanensis vbi que sitis, ad eadē onera nō teneretur ruri, pro bonis, quæ prius ibi erant allibrata. Verum postquam eadem onera imposita super extimio rurali fuerunt imposita, prout & nunc imponuntur in ciuitate Mediolani buccis, vt supra, ordinauit vt soluere ruri, non habita consideratione solutionis eiusdem oneris in ciuitate, quia cessat quæstio gl. & inconueniens ad conclusio nē supra facta, quod etiã quis debeat soluere in loco, vbi est subditus, tamē si res sit alibi extimata, debet soluere vbi est extimium. Et quod ita ferretur cōsuetudo, † statuit Bald. in cōsilio ccccxxvij. vo. j. secundū impressionē

Aegid. Bossius.

antiquā. & ibi dicit, quod statuta communiter disponunt hoc modo, prout præallegatum decretum nostrum disponit. Et quia dixi supra, quod si dominus emit à priuatis bona catastata, tantò minus ei est solvendum: & sic † quod in effectu bona etiã in principem transeunt cū onere suo. De hoc, quando princeps succedit propter publicationem, vel aliter in talibus bonis, vide tex. in l. j. & ij. C. de priuileg. Aug. lib. xj. quæ leges volunt, vt sit exemptus ab extraordinariis, ad ordinaria verò tenetur. l. si. C. de col. fun. ff. ca. qui est titulus immediatè præcedens. Et fuit factū prædictū decretum non tantum ad tollendum dubitationē, de qua supra, inter me, & Deci. Sed ad dilucidandū, quod licet quis cuius sit vel nobilis, & habitator ciuitatis, tamē tenetur soluere cū rusticis, non obstantibus iis, quæ poterant allegare nobiles & ciues, tum ex dispositione aliorum decretorū volentū, vt quis debeat soluere vbi habitat, tū ex iuris dispositio ne, iuxta ea, quæ scribit Iacobin. in dicto tractatu de homag. charta fin. col. ij. vers. sed pone, dum in primis 110 opponit ad partē negatiuam. Et † quado collectæ iam impositæ fuerunt antequam bona venderentur, An possessor tenetur solus an etiam venditor, vide Aretin. consilio cv. vbi loquitur & in tributo, & in collecta, & Roman. consilio cxxvij. Et quo ad onera præterita est differentia inter ementē à priuato, quia tenetur: & à fisco, quia tunc non tenetur pro præteritis. l. si. in fi. C. de fide instr. iuncta l. Imperatores. ff. de 111 public. Collecta † nō imponitur ratione iurisdictionis, sed cuiusdam potestatis, quæ habetur in bonis territorij. Bart. in l. omnes populi col. j. & ij. ff. de iustitia & iure, & ideo etiam municipiū, vt supra dixi, potest imponere collectas. Locus † originis collectam imponit originario suo etiam alibi habitanti pro bonis sitis in territorio originis, nō locus incolatus. Bar. in l. assumptio. §. filius. ff. ad municipales. & hoc, quando loca ipsa volunt imponere collectas, sicut etiam locutus sum: secus si edicto principis vtriusque loci imponeretur: nā tunc attenditur locus incolatus etiã pro bonis originis. Soci. consilio cxxix. col. j. & ij. & vi 114 de † qui locus attendatur in subeundis muneribus vel oneribus, an domicilium, an origo propria, vel paterina. Alexand. ij. vol. consil. clv. col. v. Bal. j. vol. cōsi. ccv. vij. iij. vol. cōsi. cxxxix. vol. cōsi. ccccxxv. Alex. consil. xvj. col. iij. in iij. vol. et Soc. vbi §. Et quado allibrata sunt 115 bona in loco incolatus, nō debent allibrari in loco originis, nec econtrā: quia non est soluendū in duobus locis, glo. in l. vnica. C. de mulierib. et in quo loco. eo. lib. x. Federic. cōsi. clj. Socin. consil. cccij. et per Ias. in d. l. placet. in j. col. in j. lectura, et in ij. col. in ij. lectu. et ibidem etiam per Parpal. quod quomodo intelliga 116 tur, dixi supra. Villa † tenetur de iure contribuere cum cast. vel ciuitate, cui subiicitur, tanquam sit pars eius, iuxta l. qui ex vico. ff. ad municipal. ita Alexand. in lege si se non obrulit columna tertia versiculo et iuxta hoc querit. Angel. ibi, sed Imola hic dicit de re iudic. et ita Bartolus in lege sed et reprobari. §. finali ff. de excusa. tutor. Angel. in dicta lege prima C. de mulier. et in quo loco, circa finem. Ex quo sequitur, quod solus exactor fiet in ciuitate tanquam in capite, qui etiam exiget in villis. Quod facit contra Lacuanos com. et comitatum Laude. In contrarium est textus in lege verum. C. de incol. libro decimo. circa quem vide Bartolum ibi, qui in effectu redigit rem quo ad habitatores vicorum ad legē vnica. C. ne rustic. ad villam obsequi. deuoc. libro v. ad decim. et sic quod teneantur ad collectas, quæ solum capitibus imponuntur, non ad alias, vt ponit

N 3 Bartol.

Bartol. in l. j. columna ij. versic. respondeo. ff. ad municipal. Est verum, quod glo. in dicta l. vnica. dicit, quod male hæc seruatur ciuitates. Tamen Moderni ibi dicunt, quod iudices debent cogere ciues ad ita seruandum. Et hæc opinio est æqua, quia nec ciuitas contribuit cum ruralibus. Hæc procedunt iudicio meo, in collectis ciuitatum: secus vbi princeps collectam imponit in toto dominio, vel in ciuitate cum comitatu. Nam tunc cessat omnis difficultas: & ideo etiam seruatur, quod hoc casu villeg separatim soluunt à ciuitate. Itē hæc procedunt, quando vicus est vnitus cum ciuitate, secus si esset separatus ex priuilegio principis. Ad 17 quod tamen est aduertendum, an separatio sit ampla etiam respectu bonorum, vide tamen Añet. circa prædictam difficultatem in tit. quæ sint rega. super verbo, plaustrorum. colum. iij. versic. sed iuxta hoc. & ibi multa de collectis, maxime his quæ imponuntur per focos: & vnus an teneatur pro alio, & an inhabiles & miserabiles personæ teneantur. & dicam 18 etiam infra sub tit. de regal. Quæ sunt onera ordinaria, & quæ extraordinaria, vide Ias. in dicta l. placet col. j. & ij. in prima lectura. & Aret. consi. cxxxij. col. ij. & seq. sed omnino recurrendum est ad Salic. in l. i. C. sine censu vel reliq. super qua decisione fundauit sententiam latam superius diebus in ciuitate Vigle- 19 uani. Princeps tamen sicut noua vestigalia imponere non potest, ita nec collectam nouam, C. in c. si. c. c. col. 120 ij. in fi. & seq. & columna pen. vol. ij. Quæro tamen an conductor sit exemptus à collectis, & teneatur locator. vide Ias. in l. j. char. 2. col. iij. vers. adde etiam in vj. differentia. n. 30. C. de iure emphyt. vbi loquendo de hac materia in emphyteuta priuati & ecclesiæ etiam ponit de colono simplici. concludendo quod si soluit pecunias, ipse tenetur, nisi adit consuetudo in contrarium. Et propterea solent tales sibi in instrumentis consuleri paciscendo aliter, sed si soluit fructus, secus est. & ita Socin. consi. cxxvij. vers. sexto. vide etiam Parpal. in repetitione sua l. placet. C. de sacrosanct. eccles. char. 6. col. iij. vers. item dicatis, quod colonus. vbi vult, quod nec possit colonis simplicibus pro rebus, quas colunt, imponi collecta, allegat l. i. tit. b. s. fi. C. de agric. & cens. lib. xj. quam etiam allegat Albe. & Ias. supra. & addit Alex. consi. xxxv. viso processu in iij. vol. quod nec statutum potest fieri vt tenerentur, vt per Bar. in l. si penes. C. de agri & cens. & in l. colonos. eod. titu. & dicit, quod hanc conclusionem vult Bar. & Alexan. in l. j. C. de anno. & trib. l. x. videlicet quod tales coloni etiam soluentes in pecunia, non teneantur ad collectas, nec cogi possint, dicens generaliter, quod non solum hæc conclusio procedit in partiaro siue in colono qui soluit de fructibus, sed etiam si percipiat omnes fructus, & soluat mercedem. Ias. verò, vbi supra, dicit contrarium, & allegat ipsūmet Bar. in d. l. j. qui Bart. reuera potius id dicit, ad quod Ias. eum allegat: quia in tributo vult vt teneatur colonus, quando in pecunia soluit. In collectis verò non passim vult, vt teneatur colonus, sed quod sit considerandum, an sit subiectus vel ne, vt primo casu teneatur, aliter non. Nec aliam differentiam voluit Bar. constituere inter vnum casum, & alium, nisi an colonus esset subiectus, vel non. Nec de hac conclusione est mirandum, etiā habito respectu ad nostra tempora, in quibus non videmus colonos arctari, sed dominos: nec videmus in extremis apponi conductoribus prædia conductæ, sed locatoribus: quia coloni. fere omnes, aut sunt partiarj, aut soluunt de fructu, pro facto. Sicut igitur cauti, qui conducunt vniuersis, vt si consuetudo non sit pro eis, quæ, vt dixi, est ob-

seruanda secundum Bart. & Doct. vbi supra, sibi prouideant pacto: opinio tamen Parpal. videtur æquior, vt dominus teneatur, & non conductor, etiam quod in pecunia soluat. Et fateor quod ratione fructu soluitur collecta, si pendentes. §. si quid locari. vbi text. ff. de usufru. super quo se fundat Ias. in d. l. j. de qua ratione ponit Alex. in l. si negotium. C. de neg. ges. Tamen intelligo deductis oneribus, scilicet pensione, quæ præstatur domino locatori, per ea quæ ponit Dec. eod. l. clvj. col. j. & ij. Et ideo reperio Alex. in consi. iij. in v. vol. col. ij. aperte velle, vt conductor etiam, qui in pecunia soluit non teneatur ad collectas secus ad tributa, sic declarando Bar. in d. l. j. C. de anno. & trib. & allegat Bald. ita declarantē in ea l. & bene dicit: quia Bald. hoc vult. Bar. profecto non habuit hunc sensum, tamen quia opinio est æqua. & magis placet hominibus, ideo illa sequor, & eā tenet Io. de Plat. in d. l. j. C. de agric. & cens. De colonis ꝑ ecclesie vide Parpal. in d. l. placet char. 7. col. j. vers. & ponatis quartā ampliationem. vbi allegat Bar. in d. l. si penes. C. de agri, & cens. qui vult non teneri, imò Bar. dicit, quod nec etiam potest fieri statutum super hoc, vt dixi supra, tamen in parte coloni videtur aliter dicendum: quia dominis, qui sunt ecclesiastici, non potest imponi grauamen: ergo ipsi saltem debet posse imponi, Quæ ratio cum non militet in dominis priuatorum, ideo ipsi non potest imponi: & allegat Feder. in consi. vt per eum, & pro veritate Bart. loquitur quo ad portionem locatoris, non pro portione coloni. Vnde monasteria nostra obtinuerunt à ducibus huius domini per omnia tempora priuilegia etiā pro stabilitibus & massariis, vt pro bonis ecclesiæ sint exempti & liberi in conducendis fructibus natis in dictis bonis vbi que per dominium: quia aliter, vt vides, sua exemptione non se extenderet ad massarios, sed tan se extendat ad famulos? Azò dicit se extendere, in Ledita. C. de eden. et ita in Senatu fuit hoc habitum pro absoluto in causa illorum de Sicis: remitto tamen me de terminationi sanctæ matris ecclesiæ. De emphyteuta 23 priuati Ias. post Bald. in d. l. j. tangit, et vult eum teneri, et quid in vasallo priuati ponit idem Ias. in vbi. feudo. charta 3. col. iij. ver. item pro perfecta. vbi id tenet, et sequitur in vtroque capite hanc opinionem Alex. in d. consi. iij. vol. v. per totum. et Deci. post alios in consi. cclxxxv. col. ij. Et si dicas quod in emphyteuta, qui soluit canonem non solum respondentem fructibus, sed etiā excedentē, est valde inhonestū. Dicendum esse tali emphyteuta, qui sibi non prospexit per pactū. De quo ultimo tamen an pacto, hoc potuerit fieri, vide text. et Doctores ibi in l. si. C. sine cen. vel reliq. et in d. l. si penes. C. de agri. et cens. Sed tamē aperias oculos: quia si loquamur secundū meros terminos iuris, possessor, et qui fructus percepit debet soluere onera. Verū si consideremus, quod principes, qui onera imponunt, habent rationē ad facultates, cessant prædicta amaritudines: quia tempore, quo fiet æstimum, æstimabitur vtile dominium, et hoc assignabitur emphyteuta, æstimabiturque dominium directum, et hoc assignabitur domino directi. vnde cessat inconueniens, quod colonus, qui soluit in pecunia, debeat sustinere onera, quia hoc modo nec sustinet, nec sustinere debet de iure, cum non dicatur esse inter facultates coloni prædicta conductæ, ad quas facultates solū vult imponere respicere: et facit, quia si collecta est imponenda per qs. et libra, id est iuxta facultatē patrimonij, secundū Bar. distinguēt et Doct. in d. l. iij. §. actor. ff. de re iudic. Cur aliud est considerandum, præterquam an talis habeat tantum in patrimonio.

Et

Et cui dubium, quod quis tantò minus habet, quanti refert onus, vt per Dec. in d. consi. clvj. colum. j. & ij. & de se patet. Tu igitur, qui secundum hanc voluntatem principis facis æstimum, debes considerare æstimationem rerum, ad quam considerandam est habenda ratio onerum, quæ præstatur super illa re, & vnique dandum quod suum est. Est verum, quod in æstimatione rerum est animaduertendum, vt scias bene æstimare ad vtilitatem & perceptionem fructuum: & ita intellige Imolam in l. apud Iulianum. §. hæres. ff. de legat. j. & Alex. in l. rescriptos. §. fin. ff. de muner. 127 & hon. qui volunt vt collecta tamen potius imponatur habita ratione ad fructus, quàm ad æstimationem rerum. Et ideo si domus sit pretiosa, ex qua tamen nihil, aut parum percipiatur, etiam non multum sit habenda in consideratione, quia dicitur sterilis, vt notat. Bal. per illum textum in l. fin. §. fin. autem legata. C. de bonis quæ liber. & vide omnino Bald. in dicta l. j. C. de 126 annon. & tributis, qui dicit, quod collecta imponuntur locatori, quia est dominus rei, allegat l. neque. ff. de impensis in rebus dotal. factis. Et ideo dicit, 127 quod usufructuarius quantum ad hoc habetur loco domini, vt per eum, quem sequitur Alexand. in dicto consilio iij. in v. volum. colum. ij. de quo etiam 128 infra. De emphyteuta ecclesiæ, vt vult princeps non potest ab eo collectam exigere pro bonis ecclesiasticis, vide Ias. in dicta l. j. charta 2. col. iij. & ibi tenet non posse post Bartol. per eum allegatum in l. priuata. C. de excus. muner. libro. x. & vide Parpal. in dicta l. placet. char. 7. colum. j. vers. moueo quæstionem, qui idem tenet. Et ad hanc opinionem pro ratione, quam adducit Bar. allegat etiam glo. vt per eum, Hæc quæstionem vide latè & subtiliter disputatam per D. Petr. de Vbal. in tractatu suo collectarum, in vltima char. colum. iij. versic. quæritur in dubium, vsque ad finem. & tandem tenet hanc partem negatiuam, vt non possit illo principali fundamento, quia dominus in spiritualibus potest emphyteuta ecclesiasticæ collectam imponere, igitur non debet posse id fieri à domino temporali. Ne quis duplici onere grauetur, & quia bona ecclesiastica à domino temporali onere collectæ granari non possunt, vt latè per eum, hæc via tenet. An tamen onus, soluendū collectas pertineat ad hæredem, vel legatarium conclusio est hæc, quod imponitur legatario, & non hæredi etiam ante traditionem. Iapud Iulianum. §. hæres. ff. de legatis primo. 130 vbi vide Bald. & Alexand. Quod in usufructuario, vide text. in l. quæro. ff. de usufruct. legato. qui dicit quod denerat, & ibi vide Bartol. & Socin. in consilio cccxxvij. colum. j. in fi. & consi. cclxij. & consi. cclxvij. Roman. consilio cccxx. & singul. xxij. & singul. xxvj. sub titu. de testam. Aretin. in §. si rem suam. colum. ij. in istis de lega. Alexan. ij. volum. consi. ccvj. colum. j. in istis locis habes, ad quæ reneatur usufructuarius, 131 & etiam supra dixi. Quotidie contingit ob non solutas collectas quod exactores castri, vel villæ vendunt bona non soluentium sub hasta & xlii. pretio, & deinde comparant qui fuerunt domini, & debitores collectarum volentes bona recuperare, & collectas soluere, an audiantur & quibus fundamentis, vide text. in l. j. C. si prop. pub. pens. vend. qui vult, vt si sit venditio solenniter facta non audiantur amplius, & Bald. ibi. col. ij. versic. item possunt ostendit practicum seruandam per dictos exactores in venditione talium bonorum, & nulli dubium quod si non interuenit solennitas subhastationis rescinditur talis venditio. l. j. ibi, neque ordine peracto. C. de fide instrum. lib. x. & de solennitate subhastationis, vide Bartol. in l. licitatio. in

Aegid. Bossius.

princ. ff. de public. & Fabian. in tract. empti. & vendi. in v. parte principali. in antepenult. char. versic. sequitur de solennitate subhastationis: sed difficultas est quando solennitas interuenit, sed allegatur vtilitas in pretio, et videtur text. de hoc expressus quod rescindatur. l. si quos. C. de rescindenda venditione, et ibi notat. Paul. de Cast. quem omnino vide redigentem rem ipsam ad l. j. C. de rescinden. venditio. et ita Alex. in l. si quis cum aliter. ff. de verb. oblig. in articulo, an dicta lex secunda habeat locum in subhastatione, imò si interuenierit fraus et dolus, etiam vtilitas pretij citra dimidiam sufficeret. l. j. C. de fide instrum. et Ledito. C. si aduersus fiscum. glo. expressa, et Bartol. in l. si minor. C. de iure fisci. et licet d. l. j. C. si propter public. pens. sit. loquatur in tributo, tamen idem est in collectis, vt per Fanum in tract. pigno. in iij. membro secundæ 132 partis, num. 125. Principes tempore belli in hoc dominio Mediolani volunt annatam à feudatariis, et à donatariis, id est fructus, siue redditus vnus anni bonorum donatorum, et ita quando illam volunt id ordinant via decreti. Sicque tempore multorum Principum factum fuit, et verba decreti sunt hæc, qui habuerunt donationes à Cæsare, nec non à retroactis principibus teneantur, & c. et post vltimum decretum sub Cæsare facta est declaratio, vt soluant ipsi donatarij, ac eorum hæredes, non autem bonorum possessores, in quos trāsata essent bona titulo oneroso, secus si titulo lucrario, et quia fiscus inuenit bonorum possessores, et non omnes donatarios saltem habiles, velle vexare bonorum possessores absolute, queritur an possit dico non posse stare dicta declaratio quæ clarè obligat donatarios et eorum hæredes, et possessores absoluit sicut dixi. Nec mirum est quod grauentur donatarij, qui alienauerunt, et bona non possident liberatis possessoribus, quia ipsi gaudent pretio, et sic re ipsa gaudent liberalitate principis. Bona verò tempore decreti obligantia donatarios non fuerunt tacite hypothecata, ex quo non erant in dominio, nec bonis debitoris. l. rem alienam. ff. de contrahenda emptione. cum glo. et l. quæ prædium. C. si aliena res pignori data sit. et in l. qui filios. C. quæ res pigno. obligari possunt. l. iij. et per totum. C. de priuileg. fisci. et totum titulum ex quibus caus. pigno. tacit. contrahi. et ponit Bartol. in l. rem alienam. ff. de pignor. act. columna secunda, vbi ponit practicum obtineri in hypothecaria, quæ est vt in speciali hypotheca probeatur quod res erat in bonis debitoris tempore obligationis, in generali verò quod fuit aliquando etiā post contractam obligationem, nec est differentia in hoc, inter expressam et tacitam hypothecam, vt in dictis legibus, de priuileg. fisci, et ex quibus caus. pign. tacit. contrahi. per totum, nec vnquam Doctores disputant de tacita hypotheca respectu tertij, nisi quando in eum deuenit à debitorē principali, vt per Aretin. in consi. cy. et Fan. in suo tract. de quo infra similiter etiam bona in hoc onere deficit ius commune, et quia vt dictum est, talia decreta fiunt, quando placet principibus, nec est aliquod decretum quod decernatur, vt omnia bona donata sint annexa tali oneri, nec vt soluant hoc onus quocumque tempore belli, vel aliter, nec necessitas, sicut ad sunt leges de tributis per quas nemo possessor rei tributaria dicitur immunis, etiam pro præteritis. l. Imperatores. ff. de publica. et l. cum possessor. §. si ff. de cens. et latè Aret. in d. consi. et vbi ageretur de solutione annatae imposta ante alienationem, non dubitarem quoniam bona essent tacite hypothecata, vt per Aret. in d. consi. sicut dicitur quod

N 4

quod

quod oritur tacita hypotheca fauore collectarum tributorum, & decimarum, vt per Fan. in tract. suo, pigno, in iij. membro secundæ partis, num. 125, 126, & 127, & eo casu possit sine dubio contra possessores bonorum agi, & vbi hoc onus esset merè reale sicut tributum, solum in subsidium possit agi contra principalem, sed si esset mixtum personæ impositum ratione bonorum: etiam a què principaliter possit agi contra donatarium, imò si ageretur contra possessorem possit ipse dicere, Conuenias primo principalem, Bar. in l. molchis in prin. ff. de iure fisci. et Aret. vbi supra loquor super generalibus quando essemus in terminis tributi et collectæ, in casu tamen præfenti cum onus sit impositum fructibus ipsi perceptis per donatarium, deinde alienatis bonis fortè possit agi principaliter tam contra vnum, quàm contra alium sicut dicimus in onere decimæ et pensionis, iuxta consil. Feder. de Sen. lxxxj. laicus de prædio, et Cardin. in clemen. de cens. quæst. xj. et possessor qui ignorauit onus venditorum eum non admonente, forte possit agere quanti minoris fuisset empturus rem, dicta l. Imperatores, et per Aretinum in eo consilio. Adde circa declarationem supradictam, vt donatarij teneantur, et non eorum emptores quod et si princeps ita voluerit per legem suam, tamen pretium iure non succedit loco feudi Aretin. consil. iij. columna ij. circa finem. Ias. in l. si eum seruum. columna penult. ff. si certum petatur. vbi vide. Idem tamen decreto suo declarauit dux Philippus, volens ipse dux vt si donatarius feudatarij non sit soluendo in subsidium teneatur feudatarius. Et hæc in præfentia sufficiant quo ad materiam collectarum. Mòdo aliqua dicamus

133 + de immunitate ab oneribus quam concedit princeps non ciuitas, vel locus, vt per Bart. in l. hi qui. ff. de iure immunitatis. Ciuitas + tamen interdum, siue locus potest concedere, vt quando concessio fieret ei, qui possit prodesse reipublicæ et venienti de honore ad habitandum, vt per Parpal. in l. placet. colum. penult. C. de sacrosanct. eccles. & circa hoc an ciuitas possit immunitatem concedere, vide Alex. v. volum. consil. xxx. colum. iij. Bar. solum consil. lix. colum. j. et notabiliter Bald. ij. volumine consil. cccclxxxij. et omnino iij. volum. consil. cxxl. et nos Mediolani habemus decretum prohibens ne fiat. Princeps + autem concedit (vt dixi) et concedere potest ab omnibus, etiam patrimonialibus, ita tamen vt ad sit clausula, quo ad patrimonialia, non obstante. Leuacuatatis & alijs in contrarium facientibus aliter non valeret. Barro. in d. l. hi qui. versic. quæro qualiter, Alexand. consilio c. j. in primo volumine et Parpal. vbi supra.

136 Sunt + enim priuilegia immunitatis regulariter à iure prohibita, Ancha. consil. cccij. colum. j. & consil. cccxc. colum. iij. & ostendit optime hoc Alber. in rubr. de immunitate, vbi facit tractatum in materia onerum, & latius & ordinatius loquitur quàm alius ibi videtur eum, char. 5. colum. j. versic. nunc transeamus. Concessio

137 + immunitatis an extendatur ad futura, quando conceditur propter infirmitatem, vel aliud impedimentum & si cesset impedimentum an expiret. Et quando conceditur ob numerum liberorum, an duret eis mortuis, & quando est concessa euntibus ad mercatum, an habeat locum dum redeunt, & an sit excusatus immunitas factus ab his quæ breui tempore expediuntur, & à debilibus & leuibus, & an extendatur ad hæredes, & descendentes, & an comprehendantur sub illo verbo, postea, & an extendatur immunitas ad tempus belli, docet Parpal. in dicta l. placet. & ibi habes

138 + qualiter verborum conceptio esset apta ad tollendas

omnes difficultates. Adde circa modum concipiendi verba vltra Capol. etiam per eum allegatum, Mart. in tractatu, de principe, in titulo, de priuileg. cõclus. lxxxvj. & lxxxvij. & titu. de fisco, conclusio. xvij. & Alex. in dicto consil. xxx. colum. ij. volumine v. & Socin. cõ

139 sil. cclxxxij. colum. v. Et dum dicit Parpal. quòd + immunitas non se extendit ad tempus belli, iuxta notata per Alexan. in l. si ex toto. ff. de legatis primo, Dec. quòd in hoc semper allegatur Dyn. in dicta l. si, ex toto, quòd in hoc semper concessa ab oneribus non trahitur ad onera, quæ postea imponuntur propter bellum superueniens, & hæc est opinio Dyni, licet Alexand. ibi eum corruptè referat, contrarium tenet Raynu. vt ibi per Alexand. quem sequuntur Imol. & Paul. de Cast. Alexand. tandem tenet opinionem Dyni, vt ibi, columna tertia: saltem quando necessitas superueniens est valde insolita, opinionem etiam Dyni simpliciter sequitur Ias. in l. principalibus. col. iij. ff. si certum petatur. & Felin. in c. causam quæ, de rescriptis. colum. xj. versic. quinta declaratio. & in c. non nulli. in xxij. colum. eodem titu. de rescriptis. & ibi dicit etiam quòd hæc est cõmunis opinio, & vide omnino Alexand. in dicto consil. xxx. colum. ij. versic. nec etiam obstat. & col. iij. versic. circa sextam. & ibi videtur sequi opinionem Ray. contra Dyn. Tamen libentius eam sequitur, quia in casu suo verba erant à pla, ita vt res non haberet difficultatem. Adde quòd

141 + immunitas realis transit ad hæredes. Bald. ij. volumi. consilio cclxxxij. colum. ij. Alexan. in d. l. hi qui.

142 Nam regula est quòd + immunitas concessa alicui non se extendit ad hæredes. l. j. ff. de iure immunitatis. in si. si tamen est realis transit secundum Bald. vbi supra, intellige etiam d. l. j. in si. si ex priuilegio sit concessa, secus si ex contractu, vel donatione, vel sumis in beneficijs, vt per Ias. in l. si sic, post penult. quæst. Barro. ff. de verb. oblig. Alexan. consil. clx. vol. ij. Firmia. in verbo, descendentes. iu repertorio. Deci. consil. cccclxvij. col. penult. & etiam consilio cccxcviiij. Adde etiam + quòd priuilegium immunitatis concessum posteris, non se extendit ad feminas, nec natos ex feminis. d. l. j. in si. & Ias. remissiuè in l. j. in vlti. col. ff. de institut. princip. & ibi ad finem. ponit de illo notabili dicto Bar. in l. quoties. C. de priuileg. l. cho

144 lar. lib. xj. An + priuilegiu concessum etiam feminis extendatur tantum ad feminas virgines, an etiã ad nuptas. Et vbi à femina + concederetur immunitas tibi & posteris + intelligeretur etiam de posteris natis ex feminis, vt per Iason. in l. stipulatio ista habere licet. §. hi qui sunt col. ij. versic. quarto. de verbor. oblig. vbi allegat consil. Ancha. quòd tamen reprobat.

146 Et nota + quòd pendente questione super immunitate, interim qui se præterdit immunem debet cogi ad soluendum. Bal. j. volumi. consil. cxxxvij. col.

147 ij. Item nota + quòd conuentio facta pro certis oneribus excludit alia onera. Bartol. consil. lix. columna j. & ij. Nota etiam + quòd qui est in possessione soluendi, debet soluere donec sit decisum in petitione. c. querelam; de electionibus, Iacobi. in tract. de homa. char. 3. colum. fin. & sequen. & per Abb. in cap. peruenit. de cens. & differentia est, An + quis, per priuilegium acquirat sibi immunitatem, an liber per pactum referret sibi libertatem. Bal. not. ij. volumi. consil. cccij. & iij. volumine consil. cclxvj. Scias etiam

150 + quòd immunitas quamuis ampla non se extendit ad vestigalia. Bald. v. volumi. consil. ccccvij. colum. ij. Alexan. in d. l. hi qui. in prima apostilla. & ij. Bald. in lege omnium C. de vestigalibus. Tamen valer. si appareat ita principem voluisse, quia in effectu potest

hoc

hoc facere, ita Bald. in dicto consil. ccccvij. & in effectu dic, vt dixi supra quòd valet vbi apparet eum sic velle cum clausula, non obstante, ita Bartol. in l. euacuatis, & ibi Doctores communiter. C. de decur. lib. x. & seruatur in hoc dominio, vt valeat à quibuscunque oneribus, & non solum extraordinarijs, sed etiam ordinarijs datis, & gabellis: ita tamen quòd appareat principem ita voluisse, est verum quòd postea coguntur ad soluendum exempti & non exempti hoc tempore quo turbatum est dominium, & quomodo

151 intelligatur hoc, + quòd exempti, & non exempti soluant, vide Alexand. in dicto consilio xxx. volmi. v. colum. j. & sequen. & sine dubio non intelligeretur, quando exemptio esset ex causa onerosa, quia etiam in specie non possit illam reuocare, iuxta notata per Bald. in l. qui fe patris. C. vnde liberi. & dicta per me supra, circa principium huius tituli, de Principe. Et quia saltem non est verisimile, vt velit apponere manum ad tales exemptiones, iuxta notata per Alexand. in dicto consil. colum. ij. in fin. & princ. sequen. dum loquitur de quadam immunitate concessa in contractu fendi, & sic quæ erat pars contractus, & ita seruatur in hoc dominio. Sed difficultas est, + quomodo dicatur onerosa, & in hoc dic, quòd si princeps concedit ex liberalitate, quamuis propter benemerita, quia tamen non poterat cogi dicitur causa lucratua, & ita nulla donatio remunerans dicitur onerosa, sed si concedit ex necessitate, vel titulo oneroso dicitur onerosa, sic probat gloss. communiter approbata in l. sed & si lege. §. consuluit. in verbo, obligauerunt. ff. de petitione hæreditatis. Bartol. in l. Mauius. §. duobus. colum. viij. versic. secundò quæro. ff. de legat. ij. & ita sic dicente me in Senatu super interpretatione decreti, quòd concessio gratuita non transeat in feminas, nec extraneos in causa D. Verminus contra communitatem Bobij Senatus iudicauit.

153 Est tamen aduertendum, + an pretium respondeat iuxta notata per Alexand. in l. Gallus. §. institutus. in

154 fin. ff. de liberis & posthumis. & circa illud + an se extendat immunitas ad futura, & quid si essent permutata, & subrogentur loco priorum, vide Bald. primo volumine. consil. cxij. colum. j. circa finem. Alexan. in l. fin. ff. de iureiurando. & de immunitate propter sexdecim vel duodecim liberos, vide Alexan. in l. scien dum. §. fin. ff. qui satisfacti coguntur, & Parpal. in d. l. placet. char. 5. colum. ij. versic. vltimum casum. & practicabilem. Ias. in d. l. sciendum. §. fin. & nos Mediolani habemus decretum super hoc, super quo consuluit Bald. consilio cxvij. volumine primo. & licet in

155 tertium facta sit dubitatio: An + etiam se extendere ad filiam nuptam, tamen postea declaratum est ad eam se extendere, & quòd etiam habeat locum, viuo patre tamen si filij omnes tollerentur medio, iuxta etiam ius commune, vt per Dec. in regula in omnibus causis id obseruatur. ff. de regulis iuris. in fine. Non ita si vnus solus moreretur defuncto patre. Nec mirum quòd mortuo patre res ita strictè procedat, quia iure communi cessat hæc exemptio mortuo patre. Socin. consil. lxxxiiij. col. j. vol. j. & dum dicit quòd in communi non viuant, intelligitur id est expensis communibus patris, iuxta notata per Bar. in l. Quintus. ff. de annuis legatis. & consequenter etiam quòd pater habeat in duodena filium dicitur in communi viuere, & ita obseruatur, etiam seruatur quod in vtero existens habeatur pro nato, dummodo sit prope natiuitatem. Et

156 + quanto tempore quis acquirat prescriptione immunitatem non soluendo, vide Parpal. in d. l. placet. char. iij. colum. ij. versic. & si vultis videre, est materia

Bart. in l. licitatio. §. earum. ff. de public. ponit Alexand. in dicto consilio xxx. colum. iij. volum. v. & ibi etiam

157 dicit quòd + licet concessio immunitatis non valeat, vt quando à communitate recognoscens superiorum facta esset, vel etiam à principe non recognoscens, sed sine clausula, non obstante, vt supra dixi, iuxta doctrinam Bart. in dicta leuacuatatis, nihilominus hæc concessio operatur, vt illud quod præscribi non poterat, puta tributum, iuxta dicta Bart. in d. §. earum præscribatur quadraginta annis, quòd not. vide etiam Alexand. consilio xxj. colum. viij. versiculo, ex his ergo apparet. volum. v. & Bart. consil. lix. versic. præterea

158 hoc certum est. Et + quid in censu vide latè Felin. in cad. audientiam. colum. vj. in si. cum sequen. de præscript. vbi distinguit. & nos Mediolani habemus ordi

159 nem, + quòd inter priuatos non solutio vestigialis quòd exigitur ex frumento in horrea, & vino in cellas deportato per triginta annos parit libertatem amplius non soluendi. Quo verò ad + hunc nemo est immunis non soluendo per aliquam prescriptionem, nisi sit lapsum tantum tempus cuius initij memoria non existat in contrarium, qua prescriptione etiam quæ ad iurisdictionem attinent acquiruntur,

161 & hoc regulariter. Tamen + in taxis equorum requiritur priuilegium in specie de exemptione, vel quòd priuilegium sit ita interpretatum tandiu, vt non sit memoria hominis in contrarium, sic in ordinibus

162 nouis huius dominij. Aduerte tamen + quòd et si indulgentia domini in non exigendo proficit, vt per Bart. in d. §. earum. & Doctores vbi supra, Tamen indulgentia publicani non prodest, & consequenter non nocet domino d. §. earum. prodest tamen, vt quis non soluens, non incidat in pœnam, vt per Bartol. in dicto §. earum. & Firmian. vbi vide in ix. parte principalis, tracta. gabell. colum. ij. versic. secundò quæro. Bald. ij. volum. consil. lxxxix. plenius in iij. volum. consil. cccxj. & iij. volum. consil. cclvj. & Bald. v. volumine. consilio xxxiiij. & Cuman. consilio quinto. Et adde ad id quòd

163 + indulgentia publicani non nocet domino, quòd hoc est regulare in quolibet conductore qui non potest interuertere possessionem domini sui. Item nemo. C. locari. l. quamuis. §. j. ff. de acquiren. possessio. & l. iij. §. si rem. & §. seq. ff. eodem. & ibi Socin. & in consilio cxxxj. colum. iij. + princeps concedit immunitatem alicui, alij debeant granari pro eius portione. An verò ipse princeps debeat exonerare communitatem, vide Bartol. in lab. omnibus. ff. de legat. j. & Ias. in lauis neptis. ff. de pact. Felin. in c. accedentes. colum. vj. de præscript. & ex his quæ ibi dicuntur, præsupponitur quòd princeps hoc etiam possit in præiudicium tertij. Tamen si supplicetur per grauatos teneatur princeps reuocare, vel minus grauare per c. suggestum. de decim. & per ea, quæ dicit Barbat. consil. xiiij. in ij. vol. & vide Alex. An possit in d. conti. xxx. vol. v. Et quo tempore eram fiscalis semper opponebatur contra talia priuilegia, cum eorum peteretur approbatio à Senatu, iuxta ordines laudabiles principum nostrorum, vt quo ad onera principis non fieret approbatio, nisi prius facta grauaminis diminutione, quo verior ad imponenda per communitates in necessitatibus suis non approbarentur, & ita centies feci seruari. & in hac materia immunitatum scias quòd

165 + reuocantur priuilegia si postea incipiant esse iniqua. d. c. suggestum. Dec. in consil. cccxxv. & in c. nouit. de iudi. in illo articulo, An priuilegium concessum non subdito possit reuocari si incipiat esse iniquum in char. 44. colum. j. versic. secundo limita. supra dixi quòd acquiritur immunitas non soluendo, iuxta dicta

Bart.

Bart.in d. l.licitatio. §. earum. ff. de publica. Hic igitur
 166 est querendum quomodo perdat privilegium
 exemptionis, & dic quod quando scio me descriptum
 in libro eorum qui tenentur & non appello, amitto
 immunitatem. l. j. §. si quis tutor. ff. quando appell. fit &
 ibi Angl. expressè, quem sequuntur Imol. & Aret. ibi
 & est communis opinio in d. §. & apparet ex consil.
 Alex. cj. vol. j. col. penult. & dictus Iaf. in l. falso. C. de
 diuer. rescrip. & in l. h. ad fin. ff. de cõstit. princip. quic-
 167 quid teneat Iaf. maxime in d. l. si. Et si soluo sine pro-
 testatione conseruationis iuris mei an perdam im-
 munitatem, vide Alex. consil. xxxij. vol. v. & consil.
 cxciij. col. penult. in iij. dubio. ij. vol. Iaf. in d. l. si. ad fin.
 & consil. xxv. in iij. vol. Iaf. in l. non solum. §. morte. col.
 fin. de oper. no. munt. Alex. consil. cxc. col. fi. in ij. Et intel-
 168 lige id quod dixi quod si scio me descriptum, &
 non appello, privilegium amitto, prout text. dicit in
 d. §. si quis tutor. quando quis vocatur ad munus, vt
 quando citatur quod soluat, & ita exemplum ponit
 Ang. in d. §. quem alij communiter sequuntur atque
 ita sufficeret sola descriptio in catastro, vt nunc ali-
 qui dicunt in quæstione quam habeo in facto, &
 male, & licet postea videantur Angel. & Doctores re-
 quirere citationem ad ostendendam scientiam quod
 sit descriptus, & ita sufficere videatur quod sciam me
 esse descriptum, tamen in descriptione catastro, quod
 169 dixi existimo esse verissimū, quia si catastro non
 descriptus exemptus, vt absolutē soluant, sed vt cessan-
 te exemptione soluant, vel bonis exemptis transeun-
 tibus in alios. Et quia etiam interdum exempti
 coguntur soluere, vt tempore belli, iuxta dicta supra, &
 ideo soluitur quod in catastro ponuntur ecclesie &
 loca pia, vnde Doctores non ponunt exemplum de
 catastro, sed de libro eorum qui soluere debent, & sic
 quando omnes describuntur vt soluant, & vide Deci.
 ad prædicta in ca. cum accessissent, in v. quæst. de con-
 170 sultu. An si rei immunitas transeat ad emptorem,
 vide Bart. in l. licitatio. §. mercatores. ff. de publicat.
 Deci. consil. xlvij. & mature & diligenter, & consilio
 quinquagesimo primo. colum. ij. & Abb. in ca. ex par-
 te. el primo. de decimis. Alexan. consilio cccj. volum. j.
 colum. iij. in fine. & ij. volum. consil. cxcj. in primo du-
 171 bio. & iij. volum. consil. xxxv. col. vij. Et si an priuile-
 gia in genere loquendo extinguantur cum perso-
 na, vel transeat in heredes, et singulares successo-
 172 res, dicam infra latè, versic. si etiam vis scire, An per
 generalem derogationem intelligatur reuocatum
 privilegium exemptionis in specie. alicui concessum,
 et an vnum privilegium tollat aliud, est materia Abb.
 et Doctorum in cap. j. de rescriptis. vbi vide Felin. et
 Dec. et dicam infra, circa finem huius tituli, de princi-
 173 pe. Et si quanto tempore privilegium exemptio-
 nis, vel quodlibet aliud privilegium tollatur etiam
 174 infra dicam. Quæro etiam si an clerici teneantur
 ad vectigalia, in qua quæstione dic quod non tene-
 tur. cap. quamquam. de censibus in vj. et Bart. in l. pri-
 ma in fi. C. de mul. et in quo loco libro decimo. Te-
 nentur tamen eorum coloni partiarj pro fructibus
 eorum colonorum, id est, pro parte eorum, ita Feder.
 de Sen. consil. cxj. vbi vide, et refert et sequitur Fran-
 cis in d. c. quamquam. istam opinionem etiam tenet
 Pappal. in l. placet. C. de sacrosan. ecclie. in vj. limitat. et
 in effectu Abb. in c. ex parte. el primo. de decimis. Quan-
 do privilegium est datum personæ, secus si esset da-
 tum rebus, et sequitur Socin. consil. cxcv. col. iij. et
 de opinione Feder. et de materia vide latè Firmia. in
 tract. de gabel. in vij. parte. et ideo in ciuitate Medio-
 lani vidi multa privilegia impetrata à religiosis per-

sonis concessa immunitatem ab omnibus non so-
 lum ipsi religiosis, et eorum prædiis, ac bonis, verum
 etiam eorum colonis, et partiaris et sctabilibus, sed
 175 queritur, An si princeps ipse possit ordinare ex causa
 (vt tempore belli) quod ipsi coloni et partiarj, de qui-
 bus supra, soluere teneantur non obstante priuilegio,
 sicut fit in aliis laicis exemptis, iuxta nota. per Din. et
 Alex. in l. si ex toto. ff. de legat. j. Crederem eum posse
 per not. ibi per D. Alexand. cuius opinio videtur com-
 munis, vt dixi supra, nisi tamen verba immunitatis ef-
 sent ita ampla, vt excluderent casum belli, iuxta not.
 per Alexand. in consil. xxx. in ij. col. in v. volum. vbi est
 videndum, et ita continetur in capitulis vectigalium
 nostrorum à quibusdam annis citra propter malam
 qualitatem temporum, et bella maxima quæ vigne-
 runt, et adhuc vigent, quia disponitur expressè, vt fi-
 ctiles qui pecunias solunt, et massarij partiarj qui
 habent immunitatem à Ducibus, teneantur soluere
 vectigalia pro fructibus suis, donec aliud ordinabitur
 est verum quod non videtur hoc potuisse fieri, ex quo
 prius concessum non fuit colonis, sed ecclesie pro co-
 lonis, et consequenter concedens non potest reuoca-
 re contra non subditum; nam licet princeps secularis
 possit tollere beneficium suum clericis, vt not. Abb.
 in cap. ecclesia sanctæ Mariæ. de constitut. col. penult.
 & Deci. in d. c. char. 33. col. j. & Alexand. in l. ab admi-
 nistratore. in fi. C. de leg. Tamen non potest tollere
 quando iam acquisitum fuit privilegium. Deci. vbi
 supra, char. 34. col. j. versic. non obstat. circa fin. tamen
 solutio patet ex his quæ tradunt Alex. & Iaf. in l. non
 amplius. §. j. ff. de leg. j. vbi ostendunt communem ef-
 176 se conclusionem, vt si privilegium concessum eccle-
 siæ possit per eundem tolli, etiam ex interuallo iam
 facta acquisitione, cuius contrarium volebant Bart.
 in l. priuilegia. C. de sacrosanct. ecclie. & ita in effectu
 Dec. in d. c. ecclesia sanctæ Mariæ charta 34. col. j. ver-
 sic. & prædicta procedunt in vltima linea, dum dicit
 Paul. tamen de Castr. & melius per Felin. ibidem, char.
 10. col. fin. versic. duodecimo quæro. quæ opinio eò
 magis bona est, quia non tollit prorsus privilegium,
 sed suspenditur, & ratione belli. Sicque etiam talis
 casus non comprehenditur, iuxta dicta Alex. in d. l. si
 ex toto. & licet aliqua verba privilegij sint ambigua
 super hoc, an etiam tempus belli comprehendatur, ta-
 177 men princeps si potest interpretari suum priuile-
 gium. c. cum venissent de iudic. & hæc conclusio quo
 ad colonos locū habet. Quo vero ad principales per-
 178 sonas ecclesiasticas nemini dubium est, quod sunt
 immunes hoc modo, videlicet, si habent bona & ipsi
 illa colunt, vel per alios diuidendo fructus, tunc om-
 nes fructus sui gaudere debent immunitate dicto ca-
 pitulo quamquam. de cens. in sexto, & capitulo non
 minus. extra. de immuni. ecclie. vbi latissime per Ab.
 & alibi sæpè; si vero bona non habent, sunt immu-
 nes in rebus ad vsum eorum, ita Firmia. in tractat. de
 gabel. in dicta sexta parte columna quarta, versiculo
 item verum etiam pro rebus seu fructibus, & ideo cū
 in hoc vtrum sint ad vsum eorum, an non, adeatur
 iudex laicus, vt per Firmian. vbi supra, d. columna iij.
 versic. statur autem iuramento. non mirum. si etiam
 in dictis capitulis publicanorum datur modus, & li-
 mitatio in rebus pertinentibus ad vsum dictorum reli-
 giosorum, & si consequenter quod nimis parçè res
 procederent, domini Quæstores prouideret, & ad eos
 hoc onus spectaret, vt dixi, & in eis capitulis dicitur
 expressè quod pro fructibus dictorum religiosorum, pas-
 sim, & absolute datur immunitas, pariterque q̄ sint
 immunes pro rebus ad vsum eorum, vnde cū d. capitula
 fuerint

fuerint visa in Senatu, & mihi demandata esset pro-
 uincia illa rese rendi, vna cum dubitationibus adiacē-
 tibus circa obseruationem eorum, semper fuit ordi-
 natum quod domini Quæstores illa obseruarent. Ver-
 umtamen cum aliqui ex Senatoribus ecclesiasticis
 dixissent quod malè obseruabantur, fuit dictum hoc
 dominis Quæstoribus, & iniunctum quod illa fa-
 179 cerent obseruari. Reliqua in hac materia immu-
 nitarum & excusationum munerum, & quæ sit ex-
 cusatio à muneribus, iuxta titu. ff. de vacat. & excus.
 muner. & quis possit concedere immunitatē, & qui-
 bus personis sit concedenda, & ex quibus causis, quia
 vt dixi regulariter, sunt prohibita immunitates, &
 de effectu immunitatum, et excusationum, vide per
 Alberic. in d. rubr. ff. de muner. et honor. charta 5.
 col. ij. versic. nunc transeamus. vbi per duodecim
 col. prosequitur hanc materiam, et per Vbal. et Par-
 men. in tractatibus collectis. et Iafon. in d. l. placet. et
 vide Lunicam. C. de his. qui à prin. vaca. accep. lib. x.
 180 et titu. seq. Princeps si solus legitime illegitimè na-
 tos restituendo natalibus. l. qui in provincia. ff. de
 ritu nuptiar. et toto titu. ff. de natal. restit. Imperator
 181 si in terris imperij quo ad prophana, et summus
 Pontifex in terris ecclesie quo ad ea, quæ sacra &
 prophana sunt, extra verò terras ecclesie, tantummo-
 do in sacris, ita in effectu Bart. in authen. ex comple-
 xu. C. de incestis nuptiis. & materia hæc, an Cæsar in
 terris ecclesie possit legitimare, & Papa in terris im-
 perij, quæ traditur in c. per venerabilem. qui fil. sint le-
 182 giti. iuxta text. ibi, qui vult, vt Papa si non possit in
 temporalibus in terris Imperij legitimare, nisi sub sit
 causa maxime ardua, in quo articulo dic communem
 183 esse quod ad hoc vt valeat si requiratur, personam
 & bona esse ex territorio legitimantis. Corn. consil. j.
 colum. vj. versic. nec obstat quod vltimo in iij. volum.
 & consil. ix. colum. penult. in fin. & sequen. volum. iij.
 Anchar. in cap. j. de sponsal. & consil. cccxx. primum
 dubium. Abb. in dicto ca. per venerabilem. colum. vj.
 Rota decisio. cc. inferiori à principe. Bal. in leam quam
 C. de iure aureor. annulor. & in consil. cccvj. in ij. vol.
 in impresso Mediolani, vbi tamen interueniret consen-
 sus domini territorij, valeret per ea, quæ dicam paulò
 infra, in versic. est tamen. & aliter non, quia requiritur
 derogatio legum, quibus non potest derogari in alie-
 no territorio secundum præfatos Doctores, & ita e-
 tiam Ioan. Fab. in fit. de nupt. ad finem. Fulgos. consil.
 xxxij. colum. ij. Cuma. consil. clvij. colum. iij. Capra
 consil. ij. colum. iij. Alexand. consil. lxxvij. colum. finali.
 volum. j. vbi dicit quod ita se habet communis opi-
 nio Curt. Sen. consil. lxxij. vol. xxij. est verum quod
 Cæsar in terris vbi habet directum, legitimar, quia
 persona non est omnino non subdita, nec bona, vt
 per Docto. vbi supra, & infra, in dicto versiculo. Est
 tamen sciendum, retinuitque Cæsar quando infeud-
 auit sibi seruata in signum supremi principis, iu-
 xta notata per Felinum in c. quæ in ecclesiarum. de
 constitutionib. dum tractat quando princeps videat-
 ur transulisse ea, quæ sunt sibi seruata, & per
 quæ verba. Et hæc est causa propter quam in hoc do-
 184 minio duces fecerunt decretum, vt nemo posset
 impetrare priuilegium à Papa, vel Imperatore sub
 habitu priuilegio cum licentia non possint illo vti si-
 ne licentia, de quibus decretis an valeant tanquam
 sint contra legem superioris, vide D. Franciscum Cur-
 tium Iun. in consil. clvij. & Barbat. consil. lvij. char. ij.
 columna vltima, volum. ij. & primum quod non pos-
 sint impetrari priuilegia in hoc dominio est subla-

tum, quia vnitum est vile cum directo, & Cæsar est
 dominus pleno iure. Secundum verò quod impetretur
 licentia, durat etiam approbante Cæsare, & hoc
 ad finem ne Comites Palatini illo malè vtantur: quæ
 ratio etiam facit illud valere sicut consiluius Barbat.
 185 vbi supra. Est tamen si quod quamuis Cæsar in ter-
 ris imperij etiam infeudatis possit legitimare, tamen
 hoc non potest quo ad feuda sine licentia ducum, &
 feudatariorum quibus acquiruntur feuda ob finitas
 generationes, hæc est communis opinio Doctorum,
 vt apparet in consilio allegato. Curt. Iun. clvij. licet
 ipse teneat contrarium, allegat Salic. Alexan. & alios,
 ac Curt. Sen. consil. lxxij. char. antepenultima. versic.
 quindò principaliter. & idem tenet Curt. Senior consil.
 xvj. & Marti. Lauden. in tracta. de principe. in versic.
 incipiente, consentiente domino feudi, & ad rationes
 Curt. Iun. apparet facilis responsio, & si vellem loqui
 vltius in materia legitimationis exirem materiam
 principis, quantum tamen attinet ad potestatem Cæ-
 saris & Papæ, vide Marti. Lauden. in d. tracta. legiti-
 ma. in j. colum. & sequen. & per alios tractatus, mate-
 ria est trita, & quæ etiam latissime tractatur in d. cap.
 per venerabilem, & pendet quæstio de qua supra ab
 186 alia quæstione, videlicet an si Imperator possit à se
 abdicare supremum dominium donando, vel infeud-
 ando ciuitatem, vel prouinciam, de qua per Caccia-
 lupum, in l. cunctos populos. C. de sum. Trin. & fide
 Cathol. colum. vij. versic. prædictis ad de. & quo ad ter-
 ras ecclesie, quas ei donauit Constantinus, clarum
 est quod nihil retinet, vt ibi, & consequenter verifica-
 tur prædicta conclusio quod non possit legitimare
 in terris ecclesie, & videtur sentire contra hanc cor-
 munem opinionem Brun. consil. ij. colum. x. versiculo
 consil. terari. & vers. seq. & consil. xj. col. vij. dum vult
 quod princeps concurrat cum feudatario, & quod i-
 deo possit alterare statum feudatarij, vt ibi per eum,
 tamen fundamentum Bald. in l. qui se patris. C. vnde
 libe. quod pro se allegat, non facit in proposito, quia
 loquitur quo ad iurisdictiones datas officialibus, vt
 187 declarabo infra d. tit. de regalijs. Princeps si solus po-
 test auferre dominium rei meæ, vt est Papa, vel Im-
 perator qui superiorem non recognoscunt, alij verò
 recognoscentes superiorem hoc non possunt, vt sunt
 duces, comites, & barones. Alber. in l. quoties. C. de
 precib. imper. offer. refert & sequitur ibi Paul. de Cast.
 in j. colum. & dicit Paul. ibi se ita consuluisse Bergami,
 & idem Bald. in litem si verberatum. §. j. ff. de rei. ven-
 di. in quo articulo breuiter dic, quod cum causa prin-
 ceptis hoc potest soluto tamen pretio, ita Iaf. in l. fin. in
 colum. j. versic. vltra. C. si contra ius, vel vili. public.
 Dec. in c. quæ in ecclesiarum. de constit. char. 3. colum.
 fin. versic. & ex ista. & Dec. in regul. id quod nostrum
 est. colum. j. ff. de regul. iur. & licet Iaf. in d. l. fin. dicat
 causam hanc debere cõcernere publicam vtilitatem,
 & in l. quominus. ff. de flumin. dicat circa principium
 quod hæc est sola causa, tamen generalius videretur
 188 tenendum quod si omnis ratio naturalis mouens
 principem ad ita faciendum sit sufficiens, ita notabi-
 liter dicit Abb. in cap. fin. de consuetud. col. ij. et facit
 quod ratio naturalis multum valet quando tractatur
 de potestate vel actu principis. Bald. in procm. C. et
 Martin. in tracta. de principe. conclusio. lxxxv. et hoc
 idem tenet Aret. quod non requiratur causa publica
 in l. Gallus. §. et quid. col. pen. ff. de liber. et posth. Et
 189 si causa præsumitur in principe quado tractatur de
 auferenda (vt dixi) re mea, vt per Dec. in d. ca. quæ in
 ecclesiarum. post Felin. char. 4. col. ij. versic. tertia con-
 clusio. et col. seq. et efficax ratio est, quia hoc modo
 destrueret

destrueretur allegata conclusio, quod princeps non potest sine causa auferre re alterius, quae procedit tam directe, quam per indirectum, vt not. Aretin. in l. j. in princ. colum. ij. de acqui. posses. & licet in oppositum sit Abb. & Alexand. tamen etiam pro hac opinione non deficit auctoritas ultra nos solennes viros Felin. & Dec. vt ibi per Dec. Item non potest responderi ad rationem allegatam, & ad hanc opin. late vide Ias. in l. si testamenta. C. de testamen. vbi facit regulam, quod causa praesumitur in principe secundum communem opinionem, postea eam limitat quando princeps facit contra ius gentium, & hanc limitationem comprobatur tam validis fundamentis, vt amplius non sit dubitandum, & dicit Soc. in l. Gallus. §. & quid si tantum. col. ante pen. versicu. circa tertium, quod haec est communis opinio & Marti. in tract. de principe. conclusio. lxxvij. vbi allegat Rayn. & Bart. De plenitudine vero potestatis + videtur quod princeps potest hoc facere sine causa, ita Ias. in d. l. fin. C. si contra ius in vj. limitatio. & Dec. in d. c. quae in ecclesiarum. char. 4. colum. j. versicu. resoluendo, qui tamen loquitur solummodo pro principem, sed communis est in contrarium quam tenet Abb. in cap. ij. de voto. Barbatus consil. xxiii. clementia. in ij. volum. & consil. lv. vtrum & quando. in iij. volum. & quod haec sit communis attestatur Socin. consil. cclxxiii. colum. iij. & sequen. &

191 quando + dominium acquiritur actu iuris ciuili, quia tamen dominium ipsum est de iure gentium tunc etiam requiritur causa, vt dicit Socin. in d. §. & quid si tantum. vbi supra, & ita Ias. in dicta l. fin. in vj. limitatio.

192 tio. Et + scias circa hanc plenitudinem potestatis quod princeps qui ea vitur sine causa peccat. Innocent. in cap. innotuit. de electio. & Paris de Puteo in tract. syndic. in titu. de regum, principum & ducum.

193 excellentia. colum. ij. circa finem Item scias + quod in dubio princeps ea non videtur vt, ita not. in dicto cap. innotuit. praeterquam si actus aliter non valeret, vt per Dec. in l. si donatio. C. de collatio. nume. 12. & Dec. in regula, in contrahenda. ff. de regulis iuris. numero septimo. Intellige tamen hoc vltimum vbi expressit. potest ea vt per praedicta, & in dubio princeps videtur vt iure communi per ea quae dixi supra hac eadem rubrica, circa traditionem domini in priuilegiis principis, & quando contractus principis

194 habeatur pro lege. Scias etiam + quod quamuis princeps cum causa possit tollere rem meam, tamen non praesumitur in dubio id velle facere. Propterea procedit hoc quando clare apparet eum ita voluisse facere, vt not. plenissime maxime per Ias. in l. fina. ff. de

195 constitut. princip. Scias etiam quod + clausula, Ex certa scientia: idem operatur quod ex plenitudine potestatis, vt per Dec. consilio. excj. colum. ij. Scias quo-

196 que + quod et si princeps aliquid concedat ex plenitudine potestatis, non tamen ille, qui conceditur habet plenitudinem potestatis. Marti. in tract. de principe. conclusio. cvij. Et dum dixi + quod princeps non videtur tollere ius tertij, Adde quod hoc procedit eam quod illud ius solum esset in spe, vt per Felin. in cap. cum olim. colum. ij. de re iudic. & dato quod de modico praedicio agatur, vt per Dec. in d. cap. col.

198 ix. Princeps + tamen etiam sine causa potest derogare iuri in spe, vt per Socin. Alexand. & alios in d. §. & quid si tantum. & Deci. consil. cccxc. colum. v. vbi vide. qui tamen loquuntur in iure quaerendi de iure ciuili, sed si aliud ius quis haberet, vt fideicommissarius vocatus, si haeres decedat sine liberis, qui dicitur habere ius in spe probabili. Barto. in l. is potest. ff. de acqui. haered. & qui non dicitur venire a lege ciuili,

quia ex testamento venit iuxta notata per Ias. in l. v. nica. quando no per partes. circa l. obuenire. ff. de verborum signifi. Aliud arbitraret, si etiam ius in spe esset quatum ex contractu tertij, minus difficultatis remaneret. Et circa praedicta etiam non ignores, + clausula, Ex certa scientia: non operatur in his quae sunt facti, & quae princeps ignorat. Bald. in l. impetrata. C. senten. rescin. non pos. & Abb. in ca. pastoralis. §. praeterea. de offic. delega. sicut neque aliae clausulae accessoriae quicquam operantur. Alex. consil. lxx. & consil. cccxxv. volum. vij. Curt. consilio 50. colum. ij. Et + de praedictis, & etiam quid operetur clausula, Non obstante. & Ex certa scientia. Et de plenitudine potestatis, vide Curt. in consil. clvij. quod fecit pro comite. Franchino Ruscha, & Socin. omnino consilio cclvj. Deci. consil. excj. colum. j. Brun. in consil. j. & pluribus sequentibus. & alibi saepe, & quando princeps censetur praedicare tertio per clausulas, motu proprio, & ex certa scientia. Et an + quando voluit praedicare tertio, & late de iure tertij, vide Alciat. in tract. de praesumptio. praesumptio. xj. regul. iij. Princeps an + via legis generalis possit priuare tertium re sua, dixi esse posse, etiam non restituto pretio, ad differentiam quando particulatim auferitur iuxta proximè dicta, ita Alexand. in l. Barbatus. ff. de offic. prae. & Deci. in dicto ca. quae in ecclesiarum. de constit. char. 3. colum. finali. versicu. secundò hoc. & ita tene quicquid dicat Ias. in l. Barbatus. colum. vij. versicu. inuenio. est verum quod requiritur causa, iuxta etiam proximè dicta, et per Doctores vbi supra, et dicit Innocent. in ca. quae in ecclesiarum. quod + constitutio principis contra ius, naturalis, vel gentium, sine causa nihil valet, quem refert et sequitur Marti. in tractatu de principe. conclusio. cclxxvj. Sed tamen non restituitur pretium, et ita videri deo seruari, et sicut potest proferri tollere ius meum

203 via legis (vt dixi) ita et + multo magis possit imponere seruitutem, et onus in re. Bald. in l. nupte. ff. de fenat. in princ. Nicol. de Matarel. in l. qui agros. C. de omni agro deserto. lib. xj. Anchar. consil. cxlij. et Bald. in l. qui se patris. colum. penult. C. vnde lib. et ideo

204 in donationibus principum nostrorum titulo donationis, vel feudi, vt memoria beneficiorum collatorum per principem non amittatur per alienationem in extraneum vel freminam, apposta est feruitus via decreti generalis quod obseruatur sicut Euangelium vt non possint transire in extraneas personas, nec titulo particulari, nec vniuersali, nec alio quouis modo. Quinimo quod solum filij legitimi et naturales, et eorum descendentes succedere possint, quod tamen decretum fuit editum a duce Ludouico Sfortia in odium Vermensium, vt eos priuaret bonis feudalibus quae habebant, vt intellexi + nonnullis qui de hac re edocti erant, et deinde cognoui in causa mihi commissa inter eos. Quae pendet a principis + voluntate censentur impossibilia, nisi sint conueta concedi. Dec. in reg. ea quae. ff. de reg. iur. in fin. et in l. quae

206 cunque. ff. de offic. eius. Princeps + debet eligere consiliarios sapientes secundum Bart. in tract. de regim. ciuit. quod Marr. in tract. de principe. conclusio. clxij. dicit fecisse ducem Mediolani tempore suo, qui in consilio suo prudentes Doctores et viros peritissimos, et Deo deditos elegerat. Et hoc idem + nostra tempestate summo iudicio, et accurata consideratione obseruauit dux nostrer Franciscus Sforria secundus, qui Senatuum constituens in eum ordinem delegit clarissimos, ac eloquentissimos Iureconsultos, et ex aliis florentissimis ordinibus ipsa lumina inter

208 + quos nunquam satis laudati sunt, Franciscus Taberna

berna nunc supremus cancellarius, Franciscus Sfondratus, qui non ita pridem ciuitatis Senarum gubernacula tenebat, munere sibi a Carolo Quinto Imperatore demandato, postea autem in amplissimum Cardinalium collegium cooptatus est. Nec non & Ioannes Baptista Specianus, cui tam acre ingenium inest, vt etiam in secretis consiliis principis omni tempore versatus fuerit, & sine quo nihil laetis consuleri videtur agi posse. Praeterea Petrus Paulus Arrigonus summa prudentia, ac virtute praeditus, & in optimaratione constans, ac fortis ad omnia summa natus, omitto caeteros ingenio, doctrina, & recta animi voluntate praestantes, qui omnes, si de me ipso dixerim huic celeberrimo Senatus ordini magnum etiam splendorum afferunt, eumque mirum in modum exornant, quod non minus a prudentissimo principe in deligendis praetibus factum videmus, inter quos erat Ioannes Moronus episcopus Mutinensis his annis proximè praeteritis ob eximias animi virtutes Cardinalis creatus, equites praeterea, nobilitate, ingenio, multisque virtutibus insignis elegit, sed praeter eos, vt ipsiusmet principis vtar verbis, quod munus Senatoriae dignitatis firmiter subulteret clauo, nec ventis aut fluctibus labefactaretur, elegit praesidem & moderatorem ipsius ordinis, defuncto a. i. praeside Franciscus Marliano viro celeberrimo, Iacobum Philipum Saccum virum grauitate, rerum vsu, ac ingenij velocitate nemini secundum, in quo munere iam per quatuordecim annos, ita laudabiliter se gessit, & Senatus auctoritatem, ac dignitatem aded auxit, vt non solum homini, qui iustitiam colunt, verum etiam mali, & peruersi homines cogantur hominem hunc venerari, & constanter affirmare, donec conseruabitur hoc ipso praeside auctoritas Senatus, securè in vtranque aurem dormiendum esse. Non possum tacitus silentio praetereire quod Cardinalis Tornonius Gallus vir praeter excellentiam dignitatis summam etiam apud Christianissimum Galliarum regem existimationis, palam in ciuitate Alexandriae dixit, dum in Galliam ab vrbe Romana reuerteretur, regem suum nullam aliam rem huic dominio Mediolani inuidere, nisi talem, ac tantum Senatuum ostendens eius famam non solum vrbes, ac vicos regnorum suorum penetrasse, verum

209 etiam cor ipsius regis. Et + quia praetores dux eligit, quoniam saepe contingit ecclesiastica praetori, iuxta dicta Bal. in authen. habita. C. ne fil. pro patre. & Marti. Laudan. in tracta. suo. in tit. de consil. princip. conclusio. xxx. & qui etiam vti eis locis habes: non sunt irregulares, dato quod consentiant iis ex quibus deinde indirectè sequatur mors. Ideo quare an Senatus possit cognoscere de re spirituali, & ecclesiastica: & quo ad ius, & proprietatem, res est sine difficultate, quod non potest, nec principaliter, nec incidenter, e. tuam. de ordi. cognit. & in c. lator. qui fil. sint legit. Abb. in c. literas. de iuramen. calum. col. ij. versicu. merè spiritualis.

211 Quo vero ad possessionem rei spiritualis, & ecclesiasticae, glori. in d. c. literas. ibi, & not. vult vt causa possessionis iuris spiritualis dicatur laicalis. Anton. de Buttr. dicit ibidem, quod si agitur de possessione beneficii, dicitur tamen beneficialis, & idem si agitur causa matrimonij, sic etiam Abb. & alij communiter ibi inferentes absolute, quod ideo est tractanda coram ecclesiastico, & quaestio haec inter clericos de beneficio disputantes est sine difficultate, nec est aliquis, qui dubitet, nec dubitare possit, quia hoc quod solum agatur de facto, & non de iure procedit si agatur inter laicos, vt de matrimonio, & decima: scus si inter clericos, quia tunc de quacunque re agatur cognoscit

Aegid. Bossius.

ecclesiasticus. c. cum non ab homine. de iudi. & dixi §. in tit. de for. comp. Nec in hoc potest cadere difficultas

212 tas eo excepto, quod si pararentur arma ad vim inferendam contra possessores beneficii, possent etiam secularis animaduertere, vt tollatur via facti, & non sequantur publicae perturbationes, quae vt eueniunt cessant ferè omnes iuris regulae, vt per Felin. in c. iij. de rescript. & faciunt nota. in l. aequissimum. ff. de vlt. fruct. & per Alex. in lege si pacto quo p. nam. C. de pact. Vnde nescio quomodo. Rescripta + quae quoridie video. inter ecclesiasticos, vno spoliante, alium disponentem, vt quis procedat. quo ad viam facti, virtute quorum postea delegatus procedit super spolio, admittendo capitula, & testes examinando, & diffinendo causam, possit etiam aliquo colore iustificari. sed

214 quaest. cadere possent in his, quae beneficii sunt, quae agitur inter clericum agentem, & laicum, reum, qui forte turbauit in possessione rectorum, vel ei furatus est calicem, quia agitur de mero facto, & persona non est priuilegiata, & vt late per Abb. in d. c. cap. literas. in versiculo merè temporalis est, sed vbi agitur inter clericos, est ridiculum dubitare, & ideo ille Sylua, qui tractatum fecit de beneficio & qui dubitat in char. 3. i. columna prima, & sequen. loquitur somnians. Potest etiam quaestio non ineptae esse, quo ad clem. dispendiosam. etià inter clericos, videlicet, an causa sit tractanda summarè, iuxta illum text. & prout in his terminis disputat Oriaz. in d. clem. col. j. sed quo ad indagandum, an laicus possit cognoscere contra clericum, est facta dubitatio, potest etiam aliter quaestio haec dubitandi, cum ratione procedere iuxta tradita in d. c. literas, sed non, vt dixi, quo ad hoc vt cognoscat laicus. Hinc non immeritò dixit Guido Papa dec. iij. quod Parliamenti cognoscunt in possessionis beneficiorum auctoritate Papae, de quo tamen etiam dubito, per ea quae dixi, vbi supra d. titulo

214 de foro compet. vbi volui, quod + etiam Papa non possit committere laico, vt iudicet clericum, & quo ad terminos clem. dispendiosam. quorum respectu quaestio est probabilis. Aduertendum est + quod vbi agitur remedio c. reintegranda. ij. q. j. non videtur causam esse spirituales, nec quasi, quia non est necesse afferre etiam colorem ad titulum, vt docet Soc. lege rem. quae nobis. in vj. q. de acqui. posses. l. i. limitatio. communem, de qua in c. in literis. de resti. spol. sed ad hoc repugnat quod dicitur quasi spiritualis duabus rationibus, Prima est, quia aequaliter cognoscitur de titulo. Alia, quia continentia causa facit in affectu indemnitate, ita Doct. in d. clem. dispendiosam. vt refert Abb. in d. c. literas. col. ij. & Anto. de Buttr. in d. c. literas. vbi omnino vide, & ideo succedit regula quod vna cessante & remanente alia, non cessat dispositio, §. affinitatis.

217 instit. de nupt. Et + de auctoritate Senatus non est recurrendum ad l. & gl. in l. no ambigitur. ff. de legib. & not. per Ias. in l. quominus. in ij. notab. ff. de sum. sed ad auctoritatem sibi a praefato principe attributam, & deinde confirmatam a Caesare in nouis constitutionibus, vbi praeterea quae concedit caetera denegat, maxima tamen ei concessa est auctoritas, vt videri licet. Princeps + an potuerit facere ordinationem, prout fecit in hoc dominio, vt nemo accedat ad curiam Romanam ad impetranda priuilegia, & an potuerit condere statutum, puniens eos qui absque placito ipsius principis, se intromittunt in possessione beneficiorum, & aliud eos puniens qui citant aliquem ad curiam Romanam, propter quod video quoridie vexari, & in carceres trudi deferentes tales citationes, notarios scriptores relationum, ac etiam ipsos

met sacerdotes, ad quorum instantiam sunt citationes & loquitur hic vltimus ordo, vel saltem obseruatur etiam quo ad personas ecclesiasticas in causis etiam beneficiabilibus, & sine dubio concludendum est non potuisse fieri hæc, & tam eos qui condiderunt, quam qui ea seruauerunt, & seruauit incidisse, & incidere in capitulo nouerit, &c. graue. de sent. excom. cum siml. Et quo ad statutum vt nemo possit se intromittere in possessionem beneficiorum sine licentia principis, quamuis Ang. consulerit statutum valere cons. xliij. nulla persona, quia sine eo statuto Florétia, vbi viget quotidie imminere perturbationes & pericula etiã reipublicæ statum tangentiã, propter potentes agnationes quæ sunt in ea ciuitate, & propter inordinata desideria, & ambitiosos appetitus cupientium promoueri ad beneficia, & quamuis etiam vltra Ange. in hoc dominio nonnulli velint se excusare dicentes id fieri, quia aliqui sediciosi & turbatores status pacis possint se intromittere, quò casu etiam liceret eos bannire, etiam si essent pacifici possessores, iuxta notata per Abb. in capitulo & in capitulo. j. cum terra. col. ij. de electio. Tamen veritas est in contrarium, & est contra libertatem ecclesiasticam, & incidimus in euidentem excommunicationem seruando ta' e statutum, & hoc ex defectu potestatis, ita (vt breuiter agam) Felin. in capitulo ecclesia sanctæ marie. char. x. columna fin. versiculo. xj. de constit. & ad nota. per Abb. in dicto capitulo cum terra. & capitulo primo Responde (vt dixi) notabiliter supra in titulo banniri qui possint. & statum ne quis impetret literas vel priuilegia apostolica, quòd & ipsum sit contra libertatem ecclesiasticam habes Lap. allegatione lxxij. columna secunda, & ibi idem dicit de statuto vsurpante iurisdictionem, non solum Papa, verum etiam aliorum inferiorum, prout est quòd nemo citetur ad curiam Romanam. Et idem

219 ¶ si princeps secularis banniret episcopum à suo episcopatu, quod facit ad ea quæ dixi supra in articulo, An clericus à principe seculari possit banniri quòd est sediciosus. & vide Marti. in tractatu, de principe. conclus. ccccxiij. qui allegat & sequitur Lap. dum tenet esse contra libertatem ecclesiasticam si disponatur vt non possit litigari in curia Romana, & quòd literæ non impetrentur in ea curia. Est etiam contra libertatem ecclesiasticam, quando causa cognoscenda est ab ecclesiastico, vel ratione iuramenti, vel vsuræ, vel aliis rationibus, iuxta notata per Felin. in capitulo cum sit. de foro compet. facere vt cognoscatur à seculari, quia hoc modo vsurpatur iurisdictione ecclesiastica, iuxta allegationem Lap. vbi supra, & quæ modo dicam. Et vt generaliter scias quæ sint contra libertatem ecclesiasticam vltra Lap. vbi supra, quæ omnino vide.

220 Scias ¶ quòd illa dicuntur contra libertatem ecclesiasticam quæ sunt contra priuilegia concessa ecclesie & clericis non solum à Papa, sed etiam ab Imperatore, & principibus secularibus. ita Bartolus & communiter scrib. in authent. casta. C. de sacrosan. eccles. Item & communiter scribentes in dicta authentica. Item quando statuitur contra concessio clericis, tam de iure civili quam canonico. Decius in capitulo ecclesia sanctæ marie. columna prima & secunda de constitutionibus. potest tamen statutum esse priuilegium ecclesie, & tamen non erit contra libertatem ecclesie secundum Anto. in capitulo quæ in ecclesiarum. de constitutionibus in quinto notabi. & Bald. in rubrica, de constitutionibus in princ. quòd notat aperiendo

221 oculos tenebris inuolutos. Sed quæro ¶ an Senatus, qui appoluit manum ratione belli ad immunitatem

tem colonorum monasteriorum huius dominij sibi concessam à Cæsare, disponendo vt soluerent, non obstante immunitate, donec duraret bellum, sit excommunicatus vt ille qui fecit contra priuilegia sua, siue ducum retroactorum, credo non esse, quia etsi regulariter ita facere sit contra libertatem ecclesiasticam, vt dixi, tamen cum hic casus non sit clarè decisis in priuilegiis ipsius, an tempore belli debeant esse immunes, videtur quòd cesset priuilegium ex notatis per Alexand. in lege si ex toto. ff. de legat. j. Item ad principem concedentem in dubio pertinet interpretatio sui priuilegij. cap. cum venissent. de iudic. Item communis

222 est opinio ¶ vt possit princeps tollere suum priuilegium concessum ecclesie & clericis, licet tollat post iam factam acquisitionem. Et licet Bart. fuerit in alia opinione in l. j. C. de sacrosan. eccles. tamen communis videtur esse contra Bartol. vt ostendit Felin. in ca. ecclesia sanctæ marie. char. 10. col. fin. versiculo duodecimo quæro. de constit. Alex. & Ias. in l. no amplius. §. ff. de legat. j. & Dec. etiã in d. c. ecclesia. in 34. chart. col. j. in si. post Paul. de Cast. & Salic. quæ opinio in casu nostro omnino obseruaretur, quia adhuc non est expressè dispositum contrarium in priuilegio, sicut dixi. Item priuilegium quamuis factum sit intuitu ecclesie, tamen laicis & non ecclesie est concessum. Itè non est tollere priuilegium, sed moderari. Item quòd fecit Senatus est cum causa, atque ita licet Ias. in d. §. j. dicat super generalibus, quòd opinio Bart. esset tenenda in iudicando, & consulendo, quia in dubiis opinionibus debemus fauere animæ; Tamen hoc casu ex præmissis omnino cessat illud suum dictum, etiam ex mente ipsius, quia quamuis etiam sit contra communem Est tamen aduertendum ne laboretur in antiquo, quòd Doctores qui sunt opinionis, vt princeps possit statuere contra priuilegia sua, & quæ iam semel concessit, loquuntur quando hæc data essent à statuto, vel lege, vel consuetudine, quia non præsumitur eum qui dedit voluisse à se abdicare auctoritatem reuocandi sicut est natura legis, quia sit & reuocatur ad libitum, sed vbi agatur de concessione in forma via priuilegij, tunc si sit facta non subdito, non potest absolute reuocari, per dictum Innocent. in d. c. nouit, & ita si absque causa tractaretur in casu de quo supra de reuocando priuilegio clarè concessio ecclesie, esse alterius opinionis, verum postquam fuit concessum laicis & non apparet clarè quòd etiam voluerit concedere tempore belli, & non tractatur de reuocatione, sed suspensione ad tempus, & ex causa. Non video quare non potuerit fieri, per ea quæ dicit Ias. in dicto §. primo ad finem. Et ex prædictis nulli dubium quòd alius ordo factus à principe his diebus proximè præ-

223 teritis quem Senatus obseruat, ¶ vt non habeant effectum collationes beneficiorum curatorum à Pontifice factæ in præiudicium electorum à parochis, & hominibus terrarum, est contra libertatem ecclesiasticam: Nam quamuis bona ratione editus sit, & fauore animarum, tamen deficit potestas, iuxta ea quæ dicit Felinus in dicto capitulo ecclesia. carta decima, columna finali, versiculo vndecimo. Et ideo cõ-

224 cludendum est, quòd nemo fauens dictis ordinibus est securus, imò laqueatus excommunicatione; iuxta d. c. nouerit. & c. graue. cum similibus. Nec quis se defendat propter inconuenientiam quæ sequitur, quia (vt dixi) cessat potestas, & donec reuocata non fuerint ab habente potestatem permanere debent. precipimus

225 in si. C. de appellat. Et vltimus si vis scire. an ¶ & quòd rex, vel Cæsar, possit conferre in suo imperio beneficia ecclesiastica, & cauere ne electio prælari fiat absque

absque suo placito, & an valeat consuetudo ita faciendi, vide Corset. in tract. de potestate regia. in xj. quæstione. Et legit ¶ etiam princeps in Senatu suo militibus si contigerit tractari de re militari effectum, vt dixit Marti. in tit. de consilio princip. conclus. xij. & in eo. tit. omnino vide de consiliariis, siue Senatoribus principis. & maxime quòd debent esse graues, & liberi in dicendo, vt ibi conclusio. xj. & qui abiecta priuata utilitate ad publicam respiciant, vt ibi conclusio. xx. Et dicit conclusio. xxxj. quòd tempore quo ipsi sedent debent silere alij magistratus, quem admodum fit in hac ciuitate Mediolani. Princeps

227 ¶ solus concedit gratiam deportatis, bannitis, & aliter damnatis. l. delegati. ff. de penis. & dixit supra in materia gratiarum sub titulo de remediis ex sola clementia principis. in vers. an feudatarij. Princeps non potest directè dominium quòd habet in re concessa in

228 feudum transferre in falsum sine consensu vasalli. capitulo primo de prohib. feud. alien. per Federic. in §. præterea ducatus. & ideo videtur, filium summi Pontificis qui non ita pridem inuestitus de ciuitate Nouariæ non posse dicere multis nobilibus habentibus feuda in agro Nouariensi, Iuretis mihi fidelitatem, quia estis mei vasalli, & amplius non estis vasalli Cæsaris. Est pulcher articulus, an ¶ & quando videantur translati vasalli, creato aliquo duce, vel marchione in hoc dominio nunquam vidi fieri super hoc difficultatem, quotinus dux habuerit omne ius in vasallos, & omnes se recognouerint, & idem in dominio Sabaudia quòd qua ratione proueniat patet ex infra scriptis. Nam conclusio videtur esse

230 hæc ¶ quòd cum vniuersitate transferantur vasalli sine eorum consensu, non in generali concessione, & minus si in specie id fiat. Deci. consilio lxxj. columna secunda et Alexan. in l. secunda in princ. columna fin. versicu. et ex prædictis. ff. solu. matrimo. vbi limitat, dicens quòd iura variè loquuntur ante d. §. præterea ducatus. sed quòd d. §. tollit difficultatem ob eius claritatem. et vide Alexand. consilio vigesimo quinto. colum. penultima. volumine quinto, versiculo tamè, qui concludit quòd si dominus vult transferre ius quòd habet vna cum territorio vel curia, potest non attenda voluntate vasalli, vel subditi, per capitulum primum. §. ex eadem lege. de l. Corradi. & vide Felin. in c. dilecti. in verbo. hominibus columna ij. de maiestate & obedientia. Nota tamen quòd in curia Mediolani vide latissime. Ardizonum in summa quam allegat Aluarot. in dicto §. præterea ducatus. Nota

232 etiã quòd eo ipso quòd ¶ quis creatur rex vel princeps, iura in vasallo videntur translata, vt dicam infra in titulo de regal. in princ. Princeps ¶ habet fundatam intentionem in suo dominio, quòd quodlibet castrum, & quilibet locus sint sua quo ad iurisdictionem. Hostiensis, Ioannes Andreas, Imola, & Abbas in cap. nimis, de iureiurando. & Abbas consi. octuage-

234 simo secundo, volumine primo. Et ideo ¶ spoliatus à principe tali castro, etiã debet iustificare rituum. cap. ad decimas. de restitutio. spoliatorum. in vj. ita Anchara. consilio cccxj. col. j. & fin. & per rotum. Alexand. in l. naturaliter. §. nihil commune. versiculo sexto fallit. ff. de acquir. possess. ibi, vnde similiter. Bald. in l. vnica. col. iij. C. si de mome nt. poss. fuer. appel. Sic

235 publicanus ¶ qui ad fraudem agit, non obtinet propter quasi possessionem exigendi, nisi titulo osteso. Florian. in l. sicur. §. si quærat. ff. si seruit. vendic.

Firmian. in tracta de gabel. in iij. parte. q. xvij. Sic qui dicit se esse exemptum, debet ostendere titulum, & sola quasi possessio non prodest. c. cum persona. de priuileg. in vj. Cyn. & Bald. in l. solennibus. C. de. fide instru. Faciunt quæ ponit Ias. in l. Barbarius. ff. de offic. prætor. in quæst. de notario putatio. & in eadem quæ per Felin. in c. j. de fide instrum. & ita præsupponit omnes in dicto cap. ad decimas maxime Francus in ij. col. circa finem. Non tamen quòd dico procedit respectu tertij, sed tantum quo ad principem. Ita glof. & Doctores in cap. ad decimas, de quo tamen vide

236 Peruslimitantem ibi. Est verum, ¶ quòd feudatarius est restituendus, si est spoliatus à principe alia ratione quam iurisdictionis, absque eo quòd ostendat titulum. Ita loquitur Præpos. in c. j. in tit. de controuer. inter vasal. & episcop. quia princeps, qui vult dicere rem esse feudalem, debet probare, vt per Deci. consil. lxxj. col. j. & ij. quia in dubio res præsumitur libera. gl. in ca. quanquam de censu. in vj. c. j. de lege. Cor. §. si fuerit. & c. vasallus si feudum. si de feudo fuer. controuer.

237 & satis ¶ probaretur quòd esset feudalis, si ostenderetur priuilegium principis, qui concessisset castrum cum territorio & possessionibus, dicens, quibus omnibus coheret à mane & sero, &c. respectu possessionum, quæ ostenderentur possideri intra illas coherentias, dato quòd intra illas coherentias ex aduerso ostenderetur quòd aliquæ res essent priuatorum, & allodiales. Et ita not. Barbat. consil. lviij. col. vj. vers. nec obstat. cum allegat dictum Hostien. volum. iij. Nam respectu habentis titulum est præsumptio, quòd possideat ex illo titulo, iuxta glof. in l. quædam mulier. ff. de rei vendic. & text. in l. nimis. & ibi Bartol. C. de acquir. poss. nisi quatenus ostenderetur contrarium, & respectu non habentium titulum, præsumitur (vt dixi) res allodialis. Et an omne id quòd est intra confines concessionis, dicatur concessum, vide Alexand. consil. liij. col. j. vol. iij. & Socin. consil. cxxvij. col. ij. Et procedit quòd proximè dixi, quando in specie nominantur coherentia, & bona sunt intra illas. & ita loquitur Barbat. idem etiam videtur, quando simpliciter concessum est territorium cum possessionibus, ex ratione allegata, quicquid dicat Brun. in consil. j. vol. j. Et aliter de modo probandi, quòd bona sint feudalia, vide in repertorio consil. Brun. in verbo, allodialia. & Alciat. in tractatu. præsumpt. reg. ij. præsumpt. tertia. Aduerte tamen, quia Barb. in suo consil. lviij. non loquitur, quando coherentia datur sunt tam possessionibus, siue bonis quam castro, sed quando solum castro datur fuerunt: sed in concessione dicebatur, Castrum cum possessionibus. ita apparet in prima columna in qua referuntur verba inuestitura. Et loquitur etiam Barbat. in casu, quo agebatur inter dominum & emphyteutam, quorum neuter erga alterum potest referre quæstionem dominij, iuxta l. si quis conductionis. C. loca. Et facit illud, quòd quando non apparet quæ bona sint emphyteutica, omnia emphyteutica præsumuntur, Ias. l. ij. C. de iure emphyt. nu. 173. Et castrum ip-

238 sum ne dum alia res quo ad muros præsumitur liberum, & allodialia. Iacobin. de sancto Georgio in gl.

239 de castro Rubei montis. col. iij. vers. Itè quæro ¶ an castrum & per Alciat. & alios vbi supra. Si tamen esset vnica res, & constaret, de parte, quòd esset feudalis, tota præsumeretur feudalis, Præpos. in titulo si de feu. fuer. controuer. inter. domi. & agn. capitulo vasallus. el primo. columna prima Et si ageretur de probando an omnia ¶ bona in tali territorio sita, sint feudalia, si apparet de maiori parte, residuum præsumitur feudale, & e contra si maior pars esset allodialis

reliquum præsumeretur allodiale, nisi aliud obstaret in oppositum. Ifer. in c. j. de controuer. inter masc. & 241 femin. de benefic. & præpos. in eo cap. Et t̄ quando quis præstitit seruitia vti vasallus, an omnia bona sua præsumantur feudalia, vide Ifern. vbi supra, & Præpositum. in dicto capitulo vasallus. vide etiam Socin. ad hæc consil. lxxxvj. col. ij. vers. tertia conclusio. Alex. consil. cxxxix. col. j. vol. j. & Curt. Iuniorum in tract. feud.

242 charta 19. col. ij. vers. 6. Scias autem, t̄ quod licet fundus sit intra territorium meum, tamen non præsumitur feudalis, etiam si ego nesciam ostendere vnde habuerim. Alex. consil. lv. in pen. dub. vol. iij. & ex cōmuni doctrina Doctorum, maxime Imolæ in c. nimis.

243 extrâ, de iureiur. vbi volunt illud, t̄ quod est intra fines, præsumi quo ad iurisdictionem domini finium, non quo ad dominium, aliàs in dubio præsumeretur omnia esse principis, quo ad dominium, contra regulam, quod res præsumitur allodialis, nec Soci. qui solet allegari in contrarium consil. lxxxvj. col. ij. vers. tertia conclusio, obstat huic sententiæ, quia loquitur de duabus communitatibus contendentibus super pastibus, quæ non erant in dominio aliquorum particularium: sed vna vel altera communitas erat domina: si tamen fines essent dati & territorio & possessionibus.

244 in privilegio concessis aliud est, vt dixi, Et t̄ si vdo ius, quod habeo in tali castro, nihil operatur venditio, nisi ostendatur per alias probationes quod ius ha-

245 bea Bart. in l. si sic. §. ff. de legat. j. Et idem est, t̄ si sit dictum. Concedo castrum eum eius pertinentiis, nisi ostendatur aliter quæ sint pertinentiæ. Bar. vbi supra.

246 & Brun. consil. j. col. j. Si tamen sit dictum, Cum regalis omnia vestigalia dicuntur data per textum quæ sint regalia. etiam si non sint à iure inuenta, sed à consuetudine, vt ibi in verbo, ripatica. & per Andr. Ifern. & Afflic. super eo verbo. & ita Socin. consilio

247 vij. col. j. v. l. ij. Qui t̄ petit fundum feudalem per mixtum cum allodiali forte ex amotione terminorum, succumbit, nisi sciat clarum reddere feudalem ab allodiali, propter incertitudinem. Jacob. in rub. ff. de rei

248 vendic. nu. 23. vers. item quarto. Qui t̄ etiam petit fundum syluofum, qui erat cultus, nisi sciat clarè demonstrare, quod sit ille, idem succumbit. Soc. consilio

249 lxxxix. col. iij. in fi. & seq. vol. j. Ostenditur t̄ etiam rem esse feudalem per inuestituram & successionem, capitu. j. §. fi. de cog. feu. Item si quis eam teneat per triginta annos vti feudalem præstando seruitium. c. si quis per xxx. annos. si de feu. fuer. contro. Item per famam in antiquis, vt per Alex. consil. cxxxvj. col. ij. &

250 per tptū, volu. j. & consil. xxv. vol. v. & ibi ponit t̄ an credatur verbis narratiis principis, quod res sit feudalis, & per Alex. d. consil. lv. dub. pen. & Brun. consil. j. col. j. Si tamen ostenderet vasallus, quod erat ipsius, licet ignorans se recognouerit à domino tanquam de re ipsius domini, aliud esset, iuxta doctri. Bar. in l. si aliam rem. vers. vlt. etiam quarto. ff. de acq. poss. & d. Alex. ibi, & in consil. cxxxix. col. vlt. in v. volum. præsumitur

251 t̄ tamen res feudalis, donec probet vasallus contrarium, per l. cum falsa. C. de iur. & facti igno. & Alex. in d. consil. & vide omnino in materia Curt. Iun. in tract. feud. char. 19. col. ij. vers. 6. maxime in fin. Et quando quis tenet pro feudali rem, & illa pro feudali possidet, an onus probandi contrarium incumbat aduersario? Est materia l. si prius. ff. de oper. no. nunt. vbi vide Ias. nu. 44. vers. secunda reg. negatiua est. & ponit in hac materia reg. & fallentias in d. l. si prius. num. 40. ver.

252 quarta & vltim. Si ædificio castrum in re feudali, an erit feudale, & quid de sumptibus factis in domo feudali, vide de Iacobi. in questione feudum, numero deci-

moterio. In ciuitate Mediolani ad est statutum, vt 253 per testes t̄ non possit probari rem esse feudalem. & tale statutum valet: limitatur tamen pluribus modis, & inter ceteros quando per quinque testes probaretur, per legē testium. C. de testibus & quando simul instrumentis & testibus fieret probatio: quia est casus mixtus, qui non comprehenditur in statuto vt per Deci. vt paucis agam, de prædictis omnibus in capitulo sicut consuetudo. in versiculo postremo. in secunda & sexta limit. & vsque ad fin. de prob. & primam limitationem ex lege testium, ponit pro singulari Hippol. Marf. sing. clvij. Intelligitur tamen quando testes essent idonei, & integræ opinionis, secundū dictam l. testium. Tamen dum Comes Camillus Somalia in causa contra Comites Triuultios tempore Gallorum voluisset talem probationem facere, & in primis probare optimam qualitatē testium, sui reiectus, & ita etiam in effectu succedente tempore Cæsareo perseveratum fuit: & quomodo intelligatur limitatio casus mixti, vide Bart. & Doctores in lege certi conditio. §. quoniam. ff. si certum petatur, & Dec. omnino in consilio vndecimo columna secunda & ibi etiam habes valere dictum statutum Mediolani & alia circa illud. Scias autem quod à mense citra me referente in Senatu ordinatum est multa bona esse allodialia, & non feudalia, agnato dicente bona esse feudalia, & femina oppositum contendente, atque ita iudicauit nulla habita ratione, quod testes agnati de auditu & fama publica deponerent bona esse feudalia, & concessa primo inuestito, & in antiquis loquerentur: & hoc, quia non reddebant rationem concludentem, cur essent feudalia, & illi concessa, prout tenentur reddere etiam non interrogati, quando deponunt bona esse feudalia: & etiam absolute, quando deponunt de fama & auditu. Ita Alex. in consilio cxxxvj. volumine primo vide: nam ibi etiam ponit omnes modos, quibus probant rem esse feudalem: & vult, vt testes debeant adducere aliquam ex eis rationibus: & loquitur in antiquis: & ita iudicauit consilium Neapolitanum, vt in decisio. Neapol. cclxxvij. vbi vide. Et ita intellige Alex. consilio xv. volumine primo & Ias. in l. si prius. ff. de oper. no. nunt. dum volunt, vt fama probetur res feudalis. Et tamen etiam fuit habita ratio in dicta sententia, quod inuestitura diceret in genere post concessionem castri cum bonis, iuxta consilium Brun. in prima columna, aliter non ostensio quod essent feudalia: fuit quidem habita de hoc ratio in diuersis vestigaliibus, licet in genere privilegium diceret etiam cum regaliis, attento quod ex sui natura sunt principis, & inter regalia. cap. j. quæ sint regalia. quod non est in aliis bonis & possessionibus. Et licet femina vel patres eius, quorum erat hæres, falsi essent bona esse feudalia, & ita præsumeretur, per legem Pulic. §. si. ff. de posses. & lege generaliter. C. de non nu. pecun. & Alexander consilio vigeimono nono columna finali volumine quinto: tamen quia aliter ostendebatur ea prouenisse à priuatis, fuit iudicatum esse allodialia, per legē cum falsa. C. de iuris & facti igno. Et hoc idem factum fuit in regalibus, ostensio clarè quod à priuatis prouenerant. Et tamen teneatur spoliatus à principe ostendere verum titulum, an vero sufficiat coloratus? Credo sufficere coloratum, arguendo vti facit Baldus in dicta lege vnica. C. si de momen. posses. sup. appel. de rebus ecclesiasticis ad eas, quæ ad iurisdictionem attingunt, iuxta ea, quæ scribit Abbas in capitulo in literis. de re spo. vbi etiam de modo adumbrandi titulum, videlicet per ostensionem tituli non habentis apparentem morbum, vel per possessionem habitam

tam à superiore, vel per longam possessionem acquiram sciente superiore, & non longam, interueniente tamen aliquo facto superioris, vt per eum, & Peru. in dicto capitulo ad decimas. Abb. in capitulo cum ecclesia Surrina. de cau. pos. & prop. & allegatos per Alex. in §. nihil commune. in viij. fallentia. & Felinus in capitulo nostra. in xxxvij. priuileg. de rescript. in prin.

255 Et t̄ sicut requiritur demonstratio tituli in interdico vnde vi ita videtur in remedio reintegranda, quicquid dixerit. So. in lege rem quæ nobis. ff. de acqui. poss. vers. circa septimam questionem. & hoc propter fundamenta Soci. allegata pro sua opinione, si bene vides, & Alex. loquitur passim in dicto versiculo, octavo.

256 vbi fallit. Et de questione, t̄ an princeps habeat fundatam intentionem in suo dominio contra feudatarium. Et t̄ an feudatarius contra dominum teneatur ostendere titulum. vide latissime Afflic. in titulo de prohib. feudi alien. per Fed. §. illud quoque. columna prima versiculo subsequenter, cum pluribus sequentibus. vbi omnino vide, & ego prius eum non videram.

258 Princeps t̄ tempore suspensionis belli potest cogere vasallum, vt sibi tradat castrum siue arcem vel ciuitatem pro conseruatione directi sui ad eam custodiendam simul cum vasallo, & non aliquo malo ingenio. Ita Bald. per illum textum in capitulo primo §. quid ergo. de inuest. de re alie. fac. Ang. in lege finali C. de litig. & latè. Præpo. in eo §. quid ergo. columna secunda.

259 davi inter cetera etiam dicit, quod t̄ propter hoc non liberatur ipse vasallus à custodia: & quod vasallus, vbi videt periculum imminens, debet illud denuntiare domino, aliàs possit priuari suo vitli. Et ideo

260 t̄ vbi oritur lis inter eum & alium principem, qui se prætenderet dominum, & lis esset super iurisdictione, vel dependeret ab ea, deberet nominare dominum suum in iudicio, & illum monere, ne ex ea lite seque retur sententia contra ipsum vasallum: & deinde executio, propter quam incurreret dominus periculum priuationis, saltem possessionis, iuxta tex. cum ibi not. per Abbat. in capitulo cum super. de re iudic. & Alexan. in lege sæpe. columna trigesima nona & tribus sequentibus. ff. de re iudic. vbi dicit communem esse, quod dominus priuaretur possessione post sententiam. Nō

261 tamen credas, quod t̄ sit in facultate duorum vasallorum principis litigare de re feudali principis corā alio principe, vti fecerunt Comites Taurelli litigantes super feudo Guastalla, quod est Cæsaris, coram Papa: & si litigant, nō valet prorogatio, nec processus Bart. in lege prima §. & post operis. ff. de operis noui nuntiatio. vbi vide Iason. & Doctores in capitulo cæterum. de iudi. Et hoc ne ex collusionē, quam facere possent, priuarent suum principem possessione sua: ita Doctores, vbi supra. Et potest dominus, quā priuatum scit quod litigant coram alio principe, præcipere eis sub pœna priuationis feudi vt desistant. secundum Baldum et Doctores in capitulo primo §. præterea. el. secundo. columna quinta de prohib. feu. alie. per Fed. & Doctores in dicto §. & post operis. & in dicto capitulo cæterum. Et dum contrigisset casus, vt supra, habita scientia post rem iudicatam, Dux noster volens euitare periculum perditionis possessionis, iuxta not. in dicto capitulo cum super & per Alexand. vbi supra, auditis Dom. Sforadrato, & me, misit officialem suum in eum castrum Guastalla ad custodiendum ne fieret executio. Princeps sæpe t̄ eget modo probandi iurisdictionem in tali loco, & quasi possessionem iurisdictionis. Ideo in his vide Socin. consilio clxxxvij. vbi per duas columnas ponit quomodo probetur iurisdictione, & per duas alias quomodo probetur quasi

possessio eius, & per Fel. in capitulo auditis de præscriptio. columna quinta versiculo cæterum, Iason. lege tertia in principio columna penultima de acquir. posses. in lect. noua. Paul. de Leaz. in capit. in literis. de

263 re lit. spol. columna v. Et t̄ quando quis se submittit protectioni alicuius, vti fecerunt multi iuxta Varisum cum domo Vicecomitum, & aliis hac de causa omni anno se obligantes ad donandum saccum vnū auenæ, vel quid simile, an propter hoc efficiatur eius subditus, vide Socin. consilio lxxxiiij. columna quarta versiculo præterea. vbi dicit non effici. Et quando

264 quis præstat iuramentum fidelitatis, vel faceret se esse ex eius subditis vel hominibus. vide Bald. in lege secunda charta tertia columna vltima. C. de seruitur. & aqua. in duobus locis. & Alexand. consilio xliij. volumine primo de celerima. & Brun. consilio xcvij. ad

265 finem. Et t̄ quando quis acquirit possessionem ciuitatis, quod intelligatur etiam acquirere possessionē locorum subiectorum, dicit Socin. consilio lxxxiiij. columna secunda, versiculo tertio probatur. Et idem consilio ccccij. columna finali & Ias. in dicta lege tertia in

266 principio. ff. de acquirenda possessione. Et t̄ si vis videre quæ dici possunt in probanda iurisdictione, & eius quasi possessione, vide Marian. in capitulo cum contingat de foro competenti. Et inter ceteros modos vnus est, si sumus in antiquis quando ostenduntur instrumenta antiqua, quæ loquuntur de re sita in territorio talis castri, quia per illa probatur rem esse in territorio illius castri, textus est in capitulo cum causam, extrâ, de probatio. qui etiam vult vt hoc casu testes de auditu probent. Et hanc conclusionem latè ponit Iason. in lege cum aliquis. C. de iure deliberan. & Alexan. ibidem, quam conclusionem sciūt dicere omnes. Sed aduerte, quia t̄ non sufficit vnū instrumentum, sed debent esse plura, in arbitrio tamen iudicis, an debeant esse plura duobus, nec etiam hoc sufficit, sed debent esse enuntiatia illa verba, in tali territorio, à diuersis notariis: vel si sunt verba partis, à diuersis partibus, aliàs non probarent: loquor respectu eiusdē rei, quia aliter dicerentur singularia, & tunc, vt dixi, requiruntur plures attestaciones. Item non sufficeret, quod instrumenta loquerentur de tempore proximiorum, quā attendatur probari, allegando quod ex his præsumitur idem fuisse tempore retrō, sed oportet vt sint eiusdem temporis, de quo contenditur. Hoc vltimum habes per Alexand. consilio xvj. in quinto volumine colum. j. & iij. Et ideo eadem ratione si loquerentur de tempore anteriori, non probarent. Cætera habes egregiè, & melius quā alibi per Aret. in dicto cap. cum causam vbi omnino vide, & per Soc. consilio cxciiij. columna penult. & vltima. & Soci. consilio cclxvi. columna v. Item t̄ si reus possideret iurisdictionem, non sufficeret hæc probatio, sed requireretur vera & propria secundum communem opinionem, vt dicit Socin. in dicto consilio cxciiij. columna fi. & Aretin. in dicto capitulo cum causam, licet ipse Aretin. i-

269 bi impugnet. Et aduertas tu, t̄ qui vis hac probare per testes, vt articules de consinibus, prout erant tempore antiquo non vt sunt in præsentia, quia succumberes, vt patet ex prædictis, & per Decium in dicto capitulo cum causam. columna prima & nunc habeo in facto hanc materiam in causa, quæ vertitur inter Ducem nostrum, & Ducem Sabaudia: in qua è latere Ducis electus sum iudex & commissarius: et ideo cū tractetur in dicta causa per Sabaudienfes de probandis consinibus, qui erant tempore cuiusdam donationis factæ anno 1427. nihil probant instrumenta per eos adducta octuaginta annis antè confecta, nec aliis

temporibus postquam, ut dixi, ex presenti non praesumitur in praeteritum, nec ex futuro in praesens, vel a-
 270 luid tempus: nisi diceret, quod ubi concurrerent instrumenta ante et post, et nihil esset in contrarium quod probaretur medium, iuxta dicta Salic. in Lex per sona. in fin. C. de probationibus. et Socin. consil. lxxxix.
 271 columna si. Et si omnino vide de modo probandi confines in antiquis dictum textum in cap. cum causam. ubi vult, quod per quolibet signa et adminicula probentur. et Socin. in dicto consilio clxxxvij. pō derando ad hanc privilegia exemptionis ab oneribus exactioes gabelarum, privilegia in his, quae perinēt ad dominos, statuta antiqua, in quibus apparebat de
 272 electione capitanei. Et an illa bona, de quibus contē debatur essent registrata, et soluerent censum: quod vltimum etiam signum est, quod sunt ex territorio illius loci, ubi solunt, secundum glossam et Bald. in l. liber. et glo. in §. si quis igitur. in authen. quibus modis natur. effi. sui. et praeter eum vide de hoc vltimo,
 273 et alii ad probandum talia bona esse in territorio alienius loci Bal. in lege data opera. columna ix. versiculo super situ. C. qui accusare non poss. Alexan. consilio vigesimotertio columna secunda in princip. volumine v. Felin. in cap. Rodolphus. columna decima de rescript. ubi late habes quid sit territorium, et
 274 quid districtus, et districtus. Et si vis scire, quomodo verē probentur fines, et quod tales res sint intra eos fines. vide Bartol. in l. j. C. si vnus ex pluribus appellauerit. ubi dicit, quod si sunt mutati fines, prout saepe mutantur, capitulandum est quod quicquid est intra fines praesentes, est illud, quod erat intra fines primos: et ita Deci. consilio cix. columna ij. et de dicto Bart. pō nit. Felin. in c. auditis. de praescript. col. xvij. post med. et in capitulo cum Ioannes. de fide instrum. columna iij. et duabus sequentibus. et Alexan. v. volumine. consilio clxx. columna iij. et melius, si vis scire quomodo probentur situs et confines, vide Bald. in dicta l. data opera columna ix. et sequen. et ibi inter caetera dicit,
 275 quod debent testes assignare rationem, etiam nō interrogati, et sufficit, quod in genere loquantur, quā do probatur iurisdicō in genere, et infinita alia, et vide omnino Bald. in lege ij. C. de feruit. et aqua. de modo probandi possessionem iurisdictionis, et illam amittendi, ubi etiam late tractat de quasi possessione
 276 aliorum incorporalium. Et scias, quod si ageretur de probanda iurisdictione, procederent praedicta sine dubio, quod requiritur vera probatio in recentioribus, sed in antiquis sufficiunt adminicula. Sed si ageretur de probandis confinibus, tunc etiam quod esse mus in recentioribus, videtur quod sufficiant probationes per praesumptiones & argumenta. Ita notatur in lege si. finium regundor. et glo. in capitulo si papa. de privileg. in sexto. in verbo. probata. et sufficiunt femiplena probationes. Cardinal. in clement. prima in tertia opposit. extra, de Probationi. late haec ponit Deci. consilio vlij. columna septima versiculo his tamen non resistentibus. et consilio centesimo nono columna secunda quae vera non arbitror, nisi in probandis antiquis finibus, vt clarē apparet ex eodē. Deiq. dicto capitulo cum causam, columna prima.
 277 Scias etiam, quod si vbi flumen esset datum pro cō finibus, quā dictum esset, vt in casu, quem nunc habeo in facto, quod extra Sicidam esset ducis Mediolani, vltra autem ducis Sabandiae: et si unum Sicidam mutasset alueum, prout a subditis ipsius ducis Mediolani mutasse dicitur: ita vt vltra Sicidam dimiserit pagos atque praedia: quae tempore datorum confinii stant circa ipsam: et ita verum esse appareret ex

inspectione loci, vel testibus, vel omnibus etiam inspectis, tunc viderentur attendendi fines, qui erant tempore datorum confinium, atque ita iurisdicō in illis pagis & praediis esset nostra, per regulam legis si ita, ff. de auro & argento lega. quae procedit in omni materia, vt per Iason. in lege tertia §. illud. ff. quod quisq. iuris. In contrarium facit, quod quādo dispositio praesertur ab homine siue tempore, siue etiam per verba praesentis temporis, si fiat variatio circa eandem rem, attenditur futurum. l. quod in rerum §. si quis post. & l. si ex toto. in princ. ff. de leg. j. & l. si. §. ff. de lib. leg. & in l. Mela. §. sed si alimeta. ff. de aliment. & cibar. legat. & per Bart. in sua distinctione, in d. l. si ita. ff. de auro & argen. legat. Atramē contra hanc opinionē est consilium domini Alexan. xxv. in prima secunda & tertia colum. volum. vij. ubi respondet ad oppositiones, est materia Bart. ubi supra, & Felin. in capitulo fin. de cō stitution. & Alexan. facit differentiam, an mutatio facta sit per alluionem, an verō aliter, puta, per saltum.
 278 Scias etiam, quod in his, quae antiquitus facta fuerunt, melior est probatio per instrumenta, quam per testes. & sic caeteris paribus praefertur instrumenta. glossa magna in capitulo tertio loco, de probationibus. & Bal. in lege optimi. C. de contrahen. & committ. stipul. Alexan. in vij. volumine consilio clxxxvij. columna quarta & Socin. consilio clxxxvij. vers. non o-
 279 mitto. Scias etiam in hac materia iurisdictionis esse multum aduertendum, quādo per vnum actum iurisdictionis acquiratur possessio in caeteris. Quam materiam per regulam & fallentias ponit Iason in le gura nouissima in dicta lege tertia in principio. ff. de acquiren. possess. & ibi habes, quod vnus actus confitente aduersario sufficit ad acquisitionem possessoris, in vniuerso castri vel ciuitatis, sicut etiā vnus actus sufficit ad retinendū & conferendum ius & possessio nē in vniuerso Bar. in l. j. §. si quis in hoc interdicto. ff. de itinere actūque priuato. in primis verbis. & Rip. in c. cū ecclesia Sarrina. in fine, de causa possess. & pro-
 280 priet. Et quia in versiculo, scias etiam quod si vbi flumen, attingi de mutatione aluei, fluminis dati pro confine, an consideretur vt nunc reperitur, an autem prout erat tempore datorum confinii, quo ad iurisdictionem & territorium: Adde in terminis Baldi in rubrica ff. de rerum diuisione. columna quinta versiculo sed vltimus queritur, ubi format quaestionem, an immutet quo ad iurisdictionem: & dicit non immutare, quia non immutat iura publica, allegat legē maritus. ff. de acquirendo rerum dominio & dicit ita tenere Bartolum & ita tenet in tractatu Tyberia in verbo, acquiritur. in versiculo quarto si territorium. Et si hoc procedit in alluione, sine dubio etiam procedit in saltu aquae, quae etiam nihil antiquis dominis detrahit. lege tertia §. si aquam. ff. de de aqua quodid. & astiua. l. ergo. §. alluio. ff. de acquirendo rerum dominio. §. praeterea. institut. de rerum diuisione. & lege adeo §. praeterea. ff. de acquirendo rerum dominio & lege prima & ibi notatur. C. de alluio. & multo magis hoc procederet, quādo fines essent constituti, vt in casu, quem tunc habeo in facto a principe: per l. in agris pmitatis. ff. de acquirendo rerum dominio. & per dictum nem Bart. in dicto versiculo. quarto in territorio, quae est super dicta l. in agris pmitatis. in argumentum. & ita late et notabiliter per Corn. consilio cclxxxvij. volum. iij. ubi omnino vide, si vis perfecte intelligere terminos materiae, quos non declarat Alex. in dicto consilio xxv. sed tantummodo tangit articulum in genere, an attendatur locus temporis, quod dati fuerint confines,

an mutationis factae, loquendo in terminis tantum quaestiois nostrae, et est consilium Bal. et in terminis propriis, quod incipit. Factum tale est. Inter duo territoria est flumen, quod diuidit territoria, et confines ponit: accidit quod flumen mutauit alueum antiquum, & constituit nouum, et abstulit de iure vnus territorij, occupando terras sitas in alio territorio, modo queritur an augeatur territorium, vel immutetur, vel sint mutata confini: & decidit non esse, & quod attenditur locus contractus, per l. Rutilia Polla. ff. de contrahenda empt. & l. in lege. ff. eodem tit. & l. in agris. ff. de acquir. rerum. dominio. & l. item si fundi. §. sed si insulam. ff. de usufruct. & ita refert Corn. in suo consilio, colum. iij. & sic vides, quod Baldus amplexus est suo excellenti ingenio ex allegatis legibus, quicquid dixerunt Alexan. in dicto consilio xxv. ac alij Doctores relati per Corne. & ipse Corne. Aduertit tamen tu, qui desideras nihil omittere, ubi casus occurrat, An communitas, cui flumen abstulit, saltem per viginti annos steterit in possessione sui territorij, quia adhuc praescripsisset saltem ius seruitutis: loquor ubi abstulit iuridicō. Ita Corn. in eo consilio, colum. iij. vers. vltimo. Vide tamen omnino circa mutationem fluminis, an mutetur iurisdicō, Curtium Seniore in consilio lvij. ubi late ponit, quod mutatur iurisdicō per alluionem: sua tamen opinio est contra communem, vt in eo etiam dicitur maxime in casu, de quo supra, in quo princeps constituerat primo
 281 territorij diuisorio flumen Sicidam. Princeps et cognoscit de secundis causis in terris suorum feudatariorum, at feudatarij de primis. Bald. in l. secunda. conclusioe xliij. ff. de rerum diuisione. Ioan. Fab. institut. de Atiliano tuto. §. fin. & Curt. Iunior. in consilio fe-
 282 cundo. in j. & ij. colum. ubi ex hoc inferit, quod si ab aliquo ex litigantibus in loco infudato recularur iudex feudatarij vt suspectus, non potest princeps dare rescriptum, vt procedatur cum adiuncto, vel consultore: quia hoc modo manum apponeret ad primas causas sibi non spectantes, & turbaret in sua iurisdictione feudatarium, vt late per eum. In secundis
 283 et verō causis ipse feudatarius non potest se intro- mittere. Et ad hoc vide late Iacobin. in sua inuestitura, in glo. cum mero mixto imperio, & c. columna iij.
 284 vers. sed an ille, qui dicit, quod cognitio causarum appellationum non comprehenditur in concessione meri & mixti imperij & omnimodae iurisdictionis, nisi nominatim exprimat in inuestitura. Et ad hoc vide late Brun. in consilio cij. columna prima & secunda, ubi limitat, & declarat. Et quia cognoscit de
 285 primis causis feudatarius, sequitur quod ordo disponens in hoc dominio, vt si altera pars etiam in terris feudatarij, petat in prima instantia consilium sapientis, causa committatur in ciuitate vni de collegio, est contra ius. Sed dic quod iste ordo factus est ante infudationes ab his, qui poterant facere, & ita non obstat iuxta tradita per Curt. in dicto consilio ij. columna penult. Vide tamen Curtium Iuniorē opponentem contra hoc, quod imō debeat vassallus cognoscere de secundis causis, in vltima parte tractat. feudor. quaest. xij. Sed nihil obstat, quia in ipsum vassallum non trasferitur ius circa appellationem, quemadmodum residet in principe, qui vicarium constituit.
 286 Et etiam alius ordo in hoc dominio imminuens iurisdictionem feudatariorum etiam in primis causis, & non solum in ciuilibus, sed etiam in criminalibus, qui appellatur ordo sine decretum de maiore magistratu, disponens vt inter ciues, siue nobiles, & rusticos loci infudati non possit procedere feudatarius,

sed praeter ciuitatis, de quo latissime dixi supra in titulo, de foro competent. & ibi habes an potuerit fieri. de quo vltimo vide quae supra dixi in titulo, de penis. in vers. an confiscatio bonorum. in fine. Domi-
 287 ni et infudati de castro vel ciuitate possunt conde- re leges & statuta etiam penalia, quādo fuerunt inuestiti non solum de iurisdictione, sed de mero & mixto imperio. Iacobin. de sancto Georgio, in glossa, cum mero & mixto imperio. columna ij. est materia Bart. in l. j. in princip. ff. quod quisque iuris. & in l. omnes populi. in quarta quaestione prima quaestiois princip. alii. ff. de iustit. & iure. nō tamen videtur, quod possint statuere contra ius commune, quia esset statuere contra legem superioris, cap. quod super his: & cap. cum inferior. de maior. & obedientia. Deci. in dicta l. j. in princip. ubi vide, & Ias. in dicta l. omnes populi. columna penultima & finali. ubi tamen limitat, nisi ex causa euidenti & necessaria hoc statuerent, per l. si hominem. ff. mandati. haec tamen pendet a priuilegio. Et in dictis locis etiam habes quid in aliis magistratibus, & si contra ius nō possunt statuere, etiam non possunt rescribere praetoribus & officialibus eorum, vt procedant summarie, & c. in causis ordinariis, vt per eundem Iasonem in dicta l. omnes populi. in fine. & sic de similibus literis concedentibus aliquod contra ius commune: & propterea quoties Senatus intelligit talia fieri a feudatariis, excandescit, & in eos animaduertit. Puto tamen, quod feudatarij possint ita tuere contra ius, vt dixi, re bene considerata supra in tit. de pen. vers. an publicatio bonorum. ad finem.
 288 Princeps et vbi videt feudatarium spoliatum possessione vtili, non potest spoliare incontinenti spoliatorē iuxta regulas communes, nec agere rei vindicatione contra illum: quia sua nō interest, ubi velit eum recognoscere spoliator, sicut fecerat alius. glo. Bart. & Doctores in l. indebiti. §. sed si nummi. ff. de condict. indeb. Socin. in l. ij. ff. de except. rei iudic. & Ias. in dicto §. sed si nummi. & posui supra hoc eod. tit. ubi de tyranno loquor: & non sine ratione dixi, ubi vellet eum recognoscere: quia secus esset, ubi nollet hoc facere, etiam negans verum principem dominum esse directi, & existimans tyrannum, qui se prouinciae dominum assereret verē dominum esse. Nam tunc cum maxime interesset iusti principis illud spolum secutum non fuisse, quia redit ad priuationem sui directi, et ipse turbatur in sua ciuili, iuxta late tradita per Bar. in l. j. §. quod ait praetor. ff. vt possidet. et in l. clam posidere. §. qui ad nundinas. ff. de acquiren. possess. competit ei omne remedium, imō remedium etiam recuperandi propria auctoritate, iuxta notata in dicto §. qui ad nundinas. et ita habetur in dicto §. sed si nummi. et per Socin. in dicta l. ij. in fin. et hoc habui in facto, et ita determinavi in ardua causa, et dixi supra, ubi omnino vide in tit. de plurib. violentijs. vers. excusationes. circa finem illius versiculi. Princeps et spoliatus possessione sui dominij potest etiam ex interuallo illam recuperare propria auctoritate, quod regulariter non conceditur, iuxta dictam l. ij. §. cum igitur. ff. de vi et vi arma. vt per Ias. in d. §. qui ad nundinas. colum. vij. et Soc. ibi. colum. ij. et dixi supra in tit. de pluribus violent. vers. excusationes. Est verum, quod hoc non est speciale in principe: quia quilibet alius etiam potest hoc facere, ubi militat eadem ratio, quae in principe suo dominio priuato, videlicet quod res perditā sit difficilis recuperationis, & requiratur impena maxima: quia negati non potest, quin dicatur incontinenti, quamprimum detur opportunitas recuperandi. ita in Doctoribus allegatis per praefatos

& ita non offenditur regula dicti §. cum igitur. veruntamen intelligitur, si semper habuit animum recuperandi, & fecit debita preparamenta, aliis diceretur perdidisse civilem, cuius respectu posset recuperare naturalem, iuxta notata per Alexandrum in l. si de eo. §. si forte. ff. de acquirenda possessione, & hoc est secundum mentem Doctorum, vbi supra. Princeps
 290 ¶ non potest alienare subditos ipsius inuis. gloss. in l. inuiti. ff. de fideicom. libertat. quae est communiter approbata, vt patet in locis allegatis per Iasonem in l. si non sortem. §. libertus. columna vndecima. ff. de conditione indebit. & per Brun. latissime, & melius quam alibi, consilio duodecimo. Et ideo Bernabos vicecomes, qui habuit Varisum in feudo, non potuit obtinere reluctantibus ipsis: & in feudo est textus in capitulo primo. §. praeterea ducatus. de prohibita feudi alienat. per Federic. & in capitulo primo. §. ex eadem lege. de lege Corradi. vbi tamen dicit, quod Mediolani potest feudum alienari maiori vel aequali, non inferiori, vt ibi in illo textu, non tamen claro, sed eum declarat Aluarotus ibi satis bene, & melius Felin. in capitulo dilecti colum. prima & secunda de maiestate & obedient. & ibi intelliges illud, quod cum vniuersitate potest fieri alienatio: & quid in hoc velit consuetudo Mediolanensium: & vbi infendari solitum esset inferiori, posset alienari in aliu inferiori: argumento capituli secundi, extra de feud. et text. in d. cap. j. §. ex eadem, arguendo a consuetudine, de qua ibi, & ab eo, quod dicit Felin. in dicto capitulo dilecti. columna secunda. Et quomodo inducatur talis consuetudo, vide in dicto capitulo secundo de feud. Et vide in hac materia etiam Felin. in capitulo primo de probation. columna quarta, versiculo secundo declara. Potest
 291 ¶ tamen Caesar de plenitudine potestatis alienare suos subditos. Baldus consilio cccxxij. columna finali, volumine primo, quod tamen vitium pendet a notatis in cap. quae in ecclesiis de constitut. Prin.
 292 ¶ ceptus ¶ videtur habere priuilegium, quod qui vult allegare ab eo sibi concessum fuisse priuilegium, debeat hoc scriptura ostendere: & ideo canonici ecclesiarum sanctae Mariae a Scala huius ciuitatis, qui mortuo Duce allegant, quod Dux ipsi dono dederat multos redditus, & hoc testibus conantur ostendere, non videntur exauferendi: de quo priuilegio est glossa in capitulo primo. de censib. in sexto. quae dum enumerat casus, in quibus requiritur scriptura, ponit inter ceteros de hoc priuilegio principis. quam glossam saepe allegant Doctores, & ita Bald. in l. gesta. C. de re iudicata. & in l. si qua per calumniam. C. de episcopis & clericis. Hunc articulum examinant Doctores in proemio sexti maxime Geminian. & Ioan. Andr. Et veritas est secundum determinationem Baldi in l. huius manum. C. de legibus. Et ¶ priuilegium, siue gratia principis, etiam viua voce concessa, & antequam sit confecta scriptura, valet: tamen non potest ostendi nisi per scripturam: & ideo mortuo illo principe, non est extinctum priuilegium: veruntamen non habet effectum, nisi successor de illo facta mentione faciat priuilegium in scriptis. & ita Felin. in rubrica extra, de constitutionibus. columna tertia, versiculo & conclusio est, & ita quod non sit necessaria scriptura, vt valeat priuilegium, pro absoluto tenet ibi Deci. & allegat gloss. in clement. culpa. §. nos. de sepult. & ideo ante idem Bald. in l. prima. C. de constitutionibus principis dicit, quod in priuilegiis & officiis a principe concessis requiritur scriptura ad probationem eorum sentiens quod ad hoc vt valeat, non requiritur: & infert Bald. ibi, quando princeps creat aliquem nota-

rium, vel doctorem, quod requiritur scriptura ad probationem tamen. Et vide de hac materia Doctores in l. pactum, quod bona fide, maxime Kiminaldum. C. de pactis. vbi de dicta glossa in dicto capitulo primo. de censib. Et de priuilegiis & officiis, & licet loquatur satis obscure, tamen voluit loqui secundum praedictam distinctionem. Et haec adde ad ea, quae dixi supra in materia gratiae principum, an possit probari
 294 per testes. Princeps ¶ an possit propria autoritate ingredi possessionem rei feudalis, mortuo feudatario finita generatione, vel mortuo eo, cui donata res est, iuxta decreta huius dominij disponentia, vt non possint etiam donata a principe trahere in extraneos, sed tantum in filios & descendentes legitimos, videtur non posse, per textum in capitulo licet episcopus. de praebendis. in sexto. vbi licet vacet beneficium ipso iure, tamen possessio eius non debet auferri a possessore non citato, quia aliquod ius forsan posset sibi competere. Et haec est regula iuris, quod possessio
 295 ¶ etiam iniusta non debet de facto alicui auferri: & si auferatur, debet de facto restitui. l. si pacto quo penam. & ibi Ias. in quinto notabili. C. de pactis. Et auerte, quia textus in dicto capitulo licet, loquitur etiam quod via iudicialia ferret, & tamen vult vt requiratur citatio, contrarium tenet Baldus in capitulo quae in ecclesiis. de constitutionibus. columna quinta, versiculo sed ecce. vbi in terminis hoc dicit: & pariter, quod possit auferri possessio propria autoritate, & in alium feudum transferri non citato possessore. Quod vltimum est verissimum, vt per Roman. consilio cccxij. & Iasonem in l. secunda. C. de iure emphyteutico columna vigesima nona, versicu. item quinto adde. Sed primum non caret difficultate, & de eo dubio, scilicet, an possit priuari possessione sua, non transmissa citatione. Verum hanc opinionem, comprobo per glossam in l. secunda. C. de iure emphyteutico, quae vult in verbo expellere, quod dominus possit propria autoritate expellere emphyteutam, qui triennio cesset. In quo articulo licet sint sex opiniones, vt ibi per Iaso. columna quinqueagesima prima, & multis sequentibus. Attamen hanc opinionem dicit sustineri posse, & esse magis veram, & illam defendit ab omnibus oppositionibus, quam sequitur Imola, etiam quod emphyteuta resistere vellet, & Aretin. tam in lectur. quam in consil. vt ibi per
 296 eum. Sic ¶ etiam si vassallus alienauit feudum irrequisito domino, potest illud recuperare propria autoritate. Ita Bald. in capitulo ceterum. columna secunda, versiculo pone etiam vassallus. extra de iudiciis. Et idem si non praestat obsequium domino, secundum Baldum in l. prima in vigesima prima questione. ff. de rerum diuisione, quae duo loca refert & sequitur Decius in consilio cxcj. columna penultima. Et multo magis hanc opinionem tenet Baldus in consilio cccj. in primo volumine, in prima & secunda columna, vbi consulit, quod quando feudum reuertitur ad dominum, non ex culpa commissa, sed ex solo cursu temporis, loquendo in eo, qui infra annum non petit inuestituram, tunc sine sententia potest dominus ingredi possessionem, & de feudo disponere. Et inter alia adducit glossam in dicta l. ij. C. de iure emphyteutico. respondens his, quae contra opponuntur, quod scilicet loquantur, quando ob culpam priuarur feudatarius, & dicit ita seruari. Breuiter in hoc articulo dicerem, quod respectu ipsius vassalli vel haeredum suorum extraneorum procederet haec opinio Baldi in dicto capitulo quae in ecclesiis, & in dicto consilio. Sed respectu extranei possessoris aliud esset. Ad hoc allego
 Andream

Andream de Isernia suam Feudistam in titulo, quo tempore miles inuestitur. petere debeat. in cap. fin. columna penultima. vbi post Hostien. expressè dicit, quod feudatario mortuo sine haerede intelligendo secundum naturam feudorum, vbi adhuc alius non apprehenderit possessionem, potest dominus, &c. Sed illa apprehensa per tertium, agere debet rei vindicatione. Et ita in terminis declarat Baldus Praepositus in titulo. de feudo sine culpa non amittendo. ad fin. in effectu dicens, quod si vacat, procedit dictum Baldi: si alius possideat, requiritur rei vindicatio. Et satis intelligo vacare, quando est finitum tempus in persona vassalli adhuc viuentis vel mortui sine haerede, licet haeredes sui extranei vt haeredes essent in possessione, tanquam omnis virtus possessionis existentis apud vassallum, vel tales haeredes, esset consumpta ex actione feudi. Nec obstat textus in dicto capitulo licet episcopus. quod etiam posset via dispensationis haec possessio esse non violata apud vassallum, vel tales haeredes: quia hoc non debet haberi in consideratione. l. iij. ff. de fideicommissariis libertatibus. et Roman. in consilio cccxcix. columna secunda, vbi vide. Adduco
 297 autem in proposito duo, Primum, ¶ quod etsi possessio continuatur in haerede vigore decreti nostri, contra l. cum haeredes. in principio. ff. de acquirenda possessione. tamen tertius possessor est citandus. Ita Alexand. consilio lxxvij. columna ij. et plenius in consilio lxxxiij. volumine ij. et ita seruatur, vbi res ponitur in controuersiam in hac ciuitate Mediolani. Secundò
 298 adduco ad propositum valde iudicio meo, ¶ quod etsi dominus possit propria autoritate expellere emphyteutam, vt dixit tamen si ipse emphyteuta iam interuertisset possessionem, puta, quia non possideret amplius, vt emphyteuta, sed nomine suo vt quilibet tertius, et dominus, eo casu non posset expelli. de hoc est glossa in dicta l. ij. C. de iure emphyteuti. in dicto verbo, expellere. et ibi Iason columna sexagesima dicit, quod bene dicit, et quod omnes eam ita tenent, de clarando tamen vt ibi per eum. Et sic remanet haec opinio quo ad tertium possessorem bene defensa. Ex
 299 his sequi videtur, ¶ quod Comitissa Gaetia, quae erat in possessione temporaria filij sui feudatarij castri Biandrate, vigore alimentorum sibi debitorum, donec peteret dotem suam, & quae etiam in ea possessione reperiebatur tempore obitus filij mortui sine descendente, potuerit priuari possessione a fisco. Licet enim mater succedat filio per Terullianum tamen clarum est non esse vacanciam huius successio- nis in materia feudali, tum de iure communi, tum ex forma decretorum nostrorum, ideo videtur, quod potuerit priuari propria autoritate secundum praedictam distinctionem. Est verum, quod cum ipsa non veniat iure successio- nis, sed vigore iurium suorum dotalium, & ita dicat, & semper dixerit. allegando potuisse hypothecari, & alienari vigore literarum Ducum Mediolani, ideo videbatur citanda, & non ita de facto priuando. Sed aduerte, quod imò id fieri potuit de facto, quia ipsamet in iudicio reintegranda aduersus fiscum, produxit scripturam authenticam demonstrantem qualiter ipsa erat in possessione, in omnibus, & quo ad omnia loco filij, ad hoc vt perciperet alimenta, donec peteret dotem: & ideo saltem post priuationem possessionis, apparuit quod ipsa non erat in possessione vigore dotis, imò contra dotem, donec peteret eam, & quod erat loco filij. Si igitur erat, vt ipsamet dicit in possessione loco filij, vt inde haberet alimenta, donec peteret dotem, apparet clarè de nullo iure ipsius post mortem filij, quia literae

Ducum ad hunc casum se non extendunt: Dicunt enim, Occasione dotis, & consequenter apparet in hoc iudicio reintegranda clarè de nullo iure Comitissae, & quod plus iuris nequaquam habeat tempore quo ablata fuit possessio, quam haberet filius viuens: Ideo potuit propria autoritate spoliari, secundum terminos supradictos: Etsi tamen instaret, dicens quod imò vti tertia possidens non potuit, &c. secundum distinctionem supra factam posset responderi duobus modis: Primum, quod fuit priuata tanquam esset haeres filij: sed incapax, & si constitit in iudicio quod erat in possessione vt quilibet tertius, pariter etiam constitit de nullo eius iure, & vtrunque sit, potest secundò dici fiscum petere posse se confirmari in possessione etiam aduersus remedium reintegranda. Ita Deci. in consil. cxcj. in fine. vbi allegat Paul. de Castro & Aretin. consilio xxj. in fine. Corroboratur haec opinio fisci, quia antea Dux noster tempore vitae filij ob culpam notoriam eum priuauerat possessione, postea dignis rationibus eum reposuerat, & sic in effectu ad beneplacitum: Igitur potuit quocumque reuocare dictam possessionem, & in iure appellatur Concessio precaria. l. j. in principio, & per totum. ff. & C. de precar. Fateor, quod si tempore mortis filij ipse, quae iam erat in possessione eo modo, quo dixi, declarasset animum suum, quod ¶ exinde veller stare & perseverare in possessione vigore iurium dotalium id facere potuisset, iuxta dictum Baldi in l. penultima. C. de pignorat. actione. & quae notabiliter ponit Socinus consil. cxxxj. colum. iij. & per totum. Sed hoc non fecit igitur dicebatur eam esse in possessione, sicut ante erat, vt per Socinum in dicta colum. iij. Tamen adhuc haec opinio est scrupulosa, quod dictum Baldi in dicta l. penult. possit se accommodare ad hunc casum, ex quo iam erat in possessione, ita vt non peteret dotem. Et ex his infero, quod etiam respectu alterius opidi, scilicet Pontis Curoni, sicut ipsa dicebatur, viuo filio esse in possessione iure familiaritatis, l. qui iure familiaritatis, ff. de acquirenda possessione. ita etiam post mortem, ex quo non apparet aliter de mutatione voluntatis, iuxta dicta Socini in dicto consilio, columna iij. Et ¶ quando ob culpam reuersum est feudum ipso iure ad dominum, an tunc possit propria autoritate illud accipere, vide latè Iacobinum de sancto Georgio in tractatu feud. in dicta glossa, dictique vassalli promiserunt iuramentum fidelitatis, charta 33. columna secunda & tertia. & ibi tenet non posse, etiam quod notoria esset culpa, loquendo etiam in terminis Baldi in dicta l. prima. ff. de rerum diuisione. & in terminis Baldi in dicto consilio, quando infra annum non petitur, vide latè Iacobin. in glossa, qui quidem inuestiti praestiterunt iuramentum fidelitatis, charta 4. columna prima. & ibi tenet cum Baldo, licet de eo mentionem non faciat. Si ¶ tamen dominus declarauit ita velle, & quando decedit vassallus etiam cum filio legitimo, donec clarè constiterit, vtrū sit legitimatus ad feuda, & an validè sit ad ea legitimatus, potest de possessione feudi per fiscum fieri sequestrum. Ita Afflicus in titulo de prohibita feudi alienatione per Federic. in §. illud quoque. columna decima, versiculo
 303 deinde quarto. Principis ¶ in manibus non potest feudatarius in praedictum filiorum suorum renuntiare feudum, nisi esset haereditarium: quia tunc non posset illud habere, nisi esset haeres, & haeres non potest
 304 test venire contra factum defuncti: & ¶ quomodo sit haereditarium, ponit Bartol. in l. vt iuristurandi. §. si liberi. colum. j. ff. de operis libertorum. & in l. si tibi. §. si pactus. ff. de pactis. cum glossa in l. quod dicitur. in penult.

in penultima columna. ff. de verborum oblig. & in l. si non fortem, §. libertus. ff. de conditio. indeb. In l. ubi colum. penult. & vlt. habetur in l. Gallus. §. etiam. & §. quidam recte. ff. de liber. & posthum. per Curt. in tractatu feudor. charta 8. colum. ij. versic. quarto. & Ias. in 305 prælu. feud. charta 1. §. 6. versic. an t. autem feudum peti possit in petitione hereditatis, & per Barr. & alios in l. si patroni. ff. ad Trebel. Et vnus casus est dubi 306 tabilis, an sit t. hereditarium, quando est concessum pro se & hæredibus masculis, quia intelligitur de filiis, ca. j. §. & si clientulus. de aliena. feudi. Sed dubium est, an etiam requiratur, quod sint hæredes: & Decius voluit non requiri, consilio clxxxv. colum. ij. Tamen Brunus consilio xxiii. colum. ij. contrarium tenet, & Alexand. consilio xii. perspectis. columna ij. in fine. & iij. in quinto volum. & Præpos. Mediolanen. in cap. j. colum. iij. & v. an agna. vel fil. & Do. Ioannes Andr. Alexandrinus in dicta l. Gallus. §. quidam recte. fol. 18. columna iij. ff. de liberis & posthumis. vbi vide. Sed quando simpliciter est dictum, Pro se & hæredibus, casus non videtur dubius, quin hoc casu etiam requiratur, vt sint hæredes, vt per Alexand. in consilio decimo nono. col. iij. in v. volum. & dicit esse communem opinionem, Alexand. consilio decimo. columna ij. versic. item responde ad dictam inuestituram. colum. iij. in iij. volum. Brun. in dicto consilio xxiii. Decius consilio ccvii. columna ij. & v. Curt. Sen. consil. lxxxij. colum. iij. versic. sed quid opus est tot suffragiis, Et res est clara quo ad agnatos, sed quo ad filios, vbi simpliciter est dictum, Pro se & hæredibus, videtur intelligi de filiis, ita vt non sint hæredes. Ita Ias. in l. si non fortem. §. si libertus. colum. fin. ff. de condit. indeb. & alibi, quod mirabiliter facit pro Decio in dicto consilio clxxxv. qui vult, quod quando dicitur, Pro hæredibus masculis, intelligatur pro filiis, ita vt non sint hæredes, quia si quando non adest dictio, masculis, hoc procedit, ergo multo magis cum dictione, masculis. 307 sculis. Alius est casus dubitabilis, t. quando principalis dispositio dicit, Pro se & filiis & descendensibus, & postea in aliis clausulis etiam executiuis dicitur, Hæredibus. vide in hoc Curt. Iunior. consil. iij. Et magnam casum nunc habeo in facto, in quo Imperator dixit in priuilegio, Pro t. te, & eo quem nominaueris ex tuis hæredibus, secuta postea nominatione statim post testamentum, in quo illum instituerat, & dicitur quod est hereditarium, per communia, de quibus per Ias. in dicto §. libertus. & vbi supra. Tamen videtur non esse hereditarium, ex quo verba Cæsaris in sola nominatione consistunt, & verificantur, & consequenter viuo testatore, & ita non est hereditarium, cum viuus non habeat heredem. Ita Barr. in l. Gallus. §. etiam. de liber. & posthum. & per Ange. consilio cccvj. & mens Cæsaris etiam ex aliis comprehenditur, quod non sit hereditarium. Sed non decido casum, ex quo pendet questio. Adde tamen declarando, quod eo ipso quod sit nominatio, statim quaritur ius nominatio, quod non potest esse, quia sit hæres, cum hæres non possit esse viuens. l. prima. vbi glof. & Doctores. ff. de heredit. vel actione vend. & maxime sic est interpretandum: quia dixit Cæsar in eo priuilegio, quod solum infra annum posset nominare: ex quo clare colligitur, quod non de hærede dicit, sed de successore sanguinis: Alioquin Cæsar saltem restrictisset facultatem testandi, quod non est dicendum, quia fuisset turpe, l. pactum quod dotali. C. de pactis. Et certe etiam Cæsar, qui omni via quærebat satisfacere illi, cui concessit feudum, obseruita ei mirum in modum collata, vt ipsemet Cæsar atte-

statur, fecisset contrarium: quia vbi hereditas tempore mortis suæ fuisset damnosa, vt in ea se non inuolueret, feudo fuisset priuatus, & ita non satisfecisset. Est ergo præsumendum, quod voluerit ei dare feudum, licet non heredi. Et cum his, & aliis coniecturis etiam Decius consilio trigessimooctauo. columna quarta & quinta, concludit in quadam clausula, de qua ibi, de hæred. in heredem, quod intelligeretur de descendensibus, licet non sint hæredes ex coniecturata mente, quæ in omnibus attenditur, & præfertur verbis, sicut anima præfertur corpori, iuxta glossam in cap. intelligencia de verborum significatione. & Hippolytus in lege si quis viduam, columna quarta & quinta. ff. de questionibus. Barto. in l. non dubium. columna secunda. C. de legibus. & Deci. in l. semper in stipulationibus. ff. de regulis iuris. Et quia etiam dixi supra, quod clausula executiua declarat principalem dispositionem, vt etiam intelligatur quod filij sint hæredes, vide in contrarium Decium in dicto consilio trigessimooctauo, columna 309 quinta. Et t. scias in hac materia, quod licet feudum non sit quid hereditarium, & ideo non veniat in petitione hereditatis, vt per Decium consilio septuagesimooctauo. & est textus de successione feudi, in principio. tamen quando conceditur simpliciter alicui non expressa alia persona, nec filiorum, nec aliorum, tunc tale feudum est hereditarium. Ita Curt. Iunior. in dicto consilio tertio, columna secunda, vbi 310 vide. Et si est hereditarium, t. an possit pater filiis præiudicare, sicut in alia re hereditaria, vide per Alex. in l. apud Iulianum. §. si quis alicui. ff. de legatis primo. & in consilio decimotertio. columna tertia, volumine quinto. & per Iasonem in l. secunda columna fin. C. de iure emphyteut. & Iacob. de sancto Georgio, in tractatu feud. in glossa, & vnus ex dictis vassallis refertur feudum, columna quarta. Nec hoc casu opus est ingredi illam difficultatem, An confessio inuentarij pro sit filiis, quia si est hereditarium, censetur idem de eo, quod de re hereditaria: & ideo est extra omne propositum hoc casu inuentarium, quod facit vt hæres, non sit in damno, nec lucro, l. finali. §. licentia. C. de iure deliberandi ita vt sit perinde, ac si non esset hæres, & habeatur hereditas vt iacens, secundum Bald. in dicta l. fina. §. in computatione. in prima oppositione, & in l. debitori. circa principium. C. de pactis, & 311 Iaso. in d. §. in computatione. Et quando non t. est hereditarium, puta, quando est pro se, & filiis, & descendensibus, vt sunt ferè omnia, quod tunc non potest fieri talis renuntiatio: patet, quia dicuntur duæ concessiones: vna in personam patris, alia in personam filiorum, & consequenter factum patris non debet nocere filiis. Ita Dyn. Bald. Ang. & Paul. de Castro in dicto §. si quis alicui. vbi Alexander post infinitas auctoritates, ita tenendo dicit, quod in feudo magis communis videtur inclinare, vt pater non possit præiudicare. Sic etiam Iacobus de sancto Georgio in tractatu feud. charta tertia & quarta, & Alexander consilio cvj. columna vltima, volumine iij. & consilio sequenti, & consilio xxij. columna quarta, circa fin. volumine quinto. Hæc tamen conclusio est multum dubia: primo, quia habemus Baldum in l. quoties, C. de suis & legitim. qui dicit vassallum in præiudicium agnationis posse in manibus domini renuntiare feudo. Secundo, quia principale fundamentum Doctorum in dicto §. si quis alicui. illud est, quod videtur ius eis acquisitum, non autem soli patri: quod fundamentum est communiter reprobatur, secundum Aretinum in d. §. si quis alicui. Tertio, quia hæc questio pendet

pendet ex his, vt rum quædo facto meo tertius aliquid acquirit, illud possim reuocare, de quo vide regulam & fallentias per Iason. in l. qui Romæ. §. Flavius. ff. de verb. obligat. & in l. fin. ff. de pactis. Et quod hæc questio ex hoc fundamento pendeat, dicit Imola in d. §. si quis alicui. Quarto quia de hoc videtur textus, quod licet non possit fieri præiudicium agnatis, filio tamen potest, cap. j. §. hoc quoque. vbi Bald. in prima questione de successione feudi. Quinto, quia filij videntur habere ex donatione paternâ, vt latè per Alexand. consilio xxvij. colum. ij. volum. v. Et ideo si erant in potestate, non valuit, merito potuit illum reuocare. Ita hoc argumentum deducit Aret. in d. §. si quis alicui. Et has oppositiones in effectu facit Aretin. in eo §. Attamen ipsemet in vtro feudo, quod habetur gratis idem tenet, videlicet quod pater non possit præiudicare filiis: quia hoc casu veniunt filij ex mortis causa capione, ex dispositione non patris, sed concedentis, vt declarat Bartolus in l. si mihi & Tiro. ff. de verborum obligat. & l. mortis causa capitur. ff. de donationibus causa mortis. Sed in alio feudo non gratis concessio, videlicet quando pater pecunia sua comparasset feudum, & in filio in potestate, aliter dicit, Concludendo quod potest præiudicare: quia filij habent ex quadam donatione patris, quæ potest reuocari, quando sunt in potestate. Et idem dicit Aretinus ibi in fi. Quando ex forma concessionis appareret, quod contemplatione patris dicta donatio facta fuisset, principio, puta, quando ob benemerita donasset, vel id aliter legitime ostenderetur, ita ibi egregie per eum. Sed tamen circa hoc vltimum est considerandum, an merita essent nominata in genere, vel in specie: quia primo casu dicitur esse simplex donatio: Secundo remuneratoria, vt per Alexand. & Doctores in l. si donatio. C. de collationibus. & Socin. in consilio cccxv. columna antepenultima & sequenti. & loquitur Aretin. in feudo nouo, sed in antiquo sentit quod etiam in tali feudo non possit pater præiudicare filiis. Et ideo etiam Ias. facit hanc differentiationem in dicta l. iij. C. de iure emphyteut. columna xcv. vbi vide. Item in filio si non est in potestate, se redigit ad notata in dicto §. Flavius, quando possit quis iuri alteri acquisito præiudicare, si est quæstus facto suo in quo seipsum reuocat ad consilium suum, quod est consil. iij. Et quicquid sit tandem post Bald. in l. qui se patris. columna vij. C. vnde libe. dicit, quod si renuntiatio patris loquitur tantum de patre, non nocet filiis: secus si loquatur etiam de filiis: quia tunc si non est hæres, non fit præiudicium in feudo: si est hæres, & facit inuentarium, non fit sibi præiudicium: si non facit, præiudicat, vt per eum. Est tamen aduertendum ad text. in cap. j. an fil. vel agna. post. retin. feud. repud. hered. vbi est textus, quod vassallus non potest repudiare hereditatem patris, & habere feudum tamen non loquitur, quando feudum est concessum pro se & filiis, vt ibi per Bald. & Doctores, maxime Præpos. qui ponit hanc fallentiam, & alias infinitas, de quo tamen vide Curt. Iunior. consilio cxxxvij. & consil. clv. Quare Aretin. etiam re ipsa parum discrepat ab opinione aliorum in d. §. si quis alicui. In reliquis vide Anchar. consilio lxxv. columna secunda. Baldus quinto volumine, consilio cclxxvij. Alexand. in l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verborum obligationibus. colum. iij. in fi. Federic. consilio cccxvij. in fi. Alexand. in d. §. Flavius. colum. xj. & volumine v. consilio cxxiii. colum. iij. & sequen. Anchar. consilio cxlij. columna j. & ij. Roman. consilio xxxv. Baldus ij. volumine consilio lxx. in principio & circa finem. Socinus consil. xxv. colum. iij. & sequen. Ias. in dicta l. ij.

C. de iure emphyt. vbi latissimè Fulgos. consil. cxxij. colum. ij. circa fin. & Paul. de Castr. primo volumine consil. cclxxiii. visis omnibus. colum. ij. & Dec. conu. 312 ccvii. colum. iij. Et aduerte quia questio habet dubium in feudo paterno, & auito, quod tunc non potest fieri præiudicium filiis, & ideo si in nouo feudo adesset clausula, iure feudi paterni antiqui & auiti, cessaret hæc dubitatio, quia clausula talis operatur, vt censetur antiquum secundum communem opinionem, vt attestatur Curt. Iun. in tract. feud. char. 7. columna iij. Est verum quod tamen non operatur, vt transiret tale feudum in transfuerales, sic disponentibus ordinibus huius domini, verum præter hoc retinet omnem effectum, quia limitata causa limitatum producit effectum. Iage cum Geminiano. C. de transf. 313 actionibus. Dux Mediolani tan præferatur duci Sabaudie in sedendo, & eundo, videtur ducem Sabaudie præferendū esse, quia primò fuit factus dux, quæ noster qui non habet inuestituram à Cæsare de hoc dominio nisi à paucis annis citra, & hoc per l. j. C. de consilibus. lib. xij. & ibi omnes maxime per Plateam, præfertur enim qui primò adeptus est dignitatem patrem, vt ibi, & ita latè Deci. post alios in l. cum quid. ff. si certum petatur. & in consilio clxj. veritas videtur in contrarium, quia non consideratur persona horum ducum, & dignitas in eis respectu acquisitionis, per ipsosmet facta, sed consideratur dignitas antiquior, vnde cum primò fuerit provincia Mediolanensis in ducatum erecta tempore Ducis Ioan. Galeatij vicecomitis, quam provincia Sabaudie, vt historia ostendunt, præfertur dux Mediolani. Hæc conclusio est ex mente Doctorum allegatorum per Decium & alios; vbi supra, & per Felinum in rubrica, de maioritate & obedientia. & videtur mihi decisio in terminis. Abb. in c. nimis. de excessibus prælatorum, vbi fratres prædicatores præferuntur minoribus, quia eorum regula fuit 314 primò approbata. Sic igitur consideratur antiquitas ipsius dignitatis, non acquisitionis in persona eorum qui disputant, Hæc questio non pendet in facto, & scito quod non consideratur sanguis, nec diuitia, vbi contenditur de pari dignitate nisi essent concessæ eodem tempore, vt per Decium vbi supra. Princeps 315 t. quando concedit secundum priuilegium, an videatur derogare primo, Et an vnum priuilegium de roget alteri? Dic quod si vnum est speciale, & aliud generale, speciale derogat generali si generale contineat ius ad rem, secus si contineret ius in re, vt per Abbat. in capitulo primo, columna tertia, de rescriptis. Nec refert an genus præcedat, vel sequatur, capitulo, abbatem. de rescriptis. et not. in regula, generi. de regulis iuris. in sexto. Si verò vtrunque est generale, vel vtrunque speciale, tunc secundum Abbat. si vtrunque est clausum in corpore iuris, secundum tollit primum. Ratio est secundum eum, quia ita iudicamus de priuilegio in iure clauso quod de iure. glossa in capitulo, vt circa. §. primò, in verbo, corporali. ibi. item priuilegium. de electione. in sexto. Fel. in in dicto capitulo primo, in octaua columna, circa principium. et clarum est quod ius secundum non faciens mentionem de iure præcedenti tenet capitulo primo. de constitutionibus. in sexto, et ex hac decisione Abbatis, quæ probatur ab omnibus 316 pondera quod non solum princeps præsumitur habere iura communia, et generalia in scriptis pectoris, sed etiam iura particularia, & decisiones particulares, insertas tamen in iure, quod est bene notandum ad dictum c. j. sed si primum tantum est clausum in corpore, et secundum non tenet secundum, dummodo fiat

regu. l. si duo. ff. de acquir. her. redi. vbi Bald. per il-
lum text. dicit quod qui facit actum, dicitur se astrin-
gere legi loquenti de illo actu, & ideo Paul. de Cast.
ibi dicit quod qui accipit ciuitatem, & videtur se
astringere oneribus illius ciuitatis, & haec sequitur Ale-
xand. c. si. c. iij. in tertia col. vol. ij. & Felin. in c. cum in
ter col. vj. de exemptionib. Est tamen aduertendum circa
praedicta ad verba Bar. in d. l. si is qui pro emptore. ff.
de vsucap. dū facit differentiam quando ciuitas iuxta
statutum suum, creat què ciuem: vult enim Bar. quod si
ciuitas obseruat statutum & dicit quod sit ciuis per
omnia, tunc verè sit ciuis. alias secus, sicque confirmat
praedictas opin. & declarat, Et quia dixi §. quod tene-
tur ciuis factus ex natura ciuitatis ad onera, dic eū
teneri ad personalia, & etiā mixta, quae imponuntur
ratione subiectionis personae, non ad merè patrimo-
nalia, l. j. C. de mulieribus, in quo loco munera sexui
congruentia, vel honores agnoscan. lib. x. l. cū neque.
C. de incol. cum ibi not. eod. lib. & l. recript. §. si. ff. de
munerib. & honoribus. & quia dixi teneri ad onera
etiam incognita. Adde ad hoc Alex. in d. consi. c. iij. in
ij. vol. circa quartam columnam. Felin. in c. quoniam
col. si. de offic. ordin. & Alex. vol. ij. c. c. l. iij. col. iij. &
ibi dicit etiam quod habitatio non est necessaria, ad
hoc quod quis subire teneatur onera in loco etiam
personalia, per dictam legem primam. & alia ut per
eum. Et an qui onera non sustinet factus ciuis &
privilegio,

privilegio, & verè ciuis factus iuxta praedicta, gaudeat
privilegiis, & statutis ciuitatis, credo non gaudere,
quando statutum dat formam, ut emat sibi domum,
vel possessionem, quia hoc dicitur absque dubio ad
hoc, ut onera sustineat, & absolute etiam quando sim-
pliciter est à communitate in ciuem acceptatus, & ag-
gregatus, opinio communis est, ut non gaudeat. ita
Alex. attestatur in rubrica. ff. solu. matrim. & licet op-
363 ponat hoc procedere in municipio ꝑ qui non dicitur
proprie talis, nisi subeat onera. l. j. in princip. ff. ad
municipales. & non in ciue, qui etiam dicitur ciuis
proprie quamuis onera non sustineat dicta lex prima,
& ibi Bart. expresse, Tamen veritas est in contrarium,
quia ciuis proprie non dicitur si onera non sustinet,
ut per Socinum in d. rubrica. colum. iij. Est tamen vi-
dendus Baldus in l. si non speciali. colum. penult. C. de
testamentis. quem refert & sequitur Iaf. in hac mate-
ria in d. l. si qui pro emptore. vbi vult contrariū, quan-
do esset factus ciuis in omnibus, & per omnia. Tamè
sequor communem quae est in contrarium. Quando
ciuis ex privilegio habeatur pro vero ciue, vide Alex.
364 in d. l. si is qui pro emptore. in apostil. Et ꝑ quomo-
do contrahatur ciuitas. vide Alex. consi. xx. colum. si.
in ij. volum. & eodem volumine, consilio praellegato
clvij. colum. v. Felin. in cap. Rodolphus. colum. vij. de
recript. Barro. in d. l. si is qui pro emptore. vbi vide.
365 Et ꝑ quando ciuis teneatur etiam ad detrimentum.
Iaf. in d. l. si Ruffinus. vbi facit regulam, & vj. fallen-
366 tias, & semper aduertit ꝑ quod ciuitas concessa pa-
tri, & filiis, siue descendantibus, debet esse accepta per
filios & descendentes, alioquin non ligat eos. Anchar.
consilio clxvij. colum. ij. & dixi supra, sub tit. de foro
competen. in materia decreti Mediolani de maiore
magistratu, vbi plura habes de ciue. ad quod vide
Paul. de Cast. in l. j. C. de patribus qui filios suos distra-
xerunt, & quando dicitur quod debent tractari in o-
mnibus, & per omnia ut ciues, vide Socinum consil.
j. colum. ij. de materia etiam vide Socinum consil. cxj.
Bart. consil. lxij. Anan. consilio lxxij. circa finem plenè
Bald. ij. volum. consil. ccccxcj. & v. volumine. consilio
cccclx. Cuman. consil. clxxvij. colum. ij. circa finem. &
Socin. consil. cclxxxix. columna iij. & quia dixi supra
quod oportet sustinere onera ad hoc, ut ciuis ex pri-
uilegio gaudeat privilegiis ciuium, vide Brun. in tra-
ctatu quod extantibus masculis & c. in vj. artic. quæst.
j. colum. ij. vide etiam ad praedicta Barbat. in l. j. in pri-
367 colum. xxv. ff. de verb. oblig. vide etiam ꝑ an conce-
368 dere ciuitatem sit ex referuatis principi. Et ꝑ an
communitas possit eam concedere. Alex. in l. neque
stipendium. ff. de imp. in reb. dotal. fac. & ibi etiam ali-
369 qua tractat ex praedictis. Adde ꝑ etiam quod in du-
bio quis praesumitur ciuis illius loci in quo est. Felin.
in d. cap. quoniam. colum. ij. in princ. de offic. ordin.
370 Et de pluri specie ciuium vide Bald. j. volum. consil.
cccclx. colum. ij. & quis dicatur proprie ciuis vide Soc.
consil. cxxix. colum. ij. & seq. & quae allegau supra.
371 in tit. de foro compet. num. 26. Et ꝑ an differat ci-
uis Mediolanensis, siue Patauinus, & Mediolanensis,
siue Patauinus absque eo quod dicatur ciuis Medio-
lanensis, vel ciuis Patauinus, vide Bart. in l. prouincia-
les. ff. de verb. signific. vbi vult ut cum dico Perusinum
intelligatur origine, vel domicilio, & vide omnino
Bald. in l. sed reprobari. in princip. ff. de excusat. tutor.
Bart. & Doct. in dicta rubr. ff. soluto matrimonio. &
in l. prima. ff. ad municipal. & cum dico de Perusio, si-
ue de Mediolano, intelligo secundum communem
vsum loquendi, ratione originis, non domicilij, sic
Bart. in dicta l. prouinciales. in fin. Idem Alexan. in ij.

volumine consil. cxlix. circa principium Bart. tamen
aliter tenet in tracta. repraesal. in j. quaest. principali.
372 Princeps ꝑ si contendit cum alio de iurisdictione
castri, an interim possit exercere iurisdictionem in illo
castro, vide Bart. in l. si post litem. versic. sed quæro. ff.
de except. qui decidit non posse, nisi quo ad ea quae
sunt tempore peritura, vbi tamen bona fide iudicium
mortuum sit, & idem si contra rectorem Ecclesiae aga-
tur, quia interim rector non potest exigere fructus se-
cundum Ang. ibi, Contrarium tamen quo ad recto-
rem tenet Bald. in l. emptorem. colum. ij. versic. pone,
quidam tanquam praelatus. C. locati, & sequitur Iaf.
in §. praedicta. col. ij. de actionibus. & ita video ser-
uari quando rector est in possessione muneris illius
exercendi. est materia l. si urbana. ff. de conditione in-
debit. Quo ad iurisdictionem quando dominus esset
in possessione iurisdictionis, videtur mihi mirū quod
deberet sapere de exercitio ꝑ endente quaestione
super iurisdictione, & satis hoc apparet ex illa qua-
stione. An quando seruus ex seruitute, & quasi posses-
sione seruitutis in qua est, petit se liberum pronun-
tari, interim possit cogi ad praestanda debita seruituta,
& glo. vult posse in l. lite. C. de liberali causa. Nā tunc
interim habeatur pro seruo, secus quando est in liber-
tate et Dominus veller eum in seruitutem vendicare,
et ita intelligit dictam l. lite. vide l. ordinata. in princi-
pio. ff. de liberali causa. et not. in §. praedicta. in stir.
de actionibus. Bartol. tamen in dicta l. si post litem, lo-
quitur in possessore, & non reperio contradicentes
Bartol. & satis Iason eum sequitur in dicto §. praedi-
cials. columna secunda. & in quaestione serui de
statu litigantis, ipse etiam habeatur pro libero, quando
ex possessione seruitutis petit se declarari liberum
esse, ita ut cessare debeant interim obsequia debita,
& intentari particulares lites. l. seruum quoque. §. cum
quoque. ff. de procur. & dicta l. ordinata in glo. quae
allegat dictam l. seruum quoque. & quia in effectu
Bartol. d. l. si post litem, redigit rem ad materiam, An
373 ꝑ iudicium sit super vniuersali, & tunc cessent qua-
stiones particulares, & an verò super particulari, & se-
cus sit. Ideo si vis scire quid sit vniuersale, siue inter
vniuersalia, vide Bart. in rubrica, ff. soluto matrimo-
nio. circa finem. & idem quod Bartol. in dicta l. si post
litem, dicit idem Bartol. in l. si quis libertatem. ad fi-
nem. ff. de petitio. hereditatis. & facit ad opinionem
374 Bartoli, ꝑ quod si est contentio inter duas ciuitates
de mero imperio, non licet alteri earum lite penden-
te erigere furcas. Ita Bald. in l. j. C. vti nem. liceat sine iu-
dicis auctoritate, & sequitur Iacobin. in tractatu suo
feudor. in glossa, cum mero & mixto imperio. colum.
j. Bart. etiam in d. l. si post litem, expresse sequitur Ang.
vbi vide in d. l. si quis libertatem. §. quoties. colum. fi.
Imol. & Paul. de Cast. in d. l. si post litem. Est tamen ad-
uertendum, quod loquitur Bart. quando est quaestio,
quis sit dominus in iudicio vniuersali: secus si domi-
nus haberetur, sed tamen priuatus propter aliquam
culpam, ut quia seruus diceret dominum esse nimis
seuerum, iuxta l. si dominus. in princ. ff. de his qui sunt
sui vel alieni iuris, vel feudatarius diceret sibi negatā
inuestituram, iuxta textum de forma libell. c. j. in fine.
& qualiter dominus proprietate priuetur, & Balin. c.
j. quibus modis feud. amit. col. iij. Nec obstat. glof. in
§. praedicta. in stir. de actionib. dum ad osten-
dendum quare dicantur praedicta, allegat ratio-
nem Ioann. nec etiam notata per Angelum in dicta l.
si quis libertatem. §. quoties. columna si. ibi, in omni-
bus, quia non negatur, licet omnes aliae lites cessent,
quin quaestio loquatur, sicut dixi. Item donec pender

hac quæstio, remanet Dominus, sicut & notarius, qui falsi arguitur, interim tamen perseuerat in quasi possessione rogandi instrumenta. Bartol. & doctores in l. Barbarius. ff. de officio præsid. & sententia fertur priuata. loquor quando dicitur, quod est priuandus. Verum dubium magis posset oriri, quando esse quæstio, in qua ipso iure esset priuatus, & sententia deberet esse declaratoria. Item est aduertendum, quod differentia Bart. qui loquitur in castro, cui coheret iurisdicatio, 375 vtrum principaliter ÷ disputetur super dominio, an super iurisdicione, videtur erronea. Quia licet principaliter disputetur super dominio, tamen quado iurisdicatio coheret castro, si feratur sententia super dominio, etiam venit iurisdicatio, venit ipsa iurisdicatio, vt per la cob. in glo. cum mero & mixto imperio. & habetur in l. imperium. ff. de iurisdic. omnium iudic. & in l. iij. in 376 princ. ff. de acq. poss. Princeps ÷ si fratrem vel alium appellat pariter principem in eodem dominio, in quo ipse est princeps, sibi præiudicat quo ad dominiũ & possessionem respectu illius: Cardin. in c. f. de senr. excommunic. & ibi Imol. in fin. & idem Cardinal. in c. 377 per tuas, de probat. Princeps ÷ solus rescribit appellatione remota. l. i. in ff. de iurisdic. appell. non licet. & vbi ita rescribit, intelligitur de frivola. c. pastoralis. in princ. c. vt debitus, de appellatio. c. super eo. de officio deleg. & c. licet, de offic. ordi. Sicut etiam intelligitur clausula, Recusatione remota, vt per Ia. in l. apertissimi. col. iij. C. de iudic. & non solum frivolas tollit hæc clausula, sed etiam omnes alias ex legitima causa interpositas, quando tamen causa non reperitur in specie expressa in iure, & hoc vt aliquod operetur: & ideo solum illa non videtur sublatæ, quæ à iure expressè sunt approbatæ, putæ, quia reperitur expressè cautũ, vt ex illa causa liceat appellare. d. c. pastoralis. in princ. nisi tamen diceretur, Omni appellatione remota: quia absolute tunc omnis videtur reiecta, cum princeps possit tollere appellationem. d. l. i. in fine. Abb. & Deci. in rub. extra. de appellat. & per Felin. in ca. quæ in ecclesiærum, de constitut. in xix. col. versic. sed hæc declaratio duobus modis. Sed aduerte, quia secundum Hostien. & Doctores relatos per Perusin. in d. c. pastoralis. ad finem prin. in versic. non d. & vltimò quæritur. Causa dicitur à iure hoc casu approbata, quando in iure reperitur eo casu in specie permessa, posito quod ius aliter non loquatur, quando appellatio esset prohibita. Nam ex quo iura permittunt appellationem, ex illa causa grauamen videtur notorium: & sic nihil operatur clausula, Appellatione remota, imò nec clausula, Omni appellatione remota: quia grauatus notoriè potest appellare, licet esset in rescripto omnis appellatio remota, glossa notabilis iuncto textu in cap. ex conuentione, de restitut. spoliatorum. & Abb. in dicto ca. pastoralis. in princip. col. penult. Decius tamen ibi col. iij. tenet contra communem. Tollit tamen hæc clausula omnem appellationem, quando esset apposta ex conuentione partium. Perusin. in d. c. pastoralis. in principio. colum. iij. versic. & hoc idem Felin. in cap. pastoralis. §. fin. colum. j. de officio deleg. Et quia appellatio operatur effectum, qui suspendit, & deuoluit, vt per Abbatem in dicta rubrica extra. de appellationibus, quando prohibet princeps appellationem, loqui videtur quo ad vtrumque effectum, vt per Dec. in dicta rubr. colum. iij. versic. secundò principaliter. & iudex à quo non tenetur deferre appellationi: verum tamen est, quod via querelæ poterit adiri superior, qui poterit reuocare grauamen illatum via querelæ. Ita Intellico textum in dicto cap. pastoralis. in princip. in ver.

sed si appellans, & ita Dec. in eo cap. columna quarta, versic. in tertia quæstione. Et dum dico principem solum posse rescribere cum hæc clausula, intelligo de Cæsare vel Pontifice, alij vero inferiores, qui cognoscunt superiorem, non possunt ita rescribere vel statuere, vt per Decium in dicta rubrica, & in d. c. pastoralis. columna j. & ij. Et quid de inferioribus à principe, qui habent perpetuam iurisdictionem, vt sunt Marchiones & Duces, vide textum in dicta l. j. in fine. quæ satis clarè, vt non possunt. Bald. & Paul. de Castro volunt oppositum relati per Felinum in cap. j. de rescrip. colum. ij. & Deci. in d. cap. pastoralis. colum. ij. videtur esse in hac opinione: Tamen Decius in d. cap. j. tenet contra hos per illam textum, & ita ego teneo, quod inferior à principe, qui cognoscit superiorem, non possit ita rescribere. Et fundamentum est in conclusione communi, quæ habet, vt inferior à principe non possit tollere ius tertij etiã eum causa, vt per Doctores in dicto cap. ecclesiæ sanctæ Mariæ, de constitutionibus. Alexand. consil. j. in v. volum. Et hanc rationem assignat gloss. in cap. fin. de heretic. in sexto. Et de inferiore à Papa, res non habet dubium, quod non potest, per dictam glossam. Secus autem videtur in inferiore à seculari. Et quod dicitur non posse rescribere inferiores à principe cum hac clausula appellatione remota, idem dicitur de aliis clausulis tollentibus legem superioris, vt est clausula, Summarie, & facti sola veritate attenda, & similia, vt dixi supra sub hoc titulo, in versic. domini feudati. & de omni effectu clausulæ, Appellatione remota, vide per Perusin. vbi supra in d. cap. pastoralis. & ibidem per Decium. Aduerte tamen, quod etsi inferior nò possit rescribere cum clausula, Appellatione remota: tamen potest, quando partes consentirent tali commissioni, quod probò, quia possent partes solæ renuntiare appellationi. l. fin. §. fin. C. de tempor. appellatio. ergo magis cum iudice. Et faciunt quæ supra proxime dixi, quando ex conuentione 378 ne apponitur clausula hæc. Princeps ÷ si fert sententiam, ab ea non appellatur, dicta l. j. in prin. ff. de iurisdic. appell. non licet. & ix. q. iij. cuncta per mundũ. & quid de sententiâ consilij Regis Francorum, & aliorum non cognoscentium superiorem, vide Perusin. rubr. extra. de appellationibus. Et quid de habentibus perpetuam iurisdictionem, dato quod cognoscant superiorem, vt sunt Comites, Duces, & Marchiones, videtur licitam non esse appellationem: quia omne illud, quod statuunt habent vim cuiusdam legis. Bald. in procemio Digestorum, in ij. col. in l. j. ff. de officio præfecti prætorio. in fine. Paulus de Castro consilio cxxxvij. super dubio. in fine. Abbas tamen videtur tenere contrarium consilio sexagesimo primo, in primo volumine. Sed Felinus componit eos in cap. quæ in ecclesiærum, in columna duodecima, versiculo xlix. de constitutionibus, & ita Alexand. consilio primo, in secunda columna, in quinto volumine. Princeps, 379 ÷ an possit viuo vasallo disponere de feudo, ita vt postea mortuo ipso vasallo sine prole, valeat inuestitura, vel conualideretur? Et dic non valere vilo tempore vii ambitiosam, nisi ille reperiretur in possessione mortuo vasallo, vel nisi inuestitura esset facta in causa mortis vasalli, vel quod decederet sine filiis & descendentibus. Hac & alia plene habes per Decium consil. cxliij. columna j. & ij. & decil. Neapolita. cxij. vbi vide. & est textus de hac quæstione in tit. quo tempore 380 miles §. si quis fecerit inuestituram. Reliqua in materia principis vide per Mar. Laudem. in tract. de principe, & ibi in specie non solum de principe: sed de eius consiliariis, senatoribus, officialibus, et militibus, ac de

ac de priuilegiis principis. & per Corf. in tractatu, de quo supra. de potestate regia. & vide breuibus de potestate principis, & de referuatis ipsi principi. Et dein de in specie, de referuatis & potestate Papæ. Bald. in l. rescripta. colum. ij. versic. not. ergo hic aliqua. C. de precibus Imperatori offerend. & ibi habes nouendecim capita, in quibus princeps solus habet potestatem, & infinita, in quibus Papa solus. vide etiam Baldum in l. j. C. de iure aureorũ annul. vbi ponit multa, quæ permittunt soli principi propter excellentiam, & ample per Afflict. in tit. quæ sint regalia, in princip. in vibus feudorum. vbi ponit cxvj. casus referuatos soli principi, Ponunt etiam Bald. & alij in l. imperium. ff. de iurisdic. omnium iudic. Felin. in cap. cum nobis. 381 colum. iij. de præscript. vbi etiam ÷ dat signa ad cognoscendum, quæ sint referuata soli principi, & latius Felin. in ca. quæ in ecclesiærum, de constitut. & ibi habes de potestate principis, & Papæ, tam in iure diuino, quam gentium, & dominio rerum nostrarum, & de referuatis principi soli, & quando veniant in concessione generali, dicam infra in tit. de regaliis. vbi vide. Omittenda tamen non esset dubitatio in hac materia. Principis, ÷ an possit princeps alienare iurisdictiones, & regalia, de quo vide Afflict. in tit. quæ sint regalia, in rub. in quinta quæst. Et conclusio est, quod non possit, quando alienatio tendit in magnam diminutionem dominiij sui. Bart. in l. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clam. Deci. consil. cxj. colum. j. Alexand. omnino consil. j. colum. v. volum. v. Et dicam latè in d. tit. de regaliis. In præsentia tamen scias, quod quæstio hæc minus dubium habet in donatione, per quæ transfertur omne dominiũ, quàm in feudo, per quod solum vtile transfertur, iuxta latè notata in articulo, 383 ÷ quomodo cognoscatur feudum à donatione, de quo per Iacob. in sua inuestitura, char. 8. colum. j. & ij. & Ia. in præludiis feudo. colum. vj. & sequen. Per donationem etiam transit in foeminam: quod non est in feudo regulariter, Deci. consil. cxvij. colum. ij. in principio. Et ÷ an alienatio regalium, licet non tendat in magnam diminutionem, saltem quo ad successorem non valeat, iuxta d. Bald. in cap. j. §. amplius. de pace Constans. qui ita vult, & eum sequitur Felin. in cap. j. de probat. versic. iij. & Brun. consil. ij. colum. ix. versic. considerari. & consil. xj. colum. viij. & Afflict. in d. rub. de regaliis, in d. quinta quæst. dicam & concludam in ea materia regalium, vbi omnino vide.

Tit. de fisco, & priuilegiis eius.

SVMMAE.

- 1 Fiscus quid sit.
- 2 Respublica & fiscus an sint idem.
- 3 Camera fiscalis, & camera sue patrimonium, principis non sunt idem.
- 4 Priuilegia eadem habet princeps, Augusta & fiscus.
- 5 Fiscus priuilegia vbi tractentur.
- 6 Fiscus etymologia.
- 7 Cuius non habet fiscus, & non querit sicut fiscus, nisi habere ex priuilegio vel prescriptione, cuius intij memoria non extaret, & quid de feudatariis.
- 8 Ecclesia vniuersalis habet fiscum, nò particularis, vt episcopi.
- 9 Iura loquentia de sacerdotibus, & rebz sacris, satis habent locum in fiscalibus & republica ciuitatis.
- 10 Camera fiscalis & principis sicut sunt diuersa, ita diuersos habent iudices.

- 11 Rem tenetur edere fisco ad fundandam illius intentionem in civilibus, non in capitalibus, nec in criminalibus.
- 12 Subtraxisse presumitur fisco instrumenta ad fiscum pertinentia, quæ illa non exhibet.
- 13 Bona fisco spectantia vt inueniantur, proceditur per inquisitionem.
- 14 Bona quot modis ad fiscum pertineant.
- 15 Delatorum officium.
- 16 Delatio fieri potest usque ad viginti annos, sed ex ordinibus Mediolani restrictum est tempus, & quare.
- 17 Desert quis interdum alium, interdum scipsum: & qua differentia sit inter tales delationes.
- 18 Proceditur de factis & ad capturam debitorum in executionibus pro fisco.
- 19 Litera in forma camera quid prosint.
- 20 Perito tempore proceditur in causa fiscali.
- 21 Fiscus restituitur aduersus omnes probationes, allegationes, appellationes, contractus, & quod possit probare, licet didicisti sint restituta.
- 22 Fiscus semper videtur apponere partem additionis in diem, tam in locationibus, quàm in venditionibus.
- 23 Sententia contra fiscum lata sine presentia aduocati ipsius fisci, est ipsi iure nulla: & nouissime Mediolani ordinatum est, vt non sufficiat citatio: sed si contra priuatum lata sit. Et supra titulo, de sentent. num. 8. & titu. Si aduersus rem iudic. restituitur in integ. postuletur. num. 6.
- 24 Fiscus secundus creditor præferitur primo in bonis quasitis post contractum cum fisco: in bonis vero quasitis ante præferitur primus, siue habuerit specialem siue generalem hypothecam.
- 25 Fiscus an præferatur in hypotheca tacita vel expressa, an vero mulier, maxime quando instrumenta eodem die facta sunt, & non appareat quod præcesserit.
- 26 Hypothecata tacite sunt bona omnia eorum, qui censentur fisco, & communitati, etiam pro collectis.
- 27 Bona catastrata possunt vendi pro collectis non solutis, & pænis impostis.
- 28 Venditio si legitime facta sit per subastationem, nò potest res vendita recuperari à domino siluente collectas.
- 29 Hypothecam tacitam licet fiscus vel communitas habeat, non tamen sic habet soluens fiscus.
- 30 Statuta communitatum vt plurimum cauent, vt omnia bona intelligantur tacite hypothecata pro oneribus, & an talia statuta præiudicent ecclesiæ.
- 31 Hypothecata fiscus habet tacite bona eius, cum quo contrahit, etiam si expressè sibi non caueat.
- 32 Fiscus habet hypothecam bona suorum administratorum.
- 33 Fiscus potest exigere debita sua etiam ante diem.
- 34 Fiscus primus creditor cum hypotheca repetit, solum posteriori creditori, & an priuatus creditor idem possit.
- 35 Fiscus non conuenitur nisi in subsidij, à creditoribus hereditariis, vendita per eum hereditate, licet in priuato sit fecus.
- 36 Fiscus non tenetur de emptione ultra simplum.
- 37 Fiscus non potest vendere habita fide de pretio, sed solum solum pretio.
- 38 Fiscus non potest alienare nisi cum subastatione legitime facta.
- 39 Fiscus ratione partis totum alienat, etiam si minimam partem habeat.
- 40 Fiscus contractus habent vim legis.
- 41 Emens à fisco tenetur stare coloro.
- 42 Donatarius vel emens à fisco statim & securus, & solum à domino, potest agi contra fiscum, infra quatuor annos.
- 43 Fiscus habet suos iudices, licet sit actor non habita ratione fori rei, & idem inter priuatos, si causa dependet à fisco.
- 44 Instantia non transit in fiscum.
- 45 Instantia an transeat in fiscum in causa appellationis.
- 46 Fiscus quando succedit aliter q. ex publicatione an utatur iure priuati quo ad instantiam, ita vt non transeat in eum.
- 47 Appellare

- 47 Appellare debitori fisci condemnatus non potest, si sit mansisse committit: & idem in debito priuati patrimonij principis.
- 48 Appellari potest a sententia lata super publicatione bonorum hereditatis vacantis, & que pertinet ad bona que indignis auferuntur.
- 49 Fiscus potest vendicare ab officiali empti per eum ex pecuniis domini.
- 50 Officialis emens predium durante officio non presumitur emisse ex pecuniis domini, nisi quando debuit statim restituere pecuniam, & non restituit, sed mercatus est, vel debuit certo termino dare, & non dedit.
- 51 Fiscus lapsu quadriennio, non potest possessorem molestare, quando hereditas denunciata est illi spectare, ut vacans, vel ex indignitate, & quid in bonis vniendis ob veltigal non solum.
- 52 Publicatio tollitur quinquennio ante deuolutionem ad fiscum & publicationem.
- 53 Decretum Mediolani vult ut bona statim sint publicata, & vnita fisco a die commissi delicti.
- 54 Vestigalia & angaria tolluntur consuetudine non soluendi, & prescriptione quadraginta annorum contra fiscum, non contra priuatum, nisi solueretur in recognitionem vniuersalis domini, quia tunc non prescribitur vltimo tempore.
- 55 Prescriptio centum annorum nunquam intelligitur esse exclusiua.
- 56 Subiectionis signa non prescribuntur.
- 57 Prescribi possunt taxae equorum sensus salis, douana, & similia, quia inuenta sunt ad protegendos subditos, non in signum subiectionis.
- 58 Censu praestatio non arguit subiectionem hodie.
- 59 Prescribi licet non possit aliqua res, si tamen qui est in possessione turbatur, potest agere, & etiam expellere turbatorem.
- 60 Quasi possessio plurimum prodest, quando sumus in materia prescribendarum libertatum, vel exactionum.
- 61 Prescriptio contra fiscum quanto tempore inducatur, & qua prescribi possint, ubi & per quos tractetur.
- 62 Prescriptio tantis temporis, cuius initij memoria non extat in contrarium inducitur veritatem: & quibus casibus non habet locum.
- 63 Onera extraordinaria non tenentur subire fiscales possessiones, licet secus sit in predijs, que ex publicatione, vel aliter transiunt in fiscum, quia transiunt cum onere suo.
- 64 Fiscus non tenetur ultra vires hereditarij.
- 65 Fiscus tenetur soluere summam coram iudice suo, sine libello, vel sententia, creditoribus producentibus instrumenta creditorum contra bona delinquentis, que fiscus occupauerit.
- 66 Fiscus non potest agere ad poenam in contractu appositam, nisi notarius stipulatus sit nomine fisci.
- 67 Fisco an quarantur bona sine additione.
- 68 Fiscus habetur loco heredis, & in eum transiunt debita & credita.
- 69 Fiscus Caesaris in dominio Mediolani est idem cum fisco Ducis Francisci, licet Caesar non sit illius heres, nec teneatur ad eius debita, & potest consequi, & retinere omnia iura, que potuisset fiscus Ducis.
- 70 Fructus iurisdictionis nondum percepti per fiscum Ducis Francisci Mediolani spectant fisco Caesaris, qui in illius locum successit.
- 71 Fiscus an teneatur ad debita illius cuius bona publicata fuerunt, quando bona in vno loco publicantur, & sita in alio non censentur publicata, & ille habet creditores in vtroque loco.
- 72 Dominium an queratur fisco ipso iure secuto delicto.
- 73 Declaratio an requiratur, & citatio parisi, quando bona ipso iure publicantur.
- 74 In dubio non errat, qui contra fiscum iudicat, siue sit du-

bium in iure, siue in facto: & quid si fiscus pretendat causam lucrativam vel onerosam.

75 Fiscus & dos comprehenduntur in statuto generali, nisi reperiantur facta exceptio per speciale privilegium.

76 Fiscus non est privilegiatus, nisi in specie reperiat.

77 Fiscus & dos ubi concurrunt, praefertur dos.

78 Privilegia fisci ubi & per quos tractentur.

79 Fisci in fauorem statutorum dispones ut bona per eum alienata possint redimi, quomodo intelligatur, & quando in dominio Mediolani possint redimi.

Tit. de fisco, & priuilegiis eius

DICTVRVS in praesentia nonnulla de fisco, in primis quarendum est quid sit fiscus: de quo dic, quod primò erat crumena, & diuitijs crescentibus transiit in saccum, & illis adhuc magis crescentibus transiit in domum, quae ararium, interdum etiam camera nuncupatur, ut per Salicet. in rubrica. C. de priuileg. fisci. & doctè more suo per Alciatum in lege inter publica. super verbo, fiscus. ff. de verborum significatione & quid sit, & contineat siue crumena sit, siue camera, vide Baldum in l. j. C. de hereditate vel adione vend. Alber. in rubrica. ff. de iure fisci. in principio gloss. & Doctores in rubr. C. de iure fisci. An res publica & fiscus sint idem? Dic vt per Ioannem de Platea in rubrica. C. de iure fisci. columna j. & ij. An camera fiscalis camera sine prattimonio & in principis sint idem? Dic non esse, vt per Bald. in dicta l. j. colum. ij. vbi vide, & Alberic. vbi supra. & Ioan. de Platea in dicta rubrica. colum. ij. Habent tamen principes, Augusta, & fiscus eadem priuilegia. l. fiscus cum in priuati. §. fin. ff. de iure fisci. Salicet. in l. fin. colum. penult. C. de priuileg. fisci. glossa in dicta rubrica. C. de iure fisci. & vide omnino Ioannem de Platea ibi, columna ij. Et tunc ideo in priuilegiis fisci etiam recurras ad priuilegia principis, de quibus per Iacobum de sancto Georgio in sua inuestitura in verbo, princeps Pedemontium. columna tertia & sequenti. & de quibus dixi satis sub titulo praecedenti, de principe. & tunc de etymologia huius verbi, fiscus, vide Ioan. de Plat. vbi supra. An tunc ciuitates habeant fiscum, & sic an quemadmodum fiscus multis modis querit, iuxta l. j. in principio. ff. de iure fisci. ita & ciuitas? Dic non habere, nisi priuilegio, vel prescriptione tanti temporis, cuius initij, &c. quasi uisset, Ioannes de Platea, vbi supra, colum. iij. vbi omnino vide. Fan. in tractatu de pignor. in quarto membro secundae partis, versicu. item intellige. charta 43. colum. j. & Martin. in tractatu de principe. in titulo de fisco, conclusione quarta. & Barbat. in l. j. ff. de iure fisci. & in l. j. C. de bonis vacantibus. Mart. in dicto tit. de principe, conclusione lxiiij. vbi vide. Alex. in consilio xiiij. columna iij. volum. vj. et ita similiter est dicendum de feudatariis. Quid tunc in ecclesia, an habeat fiscum, vide Alber. in dictionario in verbo, fiscus. Io. de Platea, vbi supra, colum. iij. Et conclusio est eam habere, loquendo de vniuersali ecclesia; sed aliud in episcopo, vt ibi, et per Salicet. in rub. C. eodem. in fin. et Mart. vbi supra, in tit. de fisco, conclus. xcv. et subdit Ioan. de Plat. vbi supra, quod tunc iura loquentia de sacerdotibus, et rebus sacris, habent locum in fiscalibus et republica ciuitatis, vt per eum. Dixi, quod camera fiscalis et principis sunt diuersa. Dic tunc quod quemadmodum sunt diuersa, ita etiam diuersos habent iudices

judices, vt per Cyn. et alios in l. procurator. C. de edendo, et quae sit differentia inter titul. de iure fisci et titul. de priuilegio fisci. Dic vt in glossa in dicta rubrica. C. de iure fisci. et ibi per Plat. Sed descendendo ad priuilegia fisci, maximè est ipsius priuilegium. Quod licet actor debeat esse instructus. l. si quando. C. de dilationibus. et proprias probationes à seipso adducit in l. inimis graue. C. de testibus, & c. j. de appellationibus. in sexto. Et hac ratione reus non teneatur edere actori ad fundandam eius intentionem. l. prima. & ibi Doctores. C. de edendo. Bartol. et Doctores in l. fina. C. eodem. tamen reus tenetur edere fisco actori. l. secunda §. diuis. el primo. ff. de iure fisci. in versiculo, item diui fratres. loquor in ciuilibus, non autem in criminalibus, in quibus fisco accusatus nihil tenetur edere. Bart. in dicto §. diuis. Alexan. consilio cxxxij. vlt. facti narratione. columna finali, in primo volumine. & ita sentiunt doctores generaliter loquendo: veruntamen textus in dicto §. diuis. solum videtur loqui de causa capitali. Et ita in hac opinione residet Decius in capitulo primo, de probationibus. charta secunda, columna tertia. versic. praedicta. eo praesertim fundamento, quia aliàs sequeretur, vt in causa criminali decem assium non ederet fisco: & secus esset in ciuili causa maximi momenti. Sed certè glossa in dicto §. diuis. absolute vult, vt in causa criminali non edatur fisco, & clarius Bartol. dum loquendo de causa capitali & criminali, vult generaliter vt in causa criminali non edatur, vide in versiculo, reasumò. & ita comperties. Sic etiam est mentis omnium, & bene: quia absolute non sunt in criminalibus sumendae probationes à domo rei. l. de minore. §. tormenta. ff. de quaestionibus. quem textum etiam principaliter allegat Alexander, vbi supra, qui enixè sustinet hanc opinionem. Et ad incoeuens, quod adducit Decius, respondetur per regulam dicti §. tormenta. & hoc propter infamiam, quae oritur ex crimine, pro quo damnatur etiam pecuniaria pena, iuxta l. primam. & l. athletes. §. finali. ff. de furtis. imò etiam si agatur conditione furtiuarum grauatior opinio furis, vt notatur in l. ceffat. ff. de actionibus & obligationibus. Caetera circa hoc speciale fisci vide per Decium in dicto capitulo primo, de probationibus. maximè dum ponit duas limitationes in charta 3. versiculo ij. et versic. iij. Et haec adde his, quae dixi latè supra sub rubrica, de examinatorum. dum quaro, an semper possit reus interrogari. Et addo, quod qui non exhibet instrumenta fisci, cum potest, si probetur ea pertinere ad causam fisci, praesumitur subtraxisse furto: et quod illud contineant, quod ipsi nociturum erat, dicta l. prima. §. diuis. el primo. de quo vide Bartolum ibi, versiculo, sed dubitatur. et Felinum in capit. sicur. columna quarta, versiculo quarto, de re iudicata. et hoc est aliud speciale in fisco, et non leue. Proceditur tunc per inquisitionem ad inueniendum bona fisco spectantia. l. si vacantia. vbi Bartolus et Angelus notabiliter. C. de bonis vacantibus. libro decimo. et fit acerrima indagatio ad illa inuenienda etiam per torturam. l. prima. C. de naturalibus liber. et Bald. in l. prima. C. de hereditate vel actione vendita. Salicet. in l. finali, columna fina. C. de priuilegiis fisci. et ita aliquando vidi fieri à procuratoribus Caesaris. Et tunc quot viis bona fisco pertinere dicantur, ponit textus in l. prima, in principio. ff. de iure fisci, et patebit infra in declaratione singularum regalium, iuxta titulum, quae sint regalia. in vltibus feudorum. Et tunc ad inuenienda talia bona etiam leges introduxerunt officium delatorum, quibus datur praemium ex delatione. l. edicto, §. extra, ff. de iure fisci. l.

prima. C. de his, qui se deserunt. libro decimo. et glo. in rubrica. C. de delatoribus. libro x. in fine. Si tamen probant, vt ibi, et tunc delatio fit usque ad viginti annos. glo. et Doctores in l. j. §. diuis. ff. de iure fisci. et l. in omnibus. ff. de diuersis et temporalibus prescriptionibus. quod magis expedit utilitati fisci, quam vt minori tempore fiat, prout disponitur ex nouis ordinibus huius domini, quibus delatoribus, ad hoc vt praemium consequantur, praefigitur quoddam breue tempus tamen princeps consuleret delatori, si casus contingeret, vt ante delationem veller conuenire cum fisco. Et secundum leges non fit differentia, an statim deferatur quod res ad fiscum peruenit, an non: Tamen dicti noui ordines in his, quae proueniunt ex bonorum publicatione, maturius rem ipsam considerant: quia volunt, vt prius inquiratur à iudice, et describantur, deinde ponantur ad proclama, et denuntientur certo et determinato tempore, per eos, qui illa detinent, et postea delatores praemium consequantur. Et aduertendum est, quod aliquando quis defert alium, vt loquitur totus titulus. C. de delatoribus. & maior pars legum in titulo. ff. de iure fisci, loquentium de delatoribus. Aliquando quis seipsum defert, & tunc loquitur lex prima. C. de his, qui se deserunt. & lex prima, in principio, & multa alia. ff. de iure fisci. & differentia inter hos patet ex lectura dictarum legum. Et quia dixi, quod in rebus fiscalibus inueniendis proceditur per inquisitionem, & torturam, Adde quod tunc etiam in exactionibus proceditur de facto, & etiam debitores detinentur. & ita Bald. in d. l. j. C. de hereditate vel actione vendita. Et haec est ratio propter quam tunc quotidie creditores querunt literas à Senatu disponentes, vt possint debitores suos in forma camera conuenire: & idem, quod Baldus, tenet etiam Salicetus in l. fin. colum. fin. C. de priuilegiis fisci. Si tamen est dubium, an sint debitores, non proceditur ita summarie. l. hi, qui cum fisco. C. de conueniendis fisci debitoribus. libro decimo. & proceditur tunc in causa fiscalis, etiam tempore feriato, ob necessitates hominum, vt in elementina, supra, in verbo, etiam tempore feriarum. de verborum significat. & l. publicas. C. de feriis. Fiscus tunc an quemadmodum restituatur aduersus sententiam. l. vnica. C. de sententijs aduersus fiscum latis. libro decimo. ita etiam aduersus alia restituatur, puta, aduersus omnia probationes, allegationes, appellationes, quod possit probare, licet didicita sint testificata, & aduersus contractus. Cyn. in l. republica. C. ex quibus causis maiores. late disputando vult non restituui: & refert Petr. ita tenere, dicens, quod in causa Regis Franciæ, & regni. Petr. consilio suo id approbavit. Idem etiam tenet Paulus de Castro & Alberic. ibi: sed Aretinus dicit indubitate fiscum restitui, in consilio xx. colum. fin. & not. Alberic. sibi, contrarius loquendo in contractu, & distinguendo in l. et si sine. §. quæsitum, ff. de minoribus, & refert & sequitur Afflict. decisio. cccxl. vbi omnino vide, & ibi habes, quod tamen non restituatur, quando omnia bene acta sunt ex inperuenienti laesione. Item quod licet res fisci locetur pacto insolito, quo casu regulariter rescinditur locatio. l. prima. C. de pacuis publicis. libro decimo. Tamen si verisimiliter princeps fecisset, non rescinditur, vide ibi omnino etiam circa hoc. Sed redeundo ad principale propositum teneat Albericus, Cynus, Petrus, & Paulus de Castro quicquid velint in dicta l. republica, ego sum in opinione Aretini fundamento inconuincibili, quia non fit differentia in hac materia inter republicam, cui comparatur restituito in integrum, d. l. republica, & fisco, glossa

glossa & omnes in l. Imperatores. ff. de re iudicata. & gloss. & omnes in l. vnica. C. de sententijs aduers. fisco cum latis, maxime dum allegant illud, ff. de appellationibus. & propterea non immerito dixit Aretin. in dicto consilio fisco indubitanter restitui. Et ad hoc etiam vide Baldum in l. finali, quorum appellationes non recipiuntur. & declarationes ac limitationes ad hanc conclusionem perquire per Alexandrum in l. j. §. nuntiatio. ff. de noui operis nuntiatione. per Bartolum & Doctores in l. nam & postea. §. si minor. ff. de iur. reuocando. per Felinum in cap. fraternitatis. columna quarta, quinta, & fin. de testib. & per Marianum ibidem. Circa predicta tamen habeas ante oculos, quod fiscus semper videtur apponere pactum additionis in diem in suis venditionibus. l. Lucius. §. idem respon. det. lo. vltimo. & ibi Bartol. notabiliter. ff. de iure fisci, quod videtur contra predicta: sed intellige & declaratum in venditionibus, quam in locationibus. vt in l. et si instrumenta. & per Doctores, maxime Plate. C. de fide instrumentorum. Sententia lata contra fisco, sine presentia aduocati ipsius fisci, est ipso iure nulla. l. finali. C. de aduocatis fisci, secus contra priuatum. l. velamento. C. de postulan. dixi supra in titulo, de sententijs. & in titulo, si aduersus rem iudicatam restitutorio in integrum postu. Hanc tamen conclusio non seruat Mediolani: quia dummodo sit citatus, habetur pro valida sententia, etiam si non interfuerit. Addo, quod in presentia ordinatum est, vt nihil fiat in causa fiscali, sine interuentu fiscalis, ita vt citatio non sufficeret non solum in sententia diffinitiu. prout etiam lex disponit, sed nec in qualibet interlocutoria. Et sciendum est, quod dicta lex finalis, & l. velamento. non loquuntur in sententijs in causis criminalibus: quia etsi tractetur de interesse fisci, in eis tamen non sunt causae fiscales. de quibus dictae leges loquuntur, & tituli. C. vbi causae fiscales, vt dixi supra in materia sententijs, sub tit. si aduersus rem iudicatam restitutorio in integrum postu. Pro fisco tamen etiam non citato valet sententia, & pro accusatore non citato. l. in l. furio. §. so. columna prima. ff. de re iudic. Fiscus t secundus creditor preferitur primo in bonis quastis post contractum cum fisco, l. si is, qui. ff. de iure fisci. In bonis vero quastis ante preferitur primus, siue habuerit generalem, siue specialem hypothecam: gloss. & Bartol. ibidem. Alexand. consilio lvij. in vj. volum. intellige tamen vt per Fan. in tractatu de pignoribus, in quinta parte in secundo membro, numero 42. illa colum. & sequen. & ibi etiam ponit quis debeat probare bonis in emptis fuisse post vel ante. Fiscus vtrum t preferatur in hypotheca tacita vel expressa, An mulier, maxime quando eodem die facta sunt, & non apparet, quod praecesserit, vide per Fan. de pignoribus, in secunda parte in quarto membro, numero 108. & dicam infra sub hoc titulo, versic. in dubio. Speciale est t in fisco, vt vnuerfa bona eorum, qui censentur, sint ei tacite hypothecata. l. j. C. in quibus causis pignus vel hypotheca tacite contrah. quae lex etiam procedit in collectis respectu bonorum catastatorum, quae sunt tacite hypothecata pro collectis fisco, & non solum fisco, sed etiam communitati. ita notatur in l. apud Iulianum. §. haeres. ff. de legatis j. vt per Iaso. ibi post alios, & per Fanum, vt breuibus agam, in secunda parte, in quarto membro, in versic. decimus casus. & ibi dicit, quod t talia bona catastroza pro collectis non soluis, & poenis impositis non soluenti, possunt vendi: & t quod si venditio facta sit sub habstationem, & legitime, vt fieri debet, dominus non potest recuperare soluendo debitas collectas. Et t de

hac tacita hypotheca propter collectas etiam ponit Decius consilio cclxxxv. Et licet fisco ipse habeat, vel communitas ipsa, hanc tacitam hypothecam, non sic est in soluente fisco, vel communitati. l. si cum pecunia. C. de priuilegijs fisci. & Roman. consil. cxj. Item licet, vt dixi etiam communitates habeant hanc tacitam hypothecam in bonis catastroza, tamen generalius t soluent statuta ciuitatum cauere, vt scilicet omnia bona intelligantur tacite hypothecata pro oneribus, per quae statuta hoc potest induci, vt per Socin. consil. ccl. colum. j. Anchar. consil. cccij. & Cremona adest simile statutum, quod tamen an prauidet ecclesijs, vide Bart. in l. sciendum. §. rescripto. ff. de muner. & honoribus. & Ias. & Parpal. in l. placet. C. de sacrosanctis ecclesijs. Fiscus t dum contrahit, quamuis non obligentur sibi bona ab eo, qui secum contrahit, tamen tacite videtur sibi obligata ex dispositione legis. l. secunda. C. in quibus causis pignus vel hypotheca tacite contrah. Quod quomodo intelligatur, & an idem sit ratione poenarum sibi debitarum ex delicto, eccle. Fanum in tractatu de pignor. in secunda parte, quarto membro, versic. quintus casus, numero 113. Habetque t etiam fisco tacitam hypothecam in bonis suorum administratorum etiam futuris. l. si quis post. iuncta glossa in verbo habuit, & ibi Salic. C. de bonis proscript. Fiscus t potest agere & exigere debita sua etiam ante diem. l. j. C. de conditione ex lege. Alexand. Deci. & Ias. in l. pecunia quam. ff. si certum petatur. Fiscus t primus creditor cum hypotheca repetit hypothecaria solum posteriori creditor. l. pecunia. C. de priuileg. fil. Et ita quando mercator, qui decoxit, conuenit cum posterioribus creditoribus, & soluit, solutum a fisco potest repeti, si est anterior, non ita videtur in creditore priuato anteriore, argumento l. pupillus. ff. quae in fraud. cred. & ibi Bart. glossa tamen in dicta l. pecunia. dicit idem in priuato, & sequuntur Salicet. & Angel. ibi, vide ibi & Afflictum decisio. cxc. concludentem in priuato non posse anteriorem creditorem auogare pecuniam talem, si bona fide consumpta fuit. de quo articulo omnino vide Bart. in dicta l. pupillus. Federic. consilio lv. Bald. primo volum. consil. cclxix. columna quarta, & consil. ccccxxxij. Ang. consil. lvij. in fine, & consil. ccvii. colum. ij. & sequen. & Anan. consil. xxxiiij. col. j. Vendita t haereditate a fisco haerde, creditores haereditarij conueniunt emptorem non fisco, nisi in subsidium, quod si vendatur a priuato, conueniunt ipsum venditorem. l. j. & ibi gloss. Doctores. C. de haer. vel act. vend. iuncta l. post venditionem. C. de pact. vbi Doctores. & est speciale hoc in fisco non parui ponderis, quod sit primum speciale in suis venditionibus. Secundum erit, t quod fisco ex contractu suo non tenetur de euisione ultra simplum, etiam si duplum sit promissum. l. si procurator. in principio. ff. de iure fisci. Tertium, t quod non potest alienare habita fide de pretio, sed solum soluto pretio, d. l. si procurator. §. finali. Quartum, t quod non potest alienare, nisi cu subhabstationibus. l. j. C. de fide instrument. & iure haer. fiscal. libro x. In quo aduertendum est, an legitime sit facta, & conuenientij loco & tempore, & non datur postea restitutio in integrum aduersus ipsam alienationem, etiam quod postea appareat causa laesionis. Si vero minus legitime facta sit, nihil valet, nec est opus remedio restitutionis in integrum, vt per Alberic. in l. et si sine. §. questum. ff. de minoribus, & dixi supra in versic. fisco an quemadmodum restituitur, & formam ponit subhabstationis Bartol. in l. licitatio, in prim. l. ff. de public. et in l. si tempora. C. de fide instrument. libro decimo.

Quintum

39 Quintum, t quod ratione partis totum alienat. l. secunda. C. communis rerum aliena. & procedit etiam si habeat fisco minimam partem rei, vt notat Felin. in cap. quae in ecclesiarum. de constitutionibus. columna xix. circa finem. vbi etiam dicit equum esse, vt princeps prius requirat consortem quam alium extraneum. Et procedit hoc speciale, etiam per alium contractum, puta, pignoris. Salicet. in dicta l. secunda in fine. & ibidem etiam per alios, Ioan. de Platea in l. prima. C. de vendit. rerum fiscal. cum priuatis commun. libro decimo. & Bald. quinto volumi. consilio ccccxxvj. in principio. vbi etiam loquitur de locatione. Fan. in tractatu suo pigno. in secunda parte, in tertio membro, numero 36. & sequen. & vide de hac materia Decium consilio cccxxv. in caus. magnifici domini columna quarta. & Bal. consil. clxxj. condemnatus fuit quidam volu. primo. & qua ratione totum alienat propter communionem, quam habet in re eadem, licet sit posterior creditor in re, poterit alienare pignus & ex pretio anterioribus creditoribus satisfacere, residuum ipse retinere. l. res. §. primo. ff. de iure fisci. Sextum t est priuilegium, vt eius contractus non tantum obtineat vim contractus, sed etiam vim legis. l. Caesar. ff. de public. Deci. post alios in l. ciuitas. ff. si cert. petat. & in rubrica extra. de rescriptis. & dixi supra in titu. de principe, vbi declarauimus quomodo intelligatur. & si tempore contractus non erat dominus, sed postea factus est, propter hoc non potest venire contra factum proprium: quia honestas & aequitas non patitur, vt rem, quam vendidit, euincat. l. prima & secunda. C. ne fisco rem, quam vendidit, euincat. libro x. Septimum est priuilegium, t vt emptor fisci teneatur stare colono. l. si ff. de iure fisci. quod non est in priuato. l. emptorem. C. loca. & ibi not. quod speciale intellige & declara vt per Alexandrum in l. si filio. §. si. columna ante penultimam. versic. item fallit ff. soluto matrimonio. vbi omnino vide. 42 Octauum t est priuilegium contra fisco, vt donatarius vel emptor eius, sit statim infensus, & solum a domino potest agi contra fisco in secuis quatuor annos l. secunda. C. de quadrienn. praescriptio. & idem est in emente a principe. l. omnes. & libene a Zenone. C. de quadrienn. praescriptio. quod priuilegium tamen non est contra fisco imo pro eo, & ad honorem eius, vt contractus sit pro lege incouulsa seruatus, vt dixit Salic. in l. prima, columna finali, vbi aperit oculos circa praedicta. C. de haereditate vel actione vendita. de quibus legibus dixi supra in titulo praecedenti ponit Felin. in cap. quae in ecclesiarum columna vndecima, de constitutionibus. Ias. in authentica, quas actiones. C. de sacrosanct. eccle. Iacobin. de sancto Georgio, in opere de feud. in glo. princeps Pedemontium. in verbo, sed an princeps obligatur. col. quarta. & Ias. in l. finali. C. si aduersus fisco & Mediolani vt etiam dixi vbi supra, non seruatur haer leges ratione, quam ibi dixi, vide omnino de dictis legibus Balbum in tractatu praescript. in secunda parte quintae partis principalis, in octaua quaestione 43 quae est vltima. Fisco t habet suos iudices, licet sit actor, non habita ratione fori rei. l. prima, & per totum C. vbi causa fiscalis. et l. secunda. C. si aduersus fisco et pariter inter priuatos cognoscunt iudices fisci, si causa pendit a fisco. l. cu coru. & ibi Bart. secundum primam lecturam. C. de sententijs & interlocutionibus omnium iudic. & l. cum vendente. C. vbi causa fiscalis per Socinum declarantem quomodo intelligatur consil. cxliij. col. prima & secunda. Et ideo solebant in hac ciuitate procuratores fisci cognoscere inter

Aegid. Bossius.

priuatos de bonis, quae aliquando fuissent publicata, quia spectauerant fisco: sed decretis nouis ordinatis est contrarium, & vide etiam Paul. de Castro in l. edicto col. prima, circa medium. C. si aduersus fisco. & Bald. in dicta l. cum vendente. text. gloss. & Bartol. in l. prima. C. de venditione rerum fiscal. libro xj. Alberic. in authentica, statuimus. C. de episcopis & cleric. text. & ibi Ange. in l. j. C. de fide instrumentorum, lib. x. & vide etiam Angelum in l. cum quaedam puella. ff. de iurisdictione omnium iudic. vbi vult, quod praesentio iurisdictionis non habeat locum in fisco succedente. In fisco t non transit instantia: quia litigantibus duobus priuatis coram iudice ordinario, si alterius bona consilcentur, instantia perit, & iudicium fit per iudices fisci, licet regulariter sit contrarium. l. si constante. §. finali. ff. soluto matrimonio. & ibi Alex. Felin. in c. quia G. post alios, de iudic. Et hoc etiam procedit, quando in contractu dictum est, quod stetur arbitrio amicorum communium, vel talis: quia si vnus eorum moriatur, fisco non tenetur stare tali contractui, imo habet etiam eo casu suos iudices Bart. in l. si quis arbitratu. col. vltima, q. penultim. ff. de verborum obligatio. & ibi Ias. post alios. Et t an in causa appellationis instantia transeat in fisco, vide Salicet in l. prima. C. si pendente appel. mors interuen. & Doctores in d. c. quia G. & vbi supra. Et dum dixi perire instantiam, si bona alterius ex litigantibus publicentur, scias me t loqui in fisco succedente propter publicationem: sed si est haeres, tranlit, & fisco virtut iure priuati. Deci. in d. c. quia G. col. finali. ex quo sequitur, vt quia in haereditate vacante est haeres, l. vacantia. & ibi Bart. expressit. C. de bonis vacantibus. libro x. eo casu non perire. Contrarium tamen, quod fisco non sit haeres, vult Bartol. in rubrica, ff. de acquirenda haereditate. & ibi idem Alexand. columna finali. & in l. finali. ff. de solut. post Angel. in quaestione sua Ast. & patet in l. prima. C. de bonis vacantibus. libro decimo. in verbo, vendicandus per quem textum mouetur Alexand. in dicta rubr. & consequenter hoc casu non transit instantia in fisco, & ita teneo, & opinio Bart. in dicto §. fin. vt sit speciale in fisco, vt in eum non transeat, etiam si esset haeres. Quam opinionem tenet Abb. etiam in d. cap. quia G. est communiter data, vt per Imol. in dicto §. si. vltra Decium. vbi supra. Et licet Ioan. de Plat. in dicta lege prima, columna prima & secunda velit vt hoc casu transeat, quia personae & bonis succeditur, tamen fundamentum eius est damnatum in dicto §. fin. vt ibi, maxime per Imol. per dictum §. fin. Senatus tamen, quando causa iam est instructa, ad parcendum laboribus, & impensis solet ordinare, vt fisco remaneat coram primo iudice, & permittit vt bona ponantur ad proclama iuxta ordines, & apprehendantur a fisco & facta contradictione per eum, qui litigabat, nihilominus ordinat, vt primus iudex sententiam ferat: & ita vidi seruauerit in vna hebdomada. Si t damnetur debitor fisci, non potest appellare, si sit manifeste conuictus, lege, quoniam nonnulli. & ibi gloss. Salic. & communiter Doctores. C. de appellationibus & in habitatione. & in l. fin. C. quorum appellationes non recipiuntur. Si vero esset debitor priuati, requireretur vt esset conuictus, & confessus, & hoc vt praehiberetur appellare, lege, obseruare C. quoru appellationes non recipiuntur. & ita vides in quo consistat priuilegium fisci, & ita expressit Baldus in dicta lege finali. Et loquitur non solum in debitore fisci, sed etiam priuati patrimonij ipsius principis, vt dicta lege, abstinendum, & dicta lege finali. Sed t si feratur sententia

Super

super publicatione bonorum hereditatis, vacatis & super bonis quae indignis auferuntur appellari potest absolute, lege, lata. C. de appellationibus. & notatur in d. lege, abstinendum. Ex ordinibus nostris in hoc dominio absolute a sententia lata inter fiscam, & priuatum non solum non potest appellari, verum nec supplicari, quare relari, aut in integrum restitutio peti, per quod datur facultas procuratoribus. Casaris faciendi omnia mala, cum nec princeps ipse saepe velit ut ad eum recurratur contra authenticam, quae supplicatio. D. de precibus Imperatori offerendis. si iniustitia tamen esset notoria, non arbitraret procedere tales ordines, iuxta ea quae supra dixi sub titulo, de appellationibus. Si officialis aliquid emat pro se ipso ex pecuniis domini, poterit fiscus illud omne vendicare, iuxta legem, si ut proponis. cum ibi notatis. C. de rei vendicatione, ut per Baldum in lege, si eum seruum, columna tertia, ff. si certum petatur. Et praesumitur emisse pecunia domini, quando praedium illud non habebat ante officium, ita Bald. in d. l. j. C. de hereditate vel actione vend. per glof. in l. facultas. C. de iure fisci libro decimo, qui subdit a tyrannis sole re hoc custodiri, quia raro permittant officiales recedere cum pecuniis, & idem quod Bald. ratione praesumptionis, tenet Salicetus in l. fin. C. de priuilegiis fisci. Et si vera esset haec conclusio actum esset de omni substantia quam plurimorum, sicut que nullo negotio non mediocriter locupletaretur, sed falsissima esse manifeste probatur in l. si defunctus. C. arbitrium tutelae. Vbi tutor non praesumitur quaeuis quae coparatur post administrationem ex rebus pupilli, sed ex industria, & ita Bart. & communiter doctores in dicta lege, facultas. & Dec. consilio centesimo septuagesimo quinto, columna finali. & dicit Bartolus in dicta lege facultas, non praesumi pecuniis fisci quaesitum, nisi liquido constet, & sequitur alij communiter, ut dixi. Si tamen lucraretur ex pecuniis fisci, id est, ex mercatura, quam exercuisset cum pecuniis fisci, tunc videretur illud lucrum spectare fisco, ut notat Bartolus in lege prima. C. de auri publici perceptoribus, libro decimo. & in lege, diu minime per illum textum. C. de susceptoribus, praepositis. & arca riijs libro decimo in l. prima. C. de his, qui ex public. rationibus mutuum pecuniam acceperunt, libro decimo. Sed hoc quoque falsum est, nisi quando statim debuisset restituere pecunias, & non restituit, sed mercatus est cum illis, vel quando debuit tenere pecunias semper paratas ad vsum publicum, ut quando debuit certo termino dare pecunias & interim lucratus est, tunc lucrum non est fisci, quod adhuc est mirabile. Ita ut breuiter agam, Decius consilio sexto, vbi omnino vide. Sit igitur cautus thesaurarius vel alius administrator reddituum principis, ut bene reddat ratione receptorum, & tunc cessabit omnis amaritudo. Decius in d. consilio sexto. Praeterquam tamen, ut dixi, quando mercatus esset cum pecuniis fisci, quia aliter adhuc essemus in communi, de qua supra, ut excludatur turpis praesumptio, & eo in casu, sufficeret reddere bonam rationem receptorum. Et de alijs officialibus non administrantibus pecunias cessat dubitatio, de quibus per Ioannem de Platea in dicta lege, facultas, vbi vide, colum. fin. De praescriptionibus, in rebus fiscalibus dixi supra proxime in versiculo, octauum est priuilegium, quod contra fiscum vendentem rem alienam sublato omni remedio contra emptorem solum datur actio, infra quatuor annos, se quando alias praescriptiones quadriennales. Sed praeterea vide textum in lege prima. C. de quadrienni

praescriptione, per quem Bartolus ibi dicit, quod in omni casu, quo denuntiat fisco, puta, hereditatem alicuius esse vacatam, vel ei spectare ex indignitate, & iuxta textum in l. prima in principio. ff. de iure fisci, solum habet locum praescriptio quatuor annorum, quia fisco lapsa quadriennio non potest molestare: quod procedit facta tamen denuntiatione, quia ante potest fieri denuntiatio, & dari molestia infra viginti annos, vel decem, secundum quod declarat Bartolus in l. in omnibus, ff. de diuersis & temporalibus praescriptionibus, & access. possess. vbi omnino vide de praescriptionibus currentibus contra fiscum: quia textus ibi dicit, quod viginti annis currunt, quam legem Bartolus ibi assumit pro regula, & limitat, quando bona iam essent vnita cum fisco, nisi in casu l. finalis. C. de sacrosanctis ecclesijs, & in l. eum. C. de fundis rei priuatae, & salub. diuinae domus, & de fundis patrimonialibus lege finali. & lege penultima. Item limitat in rebus vnendis ob vectigal, non solum, delatis tamen, quia currit praescriptio contra fiscum lapsa quinquennio. l. secunda. C. de vectigalibus non solut. & ob aliam causam delatis, quia tunc sufficit quadriennium. Sed si non sunt denuntiata fisco, tunc procedit ille textus, qui de viginti annis loquitur, nisi si possideret quis cum titulo, quo casu, sufficiunt decem vel viginti anni, iuxta l. quamuis. C. de vsucapio. vide Bartolum ibi omnino, & eius opinio est communis, ut per Aretinum consilio centesimo tertio, columna septima, & per Abbatem in capit. cum a nobis columna finali, de praescriptionibus, qui in effectu sequitur distinctionem Bartoli ibi, reprobata opinione Bartoli in l. commissa, in fine, ff. de public. dum dicit, quod fisco debet vendicare infra quadriennium alias excluditur, quando bona adhuc non erant vnita. Et quae dicit Bartolus in dicta lege commissa. & in l. secunda. C. de apostatis, procedunt secundum distinctionem eiusdem Bart. in dicta l. in omnibus, quando quid commissum est propter vectigal non solutum, & ita loquitur Alexander consilio xxxj. in fine, quinto volumine. Aduerte tamen, quia loquitur Bartolus in dicta l. in omnibus in bonis fisco deuolutis: & ideo distinguit, an sint vnita, vel ne. Sed si sumus in casu, quo nondum deuoluta & publicata sunt, tunc quinquennio tollitur publicatio. l. in cognitione, ad senatum consultum Sillanian. & ibi Angel. & Aretin. in glossa, & eius bona publicamus, charta penultima, colum. prima, vers. quareo, licet accusatio, intelligendo ut ibi, & per Felinum in dicto cap. cum a nobis, colum. fin. vbi vide. Per decretum tamen nostrum cessant haec: quia ex eo a die commissi delicti ipso iure sunt publicata bona, & quod plus est, vnita & pro vnitis habentur, ita ut omnis alienatio rescindatur: quod tamen vltimum in ordinibus nostris non vis fuit moderatum. Praedictis adde, quod vectigalia, & angariae tolluntur ex consuetudine non soluae, & praescriptione. l. licitatio, §. earum, ff. de public. et tolluntur quadraginta annis, quando debentur fisco, secus si priuato, l. omnes. C. de praescriptione triginta annorum, et Bart. in dicto §. earum, in versicu. quareo quia, nisi tamen soluerentur in recognitione vniversalis domini: quia tunc nunquam oritur praescriptio. l. competit. C. de praescriptione triginta annorum, et Bartolus, in dicto §. earum, in versiculo, oppono, quod vectigalis, limitando ut per Alexand. consilio xxx. columna quarta, volumine quinato, et l. al. in imperium, ff. de iurisdictione omnium iudic. columna nona, vers. limita istam communem. Bald. et communiter Doctores in dicta l. competit, videlicet nisi

nisi immunitas fuerit concessa per rescriptum principis, & non violata permanserit per annos quadraginta, etiam quod non fuisset valide concessa: & ideo dicit Abbas in ca. ad audientiam, de praescriptionibus, quod omnis solutio census praescribi potest, excepta illa, quae fit in signum subiectionis, iuxta cap. cum non liceat de praescriptionibus, de quo vltimo vide Felin. in d. cap. cum non liceat columna sexta. Est tamen aduertendum, quod praescriptio centum annorum nunquam intelligitur exclusa, quia tunc non dicitur praescriptio, sed priuilegium, iuxta gloss. & Doctores in cap. super quibusdam, §. praeterea, de verborum significat. Et ideo quamuis decretum diceret vel statutum ut nulla admittatur praescriptio, tamen haec non dicitur exclusa: & hoc late per Felinum in rubrica, de praescriptionibus, colum. fin. vnde decretum nostrum nouissimum dicit expresse, quod non admittatur praescriptio contra fiscum, nisi sit tanti temporis, cuius initij memoria non existat in contrarium, licet in taxis eorum dicat in specie, ut nemo possit allegare exceptionem, nisi habeat priuilegium speciale, vel priuilegium fuerit ita interpretatum vsu tanti temporis, ut non sit memoria hominis in contrarium. Et de decreto, quod nulla admittatur praescriptio, vide etiam Aretinum in dicto consilio ciiij. columna septima. Non tamen credo quod in casu l. competit, etiam sufficiat praescriptio tanti temporis, cuius initij memoria non existat in contrarium, quia ratio illius legis est, quod tributum soluitur in signum vniversalis domini, & sic obedientiae, & ideo Salicetus ibi dicit signa subiectionis non praescribi, sic etiam Cyn. & alij in effectu, & Bart. in dicto §. earum & consequenter dicitur praescribi non posse, ca. cum non liceat, eod. titulo, & sic etiam tollitur praescriptio centum annorum, Felin. in dicta rubrica, & hoc satis vult Iason in Limpelin, ff. de iurisdictione omnium iudicum, columna nona, vers. limita. Et licet sit dubitatio in his, quae Princeps sibi reseruauit in signum supremae potestatis, ut ibi tamen non est difficultas in his, quae statuta sunt in signum vniversalis subiectionis, ut est, quod omnis anima soluat tributum, ut est textus expressus in cap. omnis anima, extra, de censu, Ex his sequitur, quod si taxae equorum, census salis, douana, & similia essent inuenta a Principe in signum subiectionis vniversalis praescribi non possent, ita ut etiam non sufficeret tempus centum annorum: verum cum potius fuerint instituta ad protegendum subditos cessat praescriptio. Et quod praescriptio census, quicquid fuerit, tempore Caesaris Augusti in tributo, non arguat subiectionem, vide Abbatem in dicto cap. omnis anima, Felin. in cap. cum Bertholdus, columna decima quarta, in fin. & sequen. de re iud. & Abbatem consilio ciiij. columna quarta, in principio, volumine primo. Tamen magis in specie de ratione vectigalium, quae a principe exiguntur, vide Afflict. in rubrica quae sunt vectigalia, in quarta quaestione, & ibi dicit, quod in effectu praestantur, ut iustitia ministretur inter subditos suos: ex qua ratione etiam cessat consideratio, de qua supra. Sed tamen non est ignorandum, quod licet aliqua res praescribi non possit: si tamen qui est in possessione turbatur, potest agere contra turbatum & expellere turbationem. Angel. consil. cccix. thema tale est inter caetera capitula pacis, col. ij. & seq. l. al. in l. quominus, ff. de sum. char. viij. col. j. vers. v. vide tamen Cardin. consilio xxxvij. col. prima & secunda. Item non est ignorandum in materia praescribendarum libertatum ab exactionibus, bonum esse iuncti quasi possessioni, quia debet possessor manuteneri in

sua quasi possessione, donec sit decum petitorium, capitulo quarelam, & ibi Abb. not. de electio. & per Iacobi. in tracta. de homag. chart. iij. columna finali & sequenti & Abb. in capitulo peruenit. de censu. Et si vis latius scire, quanto tempore praescribatur contra fiscum, vide Baldum in tractatu praescript. in secunda parte, quinta partis principalis, ibi habes quando tempore praescribatur contra fiscum, An reseruata principi in signum iuris superioris, & an ipsum ius superioris possit praescribi, ita ut quis non subdit Casari, & an ea, quae ad iurisdictionem attinent, possint praescribi, & quomodo, & de alijs circa hoc, an scilicet vectigalia, & pedagia, & alia reseruata in signum priuilegi, possint praescribi, ut etiam facultas legitimandi filios, & tabelliones creandi, an libertas non soluedi vectigalia, vel collectas, & potestas imponendi collectas acquiratur praescriptione, & quanto tempore, & vltimo quanto tempore praescribatur res aliena vendita vel donata per fiscum, & sic de l. bene a Zenone. C. de quadr. praescrip. de qua dixi supra, & de his supra dixi, & etiam infra, vbi locus sese offeret aliqua atingam. Et quia in quaerendis reseruatis principi, mero, & mixto imperio, vectigalibus, & similibus requiritur tantum tempus, cuius initij memoria non existat in contrarium, ut per Bald. vbi supra & quae ego dixi. Ideo si vis videre quid operetur tantum tempus & quando habeat locum talis praescriptio, & quomodo habeat locum talis praescriptio, & quomodo probetur, vide eundem Baldum in secunda parte tertij temporis principalis versic. sexto quareo, & quomodo probetur, vide Roch. in tractatu consuet. charta xxx. columna fin. vers. tertio aduert. Et de effectu tanti temporis vide etiam Decium consilio lxxxv. columna secunda, & ibi habes, quod inducit veritatem ipsam. Cessat tamen vbi clare apparet de mala fide. Et vbi ille, qui se fundat in tali acquisitione, est incapax iuris illius, ut esset laicus ratione beneficii ecclesiastici ut per Bal. vbi supra. Item cessat, vbi statutum clare disponeret, ut etiam non admitteretur praescriptio tanti temporis, cuius initij, & caetera, Alias si simpliciter diceret, Nulla praescriptio admittatur, non intelligere de tali praescriptione, ut per Baldum in secunda parte tertij temporis principalis: & dixi supra. Fiscalia bona, non tenentur ad extraordinaria onera, lege prima & secunda. C. de priuilegiis domus Augusta, vel rei priuatae: & quarum collationum excusationum habent, libro vndecimo, quod est sine dubio verum in bonis principis, vel fisci propriis, prout loquuntur dictae leges, sed in his quae subiecta sunt oneribus, & confiscatione, vel alio titulo particulari per fiscum quaeruntur, quid iuris sit, hic est alius articulus, & videretur haec quaestio in terminis trutinata per Iacobi. de sancto Georgio, in tractatu de homagijs, charta 4. columna ij. versiculo, sed pone quaedam, vbi concludit in tractatu transire cum onere suo, quia communitas quae principi soluebat quorannis super extimo certum quid postea debet soluere tantum minus, dicentes vidisse super hoc consilia famosissimorum Doctorum maxime Sapientum, inter quos erat D. Caro Saccus subdens plura alia, maxime quod si adest consuetudo in contrarium illi statui, sed latius, & maioribus nix fundamentis iuris, de hoc articulo dixi in titulo, de principe in versiculo, quando castrum, ponens latissime quando bona castra tura transeunt in ciues, vel exemptos. Fiscus non tenetur ultra vires hereditarias, & ideo non est necesse, ut conficiatur inuentarium, lege prima, §. an bona, & ibi Bartolus ff. de iure fisci, & dicam infra in titulo de bon. vacan. versiculo

dixi post Iuan. Fiscus si occupat bona delinquentis & veniant creditores producentes instrumenta crediti quod habent debet eis debitam pecuniam solvere summariè, interueniente iudice fisci id est, procuratore Cæsaris, absque eo quod cogantur dare libellum, & expectare sententiam. Bart. in l. res. autem. in princ. ff. de iure fisci. & Alexand. in lege si marito, in princ. ff. soluto matrimonio. Fiscus si non potest agere ad pœnam appositam in contractu, nisi notarius fuerit illam stipulatus nomine fisci. Bartol. in lege prima in princ. ff. de iure fisci. & in lege arbitri. ff. de arbitris. Alexand. consilio trigesimo tertio, ad finem, volumine primo. Fisco si an querantur sine aditione vide Bartol. in lege prima. §. an bona. ff. de iure fisci. Cuman. consilio trigesimo secundo, circa finem. & dicam infra sub rubrica de bon. vacan. Fiscus si ad quem perueniunt omnia bona, habetur loco hæredis, & in eum transeunt debita & credita lege ij. §. cum ex causa. ff. de iure fisci. Alexand. omnino in l. iij. §. illud. ff. quod quisque iuris. Areti. consilio centesimo decimo, in tertio dubio. vbi limitat. & plenè Alexand. in lege si marito, in prima & secunda columna. ff. soluto matrimonio. dicam infra sub rubrica de bonis vacantibus. & supra dixi, in titulo, de bonorum publicatione. & ibi habes an fiscus in omnibus equiparetur heredi. Quæ 69 ro si an præsens fiscus Cæsareus in hoc dominio Mediolani quod ob finitam generationem Sforciadum reuersum est ad Cæsarem dominum directi, sit ille idem qui erat ipsorum ducum, ita ut possit consequi, & prosequi iura fiscalia spectantia fisco ducum, sicut potuissent ipsi duces. Dubium facit quod Cæsar non est successor, nec hæres ducis vltimi, & ideo non tenetur ad debita sua, ut supra dixi, in titulo, de principe. Sed tamen videtur ut possit non fecus, ac ducalis fiscus prosequi, consequi, & retinere omnia iura fiscalia, quemadmodum potuissent ipse fiscus ducalis, quia fiscus cohæret dominio, cuius qui dominus est habet fiscum, & licet potuerit dux, vel tyrannus disponere de confiscationibus vti fructibus iurisdictionis suæ, iuxta dicta supra sub titulo de principe, dum loquor de tyranno. Tamen si læsus fuit fiscus videtur fiscum dominij subsequenti intentare posse remedia restitutionis in integrum, & alia quæ competebant fisco præcedenti, quia est semper idem fiscus. Nec propterea dicitur Cæsar successor vel hæres, sed dominus prouinciarum, & consequenter habet fiscum, quem habebat dux ante, & quod sit idem fiscus, & non mutetur mutatio ne dominij est consilium Baldi cclxiiij. colum. ij. verficulo nec obstat si dicatur, volumine primo, & patebit ex his, quæ dicam infra in tit. de regaliis. in princ. verfic. & eo ipso hæc tamen intelligo procedere vbi Cæsar esset creditor ducis, & ut sibi satisfaceret, quia aliàs non posset agere ad recuperationem fructuum iam perceptorum per ducem, ex quo hæredis sunt ducis, & creditorum suorum in effectu, ita text. & ibi not. in c. j. §. consequenter his. hic finitur lex Corrad. & not. per Alex. in l. diuortio. in prin. col. ij. ff. solut. matrimonio. Et si de fructibus perceptis res est sine difficultate d. §. consequenter his. fructus verò solum seminati (vt ita dixerim) loquendo in fructibus iurisdictionis, vt quia solum commissum esset delictum, videtur vt ad sequentem fiscum pertineant per decisionem Bart. & Doctorum in l. fin. ff. soluto matrimonio. loquentiam de vxore quæ dedit in dotem castrum, quia volunt vt confiscationes & pœnæ securæ tempore viri sint ipsius, reliquæ vxoris, ad idem dictus. §. consequenter his, qui vult vt de fructibus separatis solo possit feudatarius disponere, & ita not. ibi Afflic. in

primo notabili. videnda tamen sunt dicta Alexand. in dicta lege diuortio. §. si feudum columna fin. verficulo postremo. de quibus etiam aliquid per eundem consilio vij. volumine tertio. Sed si præcedens fiscus qui fuisset in aliqua sententia vel contractu læsus fuisset tyrannus, & fecisset ob bonam fidem suam fructus suos, dico idem: si aliter sine dubio essent fisci veri succedentes in dominio qui posset prosequi, & capere tanquam ex bonis hostis, iuxta notata per Bart. in lege j. in fin. C. de hæredibus instituendis. & in verbo rebellando, & extrauaganti. qui sint rebelles. Si si in vno loco publicantur bona ex forma statutorum, ita vt alibi sita non publicentur, & condemnatus habebat creditores, tam in eo loco, quam alibi, quis tenetur ad debita, an ipse debitor, an ille fiscus, vide Imol. consilio trigesimo septimo, columna vij. ix. & sequen. 72 Fisco si an queratur dominium ipso iure secuto delicto, dic vt per Bartol. in lege Imperator. ff. de iure fisci. & consilio octogesimo primo, columna ij. in fi. & sequen. & consilio centesimo quinquagesimo septimo, columna iij. Iaf. in secunda lectura, in lege fin. C. de sacrosanctis ecclesiis. columna tertia, in fine. & an quæ 73 do si bona publicantur ipso iure requiritur declaratio, & ad illam citatio partis, vide Felin. plenè in cap. præterea. columna prima & secunda. de spon. dixi supra in titulo de bonorum publicatione. In dubio nõ errat si qui iudicat contra fiscum lege non puro. ff. de iure fisci. & dicit Marti. Lauden. in tract. de principe. in titulo, de fisco conclusione xiiij. Quod in magna dubiis est iudicandum contra fiscum per dictam legem non puro. & licet Bartol. ibi velit vt procedat dicta lex, non solum quando esset dubium circa interpretationem legis, sed etiam quando esset dubium in facto, an vnum instrumentum esset anterius altero factis ambobus eodem die, & Matthesianus etiam notabili lxxj. nota vnam regulam, velit vt procedat in quolibet dubio, tamen in exemplo facti duorum instrumentorum, quando concurrunt priuatus, & fiscus, est secundum veriorè opinionem distinguendum, an prætendat fiscus causam lucratiuam, iuxta naturam tituli de iure fisci. maximè legis j. in principio ff. eodem. & tunc procedat quod dicit Bartol. an onerosam, & præferatur fiscus. ita Iafon. in lege. prima columna ix. ff. soluto matrimonio. & istam opinionem ostendit veriorè. Fan. in tractatu de pigno. in secunda parte, in quarto membro, numero 117. & ibi habes quod siue dubium sit in iure, siue in facto procedat hæc distinctio, & declaratio ad dictam legem non puro. quia non potest assignari ratio diuersitatis, an oriatur dubium circa ius, vel circa factum. & ita absolute dicamus quod lex, non puro, procedit in omni dubio, sicut dixit Bartolus & latius Matthes. sed quod loquatur, sicut dixi, iuxta naturam illius tituli, ita in effectu dicit Decius in regula in ambiguis. ff. de regulis iuris. qui etiam dicit legem non puro. posse procedere, quando agitur de aliquo priuilegio fisci contra priuatum, quia in dubio debet iudicare fiscum non esse priuilegiatum, cum seruetur ius commune, vbi fiscus nõ habet speciale priuilegium. l. quod placuit. in fin. ff. de iure fisci. Hinc etiam est dicendum si quod in generali statuto etiam venit causa fisci, & dotis, nisi reperiat speciale priuilegium, per quod eximatur, vt etiam vult Decius in consilio quinto, consilio trecentesimo primo, & in l. ij. C. vnde liberi quicquid teneat Iafon. in dicta l. j. ff. soluto matrimonio. columna iij. & malè. Hæc autem declaratio ad dicta l. non puro. licet in se sit verissima tamen nõ cõgruit d. l. nõ puro. quæ loquitur (vt dixi) quando

S V M M A E.

76 quando si dubium vertitur in iure, vel in facto, non autem an fiscus sit priuilegiatus, quia non est dubium non esse nisi in specie reperitur, vt dixi, & est glof. in l. prima. C. de petitione hæreditatis. & l. item veniunt. §. in priuatorum. ff. de petito. hæredi. Iaf. in l. j. col. iij. C. de edendo. et alibi sæpe. quando verò nõ 77 current si dos & fiscus præferretur dos, secundum magis communem opinionem in dicta l. j. & ita etiam attestatur Fan. vbi supra, numero 108. de quo etiam vide Deci. in d. l. in ambiguis. maximè quando in vno appareret de hora, et circa dictam l. non puro, vide etiam Felin. in cap. fin. colum. iij. de re iudic. in cap. pastoralis. in princ. de rescript. Socin. consilio cvij. colum. iij. Fulgos. consilio lxxij. colum. fin. & consilio cxxv. colum. ij. circa finem. Bald. nouellum in tractatu dotis. in primo priuilegio nonæ partis. Abb. consil. lxxix. circa finem, & vide etiam ad prædictam l. non puro. Alciat. in tract. de presumptionibus. regula tertia, presumptione xij. vbi latè. Cætera si priuilegia fisci & pertinentia ad materiam fiscalem vltra Marti. Lauden. vbi supra, maximè in titulo de fisco. & Francisc. Parmen. qui etiam facit tract. in hac materia, vide supra, tam in titulo de publicatione bonorum, quam in titulis sequentibus, de sententiis & earum impugnationibus. & (successit sub titulo, de principe. & infra in titulo, qui sequitur, de regaliis, de quibus loquar non solum in genere, sed etiam particulatim iuxta enumerata in dicto titulo, quæ sint regalia, ac etiam in vltimo titulo, infra de remissione mercedis conductorum, possessio, princip. ac vestigalium eiusdem. 79 Omnia si iuris communis dispositione. scias quod in hoc dominio Mediolani cum dabantur bona in solum creditoribus eorum quorum bona confiscata fuerant, fiscus ex decreto habebat priuilegium, vt posset redimere ea bona. infra biennium, & generaliter per aliud decretum conditum anno M. CCCCXXII. cauebatur, vt bona & iura quæ in futurum contingeret per cameram vendi, vel alienari quocumque intelligerentur alienata & vendita cum facultate redimendi, & pro principe & camera ea retinendi. & ponderandum est, quod dictum decretum non dicit vt quocumque possit fieri redemptio, sed vt quocumque fiat alienatio, & decennio currebat præscriptio, Anchara. consilio cccxxxj. colum. ij. fescus si verbum, quocumque, positum fuisset ad verbum, redimere. quia tunc triginta annis completum fuisset, vt per Iaf. in l. petens. colum. iij. C. de pactis. Hæc declarationes tamen tollebantur per aliud decretum conditum anno M. CCCCXLVI. quo cauebatur, vt nulla præscriptio curreret contra fiscum, propter cuius decreti vires, non obstantibus Ancharano, & dictis Iafon. castrum Landriani fuit redemptum. & licet tempore regis collegium nostrum Mediolanense à Senatu consultum responderit allegatum decretum non esse in usu, tamen ita factum fuit, ex quo non creditur doctori, nec doctoribus de consuetudine attestantibus, vt notatur in l. de quibus. ff. de legibus Senatibusque consultis, & longa consuetudine. Est verum, quod in constitutionibus nouis huius dominij non est mentio de allegatis decretis dantibus facultatem redimendi, & consequenter remanent antiquata, & abolita ex decreto Cæsaris in eius constitutionibus inserto: & vbi etiam non essent antiquata, facta est constitutio, vt contra fiscum possit allegari præscriptio tanti temporis, cuius initij memoria non sit in contrarium; & dicta decreta loquuntur ad beneficium cameræ, non alterius, quod nota omnino.

Aegid. Bossius.

- 1 Regalia qua sint.
- 2 Regalia dicuntur, quia ad solum regem pertinent in regno suo.
- 3 Regalia queruntur eo ipso quod quis creatur rex quasi specialiter ei concessa.
- 4 Ius in vasallos transfertur eo ipso quod quis creatus est rex, siue princeps, & debet ei prestari fidelitas, non iure successionis.
- 5 Regalia & etiam ea omnia que specialiter sibi principi, & imperatori sunt reseruata videtur in cura translata qui dux creatus est, & potest legitimare naturales, & spurios.
- 6 Regalia sunt etiam ea, quæ rex percipit ex priuilegio Romanorum Pontificum vacante ecclesia.
- 7 Regales dignitates que dicantur.
- 8 Regalem dignitatem, vel simpliciter dignitatem concessisse dicitur Cæsar, vel rex, vel dux, aut magnus Valuasor etiam si concesserit feudum simplex cum iurisdictione cum cognitione in aliqua villa, vel castro.
- 9 Torqueri possunt simplices feudatarij in dominio Mediolani ex consuetudine, nec curatur de eorum dignitate.
- 10 Dignitatem an quis habeat attendimus quemadmodum in ciuitate habeatur.
- 11 Dignitates non solum à Cæsare, vti fonte proprio, sed etiam ab alijs inferioribus descendunt, & dicuntur ducales, vel marchionales.
- 12 Torquentur in dominio Mediolani feudatarij, licet deliquerint extra dominium, vbi tamen in loco delicti esset talis consuetudo.
- 13 Regalia transferuntur in regem non recognoscens superiorum de iure, vel de facto, vel etiam creatum à Papa, & ipse subditum.
- 14 Regalia fisci non competunt non habenti fiscum.
- 15 Fiscum non habet, habens merum & mixtum imperium, & omnimodam iurisdictionem, nisi ex priuilegio, vel præscriptione habeat.
- 16 Iurisdictione concessa non censetur concessum ius collectandi, & vestigalia imponendi contra subditos suos.
- 17 Leges condere potest, qui habet iurisdictionem, ac merum & mixtum imperium.
- 18 Regalium concessio non includit iurisdictionem, nec ea que reseruata sunt sibi principi.
- 19 Merum, ac mixtum imperium habens, non potest statuere contra ius, nisi hoc sit concessum in priuilegio, vel nisi quis esset in possessione ita statuendi patientibus subditis.
- 20 Vscarij provisionis Mediolani, qui præfectus urbis est officium circa carnes & frumenta non censetur concessum illi cui concessum est castrum in feudum.
- 21 Regalia præscribuntur tanto spatio temporis cuius initij non extat memoria in contrarium.
- 22 Probatio contra prescriptionem tanti temporis cuius initij memoria non extat in contrarium non admittitur nisi quo ad demonstrandum non esse lapsum tantum tempus.
- 23 Regalia censentur concessa quando princeps inuestiuit aliquem de castro cum mero, & mixto imperio, & omnibus regalijs.
- 24 Regalia omnia censentur concessa quando in priuilegio aliqua in specie sunt concessa, & subiicitur cum alijs iuribus quibuscumque.
- 25 Regalia non censentur concessa quando simpliciter concessum est castrum in omni iure principis.
- 26 Regalia censentur concessa in superscriptis casibus quando persona est virtutibus prædita, & talis in qua possit conuiescere princeps.
- 27 Regalia facile à principe reuocantur.

R 3

28 Vestigalij

- 28 *Regalia impoſita non cenſentur conceſſa, nec pedagiū per verba quantumcunque generalia.*
- 29 *Regalia non cenſentur conceſſa ſibi his verbis generalibus, Conceduntur alia principi reſervata.*
- 30 *Feudatarij in dominio Mediolani, an poſſint apponere in reſcriptis ſuis clauſulas, Appellatione remota, & quod procedatur ſimpliciter & de plano.*
- 31 *Regalia ſi ſint alienata per principem poſſunt per eundem vel ſucceſſorem reuocari.*
- 32 *Regalia quando conceduntur, debet diſtingui an ſequatur magna diminutio domini, vel ne, ut primo caſu poſſint concedi, ſecundo non.*
- 33 *Princeps habet maximam authoritatem, etiam in rebus datis in feudum ſaltem via legis.*
- 34 *Princeps poſteſt ad libitum ſuum reuocare officialem conſtitutum, & amouere etiam ſine cauſa, niſi cum cauſa expreſſa eſſet conſtitutus.*
- 35 *Dux Mediolani, vel alium principem an poſſit vendere veſtigalia ſine licentia imperatoris.*
- 36 *Dux Mediolani habet eandem poteſtatem in dominio ſuo, quam habet imperator in imperio.*
- 37 *Regalia an poſſint pignori dari.*
- 38 *Caſtrum ſine arce an ſit regale, & an veniat appellatione regaliū.*
- 39 *Caſtri ſua, & cetera huius generis ſimilia, an veniant appellatione regaliū.*
- 40 *Pertinentia caſtri ſi concedantur, an debeant oſtendi que ſint & ſupra titulo de principe, num. 245.*
- 41 *Furnum aut molendinum ſi habeat feudatarius, an poſſit prohibere ne ſubditi ſui alium furnum au molendinum edificent, & an dicantur inter regalia ſua, & an hoc in preſcribitur poſſit & quanto tempore.*
- 42 *Venationem, an poſſit feudatarius prohibere.*
- 43 *Venari an liceat.*
- 44 *Piſcari an feudatarius poſſit prohibere in lacu ſui territorij, & infra in tit. de aquis & fluminibus, num. 19.*

Titul. de Regaliis.

- V** & ſunt regalia, vide text. quæ ſunt regalia. in vſibus feudorum. Et Doctores ibi, maximè Bald. in princip. & omnino in tit. epiſcopum vel abbatem. in princip. columna ſecunda. Et ſunt regalia dicuntur, quia ad ſolum regem pertinent, vt ibi in text. & competunt non ſolum imperatori, de quo non eſt dubium, quia text. in dicto capitulo quæ ſunt regalia, fuit editus à Federico imperatore, vt per Afflic. in rubrica dicti tituli, in prima quæſtione, ſed cuiſlibet regi in regno ſuo, vt per Afflic. in ea rubrica, quæſtione ſecunda. & Corſet. in tractatu de poteſtate regia. quæſt. xlix. & pluribus ſequentibus. Bald. & Doctores in dicto capitulo. j.
- 3 Et ꝑ eo ipſo quod quis creatur rex, regalia quæruntur ei quaſi in ſpecie conceſſa. Bald. in capitulo primo, verſiculo vltimo nota. & ſequuntur alij communiter in dicto capitulo primo. Corſet. in dicta quæſtione xlix. & quæſt. lxx. Item ꝑ eo ipſo quod quis creatur rex, in eum, quia ſit rex, ſive princeps non iure ſucceſſionis tranſfertur ius in vaſallos, & ita vaſalli illius regni tenentur ei præſtare fidelitatem. Bald. in tit. de pace Conſtan. in §. hoc quod nos. columna iij. ſuper verbo inueſtituram recipien. quod nota ad ea, quæ dixi ſuprà latè. in tit. de principe. verſic. princeps non poteſt directum vbi tango. an tranſata ciuitate, & eius territorio ius in vaſallos videatur tranſlatum. Et ꝑ quando quis creatur, etiam dux nedom rex non ſolum regalia, de quibus in dicto tit. videntur tranſlata,

verum etiam omnia quæ ſunt reſervata in ſpecie ſoli principi, & imperatori propter excellentiam, de quibus dixi ſuprà in titulo de principe. & de quibus per Baldum in l. reſ. ripta. columna ſecunda. C. de precibus imperatori offerendis. & ita etiam poteſt legitimitate in ſuo dominio, & quo ad ſuum dominium naturales & ſpurios. Iacobi. in ſua inueſtitura. columna prima, verſiculo dubitatur. & columna ſequenti. & Felinus in capitulo cum nobis. columna tertia, verſiculo, tertia declaratio. de præſcript. Et ꝑ aduerte quia non ſolum adſunt bona regalia, de quibus in dicto textu, quæ ſunt regalia. ſed etiam ea quæ rex percipit eccleſia vacante ex privilegio Romanorum Pontificum, vt in capitulo, generali. de electionibus, in ſexto. Et de his regaliis loquitur gloſſa ſecunda, in cap. primo. in tit. qui feudum dare poſſunt. quæ tamen communiter non probatur. Item ꝑ adſunt dignitates regales, vt ducatus, marchionatus, comitatus & ſimiles, quæ ſoli regni ſpeſtant, vt per Socinum conſilio clxv. columna prima, verſiculo ij. & plenè per Corſetum in tract. vt ſuprà in quæſtione lj. Et ꝑ ſi rex locum Cæſaris in regno ſuo tenens, vel ipſe Cæſar conferat feudum non regale alicui, ſed ſimplex feudum, ita vt non ſit dux, comes, vel marchio, ſed ſimpliciter feudatarius, An dicatur ei conceſſiſſe dignitatem regalem, vel ſaltem generaliter dignitatem, effectus eſt vltra alios quod torqueri non poſſet. l. omnes iudices. C. de decurionibus, libro decimo. & l. milites. C. de quæſtionibus. & dixi ſuprà latè in materia torturæ, textus de feud. marchi. in princip. in vſibus feudorum. videtur velle vt non intelligatur conceſſa regalis dignitas, imò hoc clarè vult, quia loquitur de regaliſ dignitatibus, exemplum ponendo in ducatu, marchionatu, & comitatu, non tamen negant quin acquirat dignitatem. Martin. Lauden. in cap. j. qui feudum dare poſſunt. in princip. clarè præſupponit eum nullam dignitatem acquirere, & ita etiam Iacobin. de ſancto Georgio in tracta. feudorum. in gloſſ. in feudum. colum. j. Sed verior eſt altera opinio vt acquirat dignitatem in genere, licet non regalem pro qua vide Aluarot. omnino in titulo quis dicatur dux, & c. colum. ij. verſic. præmitto. iuncto verſiculo. intelligas. aduertendum tamen quod feudum ſit iuriſdictionis, ita vt feudatarius habeat cognitionem in aliqua villa, vel caſtro, nec in hoc ſecundum Aluarotum, & eos quos allegat, ſit differentia, An ſit Cæſar, vel rex qui feudum concedat dummodo ſint duces, marchiones, comites, & magni valuafores, & vt bene intelligas hæc, vide aliam diuiſionem feudi dum dicitur, quod aliud eſt nobile, aliud ignobile in præſud. feudo. & per Iacobin. vbi ſuprà colum. iij. in eis locis habes quod etiam eſt nobile, quando ab inferioribus à principe conceditur, licet non tantum.

9 Eſt verum ꝑ quod in ſimplicibus feudatariis non ſeruat in hoc dominio, vt torqueri non poſſint tanquam ſint in dignitate, imò de dignitate eorum non curamus, nec arbitramur eos eſſe in dignitate, vnde ſuccedit quod in effectu non ſunt, quia ꝑ ad cognoſcendum, an quis ſit in dignitate, attendimus id quod exiſtimatur in ciuitate. Bart. in l. vnica, columna ſecunda, verſiculo, dico ergo. C. de mulieribus, in quo loco munera ſexui congruentia, vel honores agnoſcant. Item an quis ſit nobilis idè attendimus. Bart. in l. j. col. ſi. C. de dignitatibus. lib. xij. & per Paul. de Caſt. conſ. ccxxx. dubitatur primo an comes Palatinus. col. iij. & conſequenter tollitur alia conſuſio iuris quæ habet, vt exiſtens in dignitate torqueatur, nõ poſſe induci conſuetudinè, de qua ſ. in materia torturæ quia non

no, inducitur hoc, ſed quod non ſit indignitate, & quod non habeat dignitatem ſimplex feudatarius, ſatis clarè vult Iaſin. præſudium feudorum. in octaua quæſtione, in prima diuiſione feudi. ſi bene vides, conueniendo cum Lauden. & Iacobi. Tamen perſeuero in alia opinione, per textum in dicto capitulo primo de feud. Marchi. in primo. & in capitulo primo quis dicatur dux. verſiculo qui verò à principe. & ſ. ceteri. & reperio ita tenere Soci. in dicto conſilio clx. columna ſecunda & ꝑ ex his apparere eos qui dicunt omnes dignitates vt à fonte profluere à Cæſare, vt in dicto capitulo primo de feudo marchionatus. & per Curt. Junior. conſilio quinquageſimo ſeptimo, numero 10. non bene dicere, quia etiam ab aliis in ferioribus deſcendunt, & quemadmodum de præcedenti bus dixi, quod ſunt regales, hæc erunt ducales, marchio nales, ſic de ſimilibus. Et quia dixi quod conſuetudine torquentur in hoc dominio feudatarij, ſcias ꝑ hoc mane Senatam ita aſſeſtatam fuiſſe, & ſcias etiam, quod hic torquentur, licet deliquerint extra dominiū vbi tamen conſuetudo ibi eſſet ſimpliciter, quia tortura ſit ad inueniendum, & eſt ex genere probationis, datur enim in ſubſidium aliarum probationum. leg. j. C. de iuram. calum. & probatur in toto titulo. ff. & C. de quæſtio. & conſequenter eſt ex deciſiuis, iuxta dicta Felini in capitulo quod clericis. in fine. de foro competentij. & ita attenditur locus delicti, vt not.

13 in dicto capitulo quod clericis. Et dum ꝑ dixi in regem traſſeri omnia regalia, eo ipſo quod eſt creatus intellige vt procedat in rege non recognoſcente ſuperiore de iure, vel de facto, vel etiam creato à Papa, & ipſi Papæ ſubdito, vt per Corſetum in dicto tractatu, quæſtione xlix. Et adſunt ꝑ ex regaliis, de quibus in dicto textu, que ſunt regalia, aliqua regalia ſiſci, id eſt. competentia ſiſco, & conſequenter non competet illi qui non habet ſiſcum, vt ciuitati recognoſcenti ſuperiorem, vel non habenti ſiſcum privilegio, vel præſcriptione, vt ſatis conſideratè ponderat Corſet. in tract. vbi ſuprà, quæſtione quinquageſima, vbi vide ad terminorum declarationem, & Bald. in l. j. C. de hære.

15 decur. Ad cuius declarationem querro, ꝑ an habens merum & mixtum imperium, & omnimodam iuriſdictionem etiam habeat ſiſcum, ita vt publicationes quas facit, & pœnæ ſibi competant, & videtur non habere, niſi ex privilegio habeat, vel præſcriptione. ita Iacobi. in ſua inueſtitura in gloſſ. cum mero & mixto imperio. columna antepenultima, verſiculo ſed an iſte nobilis. & ita Alexand. conſ. xij. volumine vj. columna iij. iunctis his quæ dicit, columna præcedenti, & ſatis probatur in dicto cap. j. quæ ſunt regalia. vbi inter regalia ſola creatio magiſtratuū numeratur, & vbi etiam numerantur illud ſolum videtur conceſſum, non alia per dictum textum, et conſequenter ille qui cõcederet, ſolum haberet exercitiū iuriſdictionis. vt habet officiales, iuxta latè notata per Iacobi. ſuper d. glo. col. j. & ij. In contrariū videtur veritas, quia inueſtitus de caſtro cum mero et mixto imperio etiam habet has pœnas, iuxta latè dicta ſuprà in tit. pœnis. in verſi. an conſiſcatio bonorū et pareratio diuerſa tis inter vaſallū qui proprio iure vitur, et officialè qui gerit alieno nomine, vt etiam optime in hoc propoſito offendit Comenſ. cõſ. centefimo ſexageſimo ſecundo maxime in ſi. Tamen aduertendū eſt, quod pro altera opin. videtur deciſ. Bart. communiter approbata in l. cunctos populos. C. de ſumma Trinitate et fide catholica. col. penultima, verſi. mihi in iſta q. qui clarè videtur velle ad hoc vt quis publicare poſſit, et ſibi aſcribere conſiſcatione bonorum, neceſſarium eſſe, vt

habeat imperium, item regalia ex privilegio, & conſuetudine, aliter non poteſt ſibi aſcribere, & Bald. in l. j. in ſi. C. de hæreditate, vel actione vendita. & in effectu Bart. in l. j. C. de bonis vacantibus. in ſi. & abſque dubio clarè. Alexand. ita interpretatur has deciſiones in d. conſilio, quia in col. iij. vult vt illi nobiles habeant ius publicandi, eò quod haberent merum & mixtum imperium, poſtea in columna quarta, decidit, vt publicationes ſint eorum, non quia eſſent inueſtiti cum mero & mixto imperio, ſed quia regalia acquiſuerat, nihil tamen videtur magis in terminis quàm deciſio Iacobi. vbi ſuprà, niſi dicat quod illa deciſ. loquitur quo ad ſuccedendum in bonis vacantibus, quod non provenit à iuriſdictione, nec imperio, non mirū ſi non ſuccedit, quamuis habeat merum & mixtum imperium, & omnimodam iuriſdictionem nobilis, niſi habeat ſiſcale ius in genere, ſed quando ex iuriſdictione & imperio oritur publicatio & pœna, tunc videtur quod etiam hæc conceſſa fuerint, & dicere ſolum exercitiū cenſeri conceſſum eſſet, ridiculum, quia ex dicta inueſtitura facta, vt ſuprà ſunt procuratores in rem ſuam, & dicuntur facti, iuxta notata per Bart. in d. l. j. C. de ſumma Trinitate, & fide catholica, & d. conſil. Cuma. clxj. colum. ſin. Et ad hoc, vt ſint & intelligantur fructus iuriſdictionales conceſſi, vide quæ dixi ſuprà in dicto verſi. an publicatio bonorum, ſub eo titu. de pœn. & ad Bart. in d. l. j. & Bald. in l. j. C. de hæredita. vel actione vendita. ſatis parer. reſponſio eò quod non expreſſe loquuntur, & defendi poſſunt & in effectu Iacobi. ſatis tenet hæc opinionem in d. glo. col. ij. verſi. ſed an pœnæ pecuniariae. & verſic. ſed an inueſtitus. Concluſio eſt igitur quod ſiſcalia, quæ ſunt fructus iuriſdictionis ſua ſunt. Alia verò ſiſcalia, vt bona vacautia & ſimilia, & alia regalia non ſiſcalia ſed ipſius regis, iuxta terminos de quibus ſuprà, non cenſentur conceſſa. ex eo quod omnis iuriſdictione conceſſa cenſetur alicui, quia ex ſeparatis non inferunt, l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquiren. poſſeſſ. & ideo non immeritò Iacobi. in dicta gloſſ. clarè deci dit, vt non ꝑ veniat ſub tali conceſſione iuriſdictionis, ius colleſtandi, & nona veſtigalia imponendi contra ſubditos ſuos. Hinc ſequitur, vt etiam poſſit cui conceſſum eſt, vt ſuprà ſtatueret ꝑ & leges condere, quia pendet ab habente iuriſdictionem, vt per Iacobi. in d. gloſ. cum mero et mixto imperio. colum. ij. verſi. ſi. an autem. Et quid econtr. an ꝑ conceſſo regaliū includat conceſſionem iuriſdictionis meri & mixti imperij, quæ etiam Doctores in mille locis appellant regalia, licet non includantur in illo textu eſt materia legis imperium. ff. de iuriſdictione omnium iudicum, vbi ponitur, per quæ verba transferantur, & ego habeo conceſſionem in loco Aziati omnium fructuum iuriſdictionis meri & mixti imperij, & omnium regaliū, nec eius exercitiū, vnde parer. ea eſſe diuerſa. Præterea videtur quod non includat conceſſionem iuriſdictionis, per textum in dicto capitulo primo quæ ſunt regalia vbi hoc non numeratur inter regalia, et non valet conſequentia, Iuriſdictiones ſunt regis et principis, ergo veniunt appellatione regaliū, in illo textu, imò licet reſervata ſoli principi, de quibus infra ſunt principis, et ſoli principi competant, et ita poſſint appellari regalia, nihilominus non veniunt appellatione regaliū. dicto capitulo primo vide tamen Bal. in dicto c. j. in ſi. qui vult per illum textū, vt iuriſdictiones ſunt principis, et idè decidit nõ poſſe alienari, vt ibi. Item omnes Doctores maximè in articulo, An regalia poſſint alienari, etiam ponunt

ponunt iurisdictionem inter regalia, est verum quod tamen concessio regalium non includit nisi contenta expresse in d. cap. j. & non ea que innuatur, vt quod iurisdictione sit principis, quod sit non propter dictum text. sed quia pendet ab Imperio, & ad prædicta, An qui habet merum & mixtum imperium habeat fiscum, & vectigalia possit instituire, vide Firmian. in tract. de gabel. in prima parte. col. iij. & iij. vers. tertio quæro. & vers. quarto quæro. Et quia dixi quod potest cui est concessum merum & mixtum imperium statuere. Quæro ¶ an possit statuere contra ius. de quo vide Ias. in l. omnes populi. in ff. de iusti. & iur. & dixi supra in titu. de penis. vers. an publicatio bonorum in quo vltimo tamen est aduertendum, An etiam hoc sit concessum in priuilegio, iuxta tradita per Felin. inc. quæ in ecclesiarum. col. xj. vers. sed cogitabam. de consuet. & c. porro. de priuileg. Item est aduertendum, an talis dominus sit in possessione statuendi etiam contra ius patientibus subditis, & magis, an tanto tempore sit in possessione, vt præscripserit, iuxta notata in l. j. & ij. C. de seruitutibus & aqua. & Iacob. in suo tract. feud. in glos. & cum venationibus. col. ij. vers. cautela. & not. per Bald. in litem lapilli. in iij. q. ff. de rerum diuisione. & per eundem Iacobi. in dicto tract. in glos. & cum piscationibus, ad finem. An concessio ¶ nostro in hoc dominio Mediolani in feudum transferatur illud ius quod habet præfectus vrbis, vicarij prouisionis appellamus, circa carnes, pisces, & summa iuxta l. j. cura carnis. ff. de officio præfecti vrbis. si constitueretur præfectus, de quo loquimur à principe, crederem quod illud etiam concessum conferretur quia sit in effectu princeps ipse in illis terris, maxime si concessio esset ampla, iuxta dicta Felini, vbi supra, sed cum creetur à ciuitate, & talis iurisdictione sit in ciuitate, credo contrarium, quia nemo dat quod non ¶ habet. Dixi ¶ quod regalia quærentur præscriptione, sed talis esse debet vt non sit memoria hominis in contrarium Iacobi. in d. glos. columna penultima, vers. sed vtrum ipse nobilis. Bartol. & Doctores in d. l. j. C. de summa Trinita. & fide catholica. vbi supra. & in d. l. j. C. de bonis vacantibus. & per Alexan. in dicto consilio xij. columna iij. est rex. in c. super quibusdam. §. præterea. de verbor. signifi. & Afflic. in d. c. j. in ij. quæstione ad finem. & est in colum. iij. qui etiam in seq. quæst. vult in vers. restat ergo vt nec requiratur scientia imperatoris, est materia Bart. in l. si publicanus. §. in vectigalibus. ff. de public. vbi concludit idem, eo excepto quod vult requiri scientiam saltem iudicis imperatoris, & opinionem Affli. in omnibus tenet Alexan. consilio vj. in primo volumine, & in si. subdit ea, quæ dicit in pedagio habere locum in quibuscunque gabelis, multis, & bonorum confiscationibus, & dicit Alexan. ibi communem opinionem Doctorum esse, vt non requiratur scientia iudicis, loquendo in præscriptione tanti temporis cuius initij, & c. & idem Ias. in l. imperium. ff. de iurisdictione. omnium iudic. col. iij. vers. sed huic fundamento, idem Felin. in capit. cum nobis. columna ij. vers. sed aduerte, de præscript. & vide de hac materia. Alex. in l. j. circa finem. ff. de iurisdictione. omnium iudic. & quinto volumine, consilio xvj. columna octaua, Socinus consilio clxxxvj. columna octaua Firmian. in tract. de gabelis. in prima parte, in decima quæstione & Alexan. in tertio volumine consilio lxxxij. circa si. Felin. in capitulo primo de præscript. columna iij. in si. & in c. cum non liceat. eod. tit. col. ix. in si. & seq. & dicit Bald. ij. volum. cons. xj. quod cum generaliter seruetur in Italia vt soluetur pedagia, præsumitur scientia, & idem vol. ij. cons.

cxij. circa finem. & vide omnino Bald. iij. vol. consilio 22 cccxl. & ¶ contra præsumptionem quæ oritur cursu tanti temporis, & c. non admittitur probatio in contrarium, sed solum non esse tantum tempus. Felin. in d. c. cum nobis. colum. iij. Barba. cons. xij. colum. xj. in j. volu. Alexan. consil. cxxv. in j. col. in ij. volumi. & d. c. sil. vj. in j. col. & consil. lxxxij. col. ij. eod. volumi. Felin. in c. de quarta de præscript. col. fin. & vide Aret. consil. xxx. col. iij. & eundem consilio cluij. col. penulti. & fin. & possem allegare vsque ad duas horas auctoritates Doctorum. Quando ¶ princeps inuestiuit aliquem de castro, cum mero & mixto imperio, & omnibus regalibus, an ita loquendo in genere veniant omnia regalia, de quibus in d. c. j. An verò requiratur vt in specie transferantur, supra vidistis quando creatur aliquis Rex, vel dux, quod eo ipso sunt in eum translata omnia regalia, hic quæro, quando nobilis inuestitur, vel in feudum cum translatione omnium regalium an sufficiant hæc verba generalia ad illa transferenda. Dic sufficere secundum decisionem in terminis Bart. in l. j. C. de bon. vacan. lib. x. quam ibi sequuntur Ioan. de Plat. & communiter alij, est verum quod princeps debet vt saltem vocabulo in genere regalium, quia alioquin non essent comprehensa, adeo vt dubitetur, ¶ concessis aliquibus regalibus in specie, si subiciatur cum aliis iuribus quibuscunque, an videantur cetera concessa deciditur tamen, vt hoc etiam casu videantur reliqua concessa, propter potentiam expressorum in specie cum dicta clausula generalissima. vt per Roman. consil. cclxxj. & Afflic. in ritu. de capit. qui curiam vend. in prin. nu. 33, & ¶ quod simplex concessio castri cum omni iure principis non sufficiat. est decisio Alberi. in l. fin. in si. C. de iurisdictione. omnium iudic. & sequitur Laudem. in titu. de principe, conclusionem cxv. hanc opinionem vt sufficiat in genere translata regalium, etiam tenet Isern. in d. c. j. quæ sint regalia. & sequitur Afflic. ibi in vj. quæst. cum bono tamen temperamento in ver. sed hanc conclusionem. vt scilicet ¶ ille ¶ cui concessa sunt regalia sit virtute prædictus, et in quo possit princeps conuiescere, loquendo tamen hoc casu etiam quod in specie essent concessa, Item loquendo eo casu quo valet concessio, vt quando non exit vitam vasalli, vt per eum, et quando etiam valet concessio regalium, vide eundem in quæst. præced. quæ ¶ est quinta qui dicit ¶ has concessiones regaliu facile à principe reuocari, quia regalia ministrare, est maiestas regis minueret, secundum Ciceronem secundo Rhetoricorum, & hæc est communis intentio Doctorum in dicto cap. j. vt sufficiat generalis concessio regalium et vide omnino in hac materia Cuman. consil. clxij. qui non solum hoc tenet, sed plura declarat circa hæc dubitationem, est verum quod Imol. consilio cxxj. post medium, vult vt per verba quatumcunque generalia, ¶ non veniat ¶ facultas imponendi nouum onus vectigalis, ad idem Cuma. in dicto consilio, ad finem. vide tamen Bal. consilio cclxliij. in v. volumine qui videtur velle vt non veniat pedagium sub verbis quatumcunque latis, etiam loquendo de pedagio iam formato, sed non explicat an etiam loquatur de verbis magis generalibus quam sit verbum, regalia, et ideo non obstat, sed concordat, et de hoc, et an etiam veniat ius cudendi monetam, vide infra in titulo de monetis, et in titulo de vectigalibus. Non est tamen omnitem ¶ quod licet sub nomine generali cum regalibus omnibus veniant regalia sicut tamen dixi, nihilominus non veniunt sub verbis generalibus, alia referuata principi, de quibus per Baldum in lege rescripta, C. de precibus imperatori offerendis, et in Imperium. in

in prima lectura. colum. iij. ff. de iurisdictione. omnium iudic. & supra maxime per Afflic. in pri. dicti text. cap. primi. quæ sint regalia vbi per plures columnas hæc habentur in d. Imperium. & videtur text. in c. quod translationem. de officio delega. Bal. in l. ij. C. de seruitutibus & aqua. & in l. procuratoris. C. mandati. & per Præposit. in dicto cap. j. quæ sint regalia. colum. ij. & Felin. in c. cum nobis. colum. iij. vers. tertia declaratio. de præscript. & latius Felin. vbi omnino vide quia aliter non intelliges in c. quæ in ecclesiarum. de constitutio. ibi de potestate principis secularis & Papæ, circa ius diuinum, gentium, & civile, ibi habes etiam de his referuatis soli principi, & denique de hoc quod in generali concessione principis, non veniunt hæc soli principi referuata cum certis declarationibus, quæ non ponit in dicto cap. cum nobis. & ideo ¶ Senatus noster non patitur, ¶ vt feudatarij huius dominij in rescriptis ponant clausulas appellatione remota, & quod procedatur simpliciter, et de plano, & c. et solum vult vt literæ eorum sint secundum iustitiam et qui ab ea vult recedere recurrat ad Senatum, vel principem. An tamen hæc clausula ad solum principem ¶ spectent, dixi supra, sub tit. de principe. Et ¶ valeat alienatio regalium dixi sub tit. de principe, ad finem. In quo articulo nunquam mentem tuam exeat, quod si sit facta alienatio à principe de regalibus, de quibus in dicto capitulo primo, quæ sint regalia. Princeps ipse, vel saltem successor, potest illam reuocare. ita Felin. post Bald. in cap. primo, de probat. in vers. quarto declara. Et aduertendum est, quod quamuis in ¶ concessione iurisdictionis fiat distinctio, An ¶ sequatur ex tali concessione magna diminutio dominij, vel non, vt dixi vbi supra, & vult Decius in dicto cap. primo in versiculo similiter. & Felin. ibidem, versiculo tertio declara. Tamen in concessione horum regalium absque distinctione, ita concluditur maxime per Felin. vbi supra. Credo tamen non esse rationem diuersitatis inter concessionem regalium, de quibus in dicto capitulo primo, & concessionem iurisdictionis, & quod cadat eadem distinctio, an concernat diminutionem magnam dominij, & c. & quod sit verum etiam Bald. in l. qui se patris. C. vnde liberi. columna penultima, versiculo item in quæst. vult vt priuilegium concedens iurisdictionem, etiam possit reuocari, vbi alia non possit reuocari, & sequitur Decius, vbi vide in cap. nouit. de iudicis, in versiculo, supra scripta conclusio limitatur. & tamen in hoc fit eadem distinctio quam dixi, & vtranque auctoritatem allegat Brunus ad idem consilio secundo, columna decima, & consilio vndecimo, columna octaua. Ex ¶ his videtur sequi, ¶ quod princeps habet non modicam auctoritatem etiam in his quæ data sunt in feudum, saltem via legis, & hæc est ratio nostri decreti de maiore magistratu editi ad moderandam iurisdictionem feudatariorum, sicut dixi circa dictum decretum, supra sub titulo de foro competentis. Quo tamen ad quæstionem quando donantur iura regalia, & iurisdictiones compono omnia. Nam illa distinctio an tendat in magnum præiudicium dominij, vel ne, procedere videtur quo ad hoc, vt valeat alienatio ab ¶ initio, quia ¶ ipsemet princeps qui alienauit, potest ipsam alienationem non seruare, secundum dictam distinctionem, sed quo ad successorem videtur quod absolute possit reuocare sine dicta distinctione, ita loquitur Baldus in capitulo primo. §. amplius de pace Constantiæ. & Felinus in dicto capitulo primo, qui proprie loquitur quo ad successorem, & in hac opinione residet tandem Afflic. in rubr. in iij. quæst. in si.

dum dicit, sed successor non tenetur confirmare. & dum allegauit Bald. in l. qui se patris. columna penult. vers. item in concessis. ad hoc quod princeps concessam iurisdictionem reuocare potest etiam vbi aliam rem non possit, Scias ne erres, eum loqui in officiali, cui concedit non merum, nec mixtum imperium, sed exercitium horum, vt fit in quolibet officiali, & ideo non mirum si habet potestatem reuocandi ad libitum, & est textus in l. j. C. de agricol. & censit. lib. xj. & ita etiam intelligit Decius in dicto cap. nouit. in vers. ista tamen limitatio iustificari potest, & est verissima conclusio, quod potest ad libitum etiam sine causa princeps amouere officialem suum, nisi tamen cum causa expressa in specie fuisset constitutus, vt latè per Afflic. in dicto titulo, quæ sint regalia. super verbo, potestas. colum. ij. Ad declarationem tamen præcedentis quæstionis, an regalia & iurisdictiones possint alienari, tam in præiudicium successorum, quam concedentium subiecto quæstionem, ¶ An ¶ dux Mediolani possit vectigal aliquod alicui concedere, & videtur dicendum non posse sine licentia Imperatoris, nã habet illud ab imperatore, & illud recognoscit, igitur sine eius licentia non debet posse illud concedere, ita Bald. in titulo, de pace Constantiæ. in verbo successorum. & Bald. in cap. vnico, quæ sint regalia. & Bart. in l. si in diem. in ff. de aqua pluuiæ arcenda. Bertachin. in tractatu de gabelis. in prima parte, quæstione decimaquarta, vbi omnino vide, sed tamen dic, quod aut duci ex priuilegio hoc datum est, & tunc potest. cap. quod translationem. extra de officio delegati. Angelus consilio cxxiij. in causa accusationis. Paul. de Castro in consilio ducentesimo trigesimo quinto, & Modern. in dicto cap. primo, quæ sint regalia, & ad hoc omnino vide Felin. in cap. quæ in ecclesiarum. numero 33. de constitutionibus, vbi declarat dicta consilia Paul. & Angel. loquentia de duce Mediolani, & Curt. in tract. feud. charta 7. colum. j. vers. secundo principaliter. Aut hoc habet dux ex consuetudine tanti temporis, cuius initij memoria non existat in contrarium, et idem cap. super quibusdam. §. præterea. de verborum significat. Cessantibus priuilegio et consuetudine non potest hoc facere sine consensu Imperatoris: vbi tamen apparet eum velle vendere ipsum ius, secus si velit commoditatem vendere, vel simas in dubio, quia etiam in dubio ipsa commoditas videtur vendita, vt actus potius valeat, quam non. ita Imol. in d. l. in diem. de aqua pluuiæ arcenda. et Bartol. in l. coteni ferro. §. qui maximos. in quæstio. iij. ff. de public. et in quæst. publicanus. colum. iij. et ideo etiam princeps ipse possit reuocare vbi ius venditum esset. Nec. Bald. in tit. de pace Constantiæ. dum dicit non valere alienationem in præiudicium successorum, vult vt tempore ipsius valeat, sed id dicit de successore, quia vbi ipse vellet de facto non infringere, saltem successor possit, et ita etiam intelligit Felinum, qui allegat decisionem Baldi in capitulo ad audientiam. columna secunda, de præscript. et Ias. in l. prima, columna tertia, ff. de constitutionibus principum. et ita clarè in indiuiduo sentit Socinus in consilio solenni, in hac materia septima, in tertio volumine videlicet non valere etiam in præiudicium concedentis, et simpliciter reuocari contractum, non ita quando commoditas venditur, vel censetur vendita, quia tunc tenet quo ad eum, et successorem nisi tamen dominium resoluatur ex necessitate, iuxta terminos d. l. in diem. et ibi per Bart. Paul. de Cast. et alios, quia tunc tantum valeret durante dominio concedentis, et vltra Socinum, qui vult non valere in præiudicium

præiudicium ipsius concedentis, est decisio Martini. Laudensis in cap. primo, in princip. in tertia columna, qui feudum dare possunt, nisi in cessione ad sit clausula motus proprii, vel certæ scientiæ, et refert et sequitur Iaf. in præiudicis feudorum. charta 167. in illo articulo, An imperator vel rex possit alienare castra aliqua imperij, et loquuntur Martin. et Iaf. etiam in non recognoscete superiorem, et ideo in recognoscete arbitror, vt non possit directè, nec aliter cum aliqua clausula. Sed tamen hæc disputationes cessant.

36 in ducibus + Mediolani qui eandem potestatem habent quam imperator vt in dictis consiliis Pauli de Castro, et Angeli, et priuilegia eorum sunt latissima, et ex consuetudine etiam faciunt duces isti, alienationes dando castra et villas in feudum, et sortiuntur effectum etiã quo ad successores, quando non tendunt in magnam diminutionem dominij, et multo magis sortiuntur effectum alienationes vectigalium. Et tempore ducis Ludouici Sfortiæ multæ factæ sunt ex causis, et inter eas vnã genitori meo quæ semper habuit effectum etiam tempore regis Francorum, et aliorum ducum et inuictissimi Cesaris Caroli Quinti, et vide omnino in hac materia Dec. in consilio excj. colum. j. et Alexand. in consil. j. in quinto volumine colum. v. et sequenti. Cardinal. consil. cxxvij. colum. penult. Bart. consil. cxcvj. colum. j. & ij. & de duce Mediolani vide Anan. consil. lxxxj. de quo duce etiam Deci. & Alexan. vbi supra. Corn. j. volum. consil. cxxvij. colum. j. & Iaf.

37 in dictis præiudicis feudorum. Et an regalia possint pignori, vide Firman. in dicta prima parte, in xvj. quæst. & Felin. in d. cap. ad audientiam, colum. ij. An

38 + concessis regaliis, veniat castrum, vt si mihi concedatur oppidum in quo ad sit castrum, sine arx, nulla de eis facta mentione, sed dicto cum regaliis, utrum veniat castrum. Dic venire si ibi solebat habitare princeps, vel ius sibi solitum esset exerceri, aliis non. Ita text. quæ sunt regalia. in verbo palatia. & ideo in dubio castrum censetur allodialè, vt per Iacobin. in glof. de castro, columna quarta, in sua inuestitura. Decius consilio ducentesimo sexagesimo nono, in princip. & consilio ducentesimo quinquagesimo secundo, columna secunda, versiculo secundo principaliter. loquitur tamen text. in ciuitatibus, sed videtur extendendus sicut lex ex eadem ratione, quia consuetudines feudales quæ non sunt contra ius ex eadem ratione extenduntur ad casus similes. Alexand. in l. diuortio. §. si feudum. colum. ij. ff. soluto matrimonio. & consil. cvj. vifo rhemate, in penult. colum. in iij. volumine. & Roch. Curt. in tractatu consuetu. fol. 16. versic. ex præmissa, & infinitas quæstiones de Castro vide per Iacobin. vbi supra, & de palatiis & ædificiis per Afflict. in verbo, palatia. & secundum grammaticos palatium dicitur domus superba & ampla, à Palante gigante qui primum palatium ob sui magnitudinem fecisse dicitur, nec facio differentiam an sit castrum, siue palatium, si vsus erat castrum sicut dixi iuxta duas expositiones Fern. & Bald. ibi, & hoc satis Gemin. si bene vides in cap. si ciuitas. colum. ij. de sentent. excom. in vj. & castrum casa alta dicitur munita muris, siue fossis. Bart. in extragan. qui sunt rebelles. in verbo, Lombardiæ. Iaf. in l. si heres. §. vicis. in fin. ff. de legatis j.

39 Et + quid de fouea castrum, crederem quod tanquam pars castrum, idem esset de ea iudicandum quod de castrum, vt de balneis & horro dicit text. in l. prædiis. §. balneis. & §. qui domum. de leg. ij. cum his quæ latè per Alex. consil. penult. volum. ij. vbi idem dicit de tabulo contiguo domui, & consilio vigesimo sexto consideratis circa princ. volumine quarto, repetito consi-

lio trigesimo tertio. volumine septimo. & Iaf. in l. fin. ff. de constitutionibus principum. columna ij. & idem in qualibet re connexa, vt per Aretinum relatum per Alexan. in d. consil. penult. colum. j. & facit quod horus dicitur palatus causa domus, quando est pedifera quous domus, vt consuluuit Bald. per Felin. relatus in cap. Rodolphus. colum. xvj. versic. hortus. de rescript. & quod fouea comprehendatur in venditione castrum, imò cuiuslibet loci cui adheret, vult Barr. in tractatu Tiberia. colum. iij. versic. quomodo dicatur adici. & circa dubitationem principalem an castrum sit ex regalibus, in qua sentio esse, vbi destinatum esset, & c. Aduerte non mirum esse si text. quæ sunt regalia dixit de palatiis, & non de castris, quia palatia sunt amplæ domus, in quibus multa esse possunt, quæ vplurimum sunt principis, quia ad ea fabricanda opus est impensa regia, sicut habemus tit. de palatiis, & domibus dominicis. in C. lib. xj. vbi in rubrica, vide Plat. Castrum verò id est, arx potest esse non destinata ad habitationem principis, nec iustitiæ ministrandæ, sed ad solam defensionem loci, ita vt esset principis, & tamen non de regaliis. Si verò etiã ibi habitaret princeps, vel esset locus exercendæ iustitiæ quamuis non soleat esse amplum, imò paruum vt minori impensa custodiatur secundum Doctores, vbi supra, non video rationem diuersitatis, quare non comprehenderetur inter regalia, maxime si in ciuitate esset, per

40 prædicta. Et + quando, donatur vel venditur alicui castrum cum pertinentiis, & deinde princeps dicit aliquid esse de pertinentiis, an ei credatur. Dic ei non credi, sed opus esse vt illud probet. Innocent. in c. cum ad sedem. de restitut. spoli. Doctores maxime Præposit. in c. j. de eo qui cur. vendi. colum. iij. ad finem, Iacobin. in glof. de castro. colum. j. Alexan. consil. xlij. in primo. & consil. xxij. in quinto, colum. ij. Aretin. consil. cxlix. colum. j. & ij. & ibi etiam habes quando vendita re principali, intelligantur vendita pertinentiæ, & qualiter probetur quæ sint pertinentiæ, & quæ sint vide Bald. primo volum. consil. cccxx. & consil. cccxxvij. & iij. volum. consil. cxxlv. & consil. cccxlvij. & quinto volum. consil. cccxlv. Cardin. in consil. xlviij. circa fin. Bald. in cap. in fin. ij. colum. de cap. qui cur. vendi. Bald. ij. volum. consil. cccclxvij. colum. j. circa fin. Cald. de don. consil. vj. in pluribus locis. & de verb. significat. consil. vj. Socin. consil. xlviij. colum. ij. & in primis vide Innocent. in c. cum ad sedem. de restitut. spoliar. Ange. in l. cum propria. C. si quis alteri, vel sibi. nec postponas. Iaf. in l. si. col. ij. ff. de constit. princip. vbi post Imol. & Alex. in l. ij. in princ. ff. de acq. possel. dicit quod licet quis habeat possessionem in territorio sui castrum, Tamen concessio castrum eum pertinentiis non veniunt possessiones, quia pertinentiæ sunt circa iurisdictionem. Et quid si princeps donat castrum, an videatur donare iurisdictionem, vide Alex. & Iaf. in l. j. ad fin. ff. de iurisdic. om. iudic. in c. Rodolphus. de rescript. in verbo, territorium. Iacobin. vbi supra, & Doct. maxime Præposit. vbi supra, et determinatur donata esse, quia priuilegia principis sunt latissime interpretanda, et hæc quæstio procedit, siue iurisdictionem esse à principe attributa castrum, siue in eo princeps resideret, sed si quis se recognoscit ab alio de castrum, an etiam videatur se recognoscere ratione iurisdictionis? hæc quæstio locum habet, vbi iurisdictionem esset attributa castrum per principem, vel prescriptionem, et ita intelligitur Præposit. vbi supra, colum. v. in pri. et determinat non videri se recognoscere, de qua etiam per Felin. in d. cap. Rodolphus. vbi supra. Et an vendito castrum videatur vendita iurisdictionem? Doctores supra in donatione loquentes

loquentes sentiunt non videri venditam, quia cessat ratio latissima interpretationis, vide Iacobin. vbi supra, Iaf. in l. j. ff. de iurisdic. om. iudic. in articulo, an præscripto castrum intelligatur præscripta iurisdictionem. Aret. consil. cxlix. col. j. & Doctores supra. Et quid sit ciuitas, castrum, villa, municipiū, & similia, vide Gemin. in c. ciuitas. de sent. excom. in vj. col. j. & ij. & ibi etiam ponit differentiam quo ad extensionem faciendam de priuilegiis et beneficiis respectu pertinentiarum. Item ibi dicit castrum non habere pertinentias, & de materia castrum, vide etiam Felin. in c. licet causam. colum. j. de proba. & in c. Rodolphus de rescript. An concessio castrum veniant munitiones eius, vide Iaf. in l. fin. ff. de manda. princip. Castrum concessio non veniunt iura alteri data in feudum, vt est decisio. Neapolitan. cccxxij. & decisio cccxj. De castrum limitropho quando possit princeps disponere, & eum destruere, vide Brun. consil. xij. col. j. & multa de concessione castrum ponit Iaf. in d. l. fin. ff. de constit. princ. col. j. & sequen.

41 Quæro etiam + an dominus loci habens furnum, vel molendinum, habeat etiam ius prohibendi aliis ne furnum, vel molendinum ædificent in eo loco, atque ita cogantur accedere ad suum furnum, vel molendinum, hocque possit numerare inter regalia sua, quamuis enim dominus habeat vectigal ex consuetudine quod non sit comprehensum, in tit. quæ sunt regalia, tamen dicitur inter regalia, vt ibi in text. in ver. ripatica, iunctis dictis Doctore ibi maxime Ier. & Afflict. & ita Socin. consil. vij. colum. j. vol. iij. Dic non habere tale ius prohibendi, & quemlibet in suo posse ædificare furnum & molendinum, quod aded verum est, vt licet aliquis iuerit longissimo tempore ad furnum, vel molendinum domini, Tamen dominus non dicitur acquisiuisse tale ius contra eum, ex quo dicitur iuisse iure facultatis, si tamen dominus prohibuisset, & deinde longissimo tempore perseverasset prohibitus in coquendo, vel molendo in furno, & molendino domini aliud esset vt per Iasonem in l. quomodo domini fluminibus, & ne quid in flumine publico. charta secunda, columna secunda, versiculo tertio principaliter. & columna sequenti. & per Iacobinum de sancto Georgio, in tractatu suo, in verbo, cum molendinis. versiculo, vterius quæro. & multis sequentibus quæstionibus, & ibi dicit quod tamen dominus, quando furnus, vel molendinum fisci essent, & eorum reditus deseruaret publicis necessitatibus, prohibere possit ne quis accederet ad alia, vel ne alia molendina aut furnos ædificaret quod vidi, malo nostro fato, non ita pridem fieri in hac ipsa ciuitate Mediolani, & quia Doctores dicunt dominum non præscribere longissimo tempore, nisi post prohibitionem, An hoc idem locum habebit in tempore cuius initij memoria non existit in contrarium. Iafon. vult vt tantum tempus habeat vim constitutionis, iuxta late dicta per eum circa secundam quæstionem Bartoli ibi, vbi vult vt quod aliàs præscribi non potest tanto tempore præscribatur, & idem in l. is putat. numero vndecimo. ff. de acquiren. hæredita. Tamen videtur error si ita voluit dicere cum deficiat possessio sine qua non oritur aliqua præscriptio, l. sine possessione. ff. de vsucap. non enim me constitutio in quasi possessione eundi per certam viam ad ecclesiam, cum etiam potuerim ire per aliam, tamen si mille annis iuerim per eam, quia mera facultatis fuit semper etiam per aliam ire, est verum quod per prohibitionem constitutio in tali possessione, & ideo incipit eurrere præscriptio, propterea in casu nostro acquirendi certum vectigal ex molendino, vel furno requi-

reretur etiam post talem prohibitionem tantum tempus cuius initij memoria, &c. cap. super quibusdam. §. præterea. extra. de verb. significat. & ita fortè voluit Iaf. & vide Balb. in tractatu præscriptionum, & iuxta prædicta succedit alia quæstio circa venationem. An

42 + feudatarius possit facere proclama, vt nemo capiat lepores, perdices, & huiusmodi, non loquor de Cesare, vel alio principe, qui facit iure vel facto, vt sibi pareatur, sed de feudatariis huius dominij, qui obediunt suo principi duci Mediolani, & etiam Senatus, & concluditur non posse, quia ita faciendo dicitur subditis facere violentiam. Sic Hostien. in cap. non extra de decimis. & per Iacobin. in suo tractatu in ver. & cum venationibus, & nonnunquam vidi feudatarium talia proclamata facere, sed Senatus non tolerauit, vbi tamen non appellaretur post prohibitionem sequeretur præscriptio, iuxta dicta supra, vt per Iacobin. vbi supra, & nota omnino id quod ibi in fine, dicit, quod si priuilegium dicat cum venationibus & dominus ita possideat sine contradictione acquirat vile dominium sibi, & dominio directum, & de hac materia vide Afflictum in §. nemo. de pace tenenda. & in dicta l. prima. C. de venatione ferarum libro

43 vndecimo. Et + an venari liceat communiter concluditur, recreationis causa licere, etiam in agris alienis, canibus, & auibus, non retibus, laqueis, foueis, & huiusmodi artibus fraudulentis, præterquam in capiendis & occidendis bestiis nocuis, prout sunt apti, lupi, vrsi, leones, & similes, sic in dicto §. nemo retia. maxime per Afflictum & Præpositum. Succeditque alia quæstio, & quidem similis circa piscationem.

44 nem, An + feudatarius loci in cuius territorio ad sit lacus, vel flumens, possit illam prohibere, de qua dicam infra in titulo, de aquis & fluminibus. ibi vide.

Titul. de Aquis & fluminibus.

SVMMARIE.

- 1 Flumina nauigabilia sunt inter regalia.
- 2 Aqua non potest extrahi, & flumine regali sine licentia Regis vel principis quamuis & publico tantum & non regali possit, nisi princeps veter. vel extrahitio sit contra usum publicum, nauigando autem & piscando potest quis aqua vri.
- 3 Regalia dicuntur publica.
- 4 Princeps potest usum fluminum publicorum interdicare & prohibere.
- 5 Fluminis publici tantum usum impediens Princeps male facit nisi ex prescriptione id quæsiisset.
- 6 Flumina principis priuata eiusdem iuris censentur cuius qualibet res, ita vt de eis possit Princeps disponere.
- 7 Nauigium magnum Mediolani & Martesana dicuntur priuata flumina.
- 8 Decretum Ducis Philippi admodum tyrannicum, quo omnem usum aquarum nauigiorum & fluminum prohibebat, & temperamentum exinde secutum propter rumorem aduersus eum exciuitum.
- 9 Flumina præscribuntur solum tanto tempore vt non sit huiusmodi memoria in contrarium.
- 10 Procuratores Cesaris sunt iudices, vbi oritur quæstio tam de publicis quam de priuatis aquis, & etiam super dependentibus ab aquis, vt si de alueo ageretur ex forma decreti Mediolani.
- 11 Alueus fluminis licet mutetur, non tamen mutatur iurisdictionem principis, quam habet durante alueo veteri & iuxta tit. de principe. num. 279. & 280.

- 12 Flumina veniunt in generali concessione regalium.
- 13 Flumina non sunt in dominio principis, qui in loco habet imperium, nisi etiam habeat regalia.
- 14 Flumina quo ad dominium non censentur acquiri ab eo, qui acquirit castrum, & eius territorium, licet quo ad iurisdictionem acquirantur.
- 15 Flumen censetur esse commune, quando est in consensibus duarum civitatum, & iurisdictione cuiuslibet competens usque ad medietatem.
- 16 Flumen praesumitur possideri ab eo, qui habet imperium.
- 17 Fluminis proprietates per quos sit probanda.
- 18 Piscari in flumine & mari, quando quis non possit.
- 19 Piscari prohibere, & vectigal imponere piscantibus, licet possit princeps, tamen non possunt feudatarii & barones, & in tit. de regalibus, num. 44.
- 20 Vicarius provisionum Mediolani licet non possit prohibere piscationem, tamen potest statuere, ut certo modo piscetur, & alio non, & ut quis non vitetur certis rebus.
- 21 Piscatoria materia per quem tractatur.
- 22 Piscari sicut licet in mari & fluminibus, ita potest etiam in lacu, nisi esset Perusinus.
- 23 Molendina an veniant in consuetudine generali.
- 24 Scientia, & patientia aqueductus, qui quaritur longo tempore, quomodo probetur.
- 25 Longi temporis praescriptio requiritur, ubi aqua est primitiva, ubi vero est publica, requiritur tantum tempus, cuius initij memoria non sit in contrarium.
- 26 Servitus non habens causam continuam acquiritur tanto tempore, cuius initij memoria non extet.
- 27 Servitutes habentes causam continuam an praescribantur longo tempore.
- 28 Consuetudo antiqua servatur in aqua.
- 29 Scientia & patientia adversarii non requiritur in interdictione prohibentibus ducere aquas, sed sufficit solus usus, non qui, nec clam, nec precario, sed iure servitutis ex aliqua causa apparente, qua putaret sibi deberi.
- 30 Bona fides requiritur in interdictione de aqua.
- 31 Repletio rivi potest fieri ad hoc ut currat aqua, qua iure servitutis ex rivo deducitur, & alter non potest cogere alterum ad repletionem rivi communis.
- 32 Publica dicitur fissa, in quam deducitur flumen publicum, & est perennis, sed si in eam pars fluminis deriuaret, & non esset perennis, esset privata, nisi aliud appareret.
- 33 Flumen navigabile vel decurrens in aliud navigabile, est proprium principis, nec priuatum, nec populum in eo potest aliquid facere.
- 34 Populus potest facere vel immittere in flumen navigabile, si in eo habet regalia ex privilegio, vel consuetudine, alias nullam in eo auctoritatem habet.
- 35 Aqua duci potest ex flumine navigabili, quando flumen propterea non efficeretur minus navigabile.
- 36 Vectigalia quare possint vectigalia imponere navigantibus per sinum suum Adriaticum.
- 37 Vectigalia possunt imponi per non recognoscentem superiorem, tam super publicis fluminibus, quam in terra.
- 38 Fluminis commoditas aurum ducentis an sit feudatarii, an domini superioris.

Titul. de Aquis & fluminibus.

F LUMINA & navigabilia sunt inter regalia, dicto cap. j. quae sunt regalia. & in hac materia aquarum & fluminum, scias quod flumine regali non licere extrahere aquam sine licentia regis vel principis, quia sua est, ut in titu-

lo, quae sint regalia. sed de flumine publico tantum et non regali licere, nisi veter rex vel princeps vel illa extractio sit contra vsum publicum, text. est in l. quominus. ff. de fluminib. a principio usque ad finem. licet tamen regali aqua ut in nauigando, piscando, et similibus: Et hac ratione talia regalia etiam dicuntur publica, id est, destinata vsum priuatorum. l. secunda. §. primo. ff. ne quid in loco publico. et in lege vnica. ff. ut in flumine publico nauigare lice. et ita Capol. in titu. de fluminibus. columna secunda, versic. vltus autem. vbi loquitur etiam de regalibus: & tamen vult, ut vsum sit vrensium: est verum, quod talem vsum potest princeps interdiceret. Bar. in rubrica. ff. ut in flumine publico nauigare lice. qui tamen si generaliter loquatur non solum in regalibus, sed etiam in aliis tantum publicis, tamen ita est intelligendus, quia allegat titu. quae sint regalia. Sic loquitur Cardinalis consilio trigessimooctauo, vbi vide. Sic etiam Angel. consilio ducentesimo nonagesimo nono. Et ideo vbi simpliciter in publicis haec exercent, male faciunt, nisi ex praescriptione aliud esset, & ita etiam est intelligendum Alexand. in l. tertia. §. Nerua filius. ff. de acquiren. possess. Propterea si princeps potest impedire, ne tali via eatur, ut per Capolam in titulo de seruit. via. versic. quarto octauo, post Bald. & Aluarot. hoc procedit: quia via est ex regalibus, ut in titu. quae sint regalia. & haec in flumine publico, & regali ac publico tantum, in flumine vero priuato, quod non sit publicum, sed principis tantum, & sic priuatum, quo ad cum tantum, ut est nauigium magnum Mediolani, & nauigium Martesane eiusdem civitatis Mediolani, quae duo nauigia facta fuere a ducibus nostris, videlicet a Turrianis nauigium magnum, anno Domini M. CCLVII. sic attestante Corio in historia sua: & a duce Francisco Sforcia primo nauigium Martesane, qui dux creatus est anno millesimo quadringentesimo quinquagesimo: & ambo extracta fuerunt de fluminibus regalibus ipsorum ducum. Res non habet dubium, quod de eis est quo ad omnia dicendum, ut diceremus de qualibet re cuiuslibet priuati: & ideo non haberet locum alluio in eis. ita Capol. in titulo, de flumine priuato, in versiculo item potest dici. & in titulo, de lacu. Sicut etiam dicerentur in priuata, quamuis essent perennia: nesciunt igitur quid diceret Praepositus in capitulo primo. §. si quis de mansoribus. si de inuestitura fuerit controuer. columna sexta. dum dixit nauigium magnum Mediolani esse publicum, nisi dicas quod dicitur publicum, non secundum terminos istius materiae, sed quia in eo consistit bonum publicum, iuxta ea, quae dicit notabiliter Bartolus in lege quominus in secunda oppositione, in versiculo posses. & de istis nauigiis. Et an & quando flumen dicatur publicum, vel priuatum, & an princeps, vel dominus inferior, ut Baro, siue feudatarius possit interdiceret nauigationem, & piscationem, dicam latius infra. Et quia dixi supra, quod ex flumine publico tantum potest extrahi aqua, non vetante principe, dicta l. quominus, ideo Philippus dux Mediolani, qui omnia ad proprium commodum gerebat, ut patet in suis administrandis decretis tantopere equitavit, & iuri communi aduersantibus, fecit decretum de anno millesimoquadringentesimoquadagesimo sexto, quo prohibuit omnem vsum aquarum, nauigiorum, & fluminum, tam nauigabilium, quam non, siue essent aquae regales, siue tantum publicae, vel aquae decurrentes ad beneplacita ipsius principis. In quo vltimo decretum inconueniens non erat, infringitque omnem concessionem

tionem aquarum, vel acquisitionem, etiam ex tali praescriptione possessionis, cuius initij memoria non existeret in contrarium, etiam quod ultra dictam praescriptionem allegatus esset titulus verus, permittendo tamen concessionem in specie signatam quodam annulo suo. Verum cum postea maximus rumor aduersus cum inirexisset, rabore confusus illud declarauit habere locum in fluminibus regalibus, & his, quae fecerat ipse fieri, & praedecessores sui, ut in dictis nauigiis, temperando etiam crudelitate subuertendi iura priuatorum, tam ex concessionibus, quam ex praescriptionibus. Praescribuntur etiam flumina tanto tempore, ut non sit memoria hominis in contrarium, quod ille non possederit. l. finali. vbi omnes. ff. de vsucapionibus. Bartol. in dicta l. quominus. in decima quinta quaestione. & ibidem Bartol. secunda quaestio ne. & vide omnino Iasonem in dicta lege, in octaua charta, columna prima, versic. quarto. & vbi occurrit quaestio de his aquis, si sunt priuatae principis, ut dicta duo nauigia, iudices sunt procuratores Caesaris, uti dicimus in quibuslibet aliis rebus fiscalibus, iuxta totum titulum. C. vbi causa fiscalis, vel diui. domus, hominumque eius agatur. & est textus in l. secunda. §. hoc interdictum. el. secundo. ff. ne quis in loco vel itinere publico fiat. Si vero aquae sunt regales idem videtur dicendum. l. ad fiscum. C. vbi causa fiscalis, vel diui. domus, hominumque eius agatur, tamen vrger in contrario dictus §. hoc interdictum. el. secundo. qui tantum loquitur de aquis priuatis ipsius principis: vide tamen decretum nostrum super hoc tollens omnem difficultatem, etiam respectu aquarum publicarum tantum. Et vult decretum, ut etiam procuratores Caesaris sint iudices in his, quae pendunt ab istis aquis: & sic etiam vbi ageretur de alueo, in cibus, septis, aggeribus, & similibus: & ita pridie me, referente ordinauit Senatus ita intelligendo decretum. Non omitto, quod etiam mutetur alueus fluminis non tamen mutatur iurisdictione, & sic princeps ille, qui ibi haberet iurisdictionem pariter illa habet, tamen si alueus relinquatur in eo loco, vbi antea alius dominus erat vsque ad flumen, late dixi sub titu. de principe. in versiculo. princeps saepe eget. ibi, scias etiam. & ibi, & quia ex hoc sequitur, quod si oriatur contentio respectu dominiij vel possessionis illo alueo antiquo inter subditos vtriusque principis, cognitior est, qui retinet iurisdictionem, etiam si subditi sui essent actores & hoc ratione rei sitae, iuxta l. finalem. C. vbi in rem actio exerceri debet. Et ita hodie dixi in Senatu, & probatum fuit. Et an in generali concessione regalium veniant flumina, videtur non venire, sed in concessione iurisdictionis in tali loco, & eius territorio venit etiam iurisdictione in flumine, ut dicit in effectu Iacobin. in suo tractatu, in gloss. & cum piscationibus, columna secunda, versic. vltimus. Et ideo in priuilegio Ludouici Imperatoris concessio civitati Cremonae de regalibus, etiam adest specialis concessio fluminis Olei ab vtraque ripa: super quo tamen est magna controuersia inter Cremonenses, & ducem Mediolani, ex vna, & ciuitatem Brixiae siue dominium Venetum ex alia: in qua ego de latere ducis & Cremonensium electus sum. Afflictus tangit quaestionem in verbo, flumina. in titulo vbi supra, quae sunt regalia, & bona ratione tenet non venire: non loquitur tamen, quando regalia sunt concessa, sed castrum cum pertinentiis. Baldus vero, quem allegat Iacobin. in capitulo primo. §. si quis de mansoribus. columna penultima, de controuer. inuestitur. videtur

loqui de concessione regalium. Sed tamen non ita est quia loquitur de feudo regali. Breuiter haec quaestio videtur decidi per Bartolum in dicta rubrica. ff. ut in flumine publico nauigare liceat. qui vult, ut cursus aquarum, fluminum & lacus pertineant ad eum, cuius sunt regalia. Ex quibus verbis clara fit conclusio, quod concessis regalibus, veniunt etiam flumina, & idem etiam tenet Cardinalis, vbi supra, consilio trigessimooctauo, columna secunda. Et plus etiam dixit Barto. in tractatu de alueo super verbo, publicis, quod sicut in dominio principis, qui ibi habet imperium: Sed non credo verum, quia etiam requiritur, ut habeat regalia, & ita Capol. in tractatu de seruitur. in titu. de fluminibus. columna prima, & secunda. Et satis declaratur hoc ex quaestione, quam supra tetigi titulo praecedente: versic. & ad cuius. vbi conclusi translationem meri & mixti imperij non inferre ad translationem ceterorum regalium, sed solum eorum, quae descendunt ex mero & mixto imperio. Capola tamen in eo titulo, columna tertia, versic. sed aduerte. vbi omnino vide, dicit, eo ipso, quod acquiri castrum: & eius territorium, etiam acquiri alia syluestria, & flumina. Quae tamen decisionem intelligo quo ad iurisdictionem, quae etiam exercetur in fluminibus & mari. Angel. in l. final. pars. ff. de iudiciis. & Bartol. in l. prima. C. de classis. libro vndecimo. & Canonista in cap. vbi periculum. extra, de electio. libro sexto. quod sit verum, vide Bald. per Capolam allegatum in cap. primo. §. si quis de mansoribus. in penultima columna, de controuer. inuestitur. qui in effectu vult hoc idem, nisi dictum etiam sit in inuestitura, ut territorium sit a tali flumine vsque ad tale flumen ut per eum. & sequitur Baldus in dicto §. si quis de mansoribus. Iacobin. in tractatu suo super gloss. & cum piscationibus, columna secunda, versic. vltimus. & idem Capol. vbi supra, columna finali. Aduertendo tamen omnino quod loquitur Baldus in concessione feudi regalibus, vide etiam Afflictum, qui format quaestionem, vbi supra, quando conceditur castrum cum pertinentiis & iuribus suis, an veniant flumina? Et tenet non venire, quia sunt publica respectu vsus. Quod fundamentum apud me nihil facit: quia in eum, qui conceditur, nihil potest trahere, nisi id quod erat penes concedentem: & sicut erat, maxime ex verbis generalibus, & ambiguis: Perquire igitur alia fundamenta, de quibus supra, et satis eris clarus, vbi casus contingat. Nec tamen sis immemor Afflictum, vbi supra dicere omni in casu etiam venire flumen, quando ex consuetudine esset, ut in concessione castrum veniret flumen ipsum, quando flumen est in consensibus duarum civitatum, praesumitur esse commune, et iurisdictione cuiuslibet competit vsque ad medietatem. Capola vbi supra, columna finali et Socinus consilio lxxix. columna prima, volumine tertio et Iacobin. vbi supra, limitando tamen, ut ibi per eum, et declarat quando quis datur possidere flumen, dicens quod praesumitur possideri ab eo, qui habet imperium ibi. Et per quos testes sit probanda proprietates fluminis, et an sit in tali territorio, vide Capolam, vbi supra, columna prima. Et quia dixi supra, quod licet cuiuslibet piscari in flumine et mari, Adde quod tamen hoc multis modis limitatur, ut per Iacobin. in d. glo. et cum piscationibus. ad si. vbi ponit quinque limitationes. Et adde quod et si princeps possit prohibere ius piscandi, et imponere vectigal piscantibus, iuxta dicta supra: tamen feudatarii & barones hoc non possunt, ut per eundem Iacobin. in dicta glo. columna secunda, vbi vide: et quia arguitur de praesidib. ad barones, Adde quod quemadmodum

potest praefectus vrbis, quem in hac ciuitate appella-
mus vicarium prouisionis, ordinare circa carnes &
piscis, iuxta l. prim. §. cura carnis. ff. de officio praefecti
vrbis. ita poterit statuere, vt piscetur certo modo, &
altero non ad hoc, vt ciuitas piscibus abundet, pore-
ritque ordinare, vt non capiatur pisculum cum certis
retibus magnis, quae vulgo appellantur, *Rarioni*, nec
cum calcina, & aliis similibus modis: & ita seruari vi-
di per eundem prouisionis vicarium super lacu maio-
ri, & aliis lacubus: & vidi etiam sententiam latam ad
instantiam Cartellani Galiani iurisdictionis meae con-
tra quosdam piscatores, qui piscabantur cum talibus
pernitiosis retibus super lacu Gauritae meo etiam in
parte, quatenus adheret territorio dicti loci Galiani, &
aliorum meae iurisdictionis, iuxta supra, non tamen pos-
set dictus vicarius prouisionis statuere, vt in eo lacu
non piscaretur, sed tantummodo vtiliorem ciuitati le-
gem tradere quo ad modum piscandi. **21** Aliam etiam
multa in hac materia piscandi siue piscinarum vide
per Capol. in titu. de seruit. sub rubric. de piscatione,
vbi per duas columnas. Et quia dixi licere piscari in
22 mari & fluminibus, hoc etiam habet locum in lacu
nisi esset lacus Perusinus, vt per Capolam sub rubri-
23 ca de lacu. De molendinis, et an veniant in conces-
sione generali, vide per Iacobinum in suo tractatu,
in verbo, & cum molendinis, in fine. in dicta glossa
multa habes de hac materia, & reliqua vide per Bar-
24 rolium in l. quominus, & ibi Ias. ff. de fluminib. Et quia
aqueductus quaritur longo tempore, cum scientia
& patientia domini l. si aquam, C. de seruit. & aqua,
quomodo probetur scientia & patientia, vide Papi-
sem in libel. de confess. versicu. seruitus aqueductus,
col. vj. versic. circa quintam, & Bald. in rubrica, de co-
trouer. inuestitur. versic. adde si testis, & Alexand. consi-
lio cvij. in causa & lite vertente, versiculo, tertius tes-
tis non probat, & vide limitationes ad hoc, quod re-
quiratur scientia & patientia, per eum Practic. Papien-
vbi supra, columna quinta, versicu. nunc restat quare
re quae sint. Et aliam limitationem etiam ponit Ca-
polam in titu. de seruit. cap. xx. colum. quarta, et Tau-
rinen. in tractatu praescriptio. in secunda parte quar-
tae partis. et ibi ponit de dictis Bartoli, in dicta l. si a-
25 quam, de seruit. et aqua. Et quod quando aqua est pri-
uata, procedit acquisitio longo tempore, vt dixi est
publica, requiritur tantum tempus, cuius initij me-
moria, & C. Capol. in titu. de seruit. aqueductus co-
lumna vndecima, versiculo, quarto principaliter. Item
26 quod quando seruitus non habet causam continuam, re-
quititur tantum tempus, cuius initij, et C. Bart. in dicta
l. si aquam, sed limita vt per Taurin. vbi supra, versic.
primus. igitur quare. columna prima et sequenti. et
Capol. in titulo de seruit. cap. xix. columna tertia & se-
27 quen. versiculo sed si est seruitus. Et quod circa seruitutes
habentes causam an praescribantur longo tempore,
vide Firmian. in opere de gabel. in prima parte, colu-
na nona, versic. illud etiam est. Veron. in titulo de ser-
uitur. capitulo xx. columna septima, versicu. quartum,
quod requiritur, & capitulo xix. colum. na tertia versic.
his itaque. Taurinen. vbi supra, versicu. secundo prin-
cipaliter. colum. j. & ij. Et quia textus in dicta l. si aqua
vult vt ductus aquae praescribatur longo tempore, &
contrarium videtur velle textus in l. hoc iure. §. ductus
aqua, ff. de aqua quotid. & asti. vide Bartol. circa hoc
contrarium in d. l. si aquam, & Alex. consi. lxxix. in quin-
28 to. vol. col. ij. Et nota, quod antiqua consuetudo in
aqua est seruanda. l. si manifeste, C. de serui. & aqua &
ideo si diuertitur a suo solito cursu, potest agi, vt in in-
29 tegrum restituatur. l. ij. in fi. C. de l. Aquil. Itē not. quod

et si ad obtinendum in praescriptione seruitutis aquae
ductus, requiratur scientia & patientia aduersarij, vt
dixi: & similiter quo ab obtinendum in aliis remediis
possessoris: Tamen in interdictionibus, quae sunt inuenta con-
tra prohibentes ducere aquas, vt est interdictum de
aqua quotidiana, interdictum de aqua aestiua, interdi-
ctum de aqua ex castello ducenda, & interdictum de riuis
solus vsus sufficit, sic probat textus in l. j. in princ. ff.
de aqua quotidiana & aestiua, & in l. j. in pri. ff. de riuis.
& in titulo, de fonte, in princ. & in effectu competunt
sicut priore estate, siue priore anno quis vsus fuit: &
ita late Capol. in tit. de serui. aqueduct. charta 18, co.
iij. versic. quaritur xj. cum multis sequentibus, & per
Specul. in tit. de causa possess. & propriet. in interdictis
privatis. vbi late & explicat. Sic etiam in interdicto
de itinere actiue priuato, tenet Bart. in l. j. §. hoc in-
terdicto. col. pen. versic. vltimus. ff. de itinere actiue
priuato. Est verum ad hoc, vt quis obtineat in his inter-
dictis, necessarium esse, vt probet se vltimum fuisse non
vi, nec clam, nec precario, sed iure seruitutis sibi debi-
ta, & quia ex aliqua causa apparenti, putabat talem
seruitutem ita sibi competere. l. j. in princ. & §. quod
si iure. vbi Bart. & Ange. ff. de aqua quotidiana & aesti.
Alexand. consilio vltimo, vol. j. col. ij. & Pau. de Cast. co-
si. c. xj. videtur quod non in antiquis, & quia qualibet
res praesumitur libera in iis praesumitur mala fi-
des. Aret. consilio xxx. col. ij. Ideo requiritur vt appa-
reat aliqua causa ex qua putaretur vel putare potue-
30 rit id sibi competere, & quod requiratur bona fi-
des in hoc interdicto etiam tenet Alexand. consi. lxx. cir-
ca principium, vol. v. Sed intellige prout declarat Bart.
in d. l. prima. §. primo. ff. de itin. actiue priuato. versic.
venio ad sequentem. in versic. vltimus quare, vbi po-
nit practicum sine cuius dictis, secundum dictas deci-
siones Alexand. & Paul. de Cast. facile posses errare.
31 Et ad declarationem interdicti de riuis nota quod si
debetur mihi seruitus aquae, puta, ex riuo tuo possum
reficere riuum ad hoc vt currat aqua, nec potes me
prohibere & si prohibes ex eo interdicto rem reor,
l. j. in pri. ff. de riuis. & competit etiam si non doceam
de seruitute, sufficit enim, vt dixi, vsus. §. hoc interdi-
ctum, dicta lege prima, & vbi supra, & non solum pos-
sum reficere ego cui debetur seruitus verum etiam
teneor, vt per Capol. in tracta. de seruitutibus rustico-
rum praediorum, quaestione octava, in fin. allegat. rex.
clarum in lege nam si forte, §. etiam, versiculo nam,
ff. quemadmodum seruitutes amittantur. et si sumus
plures socij riuus vel habentes riuum communem, al-
ter non potest alterum cogere ad refectioem, ta-
men si solus reficit habet plura remedia contra a-
lios. Bartolus in lege quominus, quaestione decima-
septima, ff. de flumine et ibi Ias. Angel. in lege qui-
dam Iberus, ff. de seruitutibus rusticorum, et vrbano-
rum praediorum. Capol. in tracta. de seruitutibus
vrbano, praedio, in titulo de refectioem, versicu. quarto
quaritur: et de refectioem itineris cui competat vide
l. in de. §. ait praetor. ff. de itinere actiue priuato. Dixi su-
pra in principio, quod nauigia nostra Mediolani sunt
priuata ipsius principis. Sed ad materiae declarationem
scias quod licet fossa manu facta sit per quam flumē
publicum fluit, tamen est publica, et ideo si totum Ti-
cinum vel totum Padum vellet diuertere per aliam
fossam quam facerem, et ita diuerterem, fossa illa ef-
ficeretur publica, et ita loquitur text. in l. prima. ff. de
flum. in §. si fossa. sed si partem Ticini vel Padi traherem
extra eum prout fit de nauigijs Mediolani, quo-
rum magni extra Ticinū, alteri vero Martesanae ex-
tra Abduam conducitur Mediolanum, diceretur fossa
illa

illa priuata, ita probat text. a contrario sensu. in lege
prima. in dicto §. si fossa. quae res non paruam affert v-
tilitatem, vt apparet ex dictis Bartol. in l. quominus.
in duodecima quaestione. ff. de flumin. in his enim lo-
cis priuatis, nemo inuito domino potest aliquid face-
re. Sicut, nec in aliqua alia re, nec molendina, nec po-
tes nec alia. §. hoc interdictum. in l. prima. ff. de flumi-
nib. sed in publicis secus, & ex hoc dicuntur publica.
ita Bartol. in dicta l. quominus. in secunda quaestio. ni-
si tamen fieret cum alterius iniuria vt ibi, & nisi im-
pediretur vsus publicus. dicta l. quominus. in prima
parte. & dicta l. prima. §. non autem. in versicu. sed La-
beo. ff. de fluminib. & Barto. in dicta l. quominus. in se-
cunda oppositione. in versicu. posses alio modo lege-
re, & vide late Alexand. consilio centesimo nonagesi-
motertio, volumine secundo, columna prima, & se-
cunda. At Praepositus, in capitulo primo. §. si quis de
mansoribus. in sexta columna. de contro. inuesti. vbi
clare sentit publicum locum esse loquendo in nauigio
Mediolani, & publicum esse, Bart. verb. in dicta l.
prima. ff. de fluminib. se reitit ad dicta sua in dicta l.
quominus in quaestione duodecima. & ibi illud con-
cludit, quod est verum. vt si per talem locum aqua non
semper cadat vel vadat dicatur locus priuatus sicut,
etiam gloss. in dicta l. prima. ff. de fluminibus. voluit in
fine, & ita Doctores ibi omnes sequuntur, & text. ibi
in gloss. allegatus hoc probat & idem Capol. in titu-
lo, de fluminibus in principio. & in titulo sequen. de
flumine priuato, & haec opinio est vera in dubio, sed
vbi clare appareret cuius esset vt in nauigijs praedictis
currentibus ad ciuitatem Mediolani, quae sine dubio
sunt principis, Tunc non diceretur publica, sed illius
principis tantum etiam si perennia essent, hoc patet,
& ita etiam per Capol. in dicto titulo de flumine pri-
uato, versic. item potest dici, & licet quo ad aliquid di-
cretur in publico vsu, quia est principis: vt in secun-
da oppositione Bartol. in dicta l. quominus. in dicto
versicu. posses. non tamen dicitur publicum secundum
terminos dicti tituli. ff. de fluminibus. & materiae, &
ideo non habet locum alluio secundum Capol. vbi
supra & in tit. de lacu. sunt etiam principis alia ratione
dicta nauigia, quia sunt nauigabilia. vt in d. l. quomi-
nus. in secunda parte. & in titulo quae sint regalia. Pos-
set etiam cuiuslibet esse nauigium perpetuo currens,
& etiam nauigabile, puta si a principe emerem ius ex
trahendi aquam, ad hoc vt fieret vnum nauigium ex
aliquo flumine, nec quicquam eo casu per illud posset
nauigare nisi me consentiente. Termini igitur praee-
dentes quod aut est perenne aut non, loquuntur in
dubio, sed isti quando sumus clari, & ita intellige Prae-
positum de nauigio Mediolani loquentem, quod est
32 publicum eo respectu quia principis est. Si quod flumen
est nauigabile, vel in aliud flumen nauigabile fluit non
dico mare, iuxta dicta Bartol. in dicta lege quominus,
in tertia oppositione, dicitur principis, vt in dicta le-
ge quominus. in ij. par. ff. de fluminibus, & ne quid in
flumine publico, & ibi Alber. Bart. in secunda q. & a-
lij. & Capol. in tit. de fluminibus, col. j. & sic priuatus
non potest in eum aliquid immittere, vel facere, nec
etiam populus vbi currat, ita Bald. in rub. ff. de rerum
diuisione col. tertia, versic. sed nunquid populus, & Ias.
in dilege. quominus, in sexto notabili, vbi vide. Fateor
33 quod populus vbi est flumen potest facere vel im-
mittere in eum si habet regalia prout habebant ciuita-
tes Lombardiae ex pace constantiae, vt per Bar. & om-
nes in dicta quaestione secun. d. l. quominus. Sed hoc
sublatum etiam vbi non habet consuetudinem vel
priuilegium iuxta dicta Bart. in dicta quaestione secun-
da Aegid. Bossius.

da populus nullam auctoritatem habet. Non obstat
dicta Bald. in l. si plures. C. de condit. infert. columna
quarta. dum vult talia flamina, si vniuersa accipiantur
esse in dominio Caesaris, & si singula populorum, quae
Bald. sequitur: Alexand. in d. consilio cxciij. vol. ij. &
Praepositus in tit. de contro. inuesti. in §. si quis de man-
soribus. col. sexta. & Ias. in dicta lege quominus. super
ea quaest. secunda quia hoc dictum Bald. intelligendum
est, pro concessio habendo flumen esse populorum ex
dicta pace vel praescriptione vel priuilegio, & tunc de
eo est dicendum: vt de qualibet alia re nostra, quae ta-
men si res vniuersas consideremus Caesaris est, omnium
domini, iuxta l. de praerogatio. ff. ad legem Rhodiam de
iac. & Bartol. in l. hostes. ff. de capt. Nec obstat consi-
lium Signorol. septuagesimum, columna tertia. dum
dicit esse in dominio principis quo ad iurisdictionem
tantum. l. littora. vbi glo. ff. ne quid in loco vel itinere
publico fiat, quem ad hoc allegat Praepositus, quia lo-
quendo in flumine nauigabili male loquitur & con-
tra omnes, & dicta l. littora, vbi loquitur in littore ma-
ris, vt declarat Capol. in titu. de littore maris. in prin-
35 cip. Ex flumine nauigabili, & pariter ex eo, quod
fluit in aliud nauigabile flumen non ducitur aqua,
nec in eis aliquid fieri potest, nisi consentiente prin-
cipe, vt omnes dicunt in dicta l. quominus Bar. ibi in
ij. quaest. & alij. Fallit tamen, quando non efficeretur
flumen minus nauigabile. text. est in dicta l. j. §. non au-
tem. ff. de flumin. & ita Ias. in d. l. quominus in vj. not.
& licet oppositum alleget tex. qui vult prohibitum
esse, ne aliquid fiat in aliquo loco publico sine licen-
tia principis: Tamen ita text. ille intelligitur, & ita Do-
ctores volunt: & ideo infertur, quod si aqua reuertatur
in flumen nauigabile, quando ducitur ex flumine
publico non nauigabili, valebit edificium ibi factum
non secus, ac si fieret in ipso flumine nauigabili, quan-
do non nocet nauigationi. Tamen reuera ille textus
obstat, quod in via publica, etiam si non noceat, fieri ali-
quid non possit sine licentia principis: sic etiam per il-
lum textum tenet Aretin. in consi. xxx. vbi allegat etiam
alia duo iura, quae tamen non loquuntur, quando si-
ne incommodo id fieret, per textum allegatum per Ia-
sonem, & primo per Aretin. qui est in l. seruitutes. §.
penult. ff. de seruitur. Sed ad hunc §. penultimum re-
spondeo secundum Iasonem, quod debet subauditum,
maxime sicut facit glossa ibi. Vel dic, quod in via hoc
reperitur, vt non liceat etiam sine incommodo, & ita
Capol. in titu. de seruitur. via. versic. quarto decimo
tertio. In fluminibus vero locum habent, quae supra
dixi. Ex hoc autem, quod flumen sit principis, sequi-
tur, quod in eo potest imponi vectigal transeuntibus.
36 Ita Alber. in dicta lege quominus. Et quod ideo Veneti
in suo sinu licite ex hoc imponunt vectigal nauigan-
tibus, aliis non liceret, quia mare est omnium. Ita Bal-
in lege ij. in ij. col. in fine, C. de nau. fenore. & idem
ibi per Salicet. & Capol. in tractatu seruitur. in tit. de
mari. in quinta colum. post Bald. in rubrica. ff. de reru
diuifio. in secunda colum. & Firmia. in tractu suo ga-
bel. in prima parte, quaestione sexta, in contrarium vi-
detur text. in lege vnica, cum rubrica. ff. vt in flumi. pu-
blic. nauig. lic. vbi dicit licitum esse nauigare in flumi-
ne publico, & neminem posse contradicere. Sed respō-
37 de. vt supra dixi, quod licet domino fluminis prohi-
bere, & imponere vectigalia, vt late per Angelum in d.
consil. ccxcix. maxime. columna secunda, vbi omnino
vide, & columna sexta, Bar. in dicta rubrica. vt in flumi.
public. nauig. liceat. & Card. in dicto consi. xxxvij. v-
bi vide in quibus locis concluditur, quod licet loca
sunt publica, tamen non licet prohibente domino illis
R 2 vti,

vti scilicet nauigare, piscari, & similia facere: sic etiam Alex. in liij. §. Nertua filius. ff. de acq. possess. & hoc locum habet non solum in flumine nauigabili, verum etiam in eo, quod simpliciter publicum sit: nam quamuis liceat, vt supra, tamen dominus illius loci potest prohibere, per d. l. quominus. ibi, nisi Imperator, &c. & loquitur in flumine non nauigabili. Et quod ita pedagia, & vectigalia imponantur super fluminibus, sicut in terra, est textus in ver. repatica, quae sunt regalia. & ibi Aluarotus & alij, & per Caelarem possunt imponi vel alium non recognoscentem superiorem: & haec est regula, non per alium, vt per Innocent. & Abbatem in cap. nouimus. extra. de censibus. Tamen a concessione hoc pendet. cap. porrò. de privileg. & vsu capione, quam faciunt omnes domini, vt per Ang. in d. consi. cxcix. col. vj. Et non obliuiscaris eorum, quae supra dixi de inferioribus. quod non possunt prohibere, ne piscetur, allegando Iacobin. in sua inuestitu. Et ex praedictis habes, quod licet ius piscandi sit ex regalibus, tamen id intelligitur in flumine publico ipsius principis, non in aqua priuata, & hoc Aluar. in d. c. j. col. iij. & Iacobi. in sua inuesti. in glo. & cum piscationibus. Fluminis commoditas + aurum ducentis vtrum spectet primo domino, an feudatario, vide Paul. de Castro consi. ccclij. volumi. j. per totum.

Titul. de Monetis.

S V M M A E.

- 1 Monetam audere non potest inferior a principe, nisi hoc habeat ex privilegio vel prescriptione, nec venit in concessione regalium tale ius.
- 2 Moneta vna potest solui pro alia, & quomodo hoc intelligatur, & an possit restitui alterius nota seu forma non mutata bonitate interiori, & quid si deficiat talis bonitas.
- 3 Moneta aurea quando datur non sub nomine Philippiorum, sed librarum, sine florenorum, quid tunc possit restitui, & nu. 10.
- 4 Libris vel florenis promissis, etiam ex antiqua consuetudine Mediolani, potest solui ex qualibet pecunia, quae expendatur.
- 5 Moneta, quae expenditur, si acceptata sit solutio per triginta annos a creditore, praescribitur contra eum.
- 6 Prescriptio an currit, licet creditor protestetur, quando recipit monetam.
- 7 Monetarium materia & praesertim circa eius mutationem per quos tractetur, & nu. 15. ad fin.
- 8 Solutio salary an fiat in respectu tempore inchoati officij an solutionis.
- 9 Stipendium, quod dari debet pluribus annis pedibus, an debeat dari secundum tempus partorum, an singulorum annorum.
- 10 Solutio librarum si fieri debeat potest dari pecunia aurea, & supra nu. 3.
- 11 Moneta, periculum ad quem spectet, si imminuat, & supra nu. 3. & sequentibus.
- 12 Florenorum aureorum si fiat metio, de quibus intelligatur.
- 13 Consuetudo cuius loci sit attendenda in moneta.
- 14 Iurans soluere in tot aureis, an teneatur praesertim ad rationem solutionem.
- 15 Aureis nummis promissis, de quibus intelligatur.

Titul. de Monetis.



In hac materia monetarum vide Afflictus copiose loquentem in dicto titulo, quae sint regalia. in verbo, moneta. & dum in prima columna dicit + inferiorem a prin-

cipe non posse cudere monetam, nisi hoc habeat ex privilegio vel praescriptione clare apparet facultatem hanc non transire sub generali concessione regalium. Et ideo non mirum, si feudatarij nostri, qui habent regalia, non cudunt monetam. Et haec adde ad ea, quae dixi supra generaliter in materia hac, dum conclusi sub generali concessione regulariter venire regalia. Noa + potest solui vna moneta pro alia: haec est regula, nisi cesset damnum creditoris. l. Paul. ff. de solutionibus. quae regula intelligitur in moneta alterius materiae: secus in eadem materia, quia etiam si habeat aliam notam seu formam, vbi cesset damnum creditoris, potest solui inuito creditoris. Nam cum possit conuerri in monetam debitam, censetur eadem, & non alia, & consequenter verum est non solui vnam pro alia. Ita Bartol. in dicta l. Paulus. columna prima & secunda. Et ideo si debetur aurea absolutè, non potest dari argentea, nec e contra, etiam si non interfit creditoris, quia est alia materia, & non potest conuerri: Si etiam debetur argentea, non potest absolutè reddi alia argentea alterius bonitatis, & in casu, quo redditur in eadem materia & bonitate, licet in alia nota seu forma, damnum creditoris consideratur, secundum Angel. & Imolam in dicta l. Paulus. quando creditor erat profecturus vel nauigaturus in alias partes, vbi moneta data, non ita bene cognoscebatur, siue non ita facile a quolibet accipiebatur, sicut debita, vel quia debitor tenebatur pecuniam in nota seu forma mutuata sub poena alteri dare, vt per eos. Dicunt tamen Doctores, quod a praedictis receditur secundum consuetudinem locorum, per glossam in l. si quis argentum. C. de donationibus. Sed aduerte, quia si mutuas mihi centum Philippeos, possunt restituere totidem alterius notae seu formae, si tamen sint eiusdem bonitatis, quando non interest creditoris, iuxta supra dicta: cuius tamen contrarium dixit Bartol. in l. cum quid in fine, ff. si certum petat. vbi dixit, quod mutata nota seu forma, erat soluenda antiqua, vel eius aestimatio, & consequenter non poterat solui alterius notae: & ideo ex dictis Doctorum in dicta l. Paulus, Deci. in ca. l. cum quid, damnat Bartol. ibi, & bene, vt vides. Sed an possim restituere Philippeos eiusdem vel alterius notae mutatos in materia, id est, non eiusdem bonitatis interioris, & clarum est non posse ex praedictis. & ita Bartol. in dicta l. cum quid & communiter Doctores. Nam sit ibi distinctio haec, quod aut mutatur moneta in bonitate interiori, & debet reddi, sicut mutuata, vel promissa fuit, vel eius aestimatio, si reperiri non potest, & tunc dicitur mutari in bonitate interiori, quando est peioris metalli, vel minoris ponderis, vt ibi, & in dicta lege Paulus. aut verò mutatur pretium solum, & debitor dummodo non fuerit in mora, poterit soluere eodem numero creditori inuito: intellige tamen quod dixi, mutata materia tunc non posse solui totidem Philippeos, vt procedat, si deteriores facti sint, non si meliores. & ita Imol. in dicta lege Paulus. columna prima. Dixi, quod si debetur aurea moneta, non potest solui argentea, nec e contra: sed + quid si mutuo acceperim Philippeos, non tamen vti nummos aureos, sed tanquam libras, quae pretij sint: viginti assium: quia aestimatis Philippeis ad tot libras, dictum fuerit, Mutuo tibi mille libras, vel aestimatis Philippeis ad tot florenos pretij triginta duorum assium, dictum fuerit, Mutuo tibi florenos mille: hoc casu satis est soluere tot libras, vel tot florenos ex moneta, quae expenditur in ciuitate, cuius ratione dicitur assis & libra. Ita Bartol. in dicta l. Paulus. in prima quaestione, & ita seruatur: & in effectu Philippi dicitur aesti-

mati tot florenis, vel tot libris: & ideo non est curandum de eis, sed de florenis & libris: & satis est restituere florenos & libras, sicut expenduntur monetae tempore solutionis: & omne damnum, & lucrum continens in Philippeis est eius, qui accepit scilicet debitoris. Ita Bartol. in dicta l. Paulus in versic. sed quaero, quid si ego mutuauim. & hoc planè procedit, vbi (dixi) apparet aestimato auro ex conuentione redactam esse ad libras: qui promittit libras, intelligitur, vt supra, iuxta primam quaestione. Sed si res est dubia, vt quando dicitur per campforem, Mutuo tibi centum libras in tot Philippeis, sicut loquitur Bartolus in dicto versic. sed quaero, quid si ego mutuauim: vel quemadmodum est casus, quem nunc habeo in facto: quia debitor promittit nummos aureos, qui reddunt florenos tot ad rationem trigintaduorum assium pro quolibet floreno, an tunc sit idem, ita vt debitor ad aliud non teneatur, nisi ad tot libras vel florenos, nulla habita ratione, quod nummi aurei dati fuerint, & videtur idem per dicta Bartoli in dicta l. Paulus. in dicta quaestione quae incipit. Sed quaero, quid si. Et fundamentum est: quia nummi aurei videntur aestimati, & ideo non amplius de eis, sed de aestimatione habenda est ratio. l. cum dotem. C. de iure dotium. & dicit ibi Bartolus, quod illa verba aliquid non operantur, videlicet, quod fuerit dictum, Do tibi centum libras in tot nummis aureis, satis enim erat dicere, Do tibi centum libras, Sed dic Bartolus videri velle contrarium, quia in effectu paria reddit, vel quod mutuauerim illi decem libras in florenis vel dederim mutuo florenos aestimationis decem librarum, & in eo casu ex tacita voluntate partium inducitur, vt florenorum videatur celebrata venditio, & ipsa aestimatio librarum videatur mutuo concessa, per dictam legem cum dotem. l. quoties C. eodem titulo: & ita vt solae librae videantur concessae mutuo, & consequenter omne damnum & augmentum in floreno sit debitoris: et ideo in quaestione, de qua supra, quando debitor promittit tot nummos aureos, qui constant tot florenis, vt supra, vel tot libris, nummi aurei non videntur aestimati, quinimò floreni videntur aestimati tot nummis aureis, & ita nummi aurei solum remanere deberent in obligatio, & nulla consideratio habenda esset mentionis florenorum, quod tamen non credo: & dictum Bartoli procedit in terminis suae quaestiones, quando decem promittuntur in mille, vel tot libras in tot nummis aureis, iuxta terminos legis si stipulatus fuero decem in mille. & dictas leges, cum dotem, & quoties. Verum in casu nostro promittuntur tot nummi aurei, qui constant florenis tot, ad rationem tot assium, quae verba sunt multum remota a quaestione Bartoli, & magis accedunt ad promissionem tot aureorum nummorum, illo acto vt redderentur, vel reddi possent in tot florenis pretij assium trigintaduorum, de qua promissione Bartol. vbi supra, in fine ibi, sed si non esset dictum, loquitur & concludit, quod eo casu redditur florenus secundum aestimationem communem, sicut est tempore solutionis, dicta lege si stipulatus fuero decem in mille. & dicta l. cum dotem, & clare Abb. sequitur Bartol. in cap. quanto, columna finali de iureiur. vbi videtur omnino. Et Bartol. in quaestione praecedenti, versiculo sed quaero, quid si ego, sicut dixi, declarat. Areti, in consilio octuagesimo quarto, columna finali vbi vide. & Abb. in dicto capitulo quanto columna finali Vel dic, quod in quaestione nostra clare aestimantur nummi aurei in tot florenis assium trigintaduorum, ex quo parum refert vtrum dicatur aestimationis florenorum tot, siue quod valent tot floreni,

siue qui constant tot florenis, vt patet vnicuique vel exigui iudicij: & ideo nummi aurei non sunt habendi in consideratione amplius, sed ipsi floreni, per dictam legem cum dotem, & l. quoties. & ita Bartoli ratio decidit hanc quaestione, non ipsa decisio quaestione. quae ad rem non facit, & licet relatiuum iunctum verbo praesentis temporis non faciat conditionem, sed demonstrat, lege Stichum, qui meus erit, cum moriar. ff. de legatis & fideicommissis. Tamen illa demonstratio adiecta est ad aestimandum. Et nota praedicta, quia saepe eueniunt: sed difficultas est, quando debitor teneatur ad solutionem librarum an teneatur dare ex moneta, quae erat tempore contractus, vel ad eius aestimationem, an verò ex moneta tempore solutionis, hoc non declarat Bartolus ibi, nec Abbas, qui tamen aliam optimè in praedictis breuibus loquitur in capitulo quanto, columna si, de iureiurando. In hoc est recurrendum ad quaestione, quando mutatur pecunia, an attendatur in solutione tempus contractus, an solutio nis. In qua quaestione distinguitur, vt supra quod aut mutatio extrinsecus fit in bonitate, & non habetur in consideratione, quia potest debitor soluere ex ea, quae facta est deterior, nisi fuerit in mora, quia tunc inspicitur tempus morae, aut mutatio fit in bonitate interiori, & tunc attenditur tempus contractus: & ita est in quaestione nostra: quia licet in effectu res redacta sit ad tot libras, vel florenos: tamen ex moneta antiqua est soluendum, vel est soluenda eius aestimatio, si fuit mutata in bonitate interiori. Et ita in terminis Socini. consilio ducentesimo octogesimo nono, columna finali. Et certe haec sunt ex mente Bartoli & Doctorum in dicta lege Paulus. Nam Bartolus primò quaerit, quae sunt promissae tot librae, quid soluendum sit postea: Sequitur quaestio, quando mutatur moneta. & sic loquitur non solum quando mutuatur pecunia aurea, vel argentea, sed etiam quando mutuatur tot librae, vel tot floreni ad aestimationem assium trigintaduorum pro singulo, & ita Brunus in suo tractatu, charta vigesima prima, columna finali. Est tamen aduertendum circa primum caput, quando solum mutatur pretium: quia Bartolus vult, vt à tempore morae attendatur imminutio quo ad damnum creditoris, non autem quo ad lucrum: Sic in dicta lege Paulus. quia in hoc est videndus Decius in dicta lege cum quid. & dum vult, vt tamen mora non noceat moratori, qui debebat minimam pecuniam, si maior mutetur, cum qua non fit aestimatio, est videndus Imola in dicta lege Paulus. qui tenet contrarium, & Abbas in dicto capitulo quanto qui simpliciter reprobat eum, cum quibus est etiam communis opinio. Est etiam aduertendum ad secundum caput, quando mutatur bonitas interior, quod aut mutatur in omni pecunia & tunc conclusio communis planè procedit, aut in aliquibus monetis tantum, vt si nummi aurei sint eiusdem bonitatis, sicut erant prius, licet pretium creuerit: & tunc videretur dicendum posse solui libras, & florenos in tot nummis aureis, quia non est mutata bonitas interior, sed pretium: & si nunc pretij sunt vnius librae cum dimidia, & ultra, augmentum illud cedet commodo debitoris. Ita Bartolus in dicta quaestione, sed quaero, quid si tibi, & damnum & lucrum florenis contingens est debitoris, & clarius Aretinus consilio octuagesimo quarto, columna finali, versiculo venio igitur ad secundum. Ego tamen non recedo ab opinione Brunii in suo tractatu, charta vigesima octaua, versiculo sed ulterius quaero, qui tenet contrarium, dicens ita saepius obtinuisse, & consuluisse: quia in effectu mutatio est in bonitate interiori, id est,

propter mutationem monetæ parvè mutata in bonitate interiori. Et ulterius est advertendum quo ad secundum caput, & communem conclusionem, quæ vult vt imminutio in bonitate interiori cedat damno de bitoris, qd si debitor t tenetur ad tot libras, vel tot florenos, in hoc dominio Mediolani potest ad sui libitum soluere ex quavis moneta quæ expendatur, nulla habita ratione bonitatis, quæ esset tempore contractus: & ita servatur in emphyteuticis pensionibus etiam antiquissimis, & eo tempore confectis, quo monetæ longè excedebant pretium monetarum nostri temporis in bonitate interiori: quia accipiuntur solutiones absque controuersia à creditoribus ex monetis, quæ expenduntur, considerato tempore solutionis, & non contractus: & satis est ex eis soluere tot libras, siue tot florenos, sicut in contractu dicitur. Et intelligo adesse de hoc ordinationem factam à consilio secretiori in fauorem equitatis Cavalioni contra ecclesiam maiorem huius civitatis siue eius canonicos, cessante hac consuetudine, est advertendum an moneta illa, ex qua soluitur, siue argentea, mutata sit extrinsecus in bonitate tantum: quia eo casu ex illa potest solui ad damnum creditoris, ita vt si nummus aureus sit pretij librarum octo, extinguat debitum librarum octo, sicut dictum est. Et quicquid sit, aduertendum est. an t per triginta annos creditor receperit solutionem pecuniæ, quæ expenditur, quia eo casu etiã tenetur semper in futurum recipere, per capitulum olim causam, de rensi. vbi Abb. in fin. dicit ita communiter generi, requiritur tamen bona fides in debitore. Arer. consilio centesimo duodecimo, colum. secunda, post Hostien. in dicto capitulo olim causam. Et ad sustinendum bonam fidem vide omnino Cornel. consilio centesimo septuagesimo primo, volum. secundo, charta penultima, & vltima, & etiam Brun. in tractatu suo de monet. vers. tertio fallit, vbi etiam melius, quam alibi de ea præscriptione loquitur. & Signorol. consil. lxxiiij. columna penultima, vbi etiam ponit, qualiter t succurratur plus debito ignoratè soluenti, nec protestatio recipientis offendit præscriptionem, secundum Brun. vbi supra. In reliquis, t maximè circa quæstionem de mutatione monetæ vide Abbatem in dicto capitulo quanto de iureiuran. plenè Roman. consilio cxxiiij. Anan. in capitulo secundo, de maledic. in penultima & vltima charta. not. Abb. in secundo volumine consilio lxx. Bal. primo volumine consilio penultimo, & consilio finali. Signorol. in dicto consilio. & Socin. consilio sexto. Et t qualiter soluantur salaria officialium facta mutatione monetæ, vide Baldum secundo volumine consilio cclxix. Et quando t quis promissit tot pedites instructos triennio retinere eo stipendio, quod datur à tali ciuitate, an inspiciatur tempus patrum, an solutionis singulorum annorum, vide Baldum quinto volumine consilio ccccviij. Quando vero mutuatur Philippi, siue floreni aurei, æstimando illos ad libras, iuxta dicta supra, & promittat debitor restituere tot libras in tot florenis ad eam æstimacionem, ita fieri debet restitutio, secundum Bartolum in dicta quæstione. Sed t quæro quid si & ibidem & alibi Doctores communiter hoc tenent. Et licet pro pecunia argentea non possit dari aurea, nec e contra, sicut dixi, tamen ad solutionem librarum potest dari etiam aurea: cuius ratione dicitur assis & libra. & ita etiam voluit Barro. in dicta l. Paulus. in prima quæstione. & cum Bar. in dicta lege Paulus. in si. quando simpliciter mutuatur tot libras in tot nummis aureis, tenet Anan. in c. secundo, de maledic. colum. antepenultima. & penultima. Arer. in dicto consilio lxxiiij. columna

fin. vers. supra dicto. & Abb. in dicto cap. quanto. in vltima columna ad quæ vide Bar. in l. cum certum. ff. de auro & argento legat. in l. si quis argenti. in prin. columna secunda. C. de donationibus Paul. de Castro in dicta l. Paulus. Arer. consilio cxj. Abb. in secundo volum. consilio quinquagesimo. & Bald. qu. intro. vol. consilio cxxx. & consilio cxxiiij. & Socin. vbi supra, cõsilio cxcviiij. columna fin. Et quando t mutuatur nummus aureus simpliciter siue intendatur, siue imminuatur, vt potest colligi ex prædictis satis est restituere nummum aureum, ita quod imminutio erit damno creditoris, & augmentum lucro. & ita expresse Arer. in dicto consilio octuagesimo quarto, columna prima. nisi debitor esset in mora, quia tunc debitor tenetur soluere quanti plurimi fuit pretium aurei nã mi à tempore mortis, vt per eundem Arer. in dicto consilio in ea columna. Et dum dixi, si sint mutatae libras in tot Philippi, videri Philippes venditos pro tot libris & sic satis esse soluere libras. Dicendum aliquando ex mente contrahentium adhuc videri actum, vt talis æstimatio non faciat emptionem, sed Philippi sunt restituendi, vt per Arer. in dicto consilio lxxxiiij. col. ij. & iij. Et t quia antiquitus aurei appellabantur floreni, si fiat mentio de florenis aureis, quomodo intelligatur, vide not. Ange. in l. lecta. col. iij. ff. si cer. pe. vbi etiam Bar. & Fulg. & si fiat mentio de florenis largi auri, quomodo intelligatur, & cuius loci consuetudo attendatur. vide Soc. consil. cclxviiij. col. iij. & seq. & cuius loci consuetudo attendatur, an t locus, in quo sita est res, pro qua soluitur, an celebrari contractus, vel vbi conceditur gratia, vel priuilegium, vide Alexand. in secundo volum. consilio vigesimo primo. est materia. semper in stipulationibus, ff. de regulis iuris. vbi Deci. Et t quando debitor promittit soluere in tot aureis nummis cum iuramento, an præcisè teneatur ad talem solutionem, vide Alexand. in secundo volumine, consilio trigesimo primo, columna octaua. & Bartol. in l. à diuo Pio. §. in venditione. in fine penultimæ columnæ. ff. de re iudicata. Et quid si quis promittit tot florenos, vel soluere tot florenos in bonis suis, vide Socinum consilio ducentesimo quarto, colum. prima. An t promissis nummis aureis intelligatur de his, qui maioris sint vel minoris pretij, Dic secundum Socin. in d. consil. cclxviij. col. ij. & tertia. est materia l. nummis. ff. de leg. & fideic. iij. quam commentatur Iason. in l. si ita sit. ff. de legatis & fideicommissis. iij. & inter cetera dicit quod fallit in dote, de quo Baldus Nouell. facit speciale in tractatu de dote, charta sexagesima, versiculo septuagesimo tertio. est verum, quod loquitur text. in viro dotem petente. Sed dic multò magis procedere in vxore repetente dotem: quia ob mulierem fauor dotis principaliter est inuentus. leg. prima, ff. soluto matrimonio. dicit tamen Curtius in tractatu de monet. in decima quæstione, consuetudinem Mediolani obseruare, vt intelligatur de minimis: & loquitur in vxore repetente dotem, vide etiam circa prædicta & alia in dictis tractatibus Brunum, Curium, & Martin. Laudem, & Assiet. in titu. quæ sint regalia. & quæ dixi supra in tit. de falsa moneta. Brunus tamen latius & magis consideratè loquutus est, quam alius.

Titul. de Vectigalibus.

S V M M A E.

1 Vectigal. propriè dicitur, quod datur propter id, quod vehitur licet etiam pro re existenti in ciuitate vel oppido detur, & appelletur vectigal.

Vectigal.

- 2 Vectigal. & gabella, & datium maximè Mediolani aquinoca sunt.
- 3 Vectigal appellatur etiam lucrum, quod percipit fiscus ex sale.
- 4 Vectigal dicitur omne, quod penditur fisco.
- 5 Vectigal, tributum, census, pensitatio, annua prestatio, reliquum, & capitatio, quomodo differant.
- 6 Censuales contractus in quo differat à contractu emphyteutico.
- 7 Collecta quid differat à tributo.
- 8 Collecta quado duplicatur, quod sit onus extraordinarium.
- 9 Gabella quid significet in ciuitate Mediolani.
- 10 Vectigalia sunt odiosa, & interpretatio debet fieri contra exigentem.
- 11 Vectigalium statuta non trahuntur de similibus ad similia.
- 12 Libellus non offertur in causis vectigalium.
- 13 Vectigalium libri an & quando probent.
- 14 Publicani dicuntur, qui conducunt vectigalia publica.
- 15 Publicani qui propriè dicuntur.

Titul. de Vectigalibus.

RIMO videamus quid sit vectigal, t & propriè dicitur id, quod datur pro re, quæ vehitur: licet etiam edictum de vectigalibus eadem ratione locum habeat pro re, quæ nõ vehatur, sed sit intra ciuitatem vel oppidum, vt per Salice. in l. vectigalia. C. vt no. vectigal. in prima col. Firmian. in suo tractatu de gabell. in proemio. col. ij. & magis per Cuman. consilio clxij. circa principium. & gloss. in l. j. §. hic titulus. in verbo, pendant. ff. de publica. & Felin. in cap. ad audientiam. colum. ix. de præscriptio. & t quicquid vtuntur Doctores & statuta his duobus vocabulis, Vectigal, & Gabella, vt dicit Firmian. vbi supra Addo, quod idem sit de verbo, Datium, in hoc dominio, in quo publicanos appellamus datarios. Et hoc etiam clarè vult Salice. in dicta l. vectigalia. in i. columna. Lucrum t etiam quod percipit fiscus ex sale, Vectigal appellatur. Quod satis vult Salice. in l. si quis. C. de vectigalibus. & commif. & videtur text. de hoc expressus in linter publica. §. j. ff. de verb. sig. vbi inter publica vectigalia numerat vectigal salinarum. & idem textus in l. j. ff. quod cuiusque vniuer. nomine. in princip. & Cuman. clare in d. consilio. & videtur de hoc gloss. in dicto cap. super quibusdam. §. j. in verbo, pedagia, de verb. significet. et non curio, quod princeps ex sale acquirat concedendo, vt quis emat sal, vel vt vendat iuxta dictam l. si quis. & dicta Abbat. in dicto cap. super quibusdam. §. primo. de verbo, significet. vel etiam cogendo vt quis emat sal, etiam cariori pretio, quemadmodum in hoc dominio fieri nonnunquam vidimus: quia absolutè dico vectigal fisci esse, per dictam glossam, & probat textus in dicta linter publica. §. primo. vbi licet fiscus capiat, non quia vehatur res, sed vt quis possit piscari in tali loco, est vectigal, similiter vt quis possit fodere metalla, vt in dicto textu: & consequenter dicitur datium: quia vt dixi, sunt synonyma. Et t omne id, quod fisco penditur, vectigal est, vt per Comen. in d. consil. loquendo in salinis difficultatem faciebat mihi: quia nõ dicitur pendere aliquid fisco extra rem ipsam, prout fit, quando soluitur vectigal pro tali re, siue vehatur, siue sit intra ciuitatem, vt supra dixi, sed videtur pretium rei, & salis, qui emitur, quamuis cariori pretio. Attamen hoc nihil est: quia re ipsa in idem cadit: nam prohibitus est mihi vsus salis, nisi emam salinis: & ibi si emo, ergo multò plus quam fecissem, vbi liber

fuissem in emendo: & illud plus hoc modo re ipsa propter vsus salis pendo fisco: ergo est vectigal, & comprehenditur sub omni vocabulo vectigalis, gabellæ, & datij. Attenderem tamen in hoc, si casus contingeret, prout contigit, communem vsus loquendi principis, & eius magistratus, qui coligitur ex lectura decretorum & ordinum super his editorum. Et quæ sit t differetia inter vectigal & tributum, vide per Firmianum, vbi supra. & ibi inter cetera dicit, quod synonyma sunt, tributum, census, pensitatio & annua prestatio, quando tamen debentur fisco. Ad quæ addo Felinum dicto cap. ad audientiam columna nona, vbi de verbis, Annona, Tributum, Vectigal, reliquum, capitatio, & census, & de censu, siue contractu censuali, & t in quo differat à contractu emphyteutico, vide Socinum consilio clxviij. non inuiculis columna j. in fine. & Alexand. consilio xiiij. columna iij. volum. ij. & Firmian. vbi supra. columna ij. & vide de vi prædictorum verborum in primis omnino glossam in d. l. j. §. hic titulus. in verbo, pendat. ff. de public. Et quomodo t differant tributum, & collecta, vide Firmianum, vbi supra columna iij. & colum. iij. declarat quomodo collecta possit esse munus ordinarium. Et t quod vbi est munus ordinarium si duplicetur, etiam dicatur ordinarium. Quæ nota ad intelligentiam oneris tam grauis, quod patitur miserandum hoc dominium, appellaturque mensuale, quod sæpe etiam augetur. Et t licet, vt dictum est, gabella pro vectigali accipiatur, & eandem vim habeat: Tamen in hac ciuitate significat locum, vbi reponitur sal, quemadmodum dicimus de salinis, iuxta notata per Abbat. in d. cap. super quibusdam. §. j. Et nota, t quod vectigalia sunt odiosa, & fieri debet interpretatio contra exigentem: Corne. in consilio cxcix. colum. iij. primo volum. Statuta his vectigalibus debent restringi, vt minus de rogent iuri communi, Socin. consil. cccij. colum. ij. & iij. circa medium, & iij. circa finem. Statuta t vectigalium, quia carent ratione, non trahuntur de similibus ad similia, Arer. consil. cxij. colum. ij. In causis t vectigalium non auferuntur libellus, sed pro libello publicani offerunt capturam, & carceres, & rerum retentionem. Bald. j. volum. consil. cxxxviiij. in pri. Libri t vectigalium an probent, & quando, vide Socinum consilio cccviiij. colum. ij. habetur in l. admonendi. per repetentes. ff. de iureiuran. & per Firmian. in tract. vbi supra, in quarta parte, & ibi etiam an edantur. Publica ni t dicuntur, qui conducunt publica vectigalia. l. quantæ. §. si. ff. de public. & in l. j. §. hic titulus. ff. eod. tit. & talis fuit sanctus Mathæus, secundum gloss. in dicto §. hic titulus. & in linter publica. §. j. ff. de verborum significat. & qui propriè dicantur publicani, t an non solum qui habent vectigal conductum, verum etiam qui habuerunt, & an participes & fideiussores eorum, vide Firmian. in eo tractatu in secunda parte quæstio. xvij. quæ scire expedit propter statuta de eis mentionem facientia: & licet vt plurimum Doctores gabellæ verbo, & gabellarij, vtantur idem dicendum est de publicanis & vectigalibus, vt supra vidimus. Et ad prædicta vide Alciatum in d. linter publican. §. primo. ff. de verborum significat.

Titu. Vectigalia qui possunt imponere.

S V M M A E.

1 Vectigalia noua possunt imponere, qui non recognoscunt. superiorem.

R 4

2 Vectigalia

- 2 Vectigalia sunt ex reservatione principis.
- 3 Vectigalium impositio quaritur tanto tempore, cuius initij memoria non excedat, nec requiritur scientia principis bona fides, nec titulus.
- 4 Vectigalis institutio est maximo imperio.
- 5 Ius exigendi vectigal an queratur prescriptione.
- 6 Vectigal nouum an possit imponi per habentem iura imperialia in suo territorio in praesentem eius, cum quo habeat conventionem, ut ei nihil innouet.
- 7 Vectigalia noua an possint imponi subditis, & qualiter eis succurratur.
- 8 Vectigalia noua an possint imponere feudatarius subditis, vel eis concedere, ut inter se imponant, & iura de Angar. numero 3.
- 9 Vectigalis noui exigendis non comprehenditur in verbis amplius generalibus.
- 10 Vectigal nouum imponere potest habens iura principis.
- 11 Vectigal nouum si debet imponi requiritur licentia principis.
- 12 Vectigal nouum ex qua causa iusta possit imponi.
- 13 Collecta noua non potest imponi sicut nec nouum vectigal.
- 14 Titulus iustus vel possessio exigendi vectigal qua dicatur.

Titu. Vectigalia qui possint imponere.

IS breuiter visis ad declarationem terminorum quare & qui possint imponere noua vectigalia, vide Firmian. vbi supra, in j. parte, vbi late loquitur de Imperatore, Rege superiorem non recognoscente, qui absque dubio possunt, deinde de baronibus, feudatariis, ciuitatibus, villis, & castellis, atque aliis quae videri possunt, quibus addendo aliqua. Scias & quod vectigalia sunt ex reservatione principis toto titu. C. noua vectigalia institui non posse, d. cap. super quibusdam, §. j. de verbor. signific. Et & eorum impositio quaritur tanto tempore cuius initij memoria non existat in contrarium, nec requiritur scientia principis, nec alterius nec bona fides, nec titulus, Alex. consil. vj. in j. volum. circa qua vide Bald. v. volumine, consilio cccxl. & iij. consilio cccxlx. Bald. iij. volumine, consilio cccclxvij. et v. volumine, consilio cccclx. est materia Bart. in l. si publicanus, §. fin. ff. de publica. ponit Ias. in l. imperium. ff. de iurisdic. omnium iudicum. Salic. in l. vectigalia. C. noua vectigalia institui non posse. & dixi supra, in tit. de principe in materia collectarum. et Salic. in d. l. vectigalia, ponit colum. j. quae dicantur noua vectigalia, et quod & institutio vectigalis est inter ea, quae sunt ex maximo imperio, quia non competit alij quam principi, ita ut etiam non competat ciuitati dicta l. vectigalia, per d. Martin. in tractatu, de principe. in titulo, de fisco. conclusioe xxxij. et conclusio, lxxvij. et conclusio. quinquagesima sexta, Abb. consilio xx. Et an & queratur ius exigendi vectigal prescriptione, vide Baldum ij. volumine, consilio cclvij. et eodem volumine, consilio cclxij. An & habens iura imperialia in territorio suo possit imponere nouum vectigal in praesentem eius cum quo habet conventionem, ut ei nihil innouet, vide Angelum consilio cclxxxix. columna penult. An & subditis possint imponi noua vectigalia, et qualiter eis succurratur, vide Bald. in §. penultimo, in titulo de pace tenenda, et in cap. penult. de capi. cor. per Jacobin. in tract. de homagiis. et Parpal. in l. placet. C. de sacrosanctis ecclesiis. An & feudatarius possit imponere noua vectigalia subditis suis, vide Bald. v. volum. consil. cccclxxxv. Jacobin.

& Parpal. vbi supra & an feudatarius possit concedere subditis suis, ut inter se imponant nouum vectigal, vide Bald. v. volum. consil. cccclxvij. Per & verba generalia & ampla non intelligitur concessum ius exigendi nouum vectigal nisi expresse concedatur. Imol. cōf. cxxj. post medium. & dixi supra dum in genere loquutus sum de regalibus. Habens & iura principis in suo territorio potest nouum vectigal imponere, ut per Abb. consil. xx. colum. j. vbi loquitur de Senensibus, vide omnino Cuman. consilio clxij. circa finem. Ad & imponendum nouum vectigal requiritur licentia principis, quam facile concedit quando patria est tenuis, Bald. quinto volumine, consilio tricentesimo. quadagesimo. Quae & sit iusta causa principi imponendi nouum vectigal, vide Signorol. consil. centesimo octauo. columna iij. Jacobin. in dicto tractatu, de homagiis. & Parpal. in d. l. placet. & & sicut non potest imponi nouum vectigal, ita nec noua collecta, ut per Corn. in consilio centesimo nonagesimo nono, volumine primo. columna ij. in fin. & sequen. & columna penultima, & dixi supra. Quomodo & dicatur esse in iusto titulo, vel iusta possessione exigendi vectigal ita ut excusetur a poena, vide Baldum notabiliter iij. volumine, consilio cclxxxix.

Titul. de Vectigalium conductione.

SVMMAE.

- 1 Vectigal si alienetur ad certum tempus utrum dicatur venditio an locatio & in quo consistat utilitas.
- 2 Licitationis materia.
- 3 Licitator primus an possit eligi a fisco quando secundus non est soluendo.
- 4 Perfectus quando dicatur contractus in licitationibus.
- 5 Magistratus ad quem pertinet cura vectigalium, non potest illa adducere, & de decreto Mediolani, ut nullus officialis nec eius filius, pater, frater, & c. possit conducere vectigal.
- 6 Praesumptio iuris, & ex iure non admittit probationem in contrarium.
- 7 Praescriptio iuris, & ex iure indirectam admittit contra se probationem.

Titul. de Vectigalium conductione.

SUCCESSIVE plura videnda essent circa materiam conductionis vectigalium, de quibus late ponit Firmian. in suo tract. in ij. parte, ad quem ne eadem repetam te reuicio: vnum tantum modo te admonuisse velim, ut circa primam questionem, quando & vectigal alienatur ad certum tempus, vtrum dicatur locatio, vel venditio, ex quorum terminorum declaratione inferatur, an & quando fiat remissio mercedis, & successiue de remissione ipsa ut videas, quae dixi latissime in parte sequenti, quae est vltima totius operis ad hoc facta ut eius inscriptione videri potest, & & circa materiam licitationis, vide omnino Bart. in l. licitatio. in princ. ff. de public. & in lege si tempora, C. de fide instrument. libro decimo. Et in questione quando & vnus dum vectigal licitatur promittit emere, vel conducere post alium qui pariter promittit, & secundus non est soluendo, an possit eligi primus, & in qua Bartol. in d. l. licitatio

Tit. de Vectigali quod soluitur ex contractu.

SVMMAE.

licitatio, vult ut possit, & tenet primum non liberari per secundum offerentem, vide plenè Bald. secundum volumine, consilio tricentesimo uigesimo septimo, eundem omnino, tertio volumine, consilio centesimo nonagesimo primo, Firmian. vbi supra, & omnino Curtium consilio quarto siue quadagesimo. Et & quando dicatur perfectus contractus in his licitationibus, vide ultra Bartolum in dicta l. licitatio. Baldum quarto volumine consil. cccclxij. & Firmian. vbi supra, quaestione decima. Credo esse materiam, dicitur l. si tempora. C. de fide instrument. vbi est videndus. Ioan. de Plat. Scias & etiam in materia vectigalium editam esse constitutionem Mediolani, ut nullus familiaris principis, nullusue officialis, & qui stipendia meret à principe se intromittat in vectigalibus principis conducendis, pariterque etiam prohibet, filios, fratres, filios fratris ascendentes, & alias personas sub poena publicationis bonorum, & alia arbitrio principis, qui ordo est factus ad hoc ut perfecti redditibus principis, ad quos spectat onus eorum, & iurisdictionis exercendae in causa vectigalium, & conseruandi ipsos redditus, ipsimet vel per suos non conducant vectigalia, nec in eis parte habeant, quia deinde essent iudices in causa propria, & male se haberent res fisci, & pariter est factus respectu aliorum officialium, quia absolute de omnibus loquitur, ne eorum fauore sequatur detrimentum fisco, respectu vero attinentium, est editus ex quadam praesumpta opinione societatis initae cum officialibus, siue ne officiales ipsi conduci faciant ab eis vectigalia, et & quia lex disponit, et super praesumpto videtur praesumptio iuris, et ex iure contra quae non admittitur probatio in contrarium, ut not. in l. a diuo Pio. §. si pignora. vbi gloss. ff. de re iudic. et per Doct. in l. siue possidetis. C. de probat. per Innocen. et Doct. in cap. quia verisimile. de praesumptio. Tamen in directa & via admittitur probatio in contrarium, videlicet non esse casum, ex quo resultet talis praesumptio iuris, et ex iure gloss. est notabilis in clemen. j. in verbor. fecisse narremus, de probat. not. Innocen. Anton. de Butr. et Doctor. in cap. ad id. de sponsal. ut puta, probando fratrem, siue attinentem non esse talem, in quo possit cadere ea praesumptio: vel ob inimicitiam inter ipsos existentem, vel alia ex causa, & vbi casus contingeret in attinente maxime alterius officialis, quam eis qui redditibus praesunt, vel ex aliis magnis officialibus qui omnibus quibus volunt fauoribus pollent, impium esset, ut punirentur nisi è latere fisci probaretur malitia siue fraus, & ante dictam constitutionem aderat decretum comitis virtutum quo solum prohibebantur attinentes quaestorum qui redditibus praesunt, & Referendariorum curiae, quod etiam non fuit vsui receptum, ut patet in decreto exinde secuto post sexdecim, vel decem & septem annos, quo solum absolute prohibebantur officiales, & iure communi non etiam absolute officiales ipsi prohibentur conducere vectigalia, sed duntaxat ij, quorum interuentus requiritur in eorum locationibus, & magis quando sunt iudices inter fisco, & publicanos, maxime in remissionibus quae ob bellum, vel alium casum fortuitum petuntur, secundum Angel. in authent. de alienatione et emphyteusi. §. economus. et Firmianus in tractatu de gabellis in tertia parte, columna tertia versiculo quinto et ibi ponit columna prima quod regulariter omnes possunt conducere vectigalia, & quilibet censetur habilis, postea condescendens ad personas prohibitas.

- 1 Vectigali soluto ex contractu an debeat solui ex distractu.
- 2 Vectigali soluto ex contractu an debeat solui iterum quando transfunditur in alium, vel quando rescitur combusto protocollo.
- 3 Vectigal quando sit soluendum ex contractu conditionali, & titu. quo loco & tempo. sit soluen. vectigal. num. 8.
- 4 Vectigal an debeat solui si fiat conuentio de contrahendo vel contractus pretio declarando per tertium nominatum.
- 5 Vectigal non debet solui quando accessorie sit venditio ad contractum locationis, vel dotis, vbi pro locatione vel dote non debeat solui.
- 6 Statutum loquens de solutione vectigalis pro frumento quod extrahitur quomodo intelligatur.
- 7 Vectigal non soluitur quando adest statutum, ut pro instrumento soluatur vectigal, & fiat contractus sine instrumento.

Tit. de Vectigali quod soluitur ex contractu.

SVM Firmian. in v. parte quaerit & si est soluendum vectigal pro contractu an etiam solui debeat pro distractu. Et quid & si vnus contractus transfundatur in alium, vel rescitur combusto protocollo. Adde Paulum de Castro consilio cccxxvij. columna quinta, et sequenti, Alex. consilio trigesimo septimo colum. iij. volumine tertio. et Baldum quinto volumine, consil. clxiiij. et dum tangit An & et quando sit soluendum vectigal pro contractu conditionali. Adde Aret. in consilio xj. colum. j. et ij. Socin. consilio lxxvj. colum. j. circa finem, et colum. iij. post medium. Quid & si fiat contractus, vel conuentu contrahendi pretio declarando per talem, an debeat vectigal pro eo contractu si non sequatur declaratio, et an fauore vectigalis debeat ille cogi ad declarandum, vide bald. iij. volum. consilio quatercentesimo quadagesimo quarto, & vectigal debet solui pro venditione, non autem locatione vel dote, et fiat venditio accessoria ad principalem contractum locationis, vel dotis, pro tali contractu venditionis accessorie non debet solui vectigal ut per Anchar. consil. lxxj. Quomodo & intelligatur statutum loquens de solutione vectigalis frumenti quod extrahitur, vide Firmia. vbi supra in d. v. parte col. fin. versic. decimo octauo quarto. Feder. consilio cxxvij. vbi etiam ponit & si statutum loquatur de frumento quod ducitur per eum qui transeat quomodo intelligatur. Si statutum velit, ut pro instrumento soluatur vectigal, et fiat contractus sine instrumento non soluitur. Imol. consil. xvij. Firmia. in vj. parte tract. et vide etiam de hac materia in fra, pro quibus reb. solua. vectig. vbi loquatur statutum.

Titul. Vectigal quo loco & tempore sit soluendum.

SVMMAE.

- 1 Vectigal solui debet in loco solito, adeo ut si alibi exigatur priuatur iure suo qui illud habet.
- 2 Vectigal

- 2 Vectigal quod solet exigi à transeuntibus per aquam non potest exigi ab iis qui per terram iter faciunt, nec e contra.
- 3 Statutum disponens ut vectigal solvatur à transeuntibus per territorium non habet locum, quo ad transeuntis per viam communem.
- 4 Vectigal si debet solui ad portam civitatis, non prius debetur quam sic perventum ad portam, etià si quis sit in suburbis.
- 5 Statutum puniens eum qui extraxerit an comprehendat, volentem extrahere.
- 6 Vectigal debetur ei ad quem spectat ius primi mensis quando vno mense spectat vni & alio spectat alteri, & quis cepit primo mense extrahere, sed non potuit impediri tempestat, & alio mense extraxit.
- 7 Vectigal quo loco sit soluendum, quando contractus est conditionalis, & conditio alibi purificatur quam in loco contractu.
- 8 Vectigal debet solui tempore celebrati contractus conditio nalis, non tempore euenientis conditionis & tit. de vectig. quod solu. ex contr. num. 3.
- 9 Vectigal soluendum est in loco contractus, licet res alibi sit.
- 10 Statutum de soluendo vectigali obligat forenses in territorio constituentium contrahentes.
- 11 Vectigal pro dote an debeat solui in loco contracti, an in loco consummati matrimonij.
- 12 Statutum ut ex contractu extra territorium celebrato solui debeat, vectigal in loco domicilij qualiter intelligi debeat.

Titu. Vectigal quo loco & tempore sit soluendum.

T circa materiam in quo loco sit soluendum vectigal de qua Firmian. in dicto tractatu, in sexta parte. Adde t quod vectigal debet solui in loco solito, & non alibi; Firmian. ibi. colum. fin. versic. sed pone. & si alibi habens vectigal exigar priuatur iure suo. Anan. in cap. ij. de iudicis. colum. j. in si. versic. & per itum textum, post

2 Butrig. & Cardin. ibi. Et ideo t si est solitum exigi à transeuntibus per aquam non potest exigi ab iis qui per terram transeunt, nec e contra, Bal. quinto volum. consil. cccxl. versic. finem, imò t statutum disponens ut solvatur vectigal à transeuntibus per territorium, non comprehendit transeuntis per viam communem. Socin. consil. cccij. colum. iij. Socin. consil. cccxvij. colum. penult. post medium. Si t vectigal debeat solui ad portam ciuitatis, non prius contracta erit obligatio quam sit perventum ad portam, licet quis sit in suburbis. Bald. primo volumine, consil. cccclxxij. col. ij. circa fin. & colum. fin. si t statutum puniat eum qui extraxerit, an comprehendat volentem extrahere, vide Angel. in l. arboribus. §. idem tractat. circa fin. ff. de usufruct. Si t vectigal primi mensis spectet vni, & secundi mensis alteri, & quis in primo mense cepit velle extrahere, sed non potuerit tempestare impedire, & ex inde secundo mense extraxerit, vectigal spectabit publicano primi mensis, Alex. ij. volum. consil. vij. in t quo loco sit soluendum vectigal contractus conditionalis celebrati Venetijs cuius conditio eueniat alibi, vide Firmian. vbi supra, in prima quæst. & Alexan. in d. iij. volum. consil. vij. Vectigal t debet solui tempore celebrati contractus conditionalis, non tempore euenientis conditionis, Firmian. vbi supra colum. ij. & Alex. in iij. volum. consil. xxxvj. colum. ij. & seq.

3 Si t hic vendatur res existens alibi, vectigal hic soluendum erit, vt per Firmianum vbi supra, colum. iij.

& Alex. in iij. volum. consil. l. j. col. j. & v. volum. consil. xlix. col. ij. in fin. & seq. & Socin. consil. cccij. colum. j. & ij. & col. iij. circa finem, & seq. statutum t disponens ut vectigal solvatur ligat forenses in territorio statutum contrahentes. Corn. j. volum. consil. cxcix. circa

11 princip. An t vectigal pro dote solui debeat in loco contracti an consummati matrimonij, vide Socinum

12 consil. cccij. columna ij. statuto t disponente, vt pro contractu extra territorium celebrato solui debeat vectigal in loco in quo quis incola est, qualiter intelligi debeat, vide not. Socin. consil. cccij. columna secunda & sequen. & columna sexta & sequenti.

Titul. Vectigal soluere qui teneantur, & qui ab eo excusentur.

S V M M A E.

- 1 Vectigal soluere quis teneatur ex multis personis enumeratis.
- 2 Vectigal soluere tenetur emptor non venditor.
- 3 Vectigal an teneatur soluere clerici pro rebus.
- 4 Vectigal an teneatur soluere commune, vel fisco emptori, quando quis illud emit à communi, vel fisco.
- 5 Vectigal an teneatur soluere emens ab ecclesia vel fisco.
- 6 Pedagij exemptionem an intelligatur habere qui habet pro uilegium eundi & nauigandi sine molestia.
- 7 Vectigal an teneatur soluere heres, vel legatarius.
- 8 Vectigal non potest imponi forensibus conductibus necessaria ad locum qui sit exempti à vectigalibus ex conuentione.
- 9 Scholaris priuilegium ut non teneatur ad vectigalia, an gaudeat quid desit esse scholaris.

Titul. Vectigal soluere qui teneantur, & qui ab eo excusentur.

T circa materiam eorum t qui soluere debent vectigal, & qui ad ipsum non tenentur, vide multas quæstion. positas per Firmian. in dicto tractatu, in secunda parte. Quibus t aliqua addendo dum dicit emptorem merci teneri non autem venditorem, vide Alexand. qui idem vult, in tertio volumine, consilio quinquagesimo primo, columna secunda, & vide etiam Socin. consil. cccxvij. in tribus primis columnis, & ibi etiam ponit vtrum creditor, vel debitor teneatur soluere vectigal. Et t an clerici teneantur pro rebus, vltra Firmian. vide omnino que dixi supra, in tit. de principe, in materia collectarum, & ibi etiam plenè tetigi de eorum colonis & massarijs, Et t quando quis emit à communi, vel fisco vectigal an teneatur commune, vel fisco sicut alius priuatus soluere emptori, vide Bart. in l. licitatio. §. fisco. ff. de publica. fa. in l. ne quicquam. ff. de eden, vbi etiam Alexan. & Alexan. consil. cxlix. colum. ij. in ij. volum. Bart. consil. cccxvj. Caueatur statuto, aliàs est consil. cxix. Socin. plenè consil. cccxvj.

5 An t ementes ab ecclesia, vel fisco teneantur ad vectigal, vide Bart. in d. licitatio, §. mercatores. ff. de publica. dixi supra sub tit. de principe, in materia immunitatum, & pender à quæstione an non priuilegiatus succedens priuilegiato vtatur priuilegio eius, cui successit,

Tit. Vectigal pro quibus rebus soluatur.



M V L T A t pro quibus soluatur, aut non soluatur vectigal connumerat Firmian. in eo tracta. de gabell. in vij. par. in ij. par. illius octauæ. et dum loquitur de re inastimabili, vide Alex. in l. iij. §. prator. ff. de dam. infe. Alex. consil. xxiiij. col. v. circa fin.

2 in ij. vol. & consil. lvij. col. ij. eodem vol. Si t statutum mandat tantum solui pro libra, & res valeat minoris libra, an debeat fieri solutio, vide Firmian. vbi supra in quæsti. iij. & omnino Roma. consil. cccxxiiij. circa medium. Et t de rebus, quæ ad exercitum deferuntur vltra Firmianum quæstio. vij. vide Bald. ij. volu. consil. cccxcvj. vbi dicit pro eis nihil deberi si deferantur mandato principis, secus si sua sponte quis ad exercitum ferat. Et t an soluatur vectigal pro instrumenti refectione, vide Felinum in cap. cum accessisset, colum. penult. de constitutio. & colum. fin. Bart. consil. lxvij. & t si est soluendum pro datione insolutum & fuit suspensa per appellationem, vel reuocata, vel quia debitor bona recuperauit, an sit nihilominus soluendum, vide Abb. qui dicit soluendum non esse, consil. lxxix. idem tenet Socin. consil. lxxvj. colum. ij. & sequenti. Si statutum t loquatur de mutuo, an habeat locum si numeratio non interuenit, vide Angel. consilio xlix. Si t loquatur statutum de quolibet contractu alienationis an comprehendat permutationem vide Firmian. ibi, quæst. vij. & Roman. consil. clxxxix. circa finem, Et quando t statutum loquitur de contractu an habeat locum in donatione, vide Corn. consil. lxxij. col. fin. circa fin. & ponit Bart. in l. j. col. j. ff. de donatio. & t si loquatur de venditione an habeat locum in pacto vendendi, vide Angel. in l. j. C. de pactis pignor. Alex. in iij. vol. consil. centesimo sexto, & t quid iuris sit, vbi contractus sit nullus, vide Alexan. consil. ciiij. colum. iij. & fin. in j. volumine, & in iij. vol. consilio xxxvj. col. iij. in prin. Felin. in cap. ex tenore colum. ij. & seq. de rescript. Roma. consil. lxxvij. Et de his & similibus quæstionibus vide Firmian. in iij. parte dictæ octauæ partis. Et quia in quæst. xvj. quærit t quando statutum vult, vt pro contractu soluatur vectigal, aliàs sit nullus, & vna partium excipit de nullitate contractus propter non solum vectigal, vtrum possit altera pars replicare de pari culpa, scilicet ipsum excipientem non soluisse, vide in hac quæstione Alexand. in l. fin. §. penultimo, col. ij. ff. de eo per quem factum erit. & in l. cum mulier. colum. viij. & sequenti. ff. soluto matrimonio. Arret. consil. centesimo primo in fin. & consilio sequenti, colum. ij. Et

12 t circa statutum annullans contractum propter vectigal non solum, an habeat locum in testamento, de quo per Firmianum quæstio. xix. Adde Bald. primo volumine, consilio trecentesimo quinquagesimo octauo, colum. j. & ij. in princip. Et t si statutum velit solui vectigal pro venditione, & hæres cogatur vendere ex dispositione testatoris, an soluere debeat vectigal, vide Bald. quinto volumine, consilio quatercentesimo quadragesimo, circa finem, stante statuto vt pro litibus solui debeat vectigal sub pœna nullitatis, & t vectigal non sit solum pro petitione in iudicio facta, an iudicium reddatur nullum vbi soluatur in alia parte iudicij, vide Firmianum in quarta parte octauæ partis, versiculo quinto quarto. & idem quod Firmianus dicit Alexander j. volumine, consilia cxxv. & colum. fin. Qualiter t soluatur vectigal per eum qui petit,

Tit. Vectigal pro quibus rebus soluatur.

S V M M A E.

- 1 Vectigal quibus ex rebus soluatur remissiuè.
- 2 Vectigal an debeat solui quando statutum mandat, vt tantum soluatur pro libra, & res minoris precij sit quam libra.
- 3 Vectigal non debet soluere deferens res ad exercitum mandato principis.
- 4 Vectigal an soluatur pro refectione instrumenti.
- 5 Vectigal solui non debet pro donatione in solum, que propter appellationem sit suspensa, vel reuocata, vel quando debitor bona recuperauit.
- 6 Statutum loquens de mutuo, in solutione vectigalis, an habeat locum si numeratio non interuenit.
- 7 Statutum disponens vt pro quolibet contractu alienationis soluatur vectigal an comprehendat permutationem.
- 8 Statutum loquens de contractu an habeat locum in donatione.
- 9 Statutum loquens de venditione an habeat locum in pacto vendendi.
- 10 Statutum loquens de contractu an habeat locum in contractu nullo.
- 11 Exceptio nullitatis contractus ab vna parte facta, propter non solum vectigal, an possit elidi per replicationem partis culpa.
- 12 Statutum annullans contractum propter vectigal non solum, an habeat locum in testamento.
- 13 Vectigal an debeat solui quando statutum vult, vt soluatur pro venditione, & hæres cogatur ex dispositione testatoris vendere.
- 14 Vectigal si sit solum in alia parte iudicij, non pro petitione facta, an iudicium sit nullum, quando statutum vult, vt soluatur pro litibus sub pœna nullitatis.
- 15 Vectigal qualiter soluatur stante statuto disponente vt soluatur pro quantitate petita ad rationem duorum denariorum pro quolibet libra, cum quis petiit triginta & obtinuit decem.
- 16 Vectigal an debeat solui pro eo quod superest deductis expensis.
- 17 Vectigal qualiter soluatur quando statutum vult illud solui pro hereditate, & quis sit institutus donec uiuat & sub conditione.
- 18 Vectigal qualiter soluatur pro annuo legato, quando statutum vult, vt pro quolibet legato soluatur.
- 19 Vectigal an debeat solui quando hereditas patris est de lata filio, & statutum vult, vt soluatur pro qualibet hereditate.

petit triginta, & obtinet decem stante statuto, vt sol-
natur vectigal pro quantitate petita, ad rationem duo-
rum denariorum pro qualibet libra, vltra Firma. vbi
supra, in versu. sexto quæro, vide Ias. in l. cum quædã
15 puella. §. quoties. ff. de iurisdic. omni. iudic. An t̄ vecti-
gal debeat solui tantum pro eo quod superest de
ductis expensis vltra Firmian. in v. parte viij. quæstio.
colum. j. vide Felin. in cap. ad nostram. colum. ij. de iu-
re iuran. & Ias. in d. l. cum quædam. §. j. ff. de iurisdic.
17 omni. iudic. Si t̄ statutum velit solui debere vectigal
pro hereditate, & quis sit institutus donec viuat &
sub conditione an soluere debeat, & quid pro vecti-
gali, vide Bald. iij. volum. consilio clix, Et quomodo
18 t̄ debeat solui vectigal pro annuo legato stante sta-
tuto vt pro quolibet legato soluatur vectigal, vltra
Firmian. in d. v. parte octauæ quæstionis. versu. quarto
19 vide. Socin. consil. lxxvj. colum. penult. Si t̄ statutum
velit vt pro qualibet hereditate soluatur vectigal,
an habeat locum in hereditate patris delata filio vltra
Firmian. vbi supra. quæst. xvj. vide Alex. plenè in l. in
suis. ff. de liber. & posthum. col. ij. & seq. & circa mate-
riam cõtractuum, in hac materia vide quæ dixi supra
in titul. de vectigal. quod soluitur ex contractu.

**Titul. de Fraudantibus
Vectigalia.**

S V M M A E.

- 1 Fraudare vectigalia an sit licitum in foro conscientie.
- 2 Licentia abutens in fraudem vectigalis amittit benefi-
cium licentia.
- 3 Licentia non extenditur ad empta post licentiam de quibus
non cogitavit licentiam dans.
- 4 Statutum prohibens, ne quid extra territorium, vel extra-
hatur, vel conducatur in territorium, non habet locum in
eo qui aliunde ducit in territorium, vt inde extrahatur, &
alio ducatur.
- 5 Vectigal si promissit soluere vector, & dominus posuit ca-
psulam inclusam in re vehenda, & fuit capta a publicanis,
cuius sit periculum.
- 6 Vectigal si non soluatur per conductorem, vel nauam cu-
ius periculum sit.
- 7 Ignorans vectigal an incidat in penam vectigalis non so-
luitur.
- 8 Publicanus non debet dicere transsumibus, solve,
- 9 Equitans non tenetur nisi præcesserit culpa, quando statu-
tum dicit, vt equus non moueatur per plateam sub pœna,
& c. & equus violenter currat.
- 10 Vectigal licet non debeat solui, tamen res debet configura-
ri, alias incidit in commissum.
- 11 Publicani remissio an excuset quem a pœna.
- 12 Professus falsi publicano, vel custodi, vel non professus an
possit se corrigere, & infra quantum tempus.
- 13 Professus cum non conueniret cum publicano ratione ve-
ctigalis, si absque licentia recessit, & cum cõpisset recedere
illico reuersus est, an res in commissum ceciderint.
- 14 In commissum an omnia incidant, quando quis portat
merces licitas & illicitas.
- 15 Vectigalia fraudantium materia vbi tractetur.
- 16 Vectigal non soluens quomodo dicatur in dolo, ita vt in-
currat penam statuti.
- 17 Pœna apposta fraudanti vectigalia, an habeat locum si
fraudentur postquam alius sunt locata vel vendita.
- 18 Immunitas non debet suo prætextu aliquem excusare.
- 19 Vectigalia quando liceat fraudare.
- 20 Minor quando excusetur non solum vectigal.
- 21 Spoliatus iure exigendi vectigal quomodo agat.

MLTIMO circa fraudantes vectigalia, vide
Firmianum in ix. parte tractatus sui. Et quia
1 primò quærit, t̄ an in foro conscientie sit
licitum fraudare vectigalia. Dec. vt per Felin. in c. j. de
2 constitutio. col. xij. & adde etiam. t̄ quod qui abuti-
tur licentia in fraudem vectigalis amittit etiam bene-
3 ficium licentia. vt per Cast. in l. cum ita legatum. in
4 prin. ff. de legat. ij. & t̄ licentia non extenditur ad em-
pra post licentiam, de quibus non cogitavit dans li-
5 centiam, vt dicit Cast. ibi Statutum t̄ prohibens, ne
quid extra territorium trahatur, vel in ipsum condu-
6 carur, non habet locum in eo qui aliquid aliunde du-
cit in dictum territorium, vt inde extrahatur, & alio
7 ducatur. Alexan. in iij. vol. consil. lxxxiij. Socin. consil.
lxxxiij. col. fi. vbi etiam habes, an ille teneatur qui ex-
8 traxit vt iterum reportet ad locum a quo extraxerat.
9 Si t̄ vector promissit soluere, & dominus posuit cap-
sulam inclusam in re vehenda quæ fuit capta, cuius
10 erit periculum, vide Bald. consil. ccccxvij. vol. j. Et si
11 conductor, t̄ vel nauta non soluit vectigal cuius pe-
riculo cadat, vide Cuman. consil. xxj. et consil. v. Et
12 t̄ quia est quæstio an quis incidat in pœnam vecti-
galis non soluit, licet illud ignorauerit. Interdum. §.
13 licet. ff. de public. quod facit dubium in prædictis
14 quæstionibus quomodo hoc intelligatur, vide Bart.
in d. §. licet. Fel. in cap. j. col. ij. de re iudicat. Alex. om-
15 nino in iij. vol. consil. lxxxiij. col. penult. in fi. Et t̄ sci-
as quòd publicanus non debet dicere transsumenti
16 solue, d. l. interdum. §. diui. vbi Bart. not. Sed pro limita-
17 tione dicti §. vide Firmian. in dicta nona parte. versu.
18 secundo quæro. & versu. quis dicatur. Et si statutum
19 t̄ dicat vt equus non moueatur per plateam sub pœna,
& violenter currat, non tenetur equitans nisi
20 præcesserit culpa, d. l. interdum. §. si propter. vbi Bart.
not. Felin. in cap. cognoscentes. col. fin. circa finem. de
21 constitutio. Abb. ij. vol. consil. lxxij. col. vj. circa finem. &
22 consil. lxxxvij. col. ij. licet t̄ de re solui non debeat
vectigal, tamen debet consignari, alias incidit in cõ-
missum, tex. est. & doctrina Bart. vbi vide in d. l. inter-
23 dum. §. diuus. Bald. ij. vol. consil. lxxix. col. ij. Anchar. in
clementina præsent. de censib. in j. col. versu. sed hic vl-
24 trã quæro. vbi vide. Et t̄ an remissio publicani excuset
quem a pœna, vide in d. l. interdum. §. fin. Firmian. in
25 dicta ix. parte, col. ij. Bald. ij. vol. consil. lxxxix. plenius
iij. vol. consil. cccxj. & iij. vol. consil. cclvj. & vide Bald. v.
26 vol. consil. xxxiiij. Cuman. consil. v. si t̄ quis non est pro-
fessus, vel est falso professus publicano, quibus vide
27 t̄ possit se corrigere, & infra quantum tempus? vide
plenè Bal. v. vol. in d. consil. xxxiiij. Si quis est professus,
& cum non conueniret cū publicano de vectigali non
habita licentia recessit, & dum cõpisset abire vocatus
28 illico reuersus est, an merces ceciderint in cõmissum,
licet sint alterius, quàm natura, vide Cuman. in d. cõf.
29 v. Quid t̄ si aliquis portet merces licitas, & illicitas
an omnia incidant in cõmissum, vide Bart. in l. cõtem.
§. dominus. ff. de public. Alex. in l. cum proponas. C. de
30 nautico fœnore. & in l. si feruus communis. ff. de vulg.
31 & pupill. Et t̄ de fraudantibus vectigalia, vide Petr.
de Anchar. in regula, possessor. in xxx. col. de reg. iuris,
in vj. Bal. in l. leges sacratissime. C. de legib. in fi. & ple-
32 nè Bald. in d. l. cum proponas. Et quomodo non sol-
uens vectigal dicatur in dolo, ita vt incurrat pœnam
33 statuti, vide Abb. consil. lxxvij. & seq. An t̄ autem pœna
apposta fraudati vectigalia habeat locum si frauden-
tur postquam alij sunt locata, vel vedita, vide Anchar.
qui notabiliter vult non habere locum consil. cix. Et
34 t̄ immunitas non debet ex suo prætextu alij excusare.
35 Soci. consil. ccix. col. j. Et t̄ quando liceat fraudare vec-
tigal, vide Soci. in falleria clix. incip. gabellas fraudare.

Migor

**Tit. de His quibus vt indignis
bona à fisco auferuntur.**

S V M M A E.

**Tit. de Angariis, & extraordi-
nariis exactionibus.**

S V M M A E.

- 1 Grauamina qua sunt propria principis quomodo impo-
nantur.
- 2 Merum & mixtum imperium habens, non potest gra-
uamina imponere.
- 3 Princeps an possit passim grauare subditos, & colle-
ctas imponere, & an hoc idem feudatariis liceat, & tit.
qui possit vect. impon. nu. 8.
- 4 Argumentum de vectigalibus & gabellis ad collectas
valet.



His grauaminibus quæ sunt
propria principis, vt dicit text. in
dicto capitulo primo, quæ sint
regalia. & sine eo text. nemo est
qui ignoret suo malo fato, vide
in l. placet. C. de sacro sanctis ecc-
cles. maxime Ias. & Parpal. ibi etiã
habes quòd interdum imponuntur personæ tantum,
interdum personæ pro facultatibus, & interdum re-
bus tantum, & aliquando dicuntur ordinariæ, ali-
quando extraordinariæ. & omnino ac in primis vide
Bartol. in l. prima. C. de mulieribus, in quo loco mu-
nera sexui congruentia, vel honores agnoscant. libro
decimo. & Abbas in capitulo, non minus. de immuni-
tate ecclesie. Et quia ad solum principem spectat im-
2 ponere hæc grauamina, ideo t̄ licet quis habeat me-
rum & mixtum imperium non potest hoc facere, vt
per Bald. in l. cum multa. in fin. C. de bonis quæ libe-
ris. Iacobin. in sua inuestitura, in gloss. cum meo &
mixto imperio. charta antepenultima, & in tractatu
3 de homagiis. char. j. columna prima. An t̄ tamen pas-
sim liceat principi grauare populum suum, & ei colle-
ctas imponere, vide ibidem charta eadem, columna
tertia, versu. nunc quæro. Brun. consilio centesimo-
tertio, columna prima, & supra in titul. qui possunt im-
pon. vectig. num. 8. Afflic. in dicto capitulo primo,
quæ sint regalia, in verbo, extraordinaria, & ibi ponit
etiã an hoc liceat feudatariis, & si possessio descripta
transeat in ecclesiam, vide etiam Parpal. & Ias. in d. l.
placet. & de collectis vltra ea quæ dicuntur per Afflic.
vbi supra. & in verbo, plaustrorum, ac super verbo, ve-
ctigalia, & per Franc. Parmen. in tracta. de priuileg. fil.
vbi per quatuor chartas, vide quæ per me dicta fue-
4 runt supra in titulo de principe. Et t̄ quia bonum est
argumentum de gabellis & vectigalibus ad collectas,
vt sæpe dixi post Bart. primo volumine, consilio cen-
tesimo nonagesimo nono, columna quarta, in fin. &
sequenti. ideo vide quæ dixi in titulis præcedentibus,
vbi de vectigalibus loquutus sum. De publicationi-
bus bonorum, pœnis & multis quæ etiam sunt in-
ter regalia dicto cap. primo, quæ sint regalia. latissime
dixi supra sub titulis particularibus: & propterea ne
sæpius eadem repetam ad eos te reicio.

Bossius

- 1 Fisco bona auferuntur multis modis.
- 2 Hereditas auferitur vt ab indigno, & ad fiscum perti-
net, quando pactio facta est super hereditate viuentis.
- 3 Hereditas auferitur vt ab indigno, & restituitur su-
ctus percepti, ante mortem litem quando defunctus est
ab extraneo occisus, & heres non vindicat necem.
- 4 Hereditas auferitur vt ab indigno, quando dominus à
familia occisus est, & heres non vindicauerit necem de-
functi antequàm adiret hereditatem.
- 5 Senatusconsultum Sillanianum habet locum quando do-
minus occisus est, vel à familia, vel ab extraneo.
- 6 Serui torquentur ad veritatem habendam, inquiruntur,
& capiti puniuntur, quando potuerunt præstare aliquod
auxilium domino cum occideretur, & non præstiterunt.
- 7 Senatusconsulto Pisoniano cauebatur, vt domino occiso,
tota familia periret, & fuit seruatum Rome.
- 8 Heres non tenetur vindicare mortem defuncti, quando
testator ante mortem remisit.
- 9 Remissio à testatore facta valet, & facit vt non possit
heres non vindicans mortem defuncti priuari hereditate.
- 10 Iniuriam remittere erat verecundia tempore digesto-
rum.
- 11 Hereditas auferitur vt ab indigno quando quis accom-
modauerit tacite fidem, testatori de restituenda heredi-
tate, vel legato incapaci, vtroque tempore, & restituen-
ti, & mortis.
- 12 Coniunctio sanguinis non inducit probationem, seu præ-
sumptionem, vt quis accommodauerit fidem testatori
de restituendo incapaci, & qua coniectura sufficiant.
- 13 Accommodans tacite fidem testatori de restituendo
in capaci, an teneatur in foro conscientia.
- 14 Hereditas auferitur vt ab indigno, quando quis prohibet
aliquem testari.
- 15 Hereditas auferitur vt ab indigno, & ad fiscum perti-
net, quando heres accusat restamentum falsum, vel etiã
rutor pro pupillo, vt ipse solus ab intestato succedat, si
tamen succumbit in accusatione, alias secus.
- 16 Hereditas auferitur vt ab indigno, & ad fiscum pertinet,
quando filius occidit patrem, vel heres scriptus testato-
rem, etiam si adessent alij pares in gradu, & ad quos ab
intestato obueniret hereditas, quia potior a sur fisci iura.
- 17 Heres à quo auferitur hereditas vt ab indigno, est inte-
rim heres, donec ablati a sit hereditas.
- 18 Hereditas non auferitur vt ab indigno, sed succedit ve-
niens ab intestato, vel substitutus quando mortuus est
heres, ante aditam hereditatem, vel ante negligentiam
in vindicanda morte defuncti, secus si post, quia præsu-
mitur in fraudem repudiata.
- 19 Fiscus qui auferit vt ab indigno tenetur solum ad one-
ra, ad quæ tenebatur defunctus, non ad illa, ad quæ te-
netur is cui auferitur.
- 20 Conditio obligationis non potest purificari post publica-
tionem contra fiscum.
- 21 Legatum auferitur vt ab indigno, & ad fiscum pertinet,
quando legatarius occidit testatorem, non autem conse-
tur reuocatum, & apud heredem manere.
- 22 Occidens uxorem, non lucratur dotem ex pacto, vel ex
statuto.

S

23 *Hæreditas auferitur ut ab indigno, quando hæres non adhibuit medicum defuncto.*

Titulo de His quibus ut indignis bona à fisco auferuntur.



EQVENDO materiam regaliū, sciendum est ut etiam aliquādo dixi, quod multi sunt modi, ex quibus bona fisco acquiruntur, de quibus in lege j. in princ. vbi omnino est videndum. ff. de iure fisci. & per Odof. in l. fin. in prin. C. de bonis vacantibus & incorporatione. inter quos primus, & principalior erat iure antiquo, & nunc secundum consuetudinem, & decreta, & ordines locorum, quando propter delictum bona publicantur alius verò modus est, quando aliquid aufertur alicui ut ab indigno, quia ad fiscum pertinet, ut est regula quæ colligitur melius, quàm alibi, secundum gloss. ibi, in l. Papinianus. §. meminisse. ff. de officio testamento. & eam etiam facit Azo. in summa sua, in rubrica, C. de his quibus ut indignis. in prin. quem Azonem fontem legum, & vas electionis appellat Bal. in l. contractus. C. de fide instrumentorum. & inter causas ex quibus auferitur hæreditas ut ab indigno, quæ multæ sunt secundum Azonem, vbi supra, & de quibus in tit. ff. & C. de his quibus ut indignis. & in tit. ff. de iure fisci. vna est quando fit pactio inter aliquos super hæreditate viuentis, quæ licet non valeat ad utilitatem paciscentium, valet tamen ad beneficium fisci, qui ab eis auferit hæreditatem ut ab indignis. l. ij. §. fin. ff. de his quibus ut indignis. l. quidam. §. primo. ff. de donationibus. & in gloss. in l. fin. C. de pactis. & ideo Paul. de Castro ibi, in secunda columna, dicit ut caveant filij qui viuentis patre diuidunt bona conferendo talem diuisionem post mortem patris, quia fiscus post obitum patris potest auferre ab eis bona, & sequitur Iac. ibi, colum. ij. Alia est causa, quod quando hæres non vindicat necem defuncti, quia ab eo auferitur hæreditas ut ab indigno. l. prima, C. eodem tit. & ibi dicitur eum etiam teneri restituere fructus perceptos ante mortem patris, & vbi occiditur quis simpliciter à quolibet extraneo locum habet illa lex, vbi vide Doctores maxime Iac. Si vero occideretur dominus à familia sua, tunc ex Senatusconsulto Silliano hæres non debet adire hæreditatem, donec fecerit vindictam necis: aliter auferitur hæreditas, ut ab indigno. l. ij. C. eodem. quæ lex loquitur de dispositione Senatusconsulti Silliani in hoc casu. Hinc est quod sub rubrica, C. de his quibus ut indignis. etiam additur, & de Senatusconsulto Silliano, & de hac causa latè ponitur in dicta l. prima, & per Azonem in summa sua, vbi supra, & latè per Afflic. in tit. quæ sint regalia. versic. & quæ ut colum. ij. versic. quæ autem sunt causæ. & duabus sequentibus, & quia incidit sermo Senatusconsulti Silliani, quod habet locum domino occiso, siue à familia, siue à quolibet extraneo, quia ex causa etiā Azo vbi supra, declarat titulum ad Sillianum, ideo breuibus dic, occiso domino à domesticis suis, id est, à familia, vel sint serui, vel liberi, iuxta l. detestatio. §. familie. & l. pronuntiatio. §. familie. ff. de verborum significati. siue ab extraneis, seruisque domini torqueri ad veritatem

habendam, & inquiri, & etiam capite puniri, vbi potuerint præstare aliquod auxilium, & non fecerint, quia voluit lex salutem domini ponere sub custodia seruorum suorum ut in l. j. in pri. ff. ad Senatusconsultum Sillianum. Antè quod aderat Senatusconsultum Pisonianum, de quo in l. Senatusconsulto Pisoniano. ff. eodem titulo, quo cauebatur, ut domino occiso, tota familia periret, & ita in septuaginta viris fuit obseruatum Romæ, cum Præfectus vrbis fuisset occisus à seruo, eò quia haberet iuuenem in deliciis: nam septuaginta ex familia sua fuerunt necati. Hæc apud Cornelium Tacitum, emanauit postea Senatusconsultum Sillianum, quod illi moderamen attulit, ut vides. Sed modo quæro, an si testator ante mortem remittat, hæres teneatur vindicare necem defuncti, videretur non teneri, quia iniuriæ est remissa, & ita Baldus in l. Athleta. §. dat remissiones. ff. de excusatio. tutorum. Est tamen aduertendum, an remissio valeat iuxta dicta Bartoli in l. damni. §. Sabini. ff. de damno infecto. dum loquitur de vulnerato remittente, qui postea moritur. Item est sciendum quod tempore digestorum erat verecundia pacem facere, & iniuriam remittere. l. miles. §. fecer. ff. de adulteriis. & Iason in lege si tibi. §. primo. ff. de pactis, in fine. Sed propter hoc non cessat decisio Baldi, etiam de iure digestorum nedum alio iure maxime diuino, iuxta illud, Mihi vindictam, & ego retribuam. Doctores tamen in dictis locis nihil tangunt. Et ego dum super hoc essem interrogatus à duce Francisco Secundo, scilicet an pax tolleretur, ut hæres non possit priuari hæreditate, propter eius indignitatem, Respondi suæ excellentiæ arbitrari me pacem hoc tollere propter dictam decisionem Baldi. Alia est causa si si accommodauerit quis tacite fidem testatori de restituenda hæreditate, vel legato incapaci, tempore testamenti, etiam tempore mortis. l. non intelligitur. §. si quis palam. & ibi in glossa. ff. de iure fisci. de qua causa vide Azonem, vbi supra, & ibi habes quando videatur accommodata fides. Scias tamen quod sola coniunctio sanguinis non inducit hanc probationem, seu presumptionem, per quam dicitur accommodata fides. l. fin. ff. de his quibus ut indignis. Roman. consilio quatercentesimo septuagesimo octauo, Barro. consilio centesimo septuagesimo nono, columna prima. Et quales coniecturæ requirantur, vide notata Salice. in l. etiam, columna penultima, & vltima, C. ad legem Falcidiam. Et vnam ponit Bartol. in dicta l. fin. primæ columnæ, quando restitueret, & refert & sequitur Roman. vbi supra. Alium modum vide per textum in dicta l. non intelligitur. in pri. ibi, sed domestica cautione, & per Azonem, vbi supra, sed vide in hoc Salicetum, vbi supra, & alia in materia huius taciti fideicommissi, vide per Bartolum in dicta l. finali, maxime an in foro conscientie teneatur, qui si accommodauit fidem, & dum Bald. in dicta l. etiam, in penultima questione dicit, quod si quis accommodaret fidem de restituendo vno nummo priuaretur hæreditate, male dicit, & contra iura clara, ut ibi in apostillis, & per Iasonem in l. ex facto Julianus vbi est casus contra Bald. ff. de vulgari & pupillari. & dixi supra, in titulo de bonorum publicatione, dum loquor circa post contractum. ff. de donationibus. in versiculo, secunda est coniectura. Alia etiam sunt causæ, ut quando quis prohibet aliquem testari, ut per Azonem, in summa, si quis aliquem testari prohibuerit, vel coegerit. & dixi supra, sub titulo. si quis aliquem testari prohibuerit, vbi de hoc feci mentionem specialem. Alia est causa, quod quando hæres falsum

sum dici testamentum pluribus institutis, ut ipse solus ab intestato succedat, quia hæreditas prouenit in fisco, si tamen succumbat in accusatione, aliàs fecus. l. alia. C. de his quibus ut indignis. & locum habet etiam si per tutorem instituta esset accusatio, quia pupillus priuatur, licet habeat regressum contra tutorem. l. Polla. C. eodem. in qua materia vide Doctores in dictis locis. & Azonem in summa, in versiculo, est secunda causa. & ibi parciatur, & ita alia est causa, quod quando filius occidit patrem, quia ab eo auferitur hæreditas, & ad fiscum pertinet. l. cum ratio. §. final. ff. de bonis damnatorum. & idem in hærede scripto, & in alio legitimo, ut in dicto §. final. ut per Corn. in dicta lege, hæreditas in fin. quæ conclusio secundum Bartol. in dicto §. præterea. locum habet, nisi sit alius, qui in eodem gradu sit cum interfectore, puta, quando frater meus interfecerit patrum communem, prout contingit in quibusdam fratribus de Medda, qui crudeliter occiderunt in lecto vna nocte patrum suum existentibus aliis fratribus, qui nihil sciebant de eo homicidio, sed communis est opinio pro fisco, ut etiam hoc casu succedat, ita Baldus in dicta l. hæreditas. circa finem. & Salicetum ibidem, vbi etiam Alexander, Corn. & Paulus de Castro, & Baldus in l. eam quam columna quarta, C. de fideicommissis. & Bartol. in l. si sequens. ff. ad Senatusconsultum Silliani. Fundamentum est in l. his consequenter. §. primo, ff. familie eriscunde. vbi coheres, vel frater non potest opponere in iudicio diuersorio de hac indignitate, quia sua non interest, sed tantum fisco. Nec obstat text. in dicto §. præterea super quo se fundat Bar. ibi, qui text. dicit factum fratris non præiudicare fratri, quia intelligitur quo ad portionem fratris non delinquentis, non autem quo ad suam ipsius, & ita fuit iudicatum in prædicta causa pro fisco. Scias tamen quod dictus occidens, vel alter indignus interim est hæres, & potest adire hæreditatem, & interim exercere actiones hæreditarias, ut est text. in dicto §. primo, quem omnino vide, & ita Bald. & Doctores in dicta l. hæreditas. columna tertia, versiculo, extra quæro. & textus in l. ex facto. §. Julianus. ff. de vulgari & pupillari. & ibi vide Iac. dicentem quod est hæres interim in effectu, & succedit, tamen fisco auferit. Item si scias posse auferri hæreditatem, vna cum fructibus perceptis, quia male dei possessio est. l. prima, C. eodem. & dixi supra, scias etiam quod non solum est hæres, & potest hæreditatem adire, imò ut fisco audiatur debet esse adita, aliter tanquam ipso iure deficiat persona hæredis, accrescit alteri venienti ab intestato, vide Alexand. in dicta l. hæreditas. columna secunda, ibi quærit si hæres indignus non adiret, seu repudiaret, vtrum fisco succederet, an accresceret aliis, & concludit post Paul. de Castro & Bald. non requiri aditionem, imò repudiationem præsumi factam in fraudem fisci, & sic non deficere profus hanc portionem, & consequenter non habere locum ius accrescendi iuxta gloss. in l. si duo. in principio. ff. de iure iurando. & hoc clarè procedit vbi repudiasset, quia præsumeretur factum in fraudem ex quo hæreditas erat locuplex, ut ibi, per Alexand. post Bald. Sed quando non aditum est alius articulus. Pone enim quod indignus moriatur ante aditam hæreditatem, vel aliter efficiatur incapax, quia in exitum mittatur, an hoc casu succedat fisco, videtur non succedere, quia deficit portio ipso iure, & radicitus per mortem, & sic accrescit alteri, non ita quando in fraudem repudiatur. Paul. de Castro. in dicta lege, hæreditas, vbi omnino vide, refert & sequitur Alexand. ibi, Ta-

men aduerte, quia si hæres indignus repudiatur ante negligentiam ad eundem, clarum est accrescere alteri, si etiam non adeat ante tempus negligentie, nec fisco potest aliquid prætere, quia adhuc ille non est indignus, sed si iam est factus negligens, & sic iam est indignus tunc repudiando videtur in fraudem fisci facere, idem quando non adit iam negligens & indignus, & his casibus substitutus non succederet, sed si repudiatur antequam casus eueniret, vel moriatur ante aditionem nondum factus negligens, videtur substitutum succedere, ita Bartolus, in l. sequens. ff. ad Senatusconsultum Sillianum. quem vide bene, & vide Socinum in l. prima. ff. de vulgari & pupillari. in quarta questione principali. & ita loquitur Paulus de Castro, & Alexander in dicta l. hæreditas. quando mortuus est ante indignitatem, id est, ante negligentiam. Sed si an fisco qui auferit ut ab indigno, teneatur ad ea omnia ad quæ tenetur ipse hæres, prout si ipsi hæredi indigno succederet, an tantum ad ea ad quæ tenebatur mortuus vltra dicta supra, vide textum in l. cum fisco. ff. ad Senatusconsultum Sillianum. Paul. de Castro in l. recurre, §. si fisco. ff. ad Senatusconsultum Trebellianum. post glossam & Bart. ibi, Doctores in l. eam quam. C. de fideicommissis. maxime l. columna sexta vide etiam l. Marcellus. §. fin. ff. ad Senatusconsultum Trebellianum. in his locis habes quid iuris sit quo ad onera defuncti, sed quo ad onera ipsius indigni, vide solum Bartol. & Doctores in dicto §. si fisco. quia non tenetur, aliàs esset in facultate indigni obligare fisco, & reddere iniuriam hæreditatem. Facit quod est conditio obligationis, quia aliquis tenetur, non potest post publicationem purificari contra fisco. Alexand. in l. marito. ff. soluto matrimonio. Bald. in l. final. columna final. C. de contrahenda emptione. & Iac. in lege si arbitratur. ff. de verborum obligationibus, columna final. & dixi supra, ergo multò minus potest noua contrahi, faciunt notata in l. post contractum. ff. de verborum obligationibus. Legatarius si occidat testatorem, vtrum ab eo auferatur legatum à fisco, an dicatur reuocatum, ita ut maneat apud hæredem, est difficilis articulus, si vero occidit uxorem non lucratur dotem quam debet lucrari pacto, vel statuto. l. si ab hostibus. §. primo. ff. soluto matrimonio. vbi Doctores, sed dici potest hoc à principio videri actum tempore dotis constituta, secundum Alexand. ibi, post alios magis communiter, & ita tandem Caccialup. in tractatu, de dote. in quinta parte, in ij. questione, vbi videtur, & ideo in instituto qui testatorem occideret, aliud est, quia fisco auferit. l. cum ratio. in fin. ff. de bonis damnatorum. lege prima. ff. si quis aliquem testari prohibuerit, vel coegerit. & lege Lucius. ff. de iure fisci. est verum quod Imol. facit differentiam inter hæreditatem & legatum, in dicto §. primo, sed reprehenditur ab Aretin. ibi, & Alex. quos vide, & Caccialup. vbi supra qui expresse dicit lucrum legati tali casu applicari fisco, per legem primam, & per totum titulum. ff. si quis aliquem testari prohibuerit, vel coegerit. Pro hac opinione facit ratio quam adducit Bartol. in lege prima, in pri. ff. de his quibus ut indignis. dum contra illum text. opponit legem tertiam, §. final. ff. de alimentis & cibariis legatis. quia si occiditur, non potest reuocare verè, ergo nec tacite. Et ad hoc vide Bartol. ad quem in primis est recurrendum in lege final. columna final. ff. de his quibus ut indignis. versiculo tertium tempus. & in versiculo. quartum tempus, vbi facit differentiam quando committitur aliquid ante

mortem, & quando in morte, quia occidatur testator, & licet dicat ibi, quod quando ex dispositione hominis ad eum pertinet, tunc remanet apud eos a quibus relicta est, per dictam legem, ab hostibus, l. primo. tamen in dicto §. primo, tenet hanc opinionem, reprobat seipso, & loquitur Bartolus in dictis versiculis, tam in legato, quam in hereditate, & ita tenet, quicquid his diebus proximè præteritis iudicatum fuerit per amicum meum aduocatum fiscalem. Alia est causa, ¶ quando hæres non adhibuit medicum defuncto per glossam in l. indignum. ff. de his quibus ut indignis. & Martinum in tractatu, de principe, in titulo, de fisco, versiculo quadragesimo secundo.

Tit. de His quibus ut indignis bona auferuntur, & ad fiscum non pertinent.

S V M M A E.

- 1 *Hæreditas vel legatum multis casibus auferitur, ut ab indigno, & tamen ad fiscum non pertinet.*
- 2 *Hæreditas vel legatum auferitur ut ab indigno, & acquiritur venienti ab intestato, quando relicta est spurio palam, secum si clam.*
- 3 *Hæreditas non acquiritur fisco, sed venientibus ab intestato, quando hæres est indignus, vel omnino incapax ex delicto.*
- 4 *Hæreditas fisco non acquiritur, quando quis est indignus solum, quia fecit contra bonos mores.*
- 5 *Hæreditas non acquiritur fisco quando quis ex suo delicto ipso iure priuatur.*
- 6 *Hæreditas quando non acquiritur fisco, non potest dari certa doctrina.*
- 7 *Hæreditas quando acquiritur fisco, vel legatum, per quos tractetur.*
- 8 *Concubina illicita, vel cognita per damnatum coitum, si res donetur, an pertineat ad fiscum, an verò ad hæredes defuncti.*



M I D E Afflict. in eo titulo, quæ sint regalia, versic. & quæ. vbi ¶ connumerat duodecim casus, quibus res auferuntur, ut ab indignis, nec in fiscum peruenit, sed tamè ex distinctione Bart. in hoc articulo, in d. l. si. col. pen. & ult. & in l. hæreditas. C. de his quibus ut indignis. potes tibi formare multo plures casus, imò veritatem eorum omnium, qui contingere possunt, est materia ampla, ut per Bart. vbi supra, & in l. non intelligitur. in princ. ff. de iure fisci. & alibi sæpe. & vnus casus ¶ ponitur in spurio, cui aliquid relicta sit: quod tamen intelligitur, si palam relinquatur: sed si clam ab hærede, priuatur hæres, & fisco acquiritur, ut per Bart. in d. l. non intelligitur. in princ. & vbi supra. Et si quis est ¶ indignus, vel incapax omnino, etiam si ex delicto veluti deportatus, tamen succedunt venientes ab intestato, tanquam nihil sit scriptum. l. j. C. de hære. instituen. & hæc est communis opinio Bartoli & aliorum ibi, quia si est penitus incapax, fisco nihil auferit. l. j. C. de secundis nupt. cum fisco auferat ab eo, qui accipit, licet non cum effectu. l. ex facto. §. si. ff. de vulg. & pupil. & nota regulam traditam per Bart. & alios in d. l. hæreditas.

quod fisco non auferit id, quod relicta est penitus incapaci, quam præter alios tradit Corn. in d. l. hæreditas. col. iij. in vers. in ea. ibi, si quis incesti, vbi vide alia circa hoc, & tradit nouissime Deci. in l. j. C. de secundis nupt. col. iij. circa finem. & prin. seq. vbi vide omnino. Excluditur ¶ etiam fisco, si solum quis est indignus: quia fecerit contra bonos mores, secundum communem opinionem, ut per Dec. in d. l. j. col. iij. Ipse tamè tenet contrarium fortissimo fundamento, & respondet ad illum textum, super quo est fundata communis. ¶ Quando ¶ etiam quis ipso iure priuatur ex delicto suo, adhuc non pertinet ad fiscum, ex allegata ratione, quod fisco non auferit, vbi ille sit prius incapax, & ponitur in l. si ab hostibus. §. si vir. ff. soluto matrim. & vide omnino Alexandrum & Iasonem in d. §. si vir. quia reprobat distinctionem Bart. in dicta l. si. in fine. An lucrum veniat à lege vel ab homine. Item nota, quod Alex. in dicto §. si vir. in fin. dicit, in hac materia non posse traditam doctrinam: ideo seruanda esse in casu suo iura omnia. Et ex his verbis etiã non est reprehendus Afflict. qui colligit ¶ duodecim casus particulares, in quibus fisco nihil acquiritur. Et vbi velles plures colligere, & plura scire in hac materia, vide Soc. conf. lxxxiij. col. iij. & conf. xxij. col. pen. Bart. conf. cxvj. aliquid per Barba. confil. xxvij. col. x. vol. j. conf. xlvj. eod. volu. Doctores in l. si pater. C. de hæred. instituen. & in l. ex facto. §. Iulianus ff. de vulg. & pupi. & omnino in dicta l. hæreditas. & per Veron. cautela clxxxij. Et ¶ quando quis donat concubinæ illicitæ, vel cum qua ex damnato coitu rem habuerit, vtrum illud pertineat ad fiscum, an ad hæredes defuncti, vide omnino Corne. in d. l. hæreditas. col. iij. versic. circa hoc. Iafin. l. iij. §. sed quod meretrici. col. j. ff. de condict. ob turpem causam. & Caccialup. in l. si qua illustis. col. antepe. circa medium. C. ad Orficiam.

Tit. de Bonis vacantibus.

S V M M A E.

- 1 *Bona vacantia pertinent ad fiscum.*
- 2 *Bona vacantia dicuntur, quando nullus consanguineus, vel legitimus hæres relinquatur, vel relicta repudiat.*
- 3 *Index quibus sit in administratione bonorum vacantium, etiam quando hæreditas est damnosa.*
- 4 *Hæredem nullum esse per proclama verificatur.*
- 5 *Succedentes ante fiscum in bonis vacantibus qui sint.*
- 6 *Bona vacantia an querantur fisco ipso iure quo ad dominium & possessionem.*
- 7 *Differentia inter fiscum & priuatum super hereditate.*
- 8 *Bona vacantia quanto tempore prescribantur.*
- 9 *Bona vacantia quot modis dicantur.*
- 10 *Fiscus non est hæres proprie, quando bona vacantia ad eum deferuntur, sicut quando est institutus: quia primo casu non tenetur ultra vires hereditarias, secundo autem tenetur.*
- 11 *Fiscus quando dicitur verè hæres.*
- 12 *Bona vacantia apprehendi debent per fiscum, facta prius inquisitione, vbi sint bona, & postea de descriptione, modo proclamare, ut si quis sit hæres, veniat: & nullo veniente tunc apprehenduntur: & sit eorum unio cum bonis fisci, non autem ut sit hoc tempore, & male.*
- 13 *Fiscus iurisdictionis non est acquiritor bonorum vacantium: & ideo illam non habet, qui meri & mixti imperij concessionem habet.*

BONA



B O N A ¶ vacantia pertinent ad fiscum. l. j. & per totum. C. de bonis vacantibus. libro x. l. j. in pri. ff. de iure fisci. & in tit. quæ sint regalia. in vrbis feudor. & ¶ dicuntur vacantia, quando nullum habent successorem, vel nullum esse speratur. Angel. cont. cxciij. col. pen. & conf. præced. in pri. Bar. in l. si. §. ff. de fideiuss. & videretur dicendum hæredis tunc deficere, quando verè deficiunt: quia non reperiuntur in rerum natura tempore mortis, non quando existunt, sed repudiant, per glossam in l. sancimus. §. cum autem. ad Trebel. Tamen non est verum: quia satis est, ut repudiet hæreditatem. Alex. in rubrica. ff. de acquir. hereditate. col. fin. versic. aut fisco. Ad glossam responde, quod in terminis illius textus locum habet quod ibi dicitur: quia text. loquitur, quando quis sine hærede decedit: & illud intelligitur ibi, ita ut nullus existat: verum tamen an tunc solum sint bona vacantia, nec glossa, nec Bartol. aperit: & scientia, quod nullus adit, vel nullus esse speretur, pendet à proclamate, quando nullus compareret, ut infra dicam circa finem. Et hos terminos non ignorare expedit non solum quo ad utilitatem ratione bonorum, verum etiam ut sciamus quis ¶ iudex sit competens: quia in administratione bonorum vacantium est iudex procurator Cæsaris, alioquin si quis speretur hæres, est iudex ordinarius, Angel. in dictis consiliis. & vbi de nullo interesse fisci tractatur: quia hæreditas (si hæreditas dici potest) damnosa esset, male facerent iudices fisci, si, ut morem gererent aliquibus creditoribus, bonorum iudicium ad se traherent, & maxime in hoc dominio Mediolani, in quo à sententia inter fiscum & priuatum non potest appellari. Et nunc dicitur fraudem hanc contigisse in bonis cuiusdam, ad quæ cum animi adiecerent quidam amicissimi nonnullorum ex procuratoribus Cæsaris, quamuis esset damnosissima, factum est, quod fisco se uti in bonis vacantibus intromisit, & ad fauorem illorum sententiam tulit: & ut color rei adderetur, venit tertius, qui fisco obtulit parum pecuniarum, & forte dedit. Et ¶ ad prædicta maxime quod requiritur proclama ad hoc ut nullus possit dici hæres, vide Paul. de Castro in dicta l. sancimus. §. cum autem. & qui ¶ succedant ante fiscum, ponit glossam in dicta l. j. C. de bonis vacantibus. vbi habes, quod ultra uxorem, quæ ultimo loco admittitur, etiam succedit collegiū, socius liberalitatis imperialis, & alij. de quibus ibi, & latius per Ioan. de Platea. ibi columna tertia, versic. nunc quæ sunt personæ. & Afflict. in d. tit. quæ sint regalia. in verbo bona vacantia. Et ¶ an querantur fisco sine additione ipso iure quo ad dominium: quia possessionem certum non est quæri, vide Bartol. in l. j. §. an bona. ff. de iure fisci. qui clarè sentit etiam dominium non quæri: quia dicit, si deferatur hæreditas, requiri additionem: sed si ob delictum veniant in fiscum, tunc ipso iure quæri. Quod vltimum etiam tenet Comensis consilio xxxij. circa finem. & cum Bart. quando deferatur hæreditas, etiam sentit Ioan. de Platea in dicta l. j. col. penul. & ibi habes quid iuris sit, quo ad relicta ad alias causas. Et Bart. vbi supra, absque dubio loquitur, quando deferatur hæreditas fisco ex institutione: quia etiam ita loquitur glossa ibi. Sed quado deferatur, quia bona sint vacantia, glossa sentit non requiri additionem, quia venit fisco non uti hæres. dicta l. prima. C. de bonis vacantibus. Bar. & Alex. in rubr. ff. de acquir. hære. Et hanc opinionem tenet Afflict. vbi supra: & quia dixi per

Bosius

sessionem non quæri sine apprehensione, scias ita probari in specie, per leges sub eodem tit. de bonis vacantibus. scilicet l. iij. & l. si vacantia. & per l. defensionis facultas. C. de iure fisci. & per regulam, quæ vult, ut licet aliquando quæretur dominium sine traditione, nunquã tamen in possessione hoc eueniat, ut est glossa in l. si cum duobus. §. idem respondit. ff. pro socio, nisi in vno casu, ut per Alexandrum in l. si mora. ff. sol. mattim. col. ij. non tamen hoc locum habet secundum decretum nostrum: quia in confiscationibus ipso iure fit apprehensio & unio. Et ¶ quo ad hereditatem inter fiscum & priuatum magna est differentia. Nam, fisco adit per procuratorem, priuatus non: fisco aditam repudiat, priuatus non: fisco non aditam transmittit, fisco autem priuatus: sed conueniunt in multis, ut per Ioan. de Platea in dicta l. prima, columna secunda, in fine, & principio sequentis. & ibi etiam ponit columna fin. quanto tempore prescribantur bona vacantia, & columna tertia, ¶ quot modis dicantur bona vacantia, & ad quem perueniant, ¶ & quomodo differat hæreditas vacans à iacente, ponit Ioannes de Platea dicta l. prima, columna prima. & Afflict. vbi supra. Et ¶ quando ex delicto bona ad fiscum perueniunt, tunc fisco succedit bonis: quando verò bona sunt vacantia, & quado instituitur, tunc succedit personæ, & bonis: & idco tunc in eum transit instantia. Sed priore casu non, ut declarat Ioannes de Platea in dicta l. prima, columna prima, sentiens hoc casu fisco esse hæredem proprie, sicut quando esset institutus, quod non est verum: quia hæreditas est successio in vniuersum ius. Sed fisco etiam sine inuentario non tenetur ultra vires hereditarias, ut per Alexand. post alios communiter in rubrica. ff. de acquir. hereditate. columna fin. versic. vltimo dicit Imol. vbi vide: & Bartol. etiã expressè id tenet in l. prima §. an bona. ff. de iure fisci. ex quo sequitur, quod hoc casu fisco non succedit uti hæres, & probat textus in dicta l. prima. C. de bonis vacantibus. Verum quando esset institutus, tunc tenetur ultra vires hereditarias, si non conficeret inuentarium: ita ibi apparet esse commune, licet contrarium probet textus in dicto, §. an bona. inuncta glossa ibi, quæ illum textum declarat, continuando ad principium illius legis: est verum, quod Albericus ibi intelligit solum in bonis vacantibus: Et vide, ¶ an fisco ¶ dicatur hæres verè, quæ dixi supra in titulo, de bonorum publicatione, versic. an fisco teneatur satisfacere creditoribus hereditariis. Et adde ibi dictis in hoc vltimo Iasonem in l. ex facto. §. Iulianus. nume. 3. ff. de vulgari & pupillari. & circa instantiam, an transeat in fiscum in hereditate vacante, vide quæ dixi supra in titulo, de fisco versic. in fiscum non transit instantia, vbi teneo non transire, sed perire, sicut etiam quando ob delictum bona fisco quæruntur, reprobat Ioanne de Platea, & eius ratione. Quæro ¶ tamen quis sit modus in practica apprehendendi bona vacantia: quia video non multis abhinc diebus inductæ fuisse practica in magistratu extraordinario, quæ mihi maxime displicet: Nam ut nuntiatur fisco aliquè decessisse sine hærede, itam sit apprehensio bonorum illius, & ponuntur ad proclama cum ingenti molestia eorum, ad quos postea apparet hereditatem pertinere, maxime in soluendis salariis ipsi magistrato, super ea discussione, quæ fieri debebat ante molestiam. Practica igitur iuridica hæc est, cum deferatur fisco aliquem decessisse ab intestato sine hærede legitimo, in primis fit inquisitio, vbi nam sint bona, & describuntur simpliciter absque aliqua molestia possessoris.

S 3

deinde ponuntur ad proclama, vt statuto termino, si quis sit hæres, compareat. &c. & nemine comparente, verè tunc dici potest illum decessisse sine hærede, & ita apprehendantur, post ea bona descripta, fit vnio, & ponuntur ad proclama, propter creditores ius prætendentes, vt latè & clarè docui supra sub titulo, de proclamata quod sit bonis publicatis, in versiculo, secundò scias, vbi omnino vide: quia non solum eris clarus in hoc casu, sed etiam quando bona confiscantur ex delicto, & non mirum, si fieri debet absque molestia possessoris, vel hæredis, qui postea apparet verus hæres, allegata inquisitio, videlicet, si sit aliquis hæres, &c. quia potest excludi fiscus non solum à coniunctis, sed etiam ab infinitis aliis, scilicet, collegio, & aliis, vt dixi supra. Quæro etiam, an t acquiritio, quam facit fiscus bonorum vacantium, sit ex fructibus iurisdictionis, siue inter fructus iurisdictionales, ita vt qui habet merum & mixtum imperium & omnem iurisdictionem, acquirat bona vacantia, videtur non esse, per decisionem Alberi. in l. prima. C. de usufructu. vbi latè tenet bona, quæ reuertuntur in fiscum ob finitam generationem, non esse fructus iurisdictionis: & proprius ad hanc rem accedendo, imò in specie concludendo, quod non videbis supra in titul. quæ sint regalia. vbi generaliter de regaliis tractatur: & ibi habes, quòd cui concessum est merum & mixtum imperium, non potest hæc bona acquirere, Et vide quæ dixi in hac materia hæreditatis vacantis supra sub titul. de pænis, in vltimo versu. & per Afflict. vbi supra.

Tit. de Metallis & argentifodinis.

S V M M A E.

- 1 Metallarius à publico electus cum licentia principis potest fundum cuiuslibet fodere eo inuito, ad perquirendum metallum sine læsione superficie, nisi dominus ipse vellet perquirere, quia tunc potest prohibere.
- 2 Argentifodina dicuntur esse ex regalibus.
- 3 Metallarij tenentur dare decimam principis metalli effossi.
- 4 Vena auri vel argenti sunt dominorum fundi, & ipsi possunt fodere, & locare sine privilegio principis.
- 5 Princeps non potest aliquid facere quo ad venas auri vel argenti, quando dominus inuenit, vel alius: & ipse vult fodere, secus si nollet: quia vnica princeps potest mittere qui fodiant.
- 6 Metallifodendi privilegium concessum sine mentione hæredis, non transit ad successorem, nec hæres continuatur in dicta possessione: quando dominus contradixerit.
- 7 Consuetudo vt etiã in fundis priuatis nullus nec etiam dominus possit aliquid facere præter principem, ita vt princeps disponens nec quo ad restitutionem pretij teneatur seruare, etiam in argentifodinis.
- 8 Metallifodendi ius vt sit publicum, vindicarunt ciuitates Imperij, secundum Iserniam, & an sit illi credendum.
- 9 Metallifodendi consuetudo xxx. annis est prescripta.
- 10 Metallifodendi ius in territorio infudato an sint vasalli, pendet ex forma privilegij.
- 11 Vena auri vel argenti reperta in re infudata sunt vasalli, non autem principis, licet decima spectet principi, nisi aliud vellent verba inuestitura.
- 12 Metallifodendi ius in locis priuatis sunt priuatorum,

in publicis principis, maxime quando castrum esset concessum cum pertinentiis & argentifodinis.

13 Ius quærendi in fundis priuatorum metallum, & ius decima censetur translatum, quando sunt translata regalia: Secus si tantum dictum esset, Cum argentifodinis.

14 Metallifodendi, & decimarum ius videtur translatum, concessio castrum cum pertinentiis in feudum, quando metallifodina sunt in locis publicis in communi vsu: secus si sint in fundo principis.

15 Decima materia in metallis venis vbi tractetur.



QUÆRO aliquis t vult perquirere in meo monte metallum, an possit me inuito: Paulus de Cast. in l. diuortio. §. si vir. ff. soluto matrimonio. tenet eum posse, sine læsione tamen superficie ob publicam vtilitatem, allegat text. cum gloss. in l. quosdam. & in l. cuncti. C. de metallariis, & metall. & procuratoribus eorum. libro xj. & responder ad l. venditor. §. si constat. ff. cõmunia prædior. quæ vult domino inuito non licere eius fundum ingredi in perquirendis lapidicinis, nisi consuetudo sit contraria: nam dicit Castren. textum illum loqui in lapidicina, quæ reperitur in superficie fundi, & quæ non potest fodi sine eius læsione. Aliud verò esse in metallis auri & argenti, quorum vena reperitur sub terra, & sine læsione superficie fundi illius possunt fodi: & in lapidibus, qui pari modo reperiuntur prout sunt cotes, quibus ferrum acuitur, de quibus ipse Paul. de Cast. principaliter format quæstionem. Hanc opinionem etiam in effectu sequitur Alexand. in l. j. in apostillis ad Bart. C. de metallariis, & metallis, & procuratoribus eorum. dicto libro xj. dum dicit notabiliter licitum esse ciuibus perquirere in quolibet fundo, nostro modo, & forma, de quibus ibi in ead. l. j. & ita etiam Paul. de Cast. in consil. lxxvj. vbi vult licere mihi, qui fodio in meo ire in prædium vicini, sequendo venam auri & argenti, vel alterius metalli, dicens contrarium in lapidicinis, & idem Capola. in tit. de seruitut. in titu. de monte. qui facit differentiam inter metalla pretiosa, quæ non reperiuntur nisi in raris locis, & rarè: & lapidicinas, quæ vbi que ferè inueniuntur: quia pro istis non licet fodere alienum agrum: pro aliis secus, fauore publicæ vtilitatis. Et hæc partem sequitur Imola in consilio lxxxvj. & in alio consilio cxxiiij. columna secunda, versiculo circa secundum. cum hac tamen declaratione, vt dominus possit prohibere, vbi velit ipse fodere, aliter non, vt ibi notatur per eum: & licet primò soluat contraria, faciendo differentiam inter marmora, & alias lapidicinas, vt de marmoribus loquitur l. cuncti. & l. quosdam. quæ probant quem posse ingredi fundum alterius ad inueniendâ metallâ. Tamen postea se redigit ad secundam solutionem, quæ est, vt etiam in aliis lapidicinis, & consequenter multò magis in venis auri & argenti, & aliorum metallorum procedat opinio Pauli de Castro, & videtur hæc esse communis opinio in dicta lege cuncti. & in titulo, quæ sint regalia in verbo, argentaria: vbi est materia, intelligendo tamen prout sentit Alexander in dicta lege prima. modo & forma, de quibus in eadem lege prima, scilicet soluendo pro introitu officij metallarij tertiam partem vnici illius metalli, quod vult fodere: & ita à principe sibi acquirendo privilegium quærendi, prout fecit Sufficiens, qui à duce Francisco Secundo Sfortia obtinuit privilegium ad perquirenda metalla.

metalla: hoc habetur clarè in dicta lege prima, & ibi glossa & elarius Bartolus & Ioannes de Plat. in dicta lege, cuncti. vbi dicit metallarios publicè ad id electos posse ingredi fundos alienos, & perquirere metalla inuitis dominis: vnde dum plures Doctores in hac materia formant quæstionem, An liceat vnici quæ ita facere, & aliqui concludunt non licere, vt Iacobinus de sancto Georgio in sua inuestitura, super verbo, cum argenti fodinis & salinis. & Andr. de Kerna in dicto tractatu, quæ sint regalia. & Doctores supra allegati, & non explicant an loquatur de persona priuata, an etiam de metallariis à publico electis: vel incautè loquuntur, vel malè: quia intelligi debent de electis à publico, aliàs res esset clara iudicio meo, quòd non liceret: potest igitur si est metallarius, nec tamen licet passim domino vtare, nisi etiam velit ipse exercere illud officium propter bonum publicum: & hoc vltimum, quòd præferatur dominus, dicit Paul. de Castro in d. l. venditor. §. si constat. ff. cõmunia prædior. & sequitur Afflict. in eo titulo, in verbo, argentaria, dicens hoc videri satis rationabilè secundum naturalem rationem insitæ nature. Ex prædictis apparet etiam t flicum habere ius in fundis priuatorum, in istis venis, videlicet, dando facultatem inueniendi, & quo ad hoc hæc argentaria dicuntur esse ex regalibus: & ita potest verificari textus in eodem titulo, quæ sint regalia. in eo verbo, argentaria: & hoc expressè Aluarius & Præpositus ibi. Haberet etiam aliud ius, quia t decima illius metalli sibi debetur, dicta l. cuncti. & hoc ius est inter redditus principis, & inter sua vtilitatis. l. inter publica. in fine. & ibi glossa. ff. de verborum significatione. Et hoc non habet difficultatem: & ita etiam in privilegio præfati Sufficiens hoc est expressum, vt de quolibet metallo inuento teneatur dare decimam partem ipsi Duci. Et ita etiam potest verificari allegatus textus in verbo, argentaria: quia quo ad hoc emolumentum dicuntur Argentifodina ex regalibus. Et vide latius quo ad has vtilitates sibi Ioannem de Platea in dicta l. prima. C. de metallariis, & metall. & procuratoribus metallorum. Residuum verò est dicti metallarij, dicta l. cuncti. & per Doctores supra. Apparet igitur ex prædictis t has venas eorum esse, quorum sunt fundi, & ipsos sine difficultate posse fodere sine privilegio principis, locare, & disponere de eis. & ita expressè Ioannes de Platea in dicta l. cuncti. quæ conclusio non solum procedit à principio fundi acquisiti, sed etiam si postea inuenirentur, quia adhuc sunt domini, sicut quælibet alia pars. l. finali. ff. de fundo dotali. item si fundum. §. primo. ff. de usufruct. & dicto §. si vir. & Imola in dicto consilio octuagesimo primo, columna prima. Apparet etiam ex prædictis, quòd t aut dominus inuenit venam, & vult fodere, & quætere, & tunc princeps non potest se negotio interponere, aut non vult fodere, vel alius tertius illâ inuenit, & non vult eum possit (prout supra declarauimus) perseuerare in opere: & eo casu potest princeps mittere metallarios expertos ad opus perficiendũ, propter publicâ vtilitatem, quæ consistit, vt inueniatur aurum, tunc etiam pro interesse suæ decimæ. Et ita intellige quæ dicit Afflict. in dicto verbo, argentaria, in secunda columna, versiculo, sed quæro, an princeps. qui ita voluit loqui, aliàs ineptissimè loqueretur, & contradiceret omnibus, quæ superius dixi. Adverte etiam dum Afflictus columna prima in fin. dicit in inuentore durare illud ius, donec viuat: quòd locum habet, si velit laborare, aliàs non, per prædicta, alle-

gat legem apud Iulianum. §. si cui. ff. delegati primi, vbi est textus, quòd privilegium concessum mihi non facta mentione hæredis mei, vt possim fodere lapides in tali fundo, non se extendit extra personam meam, & notatur in l. fordidorum. C. de excusationibus munerum, libro decimo. vbi glossa, ponit, quando privilegium concessum personæ transeat in hæreses, est materia l. quia tale. ff. soluto matrimonio. vbi Bartolus tradit solemnem distinctionem, quam sequitur Alexander ibi: & ideo secundum distinctionem Bartoli videtur hoc privilegium à lege concessum fodendi in fundo priuato, parare mihi in vita exceptionem peremptoriam, & etiam transire ad hæreses. Ita Bartolus ibi, & Alexander sequitur, nisi dicas in contrarium esse textum in indiuiduo in dicto §. si cui. Et, quòd plus est, Bartolus non facit ad rem: quia loquitur, quando concessum est in privilegio, vt nemo possit agere contra me: & sic vt possim repellere exceptionem peremptoria. Nos, quando ex privilegio possum fodere: & consequenter sumus in alio membro Bartoli, dum dicit, aut continet concessionem, & tunc non durat: & ad hoc est textus in dicto §. si cui. vnde & Bartolus obstat dicto §. si cui. & decisio Afflict. Et si disputaretur inter hæredem metallarij, & dominum fundi, super continuatione possessionis, iuxta decretum possessio defuncti continuetur in hæreses: & hoc ab hærede allegaretur, contrarium dicente domino fundi, ex quo deficit ius clarè, iuxta consil. Imolæ decimum sextum, dicerem hæredem non esse continuandum, tum ob dictum consil. Imolæ, tum per textum in capitulo secundo, si de feudo fuerit controuersia inter dominum & agnatos. vbi quando est dubium, an sit feudum, filia ponitur in possessione: secus si est clarum, & ita communiter Doctores ibi: & hæc opinio est æqua: quia satis est, vt inuito domino in vita inuentoris perseueret ius. Non tamen est omittendum, t quòd omnia prædicta cessant vbi aliter se haberet consuetudo: demus enim consuetudinem esse, vt etiam in fundis priuatis nullus, nec etiam dominus possit aliquid facere in his argenti fodinis præter principem, vel eum, quem ipse ad hoc elegerit: certè hæc consuetudo attendetur, & obseruaretur: & tunc verbum illud, argentaria. in titu. quæ sint regalia, verificaretur: & ita omnes super eo textu per dictum §. si constat. facta tamen satisfactione domino fundi eius, quòd sibi auferretur, quòd erat suum, sicuti pro concessio habuimus esse has venas, iuxta dictas leges, item si fundum. §. j. & d. §. si vir. & d. l. si. & l. æquissimum. §. j. ff. eod. tit. de usufructu. & l. iij. cum seq. ff. de rebus eorum, qui sub tut. & ita Afflict. in dicta columna secunda, versiculo sed quæro, an primò. & hoc nisi etiam consuetudo se extenderet ad non solutionem pretij: in quo tamen non recedendum arbitrò à capi. fin. de consuetu. & not. in cap. quæ in ecclesiastum. de constitutionibus. & in l. Barbarius Philippus. ff. de officio prætoris. Nec t est obliuioni tradendum verbum Iserni in eo verbo, Argentaria, dicentis ciuitates Imperij vindicare sibi hoc ius, vt sit publicum, nisi habeatur privilegium. Cui tamen authoritari non crederetur, nisi aliter ostensa hac consuetudine, & quòd hoc sibi vindicarent, iuxta ea, quæ ponit Iason in lege de quibus. columna penultima, & vltima. ff. de legibus. dum contra Bartolum ibi, tenet non esse credendum illi. Doctores de consuetudine attestant. Dicit

9 tamen Afflictus, quod t consuetudo hac debet esse praescripta triginta annis: quod verbum est summe notandum, posset tamen in contrarium allegari hic Mediolani statutum, vt nulla consuetudo admittatur contra iura scripta, nisi velis dicere non posse allegari contra fiscum: quod tamen nihil obest, nisi aliud statutum habeas hoc disponens: quia fiscus non est privilegiatus, nisi vbi expresse appareat eum esse privilegiatum, vt dixi supra in privilegiis fisci. Scias etiam ex praedictis decidere quaestione, quando t vasallus inuenit venam argenti, vel ab alio inuenitur, vel queritur in suo territorio, an sit sua, & an ius quaerendi sit suum, vel principis, qui illum in feudauit: quia aut loquimur, quando inuenitur in territorio sibi infeudato, & non in re sibi infeudata: & tunc res pendet a forma privilegij, iuxta cap. porro. de privilegijs. & earenus sit ius, quod habebat princeps feudatarij, iuxta dicta & declarata supra, quatenus reperitur in eo privilegio concessum: & ita si reperitur Aurifodinae in loco publico, illa veniunt, si omnia regalia sunt concessa, vt dicam statim: si in loco priuato, venit ius inueniendi, iuxta dictam l. primam. C. de metallarijs, & metallis, & procurator. metallor. & ius decimae, iuxta dictam l. cuncti. eodem titulo: etiam quod expresse & in indiuiduo de regalibus non sit facta mentio, sed in genere, iuxta notata per glossam & Bartol. in l. prima. C. de bonis vacantibus. libro vndecimo. & dicta And. de Ilermia & Afflict. in loco, de quo supra, columna secunda, in principio. Aut loquimur, t quando inuenitur in re sibi infeudata: & tunc sumus in quaestione de vasallo, emphyteuta, & usufructuario, qui inuenitur in venis, an ad eos pertineant: Et dic in feudatario esse ipsiusmet, & non principis. Ita Alberic. in l. item si fundi. in principio. ff. de usufruct. & iudicandum est de his argentifodinis, sicut diximus de his, quae reperuntur in quolibet alio fundo, pleno iure alterius: quia vtile praevalet directo, gloss. in authentica, nisi tricennales. C. de bonis vacantibus, libro vndecimo. & sic etiam decima spectabit principi. & ita Afflict. & Iler. vbi supra, nisi tamen verba ampla inuestitura aliter vellent, iuxta dictum cap. porro. Dixi in praedictis de aurifodinis, t quae inueniuntur in locis priuatorum: quia de alijs iuuentis in locis publicis res non habet difficultatem, quod sunt principis: & ita Andreas de Ilermia, & alij, vbi supra, quae sunt regalia. & ideo si princeps concedit in feudum castrum cum pertinentijs, & in ipsis pertinentijs sunt loca publica, vbi ad sint aliqua ex his venis, etiam ipsae veniunt, secundum praedicta, & magis quando explicatur eum argentifodinis: sed si reperiantur in fundis priuatorum, non veniunt, quia sunt priuatorum: & ita expresse Iacobi, vbi supra, in fine, vbi omnino vide. Sed an veniat saltem ius quaerendi, iuxta dictam l. primam. C. de metallarijs, & metallis, & procuratoribus metallor. libro vndecimo. & decima, iuxta dictam l. cuncti. loquor t vbi reperiantur in fundis priuatorum: & dic venire, quia virumque est regale (vt dixi) loquor tamen vbi regalia sunt translata, non si solum sit dictum: eum argentifodinis inquit loquitur Iacobinus: quia tunc, si loquimur de argentifodinis, sunt priuatorum personarum: & si loquitur de istis regalibus, non sunt translata: & ita intelligitur longe magis Iacobin. quam ipse exprimat. Aduert tamen, t dum dixi, quado in locis publicis ad sunt, tunc transire in feudatarium: quia hoc idem videor dixisse supra, in versic. aut loquimur post Albericum. in dicta l. item si fundi. in principio. & sic superflue. Sed dic, quod ibi loquutus sum de fundo principis, qui

centetur priuatus ipsius principis: sed postea loquutus sum de locis publicis, quae sunt in vsu communi. Et hos terminos declarat textus in l. secunda. §. publici. & §. sequenti ff. ne quid in loco, vel itinere publico fiat. vbi vide. Et primo casu decima non transferretur, vt dixi, nisi tamen aliter vellet concessio, secundo casu totum videtur translatum: quia l. cuncti. loquitur in fundis priuatorum: & modo intelliges hac materiam, quae prius fuit male enucleata. De hac materia t maxime decimae, de qua supra, vide omnino in decif. Neapolit. cccxxj. & an possim inuito domino ingredi fundum ad metallum inueniendum, vide Albericum in dictionario in verbo, alchimista. Oldrad. consilio lxxiiiij. & consilio lxxxvij. & an liceat facere alchimiam, vide Albericum, vbi supra, & Oldrad. in dicto consilio lxxiiiij. & Bald. quae sunt regalia, columna tertia, circa finem.

Tit. de Via publica.

S V M M A E.

- 1 Via publica numeratur inter regalia.
- 2 Princeps an possit prohibere iter extero per viam publicam.
- 3 Via publica materia vbi & per que latissime tractetur.
- 4 Publico in loco non licet aliquid facere, nisi consentiente principe, etiam si nihil noceat loco publico.
- 5 Publico in loco non licet aliquid noui facere, per quod fiat prauidicium priuato.
- 6 Edificare supra muros ciuitatis vel castris an quis possit.
- 7 Vectigalia an possint imponi transeuntibus per viam publicam.
- 8 Via publica an possit claudi.
- 9 Via publica an possit praescribi.
- 10 Via ex quibus praesumatur, vel probetur esse iuris aliam.
- 11 Via intermedia cuius iurisdictionis vel iuris esse praesumatur.



N VLLI t dubium est, quin via publica connumeretur inter regalia: & sic quin sit principis, contra quod obstat l. ij. §. hoc interdictum ad ea. ff. ne quid in loco, vel itinere publi. fiat qui textus iuncto rubro vult, vt via publica non sit in patrimonio fisci: & ita totus titulus & rubrum. ff. de locis & itinerib. publicis. Solutio est, quod ipsum solum viae est principis, sed via est publica. Ita Affli. super verbo. viae publicae, vnde infert, an t princeps possit prohibere iter per viam publicam extero, formaque multas alias quaestiones in hac materia viae t publicae, sed tu recurras ad Capol. qui pulcherrimum tractatum & doctissimum fecit in tractatu de seruitutibus, super hac materia viae, & in titu. de seruitute vie, vbi per decem chartas omnia pertractat: & in vij. quaest. vbi loquitur de via regali & publica, ostendit Afflict. ne scire quid dicat. & idē etiam in octaua quaestione, dum cōcludit, quod princeps potest prohibere & suis & exteris, ne vadant per viam: & latissime in decima quaestione ponit, cuius sit via publica: quia, vt dixi, regalis est, & sic principis, & fisci: & tamen in d. §. hoc interdictum ad ea. clare probatur cōtrarium, tandem resolvens se in sex conclusionibus, & in quinta conclu

conclusionone dicit, quod si concurrat ciuitas cum superiore, in disponendo de via, praefertur princeps, per cap. j. quae sint regalia. & in sexta ait, quod princeps potest tollere ciuitati potestatem statuendi super via publica, & alijs rebus publicis: & omnino est videndus Capol. in dicta decima quaestione in ij. colum. dum allegat Bartol. in l. ij. §. j. ff. ne quid in loco publi. componentem contraria, & dicentem, quod quaelibet via publica principaliter spectat ad ciuitatem Romanam, & sic in effectu ad principem: pro quo est textus, secundum eum, in d. cap. j. quae sint regalia. Sed quaelibet ciuitas habet ius in via publica ex permissione ciuitatis Romanae, & sic principis. Subicit deinde quaestione, An loca publica possint alienari, & per quem, & quomodo: & cōcludit secundum dictas sex conclusiones, imo addit aliam septimam. Successive in quaestione vndecima quaerit, An per viam publicam sit licitum priuato ducere aquam simpliciter, vel per conductum ligneum, vel lapideum: de quo in hoc dominio habemus ordines. Et successiue quaerit, An supra viam publicam sit licitum facere pontem, & an via publica aliquo modo possit per priuatum occupari, & an via publica possit claudi, & de munitione, & refectione viae amplissime dicit, & quado quis vult edificare in via publica, vel aliquid immittere, & quomodo formetur libellus tam in interdicto, Ne quid in loco publico, quam in interdicto, de via publica, & itinere publico rescindendo. Et nota ultra praedicta, quod t in loco publico non licet aliquid facere, etiam si nihil noceat loco publico, nisi consentiente principe. Aretin. consilio trigesimo. Et nota ultra praedicta, quod t etiam aliquid noui fieri in loco publico, per quod fiat prauidicium priuato. Paul. de Castro consilio centesimo nonagesimo sexto, columna quarta. Et t an possit edificari supra muros ciuitatis vel castris, vide Soc. consil. cccij. columna secunda circa finem. Et t adde circa vectigalia imponenda transeuntibus per viam publicam, quae dicit Capola in dicto titulo in versiculo, quaro octauo. post Bald. & Aluarot. in vrbibus feudorum. & quae dixi supra in materia flumin. Et circa t claudenda viam publicam vide Ang. consil. xvij. Balj. vol. consil. cccxvj. & ibi etiam, t an possit preferri, de quo etiam per Capola vbi supra. Et t ex quibus probetur, vel praesumatur via esse iuris alicuius, vide Capolam consilio xij. columna ij. & seq. Et t cuius iurisdictionis & territorij praesumatur esse via intermedia, vide Petrum de Baldis in tractatu de societate, vndecima parte, quaestione vigesima secunda.

Tit. de Remissione mercedis conductorum.

S V M M A E.

- 1 Remissionis circa pensionem rei locata, in qua propter bellum, vel aliter damnum datum sit, materia per quos late tractetur.
- 2 Remissio pensionis fit, quando secundum vulgi opinionem est sterilitas.
- 3 Remissio ad ratam fieri debet, quando deductis impensis non est perceptum dimidium eius, quod est solitum percipi: & ita capitulandum est de impensis factis, de solita perceptione, & de sterilitate, quae venerit.
- 4 Remissio fit, quando de ductis impensis, non superest dimidium pensionis soluendo.

- 5 Remissio non fit, quando perceptum tantum sit, vt valeat dimidium pensionis, deductis impensis, & qualiter quando capitulandum sit de pretio.
- 6 Remissio non fit, quando fructus percepti sunt ultra dimidiam solita perceptionis, licet ita vilis pretij sunt, vt non ascendant ad dimidiam pensionis.
- 7 Remissio fieri debet habita ratione ad quotam partem perceptam, non autem ad eius pretium, quando in inuestitura dicitur, quod fiat remissio ad ratam.
- 8 Remissio fit, quado damnum est ultra dimidiam, etiam si quo ad nummum tantum excederet: secus si in dimidia tantum esset.
- 9 Estimatio fructuum in remissione, quae fieri debet, attenditur secundum tempus collectionis.
- 10 Sterilitas secundum vulgi opinionem quomodo consideretur.
- 11 Remissio non fit, quando laeso est in tertia parte perceptionis.
- 12 Remissio, vt sit arbitraria iudici, non esset absurdum tenere, & quare.
- 13 Arbitrium iudicis qui casus sint relictii.
- 14 Arbitrium iudicis circa qua versari debeat in remissione.
- 15 Remissio propter quale damnum peti possit.
- 16 Remissio quare in locatione fiat, & non in venditione.
- 17 Remissio an in alijs casibus fieri debeat, quando aliqui sunt reseruari in conductione.
- 18 Fiscus quas rationes consideret in remissione, & maxime quod bellum sit contra principem, vel eius culpa motum.
- 19 Pretium fructuum licet non sit probatum, tamen iudex potest a semetipso vestigare.
- 20 Locatio an sit vna, vel plures quo ad remissionem, quae sit utilitas.
- 21 Locatio dicitur vna, quando vnicum est pretium, licet plures sint fundi.
- 22 Conductor generalis quando cogatur facere remissionem suo conductori particulari, & tamen sibi non fiat.
- 23 Locatio interdum vnica dicitur, quando pro certo tempore facta est conductio, & tamen solutio sit sapius, quamuis quo ad remissionem dicantur plures.
- 24 Fertilitas vnus anni supplet sterilitatem alterius, quando de duobus annis tantum agitur, vno fertili, & altero sterili, & vno minus dimidia sit perceptum, altero illud plus quod in sterili fuerat deperditum, & sic integra pensio soluitur pro ambobus.
- 25 Veritas vnus anni, quae non sit tanta ultra solitam perceptionem, quantae fuit sterilitas alterius anni, an suppleat sterilitatem, remanet in arbitrio iudicis, & vulgi opinione.
- 26 Remissio vt fiat, si sit intolerabile damnum, considerata vniuersali locatione, alijs non est erroneum non iuridicum.
- 27 Veritas non debet excedere duplum eius, quod solitum est percipi, ad hoc vt fiat remissio.
- 28 Remissio integra fit in anno sterili, quando conductor alio anno supra solitum percipit, non tertiam plus solito, sed minus: secus si tertiam percipit, quia fiet tunc compensatio.
- 29 Fertilitas non semper compensatur cum sterilitate.
- 30 Veritas quod tunc dicatur, quando percipitur ultra dimidiam eius, quod solitum est percipi, non est a iure approbatum.
- 31 Veritas & lucrum differunt, sicut damnum & sterilitas, in materia remissionis.
- 32 Veritas an compensetur cum anno vel annis sterilibus quando

- quando in locatone plures anni sunt, quam duo, si aliqui termini sunt non steriles, sed damno tantum.
- 33 Lucrum intelligitur circa ubertatem, & damnum circa sterilitatem.
- 34 Sterilitas ita debet dici, quando tertia minus est perceptum, quam solum sit percipi, ubi agitur ut suppleatur a fertilitate, sicut quando tractatur de remissione.
- 35 Fertilitas compensatur cum sterilitate, etiam si sterilitas non sit ultra dimidiam, sed sit tantum in tertia, vel circateriam.
- 36 Annus solus est in consideratione, licet diuisio solutionum fiat in menses.
- 37 Remissio ex quot causis fiat.
- 38 Remissio peti potest, quoties vis ingruit, cui non potest resisti.
- 39 Remissio non fit, quoties fundus vitio rei, sine culpa conductoris non potuisset pati nimiam pluuiam, vel nimiam siccitatem.
- 40 Remissio fit, quando quis conduxit domum, ut contubernio scholares exciperet, vel aduenas, & pestis vel bellum superuenerit, & ipse domum inhabitauerit, scholares autem, vel aduenas non uenerint: secus si conduxerit, ut ipse tantum habitaret.
- 41 Remissio fit pro tempore, quo durat pestis, quando quis domum conduxit gratia solius habitationis, & eam tempore pestis non habitauerit: pro reliquo uero tempore usque ad finitam locatorem.
- 42 Conductor potest recedere a re conducta, quando ex bello, vel peste amittitur facies rei, quam nolit, vel non potest conductor in pristinum restituere, & res destruitur, vel usus ulet a dimidiam.
- 43 Argumentum de uenditione ad locatorem ualet.
- 44 Agricola sunt instrumenta fundi, & si moriantur propter pestem, vel bellum licitum est conductori recedere a conductione.
- 45 Remissio fit pro omnibus annis, quando damnum contingit in primo anno, quod affert ruinam etiam pro sequentibus.
- 46 Conductor ita demum potest recedere a conductione propter pestem, si consignauerit locatori claues.
- 47 Conductor qui potest recedere a locatone, potest petere remissionem, & persistere in locatone.
- 48 Conductor quando possit recedere a locatone, ubi tractetur.
- 49 Locator non potest dicere conductori, ut diuidat fructus & sit partarius, quando conductor patitur damnum intolerabile, & propterea petit remissionem.
- 50 Conductor potest recedere a locatone, quando locator non obseruat ei pacta, & quomodo possit agere contra ratem locatorem, & eum, qui non patitur uti sui.
- 51 Conductor debet denunciare domino quando uult recedere, alias tenetur ad id, quod interest locatoris, & facta denuntiatione non tenetur.
- 52 Remissio mercedis non debet fieri conductori, qui non potuit inhabitare, quando recessit non facta denuntiatione, nisi denuntiatio facta nihil omnino profuisset.
- 53 Denuntiare an teneatur conductor locatori, quando uult recedere finita locatone.
- 54 Remissio pensionis fieri non debet conductori, eo quia incommodum suscipiat propter hospitalitatem militum, nec etiam propter alimenta illis praestita.
- 55 Conductor qua onera teneatur subire, & qua emphyteutia, non autem locator.
- 56 Remissio mercedis ex regula fit conductori, quando damnum intolerabile contingit, nisi aliter sit actum.
- 57 Conductor non tenetur ex casu fortuito, licet susceperit in se omne periculum, vel promiserit soluere omni

- exceptione remota, vel conduxerit suo periculo cum suis rassis & spirallis, vel susceperit periculum cuiuslibet casus aduersi.
- 58 Remissio mercedis fieri debet, quando conductor non potuit uti re locata casu fortuito: & pactum adest, quod locator non uult teneri pro ea re, nisi tamen pactum factum esset tempore belli, quia locator non teneatur.
- 59 Remissio fieri debet, quando locator tempore belli locauit decem uncias aquae, pacto ut non teneatur, si eas decem uncias habere non licebit, & flumen prorsus exsiccatum sit, cum tamen per multos annos ante bellum uigisset, & nunquam ita exsiccatum fuisset, nisi dictum esset, ut teneatur, siue in parte, siue prorsus aqua defecisset.
- 60 Promittens pro se & heredem suo tantum, & non aliis, tenetur tamen ad pretij restitutionem pro facto tertij.
- 61 Conductor non tenetur, si deficit substantia rei, licet susceperit in se casum fortuitum.
- 62 Conductor dicitur susceperit omnem casum fortuitum similem expresso, quando unum in specie suscepit, deinde adiecit clausulam generalem, & omne periculum.
- 63 Periculi appellatio non uenit casus fortuitus, etiam si conductor teneatur de leuissima culpa, vel susceperit in se omne periculum cum iuramento, secus autem si susceperit in se periculum & fortunam.
- 64 Conductor tenetur pro casu fortuito etiam si culpa aduersarij in non faciendo praedat casum, quando conductor tenetur pro casu fortuito & suscipit in se periculum.
- 65 Conductor suscipiens casum fortuitum non tamen pro eo tenetur, quando casus euenit culpa locatoris, ex facto aduersarij, siue iusto siue iniusto.
- 66 Conductor suscipiens in se casum fortuitum, non tenetur quando casus est insolitus.
- 67 Casus insolitus de quo non praesumitur cogitatum quando dicitur.
- 68 Casum fortuitum suscipiens non tenetur de insolito etiam si susceperit in se omnem casum fortuitum iam praesumtum & cogitatum, quam non.
- 69 Casum fortuitum suscipiens tempore belli in custodiendis mercibus, si in eum factus sit impetus quid iuris.
- 70 Casum unius periculi suscipiens an uideatur susceperit casum alterius habentis maiorem rationem.
- 71 Suscipiens in se casum fortuitum quod nauis ueniet in portum quatenus tenetur.
- 72 Casus fortuitus, & improuisus quis sit.
- 73 Casus fortuitus qualiter probetur.
- 74 Violentia & incendium, & pluuia insolita enumerantur inter casus fortuitos.
- 75 Furtum maxime si fiat a domesticis an connumeretur inter casus fortuitos.
- 76 Casus fortuitus censetur factum superioris, & quid de facto iudicis.
- 77 Casus fortuitus ut quis uideatur se obligare quid exprimentum sit.
- 78 Casus certos excipiens an uideatur ad alios se obligare.
- 79 Remissionem petere non potest conductor quando sterilitas culpa ipsius contingeret.
- 80 Remissio peti non potest quando damnum ex incendio sequitur.
- 81 Remissionem petere non potest conductor ubi culpa casum fortuitum praecedat.
- 82 Remissio non fit quando conductor sine iusta causa recessit.

Casus

- 83 Casus semper excuset quando culpa praecessit.
- 84 Remissio non fit quando conductione facta est tempore belli, vel pestis, vel quando timor belli aut pestis subest.
- 85 Remissio fit etiam si tempore belli facta sit conductione, quando rei substantia prorsus tollitur.
- 86 Remissio non fit quando culpa familiarium conductoris praecessit.
- 87 Remissio non fit quando conductor non soluit decimas & sterilitas euenit.
- 88 Remissio non fit si pestis in inquilini domum solummodo uenerit, & inquilinus sit sceleratus, ut usurarius, blasphemus, vel sodomita.
- 89 Remissio non fit conductori in Lombardia propter gradines, nisi grado esset omnino insolita, vel ultra dimidiam abstulisset.
- 90 Remissio fit conductori etiam quando damnum intolerabile uenit postquam fructus sunt a solo separati, nondum tamen excusati seu reconditi.
- 91 Remissio fit quando damnum intolerabile uenit postquam fructus sunt reconditi in foenili, & ex necessitate pacti ibi a bestiis comeduntur.
- 92 Conductor an teneatur ad mercedem, quando damnum datur facto locatoris propter eius inimicitiam postquam fructus sunt separati a solo, & an habenda sit ratio dicti damni.
- 93 Remissio mercedis fieri debet conductori, quando bellum iniuste mouetur contra locatorem.
- 94 Locator non tenetur quando bellum iniuste mouetur contra eum, & ipse omnem diligentiam adhibuit ne moueretur, & admonuit conductorem de periculo rerum suarum.
- 95 Locator tenetur pro damno illat conductori etiam quando iniuste bellum ei inferatur, & si tamen praecessit factum ipsius quod damno causam dederit.
- 96 Locator tenetur tamen si fructus sunt separati a solo, & bellum iniuste sit contra eum motum, si non procurauit ut non moueretur, & non dedit aliquam notitiam conductori ut praecaueret.
- 97 Locator non tenetur habere rationem damni conductori illati quando conductor distulit collectionem fructuum in fraudem, secus si sine fraude.
- 98 Clauis traditio licet transferat custodiam, tamen non habet locum ubi horreum conducitur in domo locatoris, vel ubi alius retinet claues totius domus.
- 99 Remissio cessat quando ubertas unius anni potest compensari cum sterilitate alterius anni siue proximae praecedat siue alij intermedij sint, & quando sumus in una locatone.
- 100 Remissio non fit quando inspecta uniuersali locatone damnum intolerabile non resultat, & quando fiat tamen si tolerabile damnum eueniat.
- 101 Remissio quomodo fieri & considerari debeat, quando annus fertilis non praecessit sed posset subsequi.
- 102 Remissio non fit quando locator fundum uendit habita fide de pretio, & conuenit ut dominium penes se remaneret donec pecunia omnis persolueretur, & interim emptor solueret quotannis certam mercedem.
- 103 Remissio fit pro parte quando res pro parte deperdita est, ut quia casum e vel terramotu perierit.
- 104 Remissio fit ad ratam quando res ab hostibus occupatur, vel aqua inundatur ita ut non possit coli & intolerabile damnum sequitur.
- 105 Remissio quando consideratur magna est differentia, an fundus simpliciter coli non possit timore belli, an uero sit occupatus ab hostibus, ita ut deperditum sit dominium.
- 106 Emphyteuta liberatur quando res emphyteutica pro-

- pter bellum vel inundationem non potest coli.
- 107 Remissio fit quando conductor non potest uti frui casu fortuito, & damnum est intolerabile, vel quando pars rei auferitur vel euincitur a conductore, quia pro illa parte fit remissio.
- 108 Conductor potest agere ad interesse quando culpa vel facto locatoris damnum passus est vel non potuit uti frui, vel quando facto tertij cui locator potuit resistere.
- 109 Conductor quando possit agere contra locatorem ratione lucri cessantis.
- 110 Lucri cessantis ratio quando haberi debeat.
- 111 Lucri cessantis ratio quando habeatur in magistratu ordinario Mediolani ad fauorem publicanorum.
- 112 Litera siue ordo, qui de minori lucro nuncupatur, quae sint Mediolani.
- 113 Locatoris factum an sit iustum vel iniustum in materia remissionis consideratur.
- 114 Remissio mercedis non habet locum Mediolani in contractu emphyteutico, quando pensio praestatur habita consideratione ad fructus qui percipiuntur, licet bona propter bellum non potuerint coli.
- 115 Remissio non fit destructa domo pro qua fiscus vel ecclesia alimenta praestat.
- 116 Remissio fit pro fundis a ciuitate vel fisco locatis, siue uectigales sint, siue non, sicut in praedijs priuatorum.
- 117 Vectigale fundi quando dicatur conductor a fisco habere.
- 118 Remissio an fiat per fiscum emphyteuta suo, & an habenti praedium censuale.
- 119 Remissio an fiat propter sterilitatem habenti praedium tributarium.



SEQVENDO quae ad fiscum attinent aliqua dicam de Remissione mercedis in materia locationis & conductionis, quando fieri debeat ex causa praesertim belli, quod iam multis abhinc annis alium Mediolanensem dominium alias foelicillimum torquet, quae & si sit communi materia extra uectigalia, attamen semper ferè contingit in omni publicatione. Quare igitur in primis qualiter si damno dato in re locata propter bellum, vel aliter ex alio casu fortuito fieri debeat remissio, & breuiter uide Bart. in l. si merces. §. vis maior. ff. loca. Bart. & Doctor. in l. licet. C. eo. loca. Paul. de Cast. in l. ex conductione. §. ff. loca. Ant. de Butt. & Imol. in cap. propter sterilitatem. extra loca. Alex. in conf. iij. in j. uolu. incipit. tamen non praetermitto. & in conf. cvij. iij. uolum. & Aret. conf. l. ij. & recitantur multae opiniones, tamen tres communiter approbantur. Prima si quando secundum vulgi opinionem est sterilitas. Secunda si hoc non liquet iudici quando deductis impensis non superest dimidium pensionis. Tertia quando non est perceptum dimidium eius quod est solum percipi ut per Alex. ubi supra. Et circa iij. opinionem quando non est perceptum dimidium eius quod est solum percipi, Dic quod hoc casu non deducuntur impenses, secundum Bald. in d. l. licet. C. loca. Sed conductor iudicatur sicut partarius, & diuidit illos fructus inter se & patronum, non habita aliqua ratione impensarum, ita Bald. ibi not. & intelligo quod in aliquibus locis haec opinio seruatur: tamen communiter Doctores intelligunt, ut imò conductor existimetur sicut iest, & sibi fiat remissio pro rata, quia si tantum tertiam partem percipit, fit remissio quo ad duas, & sic de singulis, ut declarat not. Imol. in dicto cap. propter sterilitatem. uerf. iuxta praemissa potest queri, ibi unde potest dici. ubi omnino uide, quia ponit exempla huius

huius opinionis expressè & clarè, sed hæc opinio videtur confundere aliam præcedentem, quia opinio præcedens concludit, ut si fructus percepti deductis impensis non ascendunt ad dimidium pensionis, fiat remissio pro rata, & si non excedant pretium impensarum in totum fiat remissio, quia fructus non dicuntur aliqui nisi deductis impensis. l. fructus cum simil. ff. sol. matr. Sed hæc tertia opinio vult, ut si tertia pars sit collecta vel quarta vel quinta, etiam quarta vel quinta pensionis sit soluenda, & sic dato quòd illa quinta pars non excederet summam impensarum, adhuc pro illa parte esset soluendum, unde intelligo hanc tertiam opinionem, quando deductis impensis superest quarta tantum, quòd tunc pro quarta parte est soluendum, & sic si tantum quinta superesset, esset soluendum pro quinta parte, & ita re vera voluit declarare Imol. qui multum consideratè loquitur in d. c. propter sterilitatem. dum j. dicit loquedo in hac tertia opinione, quòd quando nihil superest deductis impensis, in totum debet fieri remissio, argumento l. illud. §. minus. ff. de tribu. si autem aliqui deducti sunt perceptum, tunc aut descendit ad dimidiam, & ultra, & nulla remissio debet fieri: si minus dimidia, tunc fit pro rata, & ut ibi plenius percipitur. & hæc est veritas & secundum hanc opinionem est probandum communiter deductis impensis percipi tot, & non fuisse perceptum tertiam vel quartam partem, deductis impensis, vel est probandum requiri talem impensam, & cum tali impensa communiter percipi solere tot sacros, & hanc impensam factam fuisse hoc anno, & nihilominus non fuisse perceptum nisi tot sacros, aliter probatio non concluderet, tenetur enim quilibet probare id quod est fundamentum suæ intentionis. l. ei qui dicit. & l. in exceptionibus. ff. de probationibus. l. qui accusare. C. de eden. & locator habet fundatam suam intentionem ex locatione, vt not. in l. ij. C. de iur. emphy. Potes t. etiam concludere secundum præcedentem opinionem Bart. in d. l. licet. quando deductis impensis non superest dimidium pensionis quæ est communior, secundum Aret. in d. consil. l. ij. vbi vide, quæ etiam effectu non discrepat ab hac à qua etiam non recedunt communiter Doctores hoc modo, expendi tot, non percipi nisi tot, pretij tot, hoc modo in ea rectè concluditur, ex alio etiam videtur vt vna opinio confundat aliam, quia secundum tertiam, & ultimam satis est, vt fit perceptum minus dimidia, & sic dato quòd valeat etiam plus quam sit pensio, vel supra dimidiam pensionis, tamen fit remissio, cuius contrarium vult alia præcedens opinio, unde intellige hanc opinionem quòd t. fructus percepti citra dimidiam solitæ perceptionis deductis impensis non ascendunt ultra dimidiam, & ita Corn. consilio centesimo vigesimo octavo, columna penult. volumine secundo vbi vide omnino, non si ascendunt ad quantitatem pensionis, vel supra dimidiam pensionis, quia tunc non fit remissio, est enim hic contractus locationis bonæ fidei. §. actionum, instituitur de actio. in quo plurimum exuberat bona fides, vt ibi no. & bona fides non patitur vt si fructus licet citra dimidiam ascendant ad pensionem, fieri debeat remissio, & hoc modo in probationibus huius tertiæ opinio. nis, quando volo probare me solitum esse percipere tot, & hoc anno ultra impensam, non percipisse nisi tot, debeo etiam addere fructus perceptos non valuisse nisi tot, quod vltimum non credo necessarium, quia vbi sint fructus in maiori pretio, quam sint solitari, est onus locatoris qui vult super hoc se fundare, illud deducere & probare, habet enim conductor re-

gulam & solitum pro eo, & si locator vult dicere & allegare exceptionem & aliud pretium, illud debet probare, & ultra iura proximè allegata est glossa in clementina finali ad finem, de rescriptis not. lat. in l. post dotem. circa primam questionem Bart. ff. soluto matrimonio. & not. in l. ex quacunque. ff. si quis in ius vocatus non ierit. & ita vides vnam opinionem non discrepare ab alia, & si aliter intelligeres, vna discreparet ab alia, & vide omnino Corn. vbi supra, quia & ipse ita conciliat has opiniones, sed tamen in modo probandi & deducendi rem ad practicam, est hæc differentia, quia secundum hanc vltimam opinionem satis est probare solitum perceptionis, & hoc anno non fuisse perceptum nisi tantum deductis impensis, quia locator qui vult probare id quod fuit perceptum ascendere ad summam supra dimidiam, habet onus probandi: sed secundum aliam præcedentem opinionem requiritur probatio æstimationis fructuum collectorum, quia super illa se fundat prout deduxi supra. Si tamen t. econtra fructus sunt ultra dimidiam solitæ perceptionis, & sint viles, & in vili pretio, ita vt non ascendat ad dimidiam pensionis, propter hoc non fit remissio: quia duo requiruntur, primum vt fructus sint in tenui quantitate, secundum vt sint in vili pretio, & sequatur intolerabile damnum, ita loquuntur iura allegata in hac materia vt per Corn. vbi supra. Not. tamen Bald. in consilio trecentesimo vigesimo nono, volumine primo, secundum impressionem magis nouam qui dicit t. quòd stante inuestitura dicente vt ad ratam fiat remissio, debet fieri habita ratione ad quorundam partem perceptam, non autem ad eius pretium, quia si sit perceptio minus solito, quo ad tertiam partem tantum fit remissio pro tertia parte, si quo ad dimidiam tantum pro dimidia, non autem fit iuxta pretium rei perceptæ, vt si hæc portio sit pretij ipsius pensionis, ob hoc non fiat remissio, quia imò fit, licet sit dimidia, quæ opinio est contraria Corn. sed intellige stante pacto de quo ibi. Iuxta dictas opiniones, quæro primo t. an satis sit, vt sit damnum in dimidia, an etiam requiratur vt sit ultra dimidiam in aliquo, iuxta not. in l. ij. C. de rescindenda venditio. maxime per Bald. Dic requiri, vt sit damnum ultra dimidiam tenendo opinionem Bartol. in dicta licet. C. locati. approbatam in alia opinione, quando minus dimidia solitæ perceptionis, quia Bart. in dicta licet. hoc dicit expressè, & ita dicunt iura per eum allegata in l. ij. & in l. si voluntate. C. de rescindenda venditione. sic etiam loquitur Bald. in dicta l. licet. & expressè Aretin. in dicto consilio l. ij. sic etiam Imol. in dicto capitulo, propter sterilitatem in vltima opinione, quando minus solito est perceptum: quia vult vt debeat esse citra dimidiam, vide ibi columna secunda, vbi latè, & charta tertia columna tertia, & sequenti, sic etiam Corneus & alij vbi supra, & cum fundamentum sit in dicta l. ij. & in l. si voluntate. C. de rescindenda venditione, dic vnum solidum imò vnum nummum ultra dimidiam sufficere, Salicet. in dicta l. ij. in principio, & Bald. ibidem columna duodecima, versiculo nunquid, & vide. l. res bona. & ibi gloss. in verbo non debet & ibi Flor. ff. de contrahen. emptio. 9. Secundò t. quæro an æstimatio fructuum fiat tempore contractus locationis, an etiam alio tempore, & quo? Hæc quæstio est maximi momenti, vide Bart. in d. §. vis maior. col. ij. vers. dico tamen. qui dicit fieri nõ secundum id quod est tempore quo colligitur, sed attento tempore celebrati contractus, per dictam legem, si voluntate, & infra etiam idem dicit eadem columna.

Sed

Sed breuiter opinio Bartol. procedit secundum opinionem quam ibi tenet, quod censetur à principio venditi fructus nascituri, quia tunc attenditur tempus contractus. d. l. si voluntate. & l. quod si pendente. aliàs est l. necessario. §. quod si pendente. ff. de peric. & commo. rei vendi. Et ideo licet fructus fiant, & sint deterioris conditionis tempore quo colliguntur, hoc non consideratur. d. l. quod si pendente. sed illa opinio vbiq. reprobatur, imò tenetur considerandum esse secundum bonam fidem, an sequatur intolerabile damnum, an non, & ita Bartol. in d. l. licet. & ideo non inspicimus tempus contractus, sed tempus collectionis fructuum, & ita in specie Imol. in d. capitul. propter sterilitatem. column. iij. circa finem, & sequentibus vbi omnino vide, & Fulgos. in §. vis maior. & ibi vide omnino. Et si vis scire quomodo deducatur in practica prima opinio, quæ est t. quando secundum vulgi opinionem est sterilitas, vide Imol. in dicto capitulo, propter sterilitatem, column. j. & pri. sequentibus. & ibi apparet hoc esse, quando inter colobos dicitur, optimas segetes habemus, adeò quòd non sufficimus ad colligendas illas, & hoc anno omnia vasa erunt plena, tunc annus dicitur fertilis: sed si dicant, nihil valent creditus, operas nostras amissimus, vix semina colligemus, Annus dicitur sterilis. non tamen hæc opinio Imol. placet, vide eum, & licet satis approbetur ab alijs, communiter tamen in practica de ea non habetur ratio, imò nunquam res haberet finem, si iremus per hunc modum, quia si reperiret colonus, siue conductor decem testes pro se, totidem reperiret locator in contrarium, quia sterilitas & vbertas non est eadem in diuersis agris, prout dicebat Petrus relatus per Imol. column. ij. Et dicere, prout dicit Imol. hanc opinionem loqui de agro sterili in specie, & non in genere de omni agro, est falsum, quia cum loquatur de vulgi opinione, loquitur in genere de omni agro, alioquin non posset esse communiter vera opinio in eo, sed tamen si eam volueris tenere, intelligas eam, vt concludatur iuxta secundam & tertiam opinionem, quando nihil est perceptum deductis impensis, vel nisi tantum quod remanet damnum ultra dimidiam iusti pretij, ne inter se sint contrariæ opiniones, sed in hoc erit speciale in hac opinione, quòd vulgi opinio hoc intolerabile damnum probabit. Regulariter contra, vt per Bartol. in l. de minor. §. plurimum, ff. de questionibus, circa finem. dum quærit de effectu famæ, & alibi t. p. Et est etiam alia opinio t. vt sufficiat in tertia parte laesionem esse, puta, soluit quindecim, & percipit decem, atque ita duas partes tantum, quia fiet remissio pro vna tertia, quia propter si soluit tres nummos aureos, soluet tantum duos, & hæc fuit opinio Ioan. Andr. relata per Abb. in dicto capitulo, propter sterilitatem, quæ satis placet Abb. ibi, & Aretin. in dicto consilio quinquagesimo secundo. Tamen reprobatur, vt per Doctores. vbi supra, & maxime Imol. in dicto capitulo, propter sterilitatem, column. ij. & charta tertia, columna quarta. Sed vnde est, vt tot opinionones recitentur à Doctoribus, dic ideo esse, quia t. iura non aperte declarant quando dicatur intolerabile damnum, vt capitul. propter sterilitatem, extra locati. licet. & l. excepto. C. eodem. & l. ex conducto. §. primo. & l. si vno. §. item cum quidam. & l. si merces. §. vis maior. ff. eodem. & ideo non esset absurdum tenere hoc omne esse arbitrarium iudici, vt voluit Butrigarius relatus per Fulgos. in dicto §. vis maior. quia quando aliquid non est de-

Bolsins

terminatū à lege quæ indeterminatè loquitur, in dubio ostenditur illud esse in iudicis potestate & arbitrio. l. prima, in fine. ff. de iure de liberandi. & multa notabilia circa hoc ponit Barba. in capitul. sedes. de rescriptis. & in consilio septuagesimo, illud referam in medium, in iij. volumine. Et si vis t. scire, qui sint casus relicti arbitrio iudicis, vide Hipp. in l. questionis modum. columna prima, & tribus sequentibus. ff. de questionibus. & ita arbitrarium esse iudici, quando dicatur intolerabile damnum, tenet Barba. in consilio quinquagesimo secundo, volumine secundo, allegato in apostillis ad Abba. vbi supra, & Salicet. vbi omnino vide in l. si vno. in princip. ff. locati. vbi dicit t. iudicem multa debere considerare, videlicet qualitatem fundi, & quomodo bene fuerit aratus, & cultus illo anno, & si sit vinea an fuerit bene putata, &c. & quantum fundus bene cultus consueuerit reddere, & idem de vinea, quibus necessarijs interuenientibus, si ultra semen nihil colligatur, dicitur sterilitas, & idem si modicum ultra semen, atque ita in iudicis arbitrio hæc omnia relinquit, qui etiam secundum vulgi opinionem potest explorare, & subdit etiam non esse explorandum in genere, an ille annus fuerit sterilis, sed solum quo ad illud prædium de quo queritur. Non recedas tamen à duabus illis opinionibus sic declaratis, prout supra declarauit. Sed tamen hæc practica Salicet. multum facit ad communes conclusiones intelligendas, sed præter loca tibi supra allegata, propter t. quale damnum possit per remissio, Angel. not. in consilio cccxj. & Alexand. consilio cxij. volum. j. & consil. cxliij. in j. & ij. column. in j. volum. Bald. not. consil. clxxxij. in j. volum. & Capol. vbi limitat in cautela lxxxvij. & caute. clxxxvij. plenè per Petrum Iacob. in libellis suis, in titulo de actio. ex cond. vbi ponit rationem & intellectum ad text. in d. §. vis maior. cur t. in locatione fiat remissio, & in venditione non, & cum refert Bartol. in questionibus publicanus. column. j. in versicul. contra. vbi ponit alias rationes, & vide qualiter fiat in practica, & concluditur in hac materia. Bartol. consil. cxcij. column. j. & limitat Veron. cautela cxxij. incip. qui vult vendere, & quid t. iuris sit quando in conductione referuntur certi casus, & contingunt alij, vide Imol. consil. vij. & ibi ponit quando aderat timor belli, de quo per Laudem. in tract. de principe. in titulo de bello. in fin. & alibi sepe. & quando vigeat tempore conductionis bellum, vel pestis, vide Soci. consil. clvj. column. iij. in fin. & sequenti. Fiscus, si considerasset ad has subtilitates, tamen fiscus etiam extrinsecus à semer cognoscens magnum damnum illatum vniuerso prædio, habuit rationem remissionis, & aliquando etiam tamen non ultra dimidiam fuerit illatum damnum, fecit aliquam remissionem, & hoc sub eo fundamento quod etiam est dubium, imò quasi clarum, vt infra dicam, quòd quando bellum infertur à locatore vel contra eum, locator tenetur ad omne interesse per text. cum ibi not. in l. si merces, §. culpa. ff. loca. vbi Bartol. & Bartol. in l. eodem. §. final. ff. de public. column. iij. & in questionibus. sita publicanus, & in l. si vno. §. item cum quidam. column. j. ad fin. principi. ff. loca. & ex hoc vltimo fundamento ali-

T

quando magistratum induxi ad dictam remissionem, atque ita haec materia in prefato magistratu facta fuit arbitraria, sicuti etiam multi Doctores ita esse dixerunt, quos supra retuli, & licet etiam de pretio fructuum perceptorum non fuisset probatum; tamen si scius à semetipso vestigabat, capiendò hanc praedictam à text. in l. si quid ex Ramphila. ff. de lega. ij. vbi Bartol. not. quòd licet in iudicio non sit probatum pretium rei, index tamen ex officio suo debet aestimare. Idem Aretin. consilio lxxxiij. columna. vj. & Angel. Aretin. de actio. §. omnium. columna. x. versicul. & praedicta non procedunt. vbi dicit vidisse communiter seruari dictum Bartol. Anchar. consil. cccxxxiij. Soci. consil. cxxxvj. colum. ij. volum. j. & Alexandr. in l. pretia rerum. in princip. col. vij. ff. ad l. Falci. Quae ro iuxta praedicta duo. Primum est. quando dicuntur plures locationes, vel vna tantum censetur. Secundum ex quibus casibus fiat remissio. Vtilitas prima questionis est maxima. nam si conductor plurium possessionum simul quò appellatur fictibilis generalis, sit vna tantum possessionis conductor, licet ipse locator sit obligatus interdum facere remissionem vni suo conductori. Tamen non semper conductor à suo locatore consequeretur, puta, quando consideratis aliis possessionibus ipse non remaneret latus ultra dimidiam. Dicitur vnam esse locationem, si est vnicum pretium, sicut si plures fundi emuntur vno pretio, quia est vna tantum emptio. si si duos. ff. de contrahend. emptio. & Bartol. in l. scire debemus. in princip. colum. j. ad fin. & pri. sequent. ff. de verb. obligatio. Sed si emerem plures res pro pretio centum, scilicet decem pro tali, & pro tali decem, & sic de singulis, ita ve esset habita ratio an pretia singularium rerum, plures essent emptiones. l. ariles autem. in. ff. & ibi gloss. quae incipit vnico. ff. de adil. edicto. & ita not. Bartol. loquendo in locatione, & ita arguendo in quaestione. publicanus. colum. si. vbi omnino vide, & 22 ideo conductor generalis hoc modo cogetur interdum facere remissionem vni suo subconductor partiulari alicuius possessionis, & sibi non erit facta considerata p. reptione aliarum possessionum, sed non solum respectu rerum. multarum cadit haec consideratio, an sit vna locatio propter vnicum pretium, licet multa res conductae essent, sed etiam respectu temporis. Pone enim quod conduxerim pedagium pro mille vsque ad decem annos, soluendo ad ratam cuiuslibet anni, videlicet centum pro singulo anno, & vno anno tantum nihil exegerim, vel perceperim, si est vnica locatio pro toto tempore non fit remissio, quia ex decem percipio vnum minus, & requiritur vt imò in dimidia, & vltra dimidiam sit damnum, sed si tot sunt locationes quot sunt anni, siue quot sunt termini soluendi, fiet, quia si in vna locatione vnus anni, vel trium mensium nihil exigo, quis dubitat quia debeat mihi fieri remissio. Et sic videtur plures, sicut plures termini soluendi sunt, & tot censentur, quot sunt anni, siue quot sunt tempora in quibus fieri debet solutio, & ita Bartol. vbi supra, in dicta quaestione. publicanus. in colum. iij. & col. si. & per totam. Alexandr. consil. iij. volum. j. vbi exprès. sed contra, quia imò vna locatio est, ita Bartol. in l. si seruus communis. M. viij. §. fin. in ff. de stipul. seruo. & in l. si ex toto. §. fin. vbi Imol. ff. de legat. j. vbi sit distinctio, & secundum illam est vnica in casu nostro, & patet, quia si essent diuersae locationes, & plures, non suppleret vnus annus alium. Bald. & Salicet. in l. licet. C. locati. in. ff. Imol. in capitul. propter sterilitatem.

chart. 2. column. ij. loca. & Alexandr. in dicto consilio iij. hoc dicit sicut supra retuli, sed allegat Bartol. qui nihil dicit, & ideo non mirum si vnus annus supplet alium sicut dicunt Doctores, vbi supra. Tamen tenendo plures esse, non obstant not. in d. l. licet. quia loquuntur in diuersis locationibus penitus separatis, non in vna locatione facta eodem tempore, quae contineat plures locationes, veritas est vnica esse locationem; per ea quae dixi, tamen singulo anno fit remissio; quando singulo anno soluitur. Item singulo mense fit remissio si singulo mense soluitur, & sic quo ad effectum remissionis faciendae; dicuntur plures locationes non aliter, & ita vult dicere Alexandr. in dicto consilio iij. volumine primo, vbi supra, & allegat Bartol. in dicta quaestione, qui hoc vult etiam quolibet mense vt fiat remissio, non vt sint plures locationes, & ita Anchar. consil. cccxiij. circa finem, vbi omnino vide, & Corn. exprès. consilio. xij. volum. iij. colum. j. & ibi dicit. quòd ita vult Bartol. in dicta quaestione. Anchar. vbi supra, & alij per eum allegati, & ideo possumus dicere quòd cum communis sit cum dictis Bartol. in dicta quaestione (quicquid velit Imol. in capitul. propter sterilitatem. columna penultima, extra. loca. & in d. cotem. §. qui maximos. ff. de public.) secundum Socin. consilio. lxxxiij. & consilio. clxviij. colum. j. & Alexandr. consilio. cxviij. volum. iij. & alibi sepe, hoc etiam casu est communis, & propterea fiet remissio singulo mense, prout facit magistratus, tamen quomodo vnus annus, vel vnus mensis suppleat. In hoc sunt considerandi duo articuli, primus quando agitur tantum de duobus annis, vel mensibus, & vnus est sterilis, alter fertilis. Secundus quando agitur de pluribus annis, vel mensibus, puta quatuor, sex, vel pluribus, & vnus est sterilis, alius damnosus non sterilis, alius fertilis, & alius lucrosus, non tamen fertilis. In primo articulo res est clara, quòd fertilis supplet sterilitatem. l. licet. C. loca. l. si vno. in principio. ff. locati. & capitul. propter sterilitatem, extra. locati. & sic firmius dimidia sit in vno termino perceptum, & in vno alio anno sit perceptum vltra, nedum vsque ad supplementum, & etiam tantum quantum est iactura alterius, fit compensatio, & integra pensio pro ambobus annis soluitur, & hoc non habet difficultatem. Sed si vbertas non sit tanta, vt per eam resarciatur damnum alterius, an tunc dicatur illa vbertas de qua in dictis iuribus, an verò nullo modo modo habeatur in consideratione, ita vt fiat remissio conductori, pro anno sterili à perceptis supra si aliquid percepit, & in totum si nihil percepit, in hoc est videndus Salicet. in l. licet. C. locati. in versiculo, quaro secundo, quae dicatur esse vbertas, & ibi tenet quòd vbi vltra id quòd percipi confectum est, aliquid sit perceptum talis annus dicitur vber, & illa vbertas supplet sterilem annum. dicit tamen quòd ex quo illud quòd amplius perceptum est, non est à lege determinatum relinquatur arbitrio iudicis, & in vulgi opinione. quam opinionem magis lucidè ponit ipse Salicet. in d. l. si vno. in principi. versicul. nunc quaro. concludendo vbertatem esse, quando vltra confectum, non modicum, sed multum perceptum, relinquendo tamen hoc in iudicis arbitrio, & vulgi opinione, sic igitur, vbi videtur iudici non multum esse perceptum, illud erit lucro conductoris, & non dicitur vber, sed lucrosus, & sic non erit vbertas quae debeat annum sterilem facere minus sterilem. Hanc opinionem etiam in effectu late tenet & defendit Imol. in d. capitul. propter sterilitatem. versicul. vnde iuxta

juxta praedicta. columna. j. circa finem, dum tenet primam opinionem. Anton. de Butt. ponendo exemplum, quando sunt solita percipi triginta, & decem plus sunt percepta, quòd illa dicitur vbertas, & contrahuntur ista decem cum sterilitate, & colum. iij. incip. ab ea, vbi ponit dictum exemplum, in versic. aliud est quando, vbi vult vt sufficiat aliquid vltra solitum esse perceptum, declarando tamen illud aliquid etiam si non sit vltra dimidiam eius quòd percipi solitum est, sed solum dimidia vel minus, quae verba omnino habent hunc sensum, vt non quòdlibet modicum sufficiat vt dicit Salicet. sed debeat esse multum, licet minus dimidia, vt puta secundum exemplum, de quo proxime, vt scilicet sit tertia pars plus solito, & haec vt dixi, fuit etiam opinio D. Anton. de Butt. Cyn. etiam in d. licet in effectu tenet hanc opinionem. dum dicit standum esse opinioni vulgi. alia fuit opinio, Bald. in d. l. licet. quòd si considerata vniuersali locatione si resulat intolerabile damnum, fit remissio, alia secus, quae opinio fuit gloss. in d. l. si vno. & in d. l. licet. & quamuis Aret. in consilio. ij. ad fin. dicit esse de iure probabiliorè, & ea sequatur, tamè est reprobata à Sal. in d. l. licet. quia nimis fauet locatori, & eam etiam reprobat Imol. vbi supra. Alia fuit opinio gloss. in d. l. si vno. & in d. l. licet, quòd vbertas debet excedere duplè eius quòd est confectum percipi, quae opinio est etiam reprobata à praedictis Salicet. & Imol. quia nimium fauet conductori, & propterea non videtur recedendum ab opinione Imol. quae videtur communis, & non dicta simpliciter, imò cum maximo studio, vt potest videri, praesertim, quia ipse Imol. ost tamen D. Anto. de Butt. non vult, vt illa tertia pars quae compensatur cum sterilitate, faciat illum annum non esse sterilem, sed vult vt adhuc fiat remissio conductori à summa percepta illo anno, & lucro anni sterilis supra, ita vt si de si aliquid computatis omnibus fiat remissio abinde supra, licet tamen annus sterilis non possit dici sterilis, considerando lucrum adiunctum, Cum hac opinione etiam potest conuenire opinio Ioan. Andr. in d. capitul. propter sterilitatem. vbi primò dicit quòd secundum communem opinionem loquendo tam in sterilitate quam in vbertate statim communi opinioni vulgi, praeterea se declarando & descendendo ad exempla, vult vt tertia pars supra id quòd est solitum percipi dicatur vbertas. Non facio tamen fundamentum super hac authoritate, quia ita dicit tenendo etiam aliam opinionem reprobata communiter, vt dicatur sterilitas in tertia parte. Sic igitur vidimus quando duo sunt anni tantum, de quibus contenditur, alterum fertilem esse, alterum sterilem, eo casu fertilitatem in effectu tollere sterilitatem, nec tamen omne lucrum compensatur cum sterilitate, sed id de quo supra, & sic si percipiat conductor minus tertia supra solitum, de eo non habetur ratio, & fit integra remissio in anno sterili, & hoc est quòd dicit text. in l. si merces. §. vis maior. ff. locati. quòd colonus modicè damnatum a quo animo ferre debet, cum ei etiam non addimatur paruum lucrum, hoc etiam est quòd dicunt omnia iura dicentia, vt fertilitas compensetur cum sterilitate. Nam si debet fieri compensatio debet esse fertilitas, & non simpliciter lucrum, quia lucrum quòd non transit in fertilitatem debet esse lucro mero conductori. Non tamen semper fertilitas compensatur cum sterilitate, vt in casu Angel. in consilio cccxi. colum. penulti. & vlti. vbi vide notabilem casum. Alia etiam fuit opinio Paul. de Cast. in l. ex conducto. §. j. ad fin. ff. loca. vt vbertas tunc dicatur quando percipitur

vltra dimidiam eius quòd percipi solitum est, puta, solitus est percipere viginti, & percipit triginta, sed illa opinio est singularis, & contra communem. Haec autem locum habent circa primum articulum, circa verò secundum quando interueniunt plures 31 duobus, scilicet anni vel menses, & vt supra, An tunc lucrum debeat compensari cum damno, vt quem admodum de damno non habetur ratio, idem sit de lucro, & cum dico lucrum, non dico vbertatem, & cum dico damnum non dico sterilitatem, & in hoc articulo nullam facio difficultatem, per d. §. vis maior. & praedicta, & ita interminis Pauli de Cast. in l. ex conducto. §. si vis temporis. ad fin. ff. locati. & dicit Paul. de Cast. ibi, quòd hoc modo seruatur aequalitas, & sic vnum compensatur cum alio, scilicet lucrum cum damno non autem compensatur lucrum cum sterilitate, vt dixi ante praecedentem articulum. Sed si vbertas compensetur cum anno, vel annis sterilibus, & sic cum mensibus sterilibus existentibus aliis terminis in damno, sicut supra dictum est, quando nulli existunt nisi steriles. Aliqui dicunt hoc casu fieri compensationem cum damno, & non cum terminis sterilibus, & Doctores tantum loqui, quando vnus est vber, alter est sterilis. Non hoc casu quando dantur alij non vberes, nec steriles, sed damnosi, sed male dicunt iudicio meo, quia leges loquentes de hoc, quòd vbertas compensatur cum sterilitate loquuntur generaliter, & sic etiam in casu nostro, ita etiam Doctores, & dicunt quòd fertilitas compensatur cum sterilitate, non autem dicunt cum exiguitate, imò habemus l. dicentem. nec de exiguo damno, nec de exiguo lucro habendam esse considerationem, d. §. vis maior. verum quidem est quòd tunc lucrum compensatur cum damno, quia, vt dixi, cum dicimus lucrum intelligimus citra vbertatem, & cum dicimus damnum dicimus citra sterilitatem, & vbertas cum sterilitate, & hoc modo omnia aequiore lance transeunt, non quiescit tamen animus, quia sicut dicimus vbertatem, licet non sit dimidia, vel plus, iuxta opinionem Pauli de Cast. Sed tunc tantum sit tertia, ita dicendum esset in sterilitate, vt diceretur sterilitas in sola tertia, sunt enim contraria, & contrariorum eadem est disciplina iuribus vulgaribus, & ita fertilitas compensatur etiam cum damno, licet non sterilibus, & consequenter pinguis consuleretur conductor, & ita tenendo, non obstat quòd secundum communem, de qua supra, fertilitas dicatur quando vltra dimidia, & quia fateor illam dici sterilitatem quo ad remissionem faciendam, sed quo ad effectum, vt suppleatur à fertilitate dicitur fertilitas, sicut dicitur de fertilitate in sola tertia. Nec haec est inconueniens, nam secundum ipsummet Imol. in d. capitul. propter sterilitatem. in. ff. artic. etiam fertilitas quo ad effectum, vt augetur pensio, debet excedere dimidiam, sed quo ad effectum, vt diminuat remissionem pensionis, sufficit vt sit in minore quantitate, sic etiam supra dixi, quòd licet locatio duret pluribus annis, tamen dicitur vna locatio dumtaxat, verum quo ad effectum inducenda remissionis dicitur tot, quot sunt termini. Non obstat text. in d. §. vis maior. quia fateor de damno non magno non haberi considerationem, quin teneatur ad omnem solutionem pensionis, quia etiam de lucro non magno non habetur consideratio, & hoc vbi tantum tractatur de anno lucroso, vel damno, vel etiam vbi concurrunt absque vbero, sed vbi etiam vber concurrat, non video si fertilitas in tertia supplet, quare non suppleat annum damnosum, vbi saltem in tertia parte

adfit damnum, & sic in omnibus seruat æqualitas, & lucrum cum damno compensatur, & fertilitas cum sterilitate, facit quod sumus in contractu bona fidei, in quo solum attendi debet bona fides. l. ij. in fin. cum simil. ff. pro soc. Est verum quod nullus, quem viderim, hoc dicit, & verum est etiam quod Imol. & communiter Doct. declarando sterilitatem dicunt, quod dicitur sterilitas quando ultra dimidiam, & sic sentiunt contrarium, vellem tamen videre rationem diuerſitatis, quare si fertilitas in tertia parte sufficit, non compensetur cum sterilitate, quæ etiam sit in tertia parte, & profectò si bene consideras ipsam, & tibi ponas ante oculos mentem vberè, mensem lucrosum, sterilitè & danosum, videtur iniquum esse & crudele, vt velis vbertatem, etiam in tertia sola cū sterilitate tatum compensare, accipiendo sterilitatem quando ultra dimidiam, & de danosis non velis habere rationem, pone enim quod soluantur vinginti in vno mense, & tantum percipiantur decem, certè damnum est maximum, tamen quia non excedit dimidiam non fit remissio, & ideo si velis vt nullo modo hic annus refarciatur à fertilitate accipiendo fertilitatem etiam in sola tertia, vel etiam in minori quantitate, secundum opin. Imol. quia de tertia tantum dicit gratia exempli. Resultat vt conductor non possit lucrari illam tertiam, vel illud plus, quod facit fertilitatem, & tamen patietur damnum maximum, vt igitur omnia recto modo, & secundum æquitatem pertranscant, dicas hoc modo in casu nostro, quod fertilitas compensetur cum sterilitate, etiam si sterilitas non sit ultra dimidiam, sed sit secundum opin. Imol. dum de vbertate loquitur in tertia, vel circa tertiam, & ita in iudicando tandem tenui, & si Imol. considerasset hunc casum, ita sine dubio dixisset, videtur tamen si difformes sint solutiones per menses, quia plus in vno soluat, quam in alio ratione commodioris solutionis, tunc solum annum esse considerandum, & non ipsos menses, est verum quod Bartol. in questione publicanus, & Corn. volum. iij. consilio xij. columna j. & Alexand. consil. iij. volum. j. Anchar. consilio. cccij. column. penult. & vlti. quos supra adduxi ad hoc, vt qui liber mensis consideretur quando per menses fieri debet solutio, non faciunt hanc distinctionem, imò simpliciter dicunt quod quando est diuisa solutio per menses, tunc quolibet mense fit remissio, imò fortius Bartol. in d. questione, quem prædicti, & alij communiter sequuntur, vult, vt si in principio anni sit conuentum de vnica solutione, quæ tamen postea per menses sit distributa, adhuc idem sit, attamen difficultas videtur obſtare, nisi dicas quod licet malè sit distributa, ita vt etiam primo ex illis mensibus quibus quasi nihil percipitur adhuc soluat, tantum quantum soluitur pro bonis, tamen idem sit dicendum, non habendo rationem ad id quod soluitur, sed ad id quod solui debuit, considerata solita perceptione in quolibet mense. Non enim id quod fit, sed id quod fieri debet est attendendum. l. quod te. ff. si cer. per. ita vt adiectio ad id quod fieri debebat non fit in consideratione, argumen. l. vnica. in pri. C. de rei vx. actio. & experti in vctigalibus, puta ratiatores camera ordinaria veterani scirent debitam solutionem pensionis attribuire quilibet mensi, sciunt enim an primus mensis sit bonus, vel malus, & sic de vltimo & aliis à comunitate accidentibus, & solet dici quod primi termini licitatio nis sunt debiles, quia vt vulgò dicitur, præcedentes publicani in sine laxant habenas permittentes, vt viliori pretio merces introducantur in

ciuitatem, ne in aliud tempus non suum differatur, & ita primi semper sunt debiles. Ad secundam questionem ex quot causis fiat remissio, vide textum in l. ex conducto. §. primo. ff. loca. & primo ponit casum quando tempestas calamitose contingit. Secundo ponit casum fluminum, tertio graculorum & furnorum. Quarto incurſus hostium. Quinto quando fit labes, quæ omnem fructum aufert, est autem labes, ruina proueniens cæli vitio, vt est labes tempestatis, pruinæ, vel aliquorum vermium prouenientium ex interperie aeris, sicut sunt locustæ edaces, & alij vermiculi, & nives immoderate, vt optime probatur in l. licet. C. eodem. locati. & ibi gloss. in verbo, luc. & etiam in dicto §. primo, ibi, sed & vrendo, & ibi gloss. quæ exponit, id est, ventus vrens fructus, & in l. excepto. C. locati. & Bal. in dicto §. j. in fin. Sexto ponit text. in dicto §. primo, alium casum quando solis feruore non affucto id acciderit, quod satis comprehenditur sub verbo, labes, quia est vitium cæli, d. l. licet. Septimo ponit alium, quando terra motu ager corrueret, qui casus est fortior ceteris, quia etiam si in vna parte agri hoc contingeret fieret remissio pro illa parte indistinctè, vt per Bartol. in l. si merces. §. vis maior. ff. locati. Nam locator non potest in illa parte præstare patientiam, vt etiam dicit text. in d. §. j. ad fin. & in l. si vno. §. vbiunque. ff. eod. & in d. l. ex conducto, in princip. Octauo ponitur alius casus in d. l. ex conducto. §. fin. quando allegatur incendium feudi, sed hæc exempla sunt, verum quia plures casus possunt occurrere iuxta §. porro. in capitul. j. quæ sunt pri. cau. benef. amit. Melius est ad cognoscendum omnes casus, ex quibus petatur remissio, vt tradatur regula generalis, & ideo die, quod omnis vis, & cui non potest resisti parit remedium petendi remissionem conono. text. est in d. §. j. non allego alia, quia satis est vnica lex, quæ ad rem apprimè faciat, vt dicit Bologn. in §. cato. in l. iij. ff. de verbor. oblig. & sic tam ex dicta regula, quam ex exemplis habes, quod si vitio rei conductor cui potuisset occurri, eueniret sterilitas non procederet hæc materia, & ita habes in d. §. j. & per Bartol. in d. §. vis maior. & omnes ibi, & in d. l. licet. quod intellige cum culpa conductoris, verum si abesse eius culpa, quia fundus ille non potuisset pati nimiam pluuiam, vel nimiam siccitatem, & sic vitio rei sine culpa id contingit, non fiet remissio, text. & ibi gloss. in capitul. propter sterilitatem. in verbo, vitio, extra locati. Sed quid in peste, & an ista labes inducat remissionem. Pone enim quod inquilinus conducat domum pro tenendis scholaribus in contubernio, vel pro aduenis hospitandis, & contingat pestis, propter quam scholares recesserint, & hospites non aduenerint, ipse tamen continuo domum in habitauerit, an hoc casu vlla sit ei faciendi remissio pensionis, Credo fieri debere, quia sterilitas ex vi cui resisti non potest superuenit cessante eo cuius gratia dicta domus conducta fuit, secus si principaliter fuisset conducta domus gratia habitationis, nec tamen pestis inquilinum expulisset, & ita Bartol. in l. cum in plures. in principi. ff. locati. & ibi habes quomodo cognoscatur ad quem finem domus fuerit conducta, & licet Bartol. loquitur in bello, tamen idem est in peste, vt etiam dictam decisionem in peste allegat Firmian. in tracta. de gab. bel. in ij. parte, chart. 3. columna vltim. versicul. scias tamen. & Ripa in tractatu suo quem de peste fecit, fo. 6. versicul. sed pone. circa quam questionem vide ultra eum Aret. consilio liij. & Imol. consilio lxxix. & Roman. consilio clxxxvij. & quia non omnes

habent eum Aret. consilio liij. & Imol. consilio lxxix. & Roman. consilio clxxxvij. & quia non omnes habent dictum tractatum, vide Alexand. allegatum per cum consilio cvij. in penultima columna, volum. ij. & consilio cvj. volumine iij. in antepenultima columna. & Roman. consilio clxxxvij. Verum t quia in præcedentibus questionibus admitto quod tamen inquilinus in habitauerit in domo, scias me hoc ideo facere, quia etiam si domum gratia solius habitationis conducat, tamen si obi peram non habiter non tenebitur pro tempore quo durat pestis ad pensionem. l. habitatores. §. j. ff. loca. & ita Cald. consil. v. sub rubr. de loca. & Soci. consil. xliij. in præfati consulatione, & Aret. consil. cxxxix. quia consulatione, pro alio vero tempore, quo durat locatio, licet non durat pestis, arbitror quantum licite recesserit, tamen teneri, quia durat contractus, & ita Roman. consilio cccxxxij. quo ad primum, & idem Andri. Sicul. in capit. propter sterilitatem, column. iij. & Rip. in d. tracta. de peste. col. v. & ita tene, quicquid dicat Abb. in d. t. propter sterilitatem, qui tamen dicit, quod vix sua opinio obseruaretur in prædicta, & ad contraria responde, vt in dicto tracta. vide Firmian. in tracta. de gab. bel. in ij. parte, q. xxliij. qui tamen nihil tangit, an pro residuo tempore teneatur quo pestis non durat, & omnino vide Alberic. in l. §. si pestis. ff. de migran. vbi distinguit quando conductor possit recedere, an ex voluntate propria id faciat, & tunc non possit nisi soluta mercede pro toto tempore, an ex necessitate rei quia corruiat vel mineatur ruinam res conducta, & possit l. habitatores. in fin. ff. locati. an vero ex necessitate conductoris, puta, quia cogatur exulare, & possit, sicut etiam locator potest ex necessitate sua. l. eodem. C. locati. qui tamen Alberic. etiam non declarat quando postea cessauit pestis, an teneatur pro eo tempore, & vbi contractus cessaret, res esset clara, quod pro aliquo tempore non teneretur. in contrarium videtur textus in l. si merces. §. si vitio. ff. locati. vbi si vitio a edificante obſcuratur lumina conaculi, vel hostia & fenestras nimium corruptas, locator non restituit, licet conono, vel inquilino, relinquere conductionem, & pondera quod dicit conductionem non domum, & sic probat contractum eius quod supra tenui, quod d. imò licitum est recedere à contractu regulariter contra lege, sicut. C. de actionibus & obligationibus, cum vulga. Sed dicit quod ille textus loquitur de impedimento diuino eueniente facto tertij, cui non potest prouideri, & sic de impedimento habente causam successiuam, & ita in primo exemplo, in secundo simpliciter, quia ipse locator noluit prouidere, & sic semper durat donec non vult, & ideo t quando conductor possit, quæ & ex bello & peste amittit faciem rei, vbi conductor non velit, aut non possit restituere rem in pristinum, potest conductor deserere possessionem, & recedere à locazione, & hoc per dicta legem, & l. domus. ff. de contrahen. emptio. arguendo de venditione ad locationem, vt facit in hoc articulo Roman. vbi supra requiritur tamen vt res destruat, vel vitus ultra dimidiam per dictam domum. & secundum mentem Roman. in dicto consilio. Adde, arguendo, vt dixi, de venditione ad locationem, quod t sicut ex defectu instrumenti emptor potest recedere ab emptioe. l. adiles. la secunda. in prin. & §. vendidi. ff. de adilitio edictis. ita conductor cui etiam locator teneatur ad traditionem instrumentorum. l. sed addes. §. illud. ff. locati. & Baldus in lege ij. in fin. C.

44 de verborum significatio. & t non videtur mihi defectus, parvus defectus agricolarum mortuorum, propter bellum & pestem, qui agricolæ sunt instrumenta fundi. & quæstrum. §. primo, cum pluribus sequentibus. ff. de fundo instructo, vel instrumentis legato. qui defectus an sit sufficiens ad recedendum à locatione, cogita. & videtur satis esse per argumentum proxime factum, quando alij ex maximo bello in eo loco, & occasione non inueniuntur, desicit enim hoc modo vitus ultra dimidiam, imò proptus & pro toto tempore, quò adhuc debet durare locatio, & potest poni exemplum in casu Bartol. in lege si vno. §. item cum quidam in pri. primæ columnæ. ff. locati. quædo t contingit damnum in primo anno, quod affert ruinam etiam pro annis sequentibus, dicit enim ibi Bartol. debere fieri remissionem, non solum pro damno primi anni, sed etiam pro aliis annis, & ita Soci. vbi vide in consilio lxxxvij. colu. fin. vbi est videndum: nam hoc exemplo non solum fit remissio, imò contractus dissoluitur, si mortuorum ingens numerus in omni tempore locationis absit substantiam rei, siue impediatur vitus ultra dimidiam, puta in locatione salis, quando ex personis existentibus in ciuitate, quæ comedunt sal, mortuæ essent duo patres & tribus, tamen esset considerandum in dicto casu quod damnum reparatur, quia domini mortuis familiis, quærent alios, & sic de agricolis. Tenendo tamen opinionem Abb. de qua supra in dicto capit. propter sterilitatem, vt t propter pestem inquilinus possit recedere à conductione, & à contractu, intellige, si tamè consignentur clauis per eum locatori, vt notabiliter declarat Caccialu. qui etiam sequitur opinionem Abb. in l. diem functo. ff. de offic. assessorij. quæst. Sed potest quod simus in casu in quo conductor possit recedere, & nolit, quia dicit, Volo remissionem quam mihi daret, nolo recedere à contractu, An locator possit dicere, & ego volo vt recedas, videtur posse, quia sunt correlatiua per iura & decisiones vulgatas, quas congregant Moder. in lege si quis viduam. ff. de questionibus. & ita in hac materia arguit Alberticus in dicta l. §. ff. de migrando, vt supra retuli. Sed dicit contrarium, quia ex merito fauore conductorum in casibus de quibus supra licitum est eis recedere, qui possunt renuntiare. l. si quis in contribuendo. C. de pactis. frem quod fauore alicuius introductum est, & c. l. quod fauore. C. de legi. Non obſtat consideratio Alberti in dicta l. prima, quia illa necessitas, quæ faciebat vt conductor recedere possit à contractu, erat necessitas quæ contingebat in persona eius, & illa necessitas quæ hoc idem permittebat locatori, erat necessitas ipsius met locatoris. Et ad materiam t quando possit recedere à locazione, vide Ioannem Andream, Hostien. & Imol. in dicto capitulo propter sterilitatem, extra, locati. & Corsetum in repetitio, in verbo, locatio. & glossa concilij Basiliensis in §. locum. in titulo, de autoritate generalium conciliorum, & vide l.edium. C. de adilitis actionibus. Et aduerte ad prædicta quando conductor patitur damnum intolerabile, & petit remissionem, an locator possit recedere à contractu, & dicere, Sis partiarus. Bald. vult posse in l. licet. C. locati. Sed est opinio communiter reprobata, vt dixi, in prima opinione, quando dicitur damnum intolerabile, & ita teneo, quicquid inspicere teneat Calcan. in consil. vigesimo tertio, in fin. & ita intelligo Calderi. in dicto consilio quinto, & quod contractus duret nisi vt supra, probatur in l. si fundus. ff.

locati. vbi repetitio datur pro rata temporis: non pro toto tempore super quo se fundat Roman. vbi supra. 50 Est etiam alius casus in quo licet conductori recedere a contractu, quando locator non vult obseruare pacta ei, Bart. in l. i. in fin. C. de agricolis & censitis, libro vndecimo, tamen, vide text. quem allegat, & Bart. ibi, vbi videtur aliter velle & bene per rex. in l. ex conducto. in prin. ad finem. ff. loca. nisi esset pactum cuius contemplatione factus fuisset contractus, iuxta l. cum re. C. de pactis inter emptorem & venditorem. & l. ea conditio. ob causam. & l. perens. C. de pactis. & l. lecta. ff. si certum petatur. & quomodo conductor debeat agere contra locatorem non obseruantem pacta, & non patientem eum visui, vide Bartol. in l. si quis domum. in prin. ff. loca. & Alberic. in l. j. colum. iij. ff. de actionis empti. & Salicet. in lege si de fundo. columna secunda C. locati. Aduerte tamen, quia conductor si vult recedere, debet denuntiare domino, alias non videtur sibi succursum. l. item quaritur. §. exercitu. ff. loca. & ille textus vult duo, Primum quod si non denuntiauit conductor teneatur ex locato, Secundo si non restitit cum potuit, similiter teneatur ex locato, & intellige in id quod interest locatoris, ita intelligit Bar. in l. i. vno. §. ite cum quidam col. j. vbi. iij. casu. ff. loca. & Fulgofus in d. §. exercitu. & sic teneatur ad restitutionem, & fenestram, & omnium aliorum damnorum illatorum permittentes. Et propterea cum tempore exercitus Hispanorum in hac misera ciuitate multi deseruerint domos habentes in eis milites hospitatos, & ob hoc innoxia domus fuerint diruta ab eis militibus in eis hospitatis, etiam vsque ad fundamenta, videtur locatorem posse agere ad damna contra conductorem, si conductor non denuntiauit, & sic non restitit quantum potuit, cum distinctio ne tamen, vt infra, Ceterum si denuntiauit non tenetur, rextus est ibi, & licet facta fuerint erida, vt nemo possit recedere, tamen cum essent iniuste, & impossibiles in multis qui non habebant modum praebendi alimenta militibus, non ob hoc desinunt esse excusati, lex enim debet esse honesta & possibilis, & can. erit autem lex. quarta distinctione, est verum quod saltem debuit fieri dicta protestatio, siue denuntiatio ad finem, vt locator possit indemnitati suae consulere, & vidi plures locatores qui euacuatibus domibus alebant milites, vt domos eorum non euertes sent, & ita eas conseruabant. Sed an locator teneatur ad remissionem mercedis, si non potuit inhabitare, & recessit non facta denuntiatione, quotidie allegatur dictus §. exercitu. vt non teneatur, quia non denuntiauit, sed loquitur ad quid teneatur conductor secuto damno in re locata. Nos ad quid teneatur locator secuto damno conductori, eo quia non potuit visui, & ideo Rip. in dicto tractatu, in quinta charta, in secunda columna, tenet vt adhuc possit petere remissionem mercedis, argumento l. quod si domus. §. ite iuris. ff. locati. & sic quod comperat locatori actio ad interesse, & conductori ad remissionem, vt per eum, & credo bene dicat, & ideo Caccia lup. in repertorio d. l. diem functo. q. xl. in fi. dicit, Consulo, vt dicto casu eueniente notiffices domino recessum & offeres clauas, quae si a domino recipiantur, bene est, si autem deponas: Na id qd est ex cons. non est ex obligat. iij. distinctio. hoc & si legibus, & can. quod praecipitur xij. questione prima & nota. in capitulo nam consupplentiam. de constitutio. arbitror tamen in hoc

esse ponderandum, an dicta denuntiatio profuisset locatori, vel non vt primo casu locator teneatur ad remittendum, Secundo casu non, quia possit dici quod culpa conductoris id euenisset ex quo locator de alio conductore prouidisset, iuxta notata in lege secunda §. ite si in facto. ff. de verborum obligatio. exemplum quando non est magna pestis in ciuitate, & contigit casus pestis in re conducta, secus si sit tam ingens, vt etiam alteri verisimiliter non potuisset locari, sic etiam quando quis recedit propter milites, & locator esset vis potens, & verisimiliter re inrelecta prouidisset, ita vt milites recessissent, sed regulariter secus, & regulariter sum opinionis, vt non requiratur alia denuntiatio ex necessitate, nisi ostendatur per locatorem quod sua intererat, & ad hoc induco quod voluit Imola in capitulo fin. ad finem, de emptio. & vendit. quando venditor dicit non teneri de euictione, quia non fuit sibi facta denuntiatio, quia si nihil rationi consentaneum alleger contra ius illius qui euicit, non auditur, tanquam sua non intererit, & refert & sequitur Alexander in dicta lege de pupillo. §. morte. columna penultima. ff. de operis noui nuntia. & ita etiam limito textum in dicto §. exercitu. ex parte conductoris, vt licet ipse non denuntiauerit, si tamen ob hoc nulla verisimiliter potuisset fieri prouisio a locatore non teneatur ad damna, & interesse. idem si non potuit denuntiare, casus est ibi, vt quando milites improuisi domum inuadunt. De denuntiatione vero conductoris quando vult recedere ob finitam locacionem an sit necessaria vide. lafon de post Bartolum. in lege si quis nec causam. §. res pignori. in fina. ff. si certum petatur. & Alexander consilio decimo septimo, columna penultima, & vltima, volumine quarto. est materia legis item vltima. §. qui impleto. ff. locati. loquor de iure, quia habemus statuta super hoc. Et secundum hanc considerationem etiam intelligi que supra dixi de militibus Hispanis, vt conductor si recessit etiam non facta denuntiatione, & ob hoc milites diruerunt domum, non teneatur, si locator erat talis qui minime potuisset prouidere, vt quia fuisset absens, vel magna paupertate constitutus. Quarto an inquilinus siue conductor possit petere remissionem mercedis, eo quia milites fuerint hospitati in domo conducta, & incommodo eum affecerint per satis notabile spatium. Lucas de Penna Gallus tenet petere posse in lege omnes. C. de metallariis, & metallis, & procuratoribus metallorum. lib. xij. est quest. quae iam sunt multi anni, quotidie contingit. In contrarium videtur text. in l. ij. in ver. ergasteria verbi. ibi. soli dominis conductoribusque. C. de metallariis, & metallis, & procuratoribus metallorum. vbi optime probat hoc onus hospitandi prinere ad conductorem sicuti ad dominum domus, & est lex nota. d. l. ij. diuidens domos inter milites & dominos earum. & aduerte, quia si amulissent modicum in comodum, res esset sine scrupulo, quia non fieret remissio l. habitatores. in pri. ff. locati. facit rextus. in lege si merces. §. vis maior. ff. locati. vbi colonus modicum damnum aequo animo ferre debet, & melius facit rextus in lege quod si domus. in prin. ff. locati. vbi est textus quod etiam si domus minatur ruinam. Si tamen dominus non recessit, aequo teneatur ad pensionem integram, sed tamen videtur posse peti remissionem, quia quando facto tertij etiam iusto, conductor non potest visui, locator teneatur pro rata. lege si quis domum. in pri. & lege si fundus. ff. locati.

caui. & ita Bartolus in sua distinctione, in lege si vno. §. item cum quidam. ff. locati. in prima columna, verficulo, tertio casu. Non obstat text. in dicta l. ij. C. de metallariis, & metallis, & procuratoribus metallorum. quia simul conuenit, vt onus sit conductoris & tamen petere possit remissionem super mercede. l. adiles. ff. de via publica. & ibi Bartol. nota. quod conductores coguntur ad viam purgandam, tamen expensis pensionis, & eo maxime hac opinio procedit, quia temporibus nostris conductores non possunt recedere a domo stantibus prohibitionibus fundatis super fauore militum alendorum, quo casu non sumus in terminis dictae l. quod si domus. vbi ascribendum est conductori, quare non recesserit a domo ruuosa, & ideo in eo casu non potest peti remissio, & aduerte, quia etiam si facto locatoris milites hospitantur, quia locator esset ipse princeps, idem esse vbi facto iusto ex necessitate belli id eueniret, iuxta dictum titulum, de metallariis, & metallis, & procuratoribus metallorum: per notata per Bartol. in d. §. item cum quidam. columna prima. Item aduerte, quia hac opinio non procederet vt tempore locacionis vigerent dictae hospitationes per ea quae dicit Bald. in hac materia remissionis mercedis, in l. ex conducto. §. primo. ff. locati. & in l. si ea lege. C. de vsu. & Soc. consilio centesimo quinquagesimo sexto, column. iij. est enim imputandum conductori qui sciuit statum & conditionem rei, vt in dictis locis. Breuiter hic est articulus, notabilis, & aduertatur hoc onus esse onus patrimoniale ipsi rei coherens. Bartol. in l. rescripto. §. sciendum. ff. de muneribus & honoribus. per textum in l. iij. §. munus. ff. de muneribus & honoribus. & Bartolus in l. vnica. C. de mulieribus, & in quo loco munera sexui congruentia, vel honores agnoscant, & not. in l. prima. C. de episcopis & clericis. Item est aduertendum hoc onus considerari dupliciter, vno modo, quo ad incommodum hospitandi, de quo nos loquimur: Alio quo ad incommodum alendi. Primus modus est permissus, imò lex iubet vt hospitemur in dicto titulo, de metallariis, & metallis, & procuratoribus metallorum. Secundus modus est illicitus, ita vt nec a volente domino domus accipiantur cibaria. l. denotum. C. de metallariis, & metallis. & procuratoribus metallorum. in fi. Tamen principes nostri volunt, vt subditi sui soluant, & alant, ad quod etiam vide notata maxime per Baldum in lege neminem. C. de sacrosanctis ecclesiis. Primus onus datur ipsi rei, vixi, etiam sine alio sumptu, secundum onus datur personae pro rebus, per lege si pendentes. §. si quid cloacarij. ff. de vsu fructu, & ita sentit quidam Parmensis in suo tractatu, de priuilegiis fisci. in titulo, de collectis, & ita obseruat. Cum igitur a lege sit ordinatum vt hoc onus hospitandi detur ipsi rei, merito conductor debet pari hoc onus, & ad hoc est textus expressus in dicta lege secunda C. de metallariis, & metallis, & procuratoribus metallorum. & ita obseruatur vt conductori detur, nec vnquam vidi aliquam remissionem ei fieri ob hoc. Non obstat nota. per Bartolum in dicto §. item cum quidam. quia licet facto tertij, vel locatoris iusto conductor possit petere remissionem, tamen illud est quia non erat onus annexum ipsi rei a lege inest hoc, non obstat dicta lex adiles, quia quo ad incommodum faciendum ante factum constructi teneatur cum sit onus domus, sed quo ad expensas non teneatur, sicut nec etiam teneatur conductor quo ad alimenta de quibus supra ratione do-

mus, sed ratione patrimonij sui descripti, item cum illa expensa concernant perpetuam vtilitatem, non teneatur conductor iuxta notata per Bartol. in lege impensa. ff. de impensis in rebus dotalibus factis. & in l. praedita. §. antepenultimo. ff. de fundo instructo. Non obstat etiam textus in l. cum in plures. in pri. ff. locati. qui vult vt si superueniat impedimentum in re locata, ita vt non possit sublocari, fiat remissio. & hoc idem dicit ibi Bartolus in fine principij, quia respondeo quod loquitur de impedimento fracturae domus, vel alio impedimento, non inuenio, & iusto a lege, sicut est onus hospitandi quod natura sua datur ipsi rei. Et ex praedictis hac determinatio redditur parum dubia, quando parum incommodi accipit ex hospitatione iuxta dictam l. habitatores in pri. & §. vis maior. & etiam quando tempore conductiois militabant hospitationes iuxta notata per Bald. in dicta l. ex conducto. §. j. & in l. si ea lege. C. loca. & etiam quando sicut facultatis conductoris recedere a domo per dictam legem quod si domus, in pri. ff. loca. & etiam quando potuit alteri sublocare non obstante hospitatione, sed tamen non recedas indifferenter ab opinione supra dicta quicquid dixerit Lucas de Penna, qui etiam loquitur sine fundamento, Et quae onera pertineant ad conductorem, & non ad locatorem, & quae ad emphyteuta, vide per las. in l. ij. charta, col. iij. & iij. & v. C. de iure emphyteutico. dixi supra in materia collectarum in titu. de principe. Vides igitur vt ex regula fieri remissionem mercedis quando contingit damnum intolerabile, sed fallit primo, secundum Bartolum in dicto §. vis maior. columna secunda si aliter sit actum, l. si quis fundum. in principio. ff. loca. vbi text. ad litteram quod conductor teneatur ipse de casu fortuito, si ita actum est, & ibi in glos. quod similiter ex latere locatoris potest conueniri, hac est pulchra materia, tamen quia in tractatu de peste supra relato, Rip. plene & lucide traditur ad eum locum te reuicio. Nam ibi concludit quod licet conductor suscipiat in se periculum, non tamen ob hoc teneatur de casu fortuito, & idem si suscipiat in se omne periculum, quando adhuc non intelligitur suscepisse periculum casus fortuiti, & idem si promittat conductor pensionem omni exceptione remota, & idem si conduxit vectigalia, vel fundum suo vsu, & periculo, & idem si conduxit cum suis rascis & spinelis, vt ipsius verbis vtar, est materia l. sed & si quis. §. questu ff. si quis cautionibus in iudicio sistendi causa factis, non obtemperauerit. vnde requiritur vt expressè conductor suscipiat in se casum fortuitum in specie, dicta l. si quis fundum. vel etiam in genere periculum cuiuslibet casus aduersi. hac est communis opinio in d. §. questum. vt dicit dictus Rip. Sed quid si ad sit pactum quod locator non vult teneri pro re locata, & casu fortuito non possit vt, crederem tamen remissionem mercedis fieri debere, sed operabitur quo ad damna & interesse, iuxta lex conducto. in pri. ff. locati. & ad hoc adduco textum in materia emptionis & venditionis in l. emptorem. §. cum autem. ff. de actionibus empti. & Doctores in l. non dubitatur. C. de euictionibus & quod tale pactum vim non habeat, vt conductor in se suscipiat casum fortuitum, est decisio Baldi, in cons. cxlv. in iij. volumine, & in eodem volumine, consilio centesimo. vbi Bald. loquitur de pacto quod conductor promittit seruare tale repagulum super flumine, quod tamen non teneatur illud seruare, vbi reperetur casu fortuito, & idem in his terminis loquendo in verbo, manuteneat. tenet Fulgof. in cons. cxlij.

cxciij. factum super quo. columna. versic. tertio. con-
firmatur. & colum. si. versic. ad tertium. Non enim
quis se obligat ad casum fortuitum nisi in specie se obli-
get: & nominatim secundum communem sententiam
in dicto §. quæritur. vt proximè dixi, & in hoc con-
sistit totum fundamentum, tamen si tempore bel-
liferet hoc pactum, intelligeretur comprehendere
etiam casum fortuitum belli, quia etiam sine pacto
conductor teneretur de tali casu. secundum Cyn. &
Baldum, in l. ex conducto. in pri. ff. locati. & Bald. in
titulo, de pace Constantiæ. §. si vasallus el secundo.
& Alex. in l. interredum. §. quod ex naufragio, in fi. ff. de
acquiren. possessio. & dicam infra, in secunda fallen-
tia latè. Et si dicas, Quid igitur operabitur pactum?
Respondeo, Operabitur etiam si casus esset insolitus,
quia qui suscipit casum fortuitum in se non tamen te-
netur de insolito, secundum Bartol. in d. §. quæritur.
in fi. & Iasonem ibi, & est communis licet Doctores
varient, vt dicam pauld infra. Vt igitur operetur di-
cendum est, quod etiam comprehendat casum insol-
litum, sicut dicimus in conductore qui tenetur de le-
uissima culpa, sed si suscipiat in se periculum, intelligi-
tur hoc casum suscipere casum fortuitum, vt statim
dicam. sic etiam qui suscipit in se periculum non te-
netur de casu fortuito, secundum Doctores in dicto
§. quæritur. quia potest operari in leuissima culpa, ad-
quam non tenebatur, secundum Bartol. & Doctores
in dicto §. quæritur. & est notabilis opinio, si est ve-
ra, potest etiam dictum pactum intelligi, vt operetur
aliud, videlicet, vt non teneatur ad damna, & inter-
esse, vbi locator non faceret quod conductor posset
vitiari, iuxta l. ex conducto. ff. loca. & l. si quis domum,
in pri. & ibi Bartol. ff. eodem. & Socin. consilio xv. co-
lum. vbi omnino vide, & alibi sæpe, & ideo potius
sic est intelligendum quam vt conductor teneatur ad
mercedem, sine pretium etiam quod fructus non
percipiat, quia hoc videtur magis durum, lemporem,
& cum autem ff. de actio. empti. facit l. curabit. C. de
actio. empti. est enim contractus bonæ fidei. §. actio-
num, in sit. de actio. cui multum repugnat hæc inter-
pretatio: nisi dicas quod cum hic contractus sit fa-
ctus tempore belli, tale pactum non fuit appositum
nisi vt tolleretur dubitationem belli, quia promissio vi-
detur intelligenda secundum terminum & statum te-
poris, quod tempore promissionis viger, ad quod ad-
propositum valde adduco Ioan. Andr. in additioni-
bus Specul. in titu. de locatio. in rubr. vbi concludit
quod si tempore bellimiles recipit custodiam, vide-
tur etiam diligentiam promittere aduersus vim, &
refert, & sequitur Socin. consilio cxxiij. in iij. colum.
59 ij. vers. pro his. Sed aduerte ad casum, quem nunc
habeo in facto, locator tempore belli locauit decem
vncias aquæ cum pacto predicto, vt locator non te-
neatur, si non habebit dictas decem vncias aquæ,
& bellum vigeat per multos annos ante, & nun-
quam conrigerat ruina, tam magna, vt profus flu-
men ex quo dicta aqua proueniebat factum fuerit
siccum, licet (vt dixi) multis annis ante esset bel-
lum, vnde dicendum est, vt sine pacto res non habeat
dubitationem, licet tempore belli facta sit locatio,
quia tamen si re ipsa conductor se obligauerit ad ca-
sum belli, iuxta ea, quæ dixi supra proximè, tamen nõ
ad casum belli, tam rarum, & insolitum, secundum
communem quam dixi esse, & stante etiam pacto ad-
huc idem censet Primò, quia pactum in specie non
comprehendit casum fortuitum, secundum com-
munem opinionem. Secundò, quia adstant decisio-

nes in terminis. Tertio non conuenit locator nolle
teneri si non habebit aquam, sed dictas decem vncias
& sic non in quantitate decem vnciarum, quia aliquã-
do plus, aliquando minus defluit, & ideo si prioris de-
ficiat non conuenit promissio, & ita vult relaxatum
dictas, iuxta notata per Alexand. in lege si seruus §.
si a filio. ff. de legat. j. & Bartol. omnino, in l. ff. de con-
ditio. & demonstra. in materia relaxatorum, in ver-
bo, hoc præmissio. & sic sensus est quod si deficiat aqua
qua pars, tamen teneatur conductor, secus si totum.
& certe videtur ridiculum, vt conductor voluerit
suscipere in se talem casum, quando nihil profus per
60 cipit, imò qui promittit habere licere per se &
heredes suos tantum, & non alios, tamen respectu
tertij pro quo conuenit nolle teneri ad pretium red-
dendum, tenebitur, dicto §. cum autem. in l. em-
ptorem, ff. de actionibus empti & venditi. & glof. &
Doctores in l. non dubitatur. C. de evictio. & la-
tè Iaso. in l. stipulatio ista habere licere. in princip. co-
61 lumna antepenult. ff. de verbo. oblig. imò etiam si
quis suscipiat in se casum fortuitum, & deficiat substã-
tia rei, non dico vsus rei, conductor non tenetur. Bal-
in l. licet. in prima colum. in versiculo, secundò qua-
ro. C. locati. vbi si quis tempore periculi imminenti
conducit molendinum non tenetur si deficiat substã-
tia rei, licet videatur suscepisse casum fortuitum, debuit
igitur locator clarius facere pactum, & dicere vt non
teneatur, nec ratione belli presentis nec futuri, si-
ue in parte, siue penitus deficiat aqua, & cum hæc
opinio sit æqua, & sancta illam sequar in iudicando in
62 casu presentis, quia arbiter electus sum. Sed qui
si suscipiat in se conductor vnquam casum fortuitum in
specie, postea sit adiecta clausula generalis, & om-
ne periculum. Dic, committim esse, vt omnis casus
fortuitus, similis tamen casui expresso comprehendatur,
vt per Rip. dicto tractatu numero 77. & ibi de-
clarat quando dicatur casus similis, vel maior, vel
63 minor. Eodem modo licet appellatione periculi,
vt dictum est, non veniat casus fortuitus, tamen si
alius conductor teneretur pro leuissima culpa, tunc
etiam teneretur de casu fortuito, quia aliter pactum
nihil operaretur, vt per Rip. ibi numero 80. similiter
si suscipiat in se omne periculum cum iuramento ad-
huc tenebitur de casu fortuito, sed dicit Rip. vbi su-
pra communem esse in contractibus, sic etiam quan-
do quis suscipit in se periculum, & fortunam, tene-
tur pro casu fortuito vt ibi num. 86. Sed pulcher est ar-
64 ticulus. Quando conductor tenetur pro casu for-
tuito, & suscipit in se periculum ad quid teneatur,
dicte ibi præfatus Rip. eum teneri etiam si culpa ad-
uersarij præcedat casum, culpa tamen in non facien-
do, non in faciendo: quia factus est vt aliquid opere-
tur, tamen minus debet operari quam fieri possit
65 vide ibi. Sed tamen non semper suscipiens ca-
sum fortuitum in se, de illo tenetur, imò limitatur,
Primò secundum præfatum Rip. quando culpa loca-
toris venit casus, & dicitur culpa siue facta iniusto
aduersarij, siue iusto id obuenerit, puta quando ini-
ste infert ipse locator bellum alteri, vel iniuste ei in-
fertur vt per eum, allegat Bartol. in lege si merces.
§. culpa & ibi gl. ff. loca. qui loquitur in emptore qui
teneatur de omni periculo secundum naturam em-
ptionis, & tamen de hoc non tenetur, & idem Bar. in
l. cotem ferro. §. qui maximos. ff. de public. col. secun-
da & in quaest. publicanus, & alibi sæpe, allegat etiam
Corn. cons. xij. licet diffusè col. ij. vol. iij. & cons. xxij.
videtur volaj. & cons. xxxvij. quamuis col. pen. vol. se-
cundo

cundo. Adde Alexand. consilio lxxxij. in sexto volu-
mine & dicam latius infra in fal. l. damnum. C. loca. &
ideo etiam si locator nihil faciat, sed tamen cum po-
tuit interpellatus resistere, non restitit tenetur. Corne.
66 in dicto consilio xij. Secundò limitatur vt susci-
piens in se casum fortuitum non teneatur quando ca-
sus est insolitus, communis est opinio, in dicto §. que-
situm per l. fistulas. §. frumenta. ff. de contrahen. empt.
Non enim præsumitur cogitatum de casu tali, Multi
contrarium tenent, sed hæc est communis vt ibi in d.
67 tractatu numero 97. vbi habes notabiliter quando
dicatur casus insolitus de quo non præsumitur, cogi-
tatum in quo vide Dec. consilio vij. columna penult.
& Alexand. consilio cxvij. volumine iij. & Corn. in di-
cto consilio xij. & consilio clxxxij. in hac consultiatio-
ne. columna iij. vol. iij. & consilio xxij. columna pen-
volum. ij. & Soci. consilio cxxiij. volumine iij. & om-
nino dictum Rip. in dicto tractatu. Adde ad confirma-
tionem communis opinionis, vt non teneatur de ca-
su insolito, Bald. consilio cxlv. columna ij. iij. volum. &
consilio cxlvij. in fine. vbi notabiliter loquitur. Angel.
consilio clxxvj. columna j. Anan. consilio lxxvj. colum-
na j. Bald. j. volu. consilio cxix. & iij. volumine, consilio
lxxxix. & quinto volumine, consilio cxxxvj. & consi-
lio centesimo octogesimo sexto, columna secunda. &
68 adeo est vera dicta conclusio quod suscipiens in se
casum fortuitum, non tenetur de in solito, vt procedat
etiam si quis susceperit in se omnem casum for-
tuitum, tam præuicium & cogitatum, quam non præ-
uicium & non cogitatum quando occurrit casus de quo
nullus etiam prudentissimus cogitasset. ita Cor. consi-
lio xxij. volumine ij. vide tamè dicta Rip. in eo tract.
quia hoc constanter non affirmauerim. Adde ad præ-
69 dictam materiam eorum qui suscipiunt casum for-
tuitum Anan. consilio cxx. vbi ponit de eo qui tempo-
re belli suscipit in se casum fortuitum in custodiendis
merciibus, & milites in eum impetum faciunt. Item
70 arde de eo qui suscipit in se periculum vnus casus, an
videatur suscipisse alterius habentis maiorem ratio-
nem. Ancharanus consilio cl. Et quid in eo qui susci-
pit in se casum fortuitum quod nauis veniet in por-
tum, vide Parid. de Put. in tractatu, de ludo. columna
71 octaua, item addet quid sit casus fortuitus & impro-
nifus. Cepol. consilio xxxij. columna tertia, & Alex.
in dicto §. quæritur circa fin. & dicuntur casus for-
tuiti insidia latronum, & proditio subditorum. Rom.
consilio cccxcv. columna si. eodem modo illud quod
fit per fracturam latronum, Angel. consilio cij. colum-
na prima circa fin. vbi etiam ponit de eo qui dimittit
72 bestias in pascuis, cum alij etiam habes qualiter probe-
tur casus fortuitus, de quo ultimo vide Bartol. & scrib-
it l. si quis ex argentiariis. §. si in verò heredi. ff. de eden.
& violentia dicitur casus fortuitus. Bartol. consilio
74 cccxxxix. circa fin. item quod incendium connumeratur
inter casus fortuitos, Anan. consilio lxxj. columna se-
cunda, & quid sit casus fortuitus vide Bald. ij. volum.
consilio cccclvij. circa fin. & nimia & insolita pluuia
enumeratur inter casus fortuitos. Bald. 4. volumine
consilio clxxij. & quid de violentia & rapina vide
75 Bald. quinto volumine, consilio cccix. an sit factum
connumeretur inter casus fortuitos maxime si fiat à
domesticis vide Roma. consilio ccccxiij. columna ij.
76 versiculo fin. & sequent. addet quod factum superio-
ris censetur casus fortuitus. Alexand. primo volumine
consilio lvij. columna penultima. vide omnino Bald.
ij. volumine consilio ccccix. post principium, & col.

ij. post med. & Alexandr. iij. volumine consilio xcviij.
columna ij. vbi dicit quod si Princeps non seruat con-
uentia dicitur casus insolitus, & Bart. in l. cotem ferro.
§. qui maximos. in pri. ff. de public. & de facto iudicis
siue iusto siue iniusto, an censetur casus fortuitus vi-
77 de Ange. consilio ccxix. columna iij. in pri. & ibi ponit
qualiter quis intelligatur se obligare ad casus fortui-
78 tos per totum. Et quid exprimentum sit, vt quis vi-
deatur se obligare ad casus fortuitos, vide Fulgo. co-
78 silio cxciij. columna secunda. Et quid si excipiat quis
certos casus an videatur se obligare ad alios vide Bal-
ij. volum. consi. cccclvij. & Imol. consil. vij. Alex. j. vol.
consil. xxvij. col. viij. & Fulgo. consil. prædicto cxciij.
79 col. j. & ij. & Cepol. consil. lxx. col. iij. Secunda fallen-
tia ad regulam supra positam est, quod conductor nõ
potest petere remissionem mercedis, vbi culpa sua con-
tingeret sterilitas per §. conductor. in l. si merces. ff. lo-
co. vbi conductor ante omnia curare debet, vt opera
rustica suo tempore faciat, ne in tempore cultura de-
teriorum fundum faciat, præterea villarum curam age-
re debet vt eas incorruptas habeat, ita lex ibi, & am-
pliatur hæc conclusio etiam si propter inimicitias con-
ductoris hoc contingeret. §. culpa in ea lege, item am-
pliatur in glo. ibi etiam quando talis inimicitia esset si
ne culpa conductoris. quod vltimum sequitur Bar. ibi
& alibi sæpe, & Doctores relati supra per Rip. charta
80 præced. versic. sed tamen. & ex hac conclusione pri-
mò infero quod si incendio sequatur damnum iuxta l.
ex conducto. §. si ff. loca. non potest peti remissio: quia
incendium præsumitur fieri culpa inhabitantium. l. si
vendita. ff. de peri. & com. rei vendi. cum similib. & ideo
d. §. si loquitur vbi allegatur & probatur incendium si-
ne culpa conductoris, & ita Alber. in l. licet. columna
j. in pri. C. loca. sed tamen culpa hæc quæ præsumitur
non videtur sufficiens contra conductorem vel in qui-
linum, quia præsumitur leuissima. glof. in §. præterea
in sit. quib. mod. re contrah. oblig. de quo articulo vi-
de plenè Ias. in l. domus. ff. de leg. j. & in l. sed & si quis.
§. quæritur. col. pen. ff. si quis caut. & Cap. consil. lxx.
col. j. Ang. consil. cxcvij. Anan. consilio lxxj. Bald. ij. vol.
consil. cxlvij. & seq. vbi not. & iij. vol. consilio cxxxij.
& consil. clxxxvij. & consilio cccxcj. Corn. j. volumine.
consilio cxxxvj. col. ij. & j. vol. consil. cccxlij. & Alex. in l.
si quis ex argentiariis. §. prætor ait. ff. de eden. colum-
na iij. & sequent. & Bald. consilio ccccxiij. iij. vol. & in
his locis plenè habes quando conductor teneatur de
81 incendio & quæ culpa præsumatur contra eum, item
si infero quod licet ex casu fortuito conductor petere
possit remissionem, tamen non poterit vbi culpa præ-
cedat casum. l. si vt certo. §. sed interdum. ff. cõmo. &
l. si nulla culpa. C. de pignor. actio. & exemplum est
quando contingit magna pluuia & insolita cui tamen
colonus potuit occurrere faciendo sulcos, quibus
non factis suffocantur segetes, vt Imola in capitulo
propter sterilitatem. columna xi. vers. in glo. ij. extra,
loca. item potest poni exemplum in casu furni locati,
quando conductor non potuit vitari aegrotus peste.
l. sed ades. §. cum quidam. ff. loca. per quem ita Firmi.
in tract. de gab. in secunda parte. quaestio. xxv. versic-
culo conductor. imò generaliter, Bart. in dicto §. cum
quidam. not. quod casus fortuitus contingens in per-
sona conductoris non excusat eum quin teneatur ad
integram mercedem & ita Bart. in l. si vno. §. item cum
quidam. colum. ij. ibi aut contigit ex parte conducto-
ris. ff. loc. aleg. glo. in l. colonus. §. nauem. ff. loc. & in l.
82 si vehenda in pri. ff. ad leg. Rod. de iact. Et si similiter
conductor impedito vi facto proprio, vt quia sine cau-
sa re

la recessit non fit remissio, imò tenetur statim ad integram mercedem vt l. si in l. §. si domus. l. dominus horreorum. §. si. ff. loca. & quando culpa precedit ca
 83 sum, an tunc casus semper excuset, vide Bartol. in l. non exigimus. §. sed & si. & in §. simili modo. ff. si quis caur. & Bart. in dicto §. sed interdum. & Soc. consilio clvj. columna fin. & Felin. in ca. cum inter priorem. de except. columna duodecima. & in capit. ex transmissa. columna penultima. de prescript. & Alexand. in l. recusare. in §. si quis alio. ff. ad Trebe. columna secunda.
 84 & alibi sepe. item infero ad id quod culpa tollit excusationem, quod si tempore belli fiat conductio vel tempore pestis conductor non potest petere remissionem Bal. in l. ex conducto. §. primo. ff. loca. post Cin. Socin. consilio clvj. columna quarta. & Alexand. in l. interdum. §. quod ex naufragio. ff. de acqui. pess. & d. xi. supra. & idem si aderat timor belli, Alexand. in l. diuortio in prin. columna tertia. ff. soluto matrimonio. vbi allegat Anchar. & ideo etiam praefectus arcis qui suscipit eius custodiam tempore belli, tenetur etiam si vi extrahatur. Ioan. Andr. in ad. Specul. in titulo loca. super rubri. sic etiam conductor agrorum in consubus Florentiae non potest petere remissionem propter depredationem militum Florentinorum, quia soliti sunt singulo anno milites ipsorum Florentinorum tales rapinas facere, Socin. consilio cx xij. quidam Iacobus. volumine iij. & Rip. in tractat. de quo supra. charta octava. vbi etiam allegat Alexan. consilio sexto. videretur ad fin. volumine ij. Ad de Aret. consilio cxl. &
 85 ad id quod licet tempore belli fiat conductio, tamen si substantia rei profus tollitur, fit remissio, & non soluitur pensio, quia nulla debetur pensio rei non subsistentis, licet tempore belli contractus sit celebratus, ita egregie Bald. in l. licet. C. loca. columna prima. versiculo secundo quare conduxit molendinum, vbi omnino vide. & loquitur Bald. quando a principio adgratres locata. postea perit ex casu qui etiam tempore contractus imminet, item praedicta intellige, quando in re conducta erat bellum. ita Aret. in dicto consilio & in dicto tracta. Rip. etiam habes, quod non solum in hac materia ad denegandam remissionem culpa conductoris, consideratur ipsius conductoris culpa, verum etiam familiarium suorum. l. qui in insulam. §. finali. ff. locati. etiam si esset pactum in contrarium videlicet vt non teneretur de incendio, quia adhuc tenetur de incendio ex culpa tali commisso, & ita l. si in l. sed & si quis. §. quasi sum. ff. si quis caur. addo Bald. ij. volumine. consil. cccxv. columna prima post med. & columna secunda. post med. & consilio cccclvij. columna prima in fin. & text. quem vide in l. videamus. in p. ff. loca. & an dominus teneatur de delicto familiaris, vide Felin. in capitulo Petrus. de homicidio. Non
 87 Tomitto dictum Rip. in dicto tractat. numero 14. ponere aliam limitationem ad remissionem mercedis non faciendae precedente culpa conductoris, quando talis conductor non solueret decimas: quia praesumitur sterilitatem obuenisse ob iram Dei. can. reuertimini. xyj. questio. prima. sequuntur glof. Peru. Gemin. in
 88 capitulo primo. de decim. in vj. & ideo si inquilinus in cuius domo tantum pestis irrepit, est vir sceleratus, puta vsurarius vel blasphemus, vel sodomita sibi esset neganda remissio, vt ibi per eum, vltra quem vide Imol. qui idem tenet in capitulo propter sterilitatem. columna duodecima, extra. loca. & ibi dicit aliud esse quando ex consuetudine non soluerentur decimae. sed dic exemplum de peste non esse bonum, quia etiam sine culpa sua non posset petere remissionem vt

dixi supra, in ij. fall. in questione excentis furis furariam. ipse tamen Rip. in dicto tracta. numero 34. & sequenti versiculo, sed pone quod conductor hospitij, tenet fieri debere remissionem: tamen non vidit Bar. per me allegatum supra, in dicta secunda fall. in qua.
 89 de qua supra. Tertia est fall. in Lombardia propter grandines quia non fit remissio ex quo sepe accidunt ita Alberi. in l. licet. C. loca. & in §. vis maior in l. si merces. ff. locat. ponderando text. in l. ex conducto. §. primo. ff. locat. ibi feruore solis non assueto, & ibi si verò nihil extra consuetudinem quod satis est not. dignum secundum eum, & quado casus talis contingit in ciuitate Mediolani vt plurimum res coponitur, licet feruetur dictum Alberi. vbi finitur via iuris, sicuti dixerunt mihi Dominij Bernardinus Bullius & Ioannes Naua Doctores optimi & ex antiquioribus nostri collegij venerandi, sed aduerte quia si contingeret grando omnino insolita, & nunquam considerata, res non haberet difficultatem quin deberet fieri remissio per ea quae dixi supra in versiculo, sed tamen non semper per l. si vitas. §. si frumeta. ff. de contrahen. emptio. si etiam contingeret grando quae damnum afferret vltra dimidiam adhuc idem crederem de iure, quia licet sepe grandines cadant, tamen raro contingit vt destruant vltra dimidiam, vt videmus, & ita iudicarem, nec tamen praefati Doctores mihi dixerunt habere in memoria aliquam causam in specie ita decisam, quinimò aliqui alij dixerunt mihi contrarium. Quarta est fallentia, quod non fit remissio, quando fructus sunt separati a solo. l. damnū. C. loc. & ratio est quia quado sunt separati a solo sunt conductoris. l. si apes. §. j. ff. de furt. & l. si seruus. §. locati. eodem titulo de furt. & l. antepenult. ff. de rei vendic. vbi ad litteram textus dicit quod fructus sit colligentis, eo ipso quod est amotus a solo licet nondum pressus, & ibi in specie Alberic. tenet quod licet fructus non sint reconditi in horreo sunt coloni qui annua pecuniarum quantitate rem conduxit, quamuis quaedam glossa videatur velle contrarium, & est textus in dicto §. primo. in l. si apes. & ideo amittuntur damno eius. l. pignus. C. de pignora. actio. quando verò sunt pendentes non sunt coloni. l. fructus. ff. de rei vendic. & haec est ratio doctorum in dicta l. damnū. & in capitulo propter sterilitatem. vbi per Imol. columna iij. extra loca. & ideo sequitur vt etiam si non sint fegetes exportata a fundo, sed tantum sectae, damnum fit conductoris, & ita Ang. in specie in d. l. damnū. & sic de sereno secto, & nondum collecto, & conducto sub recto, & ita etiam, si bene vides Socin. in consilio c. in causa Baptistae columna prima ibi & certe si essemus in fructibus naturalibus, vbi vult vt si essemus in naturalibus non fieret remissio, si etiam solum vix essent excisa licet non pressa, sed contrarium tenet Paul. de Castro in l. ex conducto. §. j. ff. locati. vbi dicit etiam fieri remissionem in fructibus separatis nondum exportatis, ponderando textum ibi si exercitus praeteriens per laciniā abstulerit, sed quod dixit Paul. de Castro. vt ille textus loquatur de fructibus sectis adhuc ibi existentibus, contrarium etiam & in fortioribus terminis tenet Fulgo. in dicta l. ex conducto. §. finali vbi vult vt l. damnū procedat tantum, quando fructus facti sunt perfecti, id est excisi & in horrea reconditi, ita vt si exportantur dum excutuntur non procedat & habeat locum remissio, & fundamentum est, quia verum est dicere, quod non licet colono vtifruifundo, quo casu fit remissio. d. l. ex conducto. §. j. & quod non liceat, patet quia frui intelligitur ita vt fructus mudos

dos habeat, iam facta omni impensa, quia aliter fructus non sunt. l. si a domino. §. fructus ff. loc. ita solenniter Fulg. ibi, & quod vbi fegetes sunt in paleis, ita vt non sit excusum frumetum, quod fiat remissio, vult Bal. in l. ex conducto. §. j. in lecti. ibi, secus est in separatis & factis coloni puta in esse frumentis, est not. articulus & in practica esset arduum obtinere opinionem Paul. & eorum qui cum eo sentiunt, quia communiter Doctores sequuntur dictam rationem est coloni fructus, ideo eo ipso quod est separatus a solo vt Bal. in dicta l. ex conducto. §. j. in lecti. antiqua & Bart. in l. damnū. C. loca. Imol. supra in dicta capitulo & Bar. in dicto §. vis maior. columna ij. in fin. & pri. sequent. & Doctores in dicta l. licet & vbi supra, imò plus volent Doctores communiter vbi supra, vt contractus eo ipso quod sunt separati fructus dicatur impletus ex parte locatoris, tamē mihi placet alia opinio, quia conuenit contractui bonae fidei in quo plurimum exuberat bona fides. l. iij. ff. pro soc. & not. in §. actionum. in tit. de actio. quae bona fides est contractaria tanta sublimitate, per id quod not. Barto. in l. si fideiussor. §. quaedam. ff. manda. & etiam fundamentum Fulgo. videtur non contemnendum, quia donec fructus est imperfectus, & nondum redactus ad fin. vt possit dici fructus non dicit frui: & sic locator non dicitur impleuisse contractum ex parte sui iuxta l. si quis domum in pri. & ibi Barto. ff. locat. & per Ioan. Carder. in titu. locat. consilio v. per quod fundamentum apparet responsio ad rationem l. pignus. C. de pignora. actio. quia fateor quod fructus sunt conductoris, quando sunt separati, tamen locator non liberatur quin praestet patientiam donec fruar, quam cum in possit praestare, tenetur ad damnum intolerabile. dicto §. primo, & ideo etiam Socin. in dicto consilio centesimo consuluit in not. casu illius qui conduxerit omnes fructus & proventus cuiusdam iurisdictionis, & qui passus est multa damna in condemnationibus iam factis, licet non exactis quod habeat locum remissio, quia non dicuntur plene fructus collecti, licet factae essent condemnationes, & parata nomina debitorum, & ita fidesus dicitur cis sepius seruauit. Sed quid iuris sit in sereno recondito in fenili, quod comeditur ibi a bestiis ex necessitate pacti, videtur sine dubio dicendum, vt nulli fieri debeat remissio, quia serenum est coloni per leges supra allegatas, & quia locator omnino impleuit ex parte sua, cum serenum etiam reconditum fuerit sub fenili, tamen est considerandum quod serenum ibi tenebatur vt comederetur, & fieret de eo pinguedo pro pinguefaciendo & colendo agro, & ideo si casu fortuito sit consumptum dictum serenum a militibus, & ex hoc non poterit ager pingue fieri, & coli, in effectum dicitur damnum datum in re locata: quo casu fit remissio, vt declarat Barto. in dicta l. ex conducto. §. j. & in dicta l. damnū & Doctores vbi supra, item ager ita praestari debet colono vt frui illo possit dicta l. ex conducto. §. primo. ex qua ratione oritur fundamentum remissionis vt ibi in text. sed haec ratio non valet, quia lex vult vt damnum sit datum in re locata. l. ex conducto. §. primo. & l. si merces. §. vis maior. & l. lect. C. locati. & cap. propter sterilitatem. extra locati, non in rebus coloni, alioquin sequeretur, vt si ablatis boues essent & plaustrum colonis, dominus teneretur quia ex illorum defectu possessio non potuisset coli, quod esset ridiculum, & destrueret dicta l. damnū. sed uo nisi adesset aliquod pactum, vt locator teneretur rescarcire damnum datum propter bellum per id quod not. tenet Angel. in consilio cccxj. colum-

na secunda in versiculo nunc videmus, & eodem modo remissio fieri non debet quando ex consuetudine sereni comeditur, quia licet conductor videatur conduxisse cum illa obligatione consuetudinis. l. quod si nolit. §. quia assidua & ibi Bart. ff. de adilitio edicto. & capitulo certificari. de sepul. vbi Abbas, & Iaf. in l. certi conditio. §. si nummos. columna tertia & sequentibus. ff. si certum petatur. tamen serenum. vt dixi, est coloni & dicitur ipso recondito in fenili locator impleuisse quod per eum fieri debebat, sed tamen prima facie videtur vtroque casu, & quando adesset pactum, & quando ex consuetudine comeditur, locatorem teneri ad remissionem mercedis, quia factio locatoris iusto tamen patitur hoc damnum, & sic videtur vt simus in distinctione. Barto. in l. si vno. §. item cum quidam. col. prima. ff. locati. dum allegat. l. eodem. C. locat. sed dic quod Barto. loquitur in damno dato in re conducta, nos in damno dato in rebus coloni. Item Bart. loquitur in damno dato a locatore ad hoc vt daretur illud damnum, nos secus, quia non fuit appositum pactum nisi vt fieret pinguedo, qua possessio & ager pingue fieret, iuxta notata per Bartol. in l. non exigimus. §. sed & si. & §. simili modo. ff. si quis caur. & quae supra allegauit in versiculo, & quando culpa precedit casum quid dicendum, arbitror fieri debere remissionem: quia regula. l. pignus. C. de pignora. actio. quae vult vt res pereat periculo eius cuius est, non procedit quando transfertur dominium alicuius rei in aliquem ad utilitatem transferentis principaliter. l. Titius. ff. de praesid. vrb. & ibi Paul. de Castro, & clarius Iaf. ibi & Iaf. in l. quod te. ff. si cert. peta. col. vij. & in l. no omnia. §. primo. ff. si cert. peta. est enim conueniens vt quem admodum emolumentum principaliter spectat ad locatorem, pariter etiam ipsius periculum. l. secundum naturam. ff. de regulis iuris, & si tu dicas hoc modo, omnis iactura etiam circa dimidiam erit periculo conductoris contra communem opinionem respondeo quod hoc postea procedit ex natura contractus locationis, iuxta dictum §. vis maior. in l. si merces. & in dicta l. licet. & alibi sepe & ed. maxime haec opinio est tenenda, quia est aequa & honesta, nam si non fuisset conductor ad id obligatus potuisset sibi imputari quare non disposuisset de dicto sereno, sed cum sit ad id strictus, quis poterit ei dicere, Alio debuisti illud conducere, & ita semper seruatum fuit in magistratu extraordinario, & circa dicta l. damnū. vide etiam Imola in dicto capitulo propter sterilitatem, columna quarta, charta iij. in versiculo, sed Hostien. extra loca. vbi limitat dictam l. damnū. quando fructus separati corrumpuntur vitio territorij & refert & sequitur Socin. in dicto consilio centesimo ad fin.
 92 Vltimò circa dicta l. damnū, quare de not. quest. damnū datur in fructibus separatis a solo factio locatoris propter eius inimicitias, quia bellum mouetur locatori, vel ipse alij mouet, an conductor nihilominus teneatur ad mercedem, an verò sit habenda ratio horum fructuum amissorum in damnum locatoris, haec questio tota ad fideum pertinet, non naturaliter, sed per accidens, quia quotidie disputatur in praefato Magistratu extraordinario, & videtur habendam esse rationem, quia conductor factio locatoris patitur hoc damnum per communem opinionem de qua in l. ij. §. item si in factio. ff. de verb. obligat. secundum Iaf. ibi quae est quod is a quo exactum aliquid ex factio tertij potest repetere omne id quod soluit etiam cum damnis ab eo tertio cuius occasione id factum continetur, est verum quod dicta opinio procedit secundum

dām facti vbi supra, quando iuste id factum interuenit pura quādo iusto & debito modo repraesentat de quibus ibi loquitur concessa fuerunt, sed si iniuste id est sine dolo, culpa aut debito dicti tertij, & est vera opinio vt ibi, sed tamen in casu nostro locator videtur omnino teneri, quia si iuste bellum locatori moueat, siue non, siue ipse moueat iuste, siue iniuste, semper videtur esse in culpa ita gl. in l. si merces. §. culpa. ff. loc. & propterea Bar. vbi que dum facit mentionem de gl. in §. culpa. vult vt locator teneatur siue ipse moueat bellum iuste, siue non, & siue ei moueatur iniuste siue non, vt in l. cotē ferro. §. qui maximus. ff. de publ. & in que. publicanus. & in tract. de repraesentat. & in §. culpa. & in l. si vno. §. item. cū quidam. col. iij. in pri. ff. loc. & fundamentum est in gl. in d. §. ex qua sumit hanc presumptionem Bar. quod locator in dubio videatur in culpa, quod licet non dicat expresse tamen ita voluit dicere ex quo allegat dictam glo. debuit enim saltem locator denunciare conductori tale quid propter quod fuisset ei cōsultum, vel debuit aliquid aliud remedium fecisse, quod facere potuisset, aliter videtur esse in culpa, & ideo tenetur, sic declarat Bart. nō glossam: quia ipsamet se declarat, & ideo si in casu repraesentat de quo in d. §. item si in facto, omnino cessaret culpa ē latere asserti debitoris, contra eum non posset haberi regressus, vt ibi per Ias. & not. per Aret. ibidem quem vide omnino, & vbi omnino non cessaret licet iniuste repraesentat essent concessa, nihilominus teneretur, puta quando non denunciasset, cum denunciare potuisset, vel nō curasset ne concederetur, & ita Imol. in d. §. item si in facto, & Imol. & Rom. in l. penult. ff. soluto matrimonio. quod vltimū licet mordeatur ab Alex. in dict. §. item si in facto, tamen hac est communis & vera opinio, & eam defendit Soc. in d. §. item si in facto. Sic igitur videtur locatorem teneri data aliqua culpa in eo quā in dubio praesumitur nisi ē latere ipsius probetur omnis diligentia per dict. gl. in §. culpa. ad quam omnis anfractus tandem deuoluitur, & in contractu locationis & conductionis & in fructibus non separatis a solo, res est sine difficultate, quia natura talis contractus est, vt locator teneatur praestare diligentiam vel custodiam. l. si vt certo. §. nunc videndum. ff. cōmodati. & l. item queritur. §. exercitū. ff. locati & super hac ratione est fundata glo. in dicto §. culpa. & ideo ita tenet Bart. vbi que, & Cor. in ij. volumine. conf. xxxvij. col. penult. & vltima. & in iij. vol. conf. xij. & secundo volumine consil. xxij. colum. iij. Fulgos. consil. cxxix. colum. vlt. Anchar. consil. cxx. & Alexand. vj. volumine, consil. lxxxij. Aret. consil. cxl. & Soc. consil. clvj. in si. Roma. consil. clxxij. in prin. Bald. consil. cccxcij. columna si. volu. iij. Bald. consil. lxxj. columna vltima, volum. ij. & ibi attendit considerationem iam dictā, an fuerit in culpa vel non vt supra ipse feci post Aret. in dict. §. item si in facto, & alios ibi & supra relatos, & eandem considerationem habuit Anchar. in dict. consil. cxx. & loquuntur praedicti doctores cōiuniter non solum in contractu locationis & conductionis, sed etiam in cōtractu venditionis: quando tamen damnum datur in prouentibus nondum perceptis ex latere venditoris, & ideo aliud est habendum in consideratione, quādo sumus in contractu locationis vel etiam venditionis in fructibus vel prouentibus separatis a solo, nam in his cessat fundamentum quod locator debuit esse diligens & cautus, est cessat glossa in §. culpa, & ideo Salicet. & Bald. in dicta l. damnum. C. locatio. mouentes quaestionem nostram tenuerunt, sed per verbum for-

tē, quod hoc casu non procedat dictus §. culpa. aliter autem vult Alberic. ibi cui parum in hoc credo, quia difficultatem non mouet: sed tamen veritas videtur pendere a veritate dictorum per Doctores in dicto §. item si in facto, in quaestione de repraesentat in qua plures res casus considerantur. Primus quando iniuste repraesentat fuerunt concessa, quia erat verē debitor ille cuius ratione concessa fuerunt, & concurrebant ea propter quā repraesentat conceduntur, hoc casu tenetur sine dubitatione vt ibi per Barto. Roman. & communiter alios, sic etiam in casu nostro si iuste bellum moueatur contra locatorem sine dubio tenetur. Secundus casus est quando iniuste repraesentat fuerunt concessa & ille cuius factio concessa fuerit, procurauit sua diligentia ne concederentur & hoc fecit notum vt quilibet sibi praecauerē posset, & tunc nullo modo tenetur, & cessat repetitio, per textum cum glo. in dicto §. culpa. & text. in l. penultima a contrario sensu, ff. soluto matrimonio. cum aliis allegatis per Socin. in dicto §. item si in facto, ita in casu nostro, si iniuste bellum moueatur locatori, & fecit locator omnem diligentiam ne mouerentur, & vt cumque sit adinuenit conductorem de periculo rerum suarum, non tenebitur locator. Tertius est casus etiam quando iniuste conceduntur, tamen praecedente factio illius, cuius causa conceduntur, & tunc etiā tenetur per l. nam & seruus. ff. de negotiis gest. Paul. de Castro in dicta l. item si in facto, & ibidem per Socin. & alios, & ideo si locator ipse bellum inferat etiam iuste tenetur: similiter, si ei iniuste inferatur tenetur, eodem modo si praecedat aliquid factum, quod damno causam dederit vt vidi contingere tempore admirati duois exercitus Christianissimi Regis Francorum anno M. D. XXXII. quando venit Ticinum vt trāfiret, nam exercitus Caesaris iuit illi obuiam, & hoc modo per aliquod interuallum temporis non transfuit, tamen postea traiecit cedente praefato exercitu Caesareo, & tunc durante dicto tempore infinita mala sequuta fuerunt ad quā tenetur dominus, quia factio suo ea sequuta fuerunt. Quartus est casus quando iniuste ex negligentia non ex facto tertij conceduntur, nec fuit procuratum ne concederentur, nec data aliqua notitia, & tunc competit adhuc repetitio secundum Imol. Cuman. Paulum Castren. Aretin. & Socin. in dicto §. item si in facto, sic etiam in casu nostro locator tenetur si ei iniuste bellum sit motum, nec procurauit vt non moueretur, vel non dedit aliquam notitiam, & tunc tenetur etiam quo ad fructus a solo separatos. Alexand. in dicto §. item si in facto, hoc non admittit, quia non procedit contractus, & c. iuxta considerationem Bald. & Salicet. in dicta l. damnum, sed communis est contra Alexā, & rationi Alexandri etiam respondet Soc. vt ibi, & ad praesentem casum & penultimum & primum in quibus locator tenetur, facit quod dicit Soci. consil. centesimo, in fin. proprie loquendo in fructibus separatis a solo, locatorem teneri quando ex facto domini illud damnum contingit iuxta nota. per Guliel. de Cum. & Bartol. in l. si vt certo. §. nunc videndum. ff. quomodo & quando violentia inferatur de facto cui potuit dominus occurrere per ea quā in simili consiluit Anchar. in consilio lxxvij. in Christi nomine, omisso primo dubio, & bene facit textus in dicta l. damnum, ibi, quā nullus criminis ream, & c. Sic igitur vt vides late declaratum hanc materiam. l. damnum. C. loca. quando damnum datur in fructibus separatis a solo, sed quid si conductor differat collectionem, quam si fecisset damnum fuisset in fructibus se-

bus separatis illatum, & sic suum, dicta l. damnum, & quia non fecit collectionem damnum fuit illatum in fructibus pendentibus, quo casu periculum est locatoris secundum terminos huius materiae, an huius damni erit habenda ratio contra locatorem? Dic si fecit fraudem conductor, damnum esse ipsius conductoris perinde ac si fructus fuissent a solo separati, quia nemo ex sua fraude & malitia debet consequi commodum. l. itaque fullo. in princip. ff. de furt. & Hippol. in l. j. §. cum quis latrones, columna prima vsque ad fin. ff. de quaestio. Si verò non distulit in fraudem quia fecit id quod quilibet diligens fecisset, & faciebat, quo casu cessat omnis suspicio iuxta not. in l. contractus. ff. de regulis iuris, & in l. quae fortuitis. C. de pigno. actio. & in l. si quis ex argentiariis. §. prator ait. ff. de eden. tunc non tenetur, & ita his diebus proximè praeteritis respondi magno doctore me interroganti de hac quaestione. Aduerte tamen quia l. damnum dicit damnum esse conductoris datum in rebus ipsius, nisi locator sit in aliqua culpa, & ideo licet clauis tradita transferat custodiam secundum gloss. in l. dominus horreorum. ff. loca. & Salicet. in l. j. C. loca. tamen non transfert vbi horreum conducitur in domo habitantis locatoris: nam tunc adhuc locator debet esse diligens Alber. in dicta l. j. C. loca. ad fin. Bartol. in dicta l. dominus horreorum ibi, vel alio retinente clauem totalis domus, Bald. v. volumine, consil. clj. & Paulus Castren. in dicta l. dominus, & ideo si tales res conductoris exportentur vi & casu fortuito absque culpa locatoris expressa, non tenetur: si verò non appareat de violentia, sed tantum de amissione est praesumptio contra locatorem, qui res suas saluas habet, & alias non, dicta l. j. C. loca. & dict. l. dominus horreorum & per doctores vbi supra. Secundo da est fallentia secundum quam cessat remissio, quando vbertas vnius anni potest compensari cum sterilitate altetius anni. l. si vno. in pri. ff. loca. & l. licet. C. eodem. & capi. propter sterilitatem. extra. loca. & pro credit non solum in fertilitate anni proximè praecedentis, vel proximè sequentis, sed eius etiam quem alij sequuntur vel praecedunt, vt per Imol. post Hostien. in dicto capitul. propter sterilitatem. charta ij. columna prima, & secunda, & procedit haec fallentia in locatione non in diuersis licet inter easdem personas vt ibidem per Imol. Et quando dicitur vbertas quae suppleat vide Bald. in dict. l. licet qui dicit quod inspicitur vniuersalis locatio, & si ea inspecta intolerabile damnum non resultat, non fit remissio, imò hoc casu vnus supplet pro fus alium, & vide vt citò te expediam, Imol. in dict. capitul. propter sterilitatem. charta tertia, columna secunda & sequenti. vbi recitat opinioniones doctorum, & tandem tenet, vt etiam si emerget damnum aliis tolerabile, adhuc fiat remissio in ea parte quae deficit, ita tamen vt annis sterilis sit ex se sterilis, exemplum quando in anno praecedenti percepta sunt quadraginta, cum tamen triginta essent solita percipi, & in sequenti anno tantum decem percepta sunt, nam decem primi anni percepta vltra solitum suppleant in sequenti anno, vt sic videantur percepta in anno sterili viginti, fit tamen remissio in alia tertia parte, quae opinio satis est favorabilis & locatori & conductori, & ideo eam sequor, alia verò opinio ibi relata sunt nimium rigida, quia nimium sunt damnae conductori, aut locatori, Et quando annus praecedens est fertilis, locator a quo petitur remissio, potest de plano videre in quo fieri debeat remissio, sed

Bolsius

quando hinc annus fertilis nondum venit, quid faciendum? Domini Quaestores ordinarij decernunt su perferendum esse quo ad aliquam partem remissionis petita sine praedictio iurium suorum, donec finita locatione possit cognosci, an aliqua vbertas possit suppleat aliqua ex parte sterilitatem, & hoc est quod voluit dicere Bald. in d. l. licet. in x. quaestio. dum dicit praecedens annus est suppletius, sequens est suspensius donec venerit, sic etiam Salicet. ibidem ad finem, qui dicit quod locator debet habere illud quod est congruum, non totum sicutum absque praedictio iurium suorum, & expedit, vt fiat praedictio a locatore, vel fiat ordinatio per dominos Quaestores, vt superferatur, sed tamen etiam si simpliciter fiat remissio, adhuc non esset sublatum beneficium d. l. si vno. in princip. cum similib. secundum Bald. in d. l. licet. & de hac materia vide Angel. in consilio cccxj. columna. penultim. & final. & Roman. consilio cccxxxij. & Doctores in d. l. si vno. & in d. l. licet. Sex-
ta est fallentia quando venderem tibi fundum habitata fide de pretio, & conuenirem, vt penes me dominium remaneret donec pecunia omnis persolueretur, & interim certam mercedem quotannis mihi numerares, qui contractus est, contractus locationis in alio contractu venditionis, appositus, nam hoc casu damnum contingens in fructibus est emptoris, eius demque conductoris. casus est legis in l. sicut emptio. §. fin. cum l. sequenti. & pri. sequenti. & ibi gloss. & Doctores. ff. locati. & Alexand. consilio cxxj. in quinto volumine, & si aliud hodie non disceres tu studiose, satis esset hoc didicisse, imò fortius vult ille text. cum gloss. per Doctores approbata, vt etiam periculum interitus ipsius rei spectare debeat conductori & emptori quia dicitur venditio per se facta quod est maximi momenti, & videtur repugnare dictis Pauli de Castr. & Angel. in l. j. C. de periculo & commodo rei venditae. vbi volunt, vt licet non sit facta mensura, tamen traditio rei operetur translationem dominij, & consequenter periculum, sed hic reseruarum est dominium, igitur periculum non deberet esse emptoris, quos sequitur late Deci. consilio clxxx. Sed dic illam gloss. posse intelligi in casu in quo non requiritur translatio dominij ad hoc, vt transeat periculum vt in §. cum autem iniuste contrahens emptio. ne. quando venditio est pura, & non ad mensuram, quia solo consensu perficitur. d. §. cum autem. Tamen adhuc videtur mirabilis decisio dictae glo. quia si conuenio vt donec soluat pretium in effectu sit locatio, non videtur aliqua perfectio oriri, ideo not. omnino d. text. & gloss. & quando illum vidi planè obstupui, & dixissem contrarium nisi vidissem eum, & ratio quare non attenditur damnum, & non fit remissio est quia illud sicutum nō soluitur ratione rei, nec fructuum, sed ratione pretij quod adhuc est, penes eum, vt ibi per Doctores, & vltra Alex. habes Deci. in consil. cccxij. colum. ij. versicul. tertio idem comprobatur. Et praedicta procedunt quando allegatur sterilitas in fructibus, tunc fit & non fit remissio, secundum ea quae dicta sunt, sed si allegatur ruina, vel amissio alicuius partis rei conductae, an tunc petatur remissio eidem regulis & iuribus, considerando an sit intolerabile damnum, vel non, & an vltra dimidiam vel citra in hoc vide text. in dicta l. ex conducto. §. primo. ff. locati. ibi, sed & si ager vbi dicit text. quod si ager terrae motu ita corruerit, vt nusquam sit, est damno dominij oportet enim agrum praestari conductori, vt fructus

V

possit, & ita Barto. & Doctores in dicta l. si merces. §. vis maior. ff. locati. & in dicta l. licet. & in dicto capit. propter sterilitatem. & hoc clarè quando terramotu, vel casmate perit, quod idem est, vt declarat Abb. in capitu. potuit. loca. columna penultima. & Imol. ibi, in 104 glos. in verbo, Clade. Sed quid si teger sit occupatus ab hostibus, ita vt non possit coli, vel aqua inundatus quid iuris videtur idem, vt ad ratam fieri debeat remissio non considerando an emergat intollerabile damnum per dictum §. primum. & per eandem rationem, quia verum est quod non potest vtriusq. conductor, & locator non potest prestare patientiam. dicta l. ex conducto. in pri. & dicto §. primo. & per Barto. in dicta l. si vno. §. item cum quidam. ff. locati. & in l. si quis domum. in pri. ff. locati. Item illa res dicitur peritisse, cuius facultas haberi non potest. l. si is qui rem. §. is qui. ff. de furtis. & l. si constante. ff. soluto matrimonio. §. si vxor. Item quod à flumine occupatum est, dicitur esse in deperdito. l. qui vniuersas. §. item quod à Mariano. ff. de acquirenda possessione. & in l. interdum. §. quod ex naufragio. ff. de acquiren. possessione. Igitur etià dicitur esse in deperdito res, quæ nõ potest coli, propter milites, quia equipantur. l. cñ vnus. §. finali vbi etiam Bartolus ff. de bon. aut. iud. poss. & ideo Bart. in l. j. ad fi. C. de iure emphyt. dicit quod sicut quando perit tota res emphyteutica, liberatur emphyteuta, ita quado est in loco in quo non potest coli propter bellum, & ita etiam in dicto §. quod ex naufragio. & hoc quia dicitur esse in deperdito. Quæ igitur est differentia, vel quod res casmate perierit, vel propter hostes non potuerit, nec possit coli, aut aqua sit inundata, sed cõsidero aliter velle doctores, & primò Bald. vult, loquendo in occupatione hostium, ita vt non potuerit res coli, quod adhuc sit consideranda materia iuxta terminos dicti §. vis maior. in consilio cccxxix. volumine primo, secundum impressionem Mediolani, item Soc. in consilio lxxxvij. loquendo in conductore, qui non potuit vti factò superioris cui locator non poterat prouidere, concludit in columna vltima quod aut est damnum vltra dimidiam aut nõ, iuxta terminos dicti §. vis maior, sic etiam Bal. in l. si ea lege. C. de vsur. vbi loquendo in bello vult vt si non potuit quis vti propter bellum, quia homines non potuerunt transfere sit remissio per tex. in dicto §. primo. in l. ex conducto. qui secundum omnes, loquitur secundum materiam. l. si merces. §. vis maior. & similit. sic etiam expressus Bald. post Cin. in l. ex conducto. §. primo. vbi omnino vide super verbo, incurfus hostium, loquendo quando coloni non potuerunt colere possessionem propter bellum, est difficilis articulus apud me. & quando casus occurrit in magistratu extraordinario fuit facta remissio ad ratam non considerando an damnum esset intollerabile vel non, tamen excellentis ingenij vir Dominus Hieronymus Moronus tenebat contrarium, & dicebat quod Doctores erant in alia opinione, vt imò consideraretur materia §. vis maior, & propter hoc cæpi diligentius rem ipsam intueri. Alexand. in l. interdum in §. quod ex naufragio. ff. de acquirenda possessione disputando articulum nostrum de bello quod impediendo culturam in contractu emphyteutico, format quæstionem, an ita fieri debeat remissio in eo contractu sicut fieret in contractu locationis iuxta l. ex conducto. in pri. & in l. si merces. §. vis maior. & ita sentit clarè vt in contractu locationis fiat & secundum distinctionem §. vis maior. sed tamen secundum opinionem Bartol.

ibi, & alibi, quæ est vt non fiat remissio in contractu emphyteutico, quia res videtur peritisse, & quia locator non potuit prestare patientiam, videtur verum esse vt fiat remissio. sed ad ratam, etiam si non sit intollerabile damnum, quæ opinio Bartol. est magis communis & vera secundum Imol. ibi relatum per Alexandr. columna tertia, in qua materia etiam vide latissimè Iason in l. prima columna antepenultima. C. de iuramento calumnia. breuiter credo in casu belli fieri debere remissionem iuxta terminos §. vis maior. pro hoc adduco text. in dicto §. primo. in l. ex conducto. dum loquitur etiam de vi fluminum, & sic quado à flumine res occupatur. Secundò adduco quod ille textus dum loquitur de incurfu hostium intelligitur etiam si conductor non possit vtriusq. ita Bartol. in l. si vno. §. item cum quidam. columna prima ad finem. ff. loca. item intelligitur quando non potest coli res conducta, item Cin. & Bal. ibi & vbi supra, & tamen omnes illi casus, de quibus ibi in dicto §. primo intelliguntur dato intollerabili damno. glo. est in verbo aliquod modicum in dicto §. primo quam sequuntur communiter Doctores ibidem, & ita vt dixit tenent Cin. Bald. & Soci. vbi supra. non obstat textus in dicto §. primo, de re deperdita casmate: quia loquitur quando substantia rei perit vt ibi, dum text. dicit ita corruerit vt nusquam sit, vnde etiam quando impetus fluminis rem profus destrueret, ita vt profus peritisset substantia rei, & verificarentur dicta verba, ita vt nusquam sit, idem esset, & ita intelligo Alexandr. consilio cxij. volumine primo columna prima, & secunda, quem vide, si etiam inundatio aquarum rem penitus non perdidit, quia toto anno res submersa non permaneret prout communiter euenit & pariter etiam in casu consilio secundo. Soc. si factò superioris quod existimatur casus fortuitus vt supra dixi circa prima fall. in materia casuum fortuitorum, conductor non potuit vtriusq. habet locum remissio, si est intollerabile damnum, aliàs non. Et hoc quia res nõ desit esse, nec huic opinioni repugnant dicta Barto. in dicto §. item cum quidam, dum vult vt quando vsus impeditur factò tertij vel casu fortuito fiat remissio ad ratam, quasi sentiat, vt etiam si sit circa dimidiam damnum, fiat remissio, quia ad hoc patet responsio per tex. in §. sequen. in §. vbi cunq. vbi tex. loquendo de remissione iuxta §. vis maior. dicit ad ratam & bene: quia quando est intollerabile damnum sit ad ratam, & ideo in casu. l. si fundus. ff. loca. vbi conductor qui non potest vtriusq. fundo locato propter publicationem fundi, agere potest ad ratam temporis quo fundo vti non potest, sine consideratione §. vis maior. quia in effectu profus desinit esse res, ex quo dominium & possessio transfertur in fiscum, sic etiam in casu l. si quis domum. in pri. ff. loca. vbi fundus locatus fuit euictus, item in casu dictarum legum non contigit casus fortuitus prout requirit dicta l. ex conducto. §. primo. & l. si merces. §. vis maior. quæ propter in casu l. si quis domum. §. finali proximè allegata, vbi domus exusta fuit conductor non tenetur nisi ad ratam temporis quo vsus fuit, etiam si non sit intollerabile damnum, si tamen sine culpa conductoris id euenierit, vt aliquando dixi supra, sic etiam textus in l. qui insulam. §. primo. ff. loca. vbi balnea conducta post tres menses combusta fuerunt, & quid in casu l. habitatores. §. finali. ff. loca. quando inquilinus recedit propter pestem, si sentiamus contractum cessare, vt dicit Abbas. in capitulo propter sterilitatem. extra. loca. res est clara quod sit remissio

remissio simpliciter ad ratam temporis, si etiam sentiamus durare vt est tenendum sicut ipse supra tenui, dicerem esse considerandum damnum intollerabile, & hoc vltra supra allegata probat tex. in dicta l. habitatores. in pri. vbi parua incommoditas non habetur in consideratione arguendo de re ad tempus. l. miles in pri. ff. de testamen. milit. & vide circa hoc Cald. consilio quinto sub rubrica de locatio. & Socin. consilio xliij. in precedenti consultatione. & Aretin. consilio cxxxix. quia consultatio. & aduerte etiam in arti. 105 principali t quando propter bellum res non potest coli differentiam esse, an simpliciter non possit coli timore belli, an etiam ipse fundus sit occupatus ab hostibus, ibi vt sit deperditum dominium & possessio, hoc casu etiam esset dicendum remissionem fieri debere quod ad illam occupationem, & fuit consideratio Raph. Cum. in dicta l. interdum. §. quod ex naufragio. ff. de acquiren. poss. & ita intelligis hanc materiam 106 aliter fore quam vaquam intelligeris, & t in re emphyteutica quæ propter bellum, vel inundationem aquarum non potest coli, vltra Alexandrum, in dicta l. interdum. §. quod ex naufragio, vide latissimè Iason in l. prima. C. de iur. emphyteut. charta antepenultima, columna prima cum sex sequentibus, qui tandem tenet opinionem Barr. vt emphyteuta liberetur, quia conductor non potuit vtriusq., & quia res dicitur esse in deperdito, sed intelligitur vt dicebat Com. in dicto §. quod ex naufragio. & ita etiam intelligo materiam nostram. Sic igitur t quando casu fortuito conductor non potest vtriusq. peti remissionem mercedis, si damnum est intollerabile, aliàs non, nisi casus fortuitus extinguat profus rem conductam, vel partem etiam minimam, quia pro illa parte remissio sit, & nisi etiam præter casum fortuitum, conductor euincatur aliqua res, vel aliter profus à conductore auferatur. Vides igitur t quando petatur remissio, & quando non, nunc est videndum an vltra etiam aliquid possit peti, quid enim si conductor passus sit aliquid damnum vt patitur saltem in expensis factis, an locator aliquo casu teneatur, & similiter si passus est interesse ratione lucri cessantis an aliquo casu teneatur locator? in hoc vide text. qui declarat hanc materiam, vt dicta l. si vno. §. vbi cunq. ff. loc. & ibi Barto. not. ex illo text. quod propter casum fortuitum conductor non potest agere ad interesse, sed ad exonerationem mercedis, secus ex facto vel culpa locatoris: ad idem text. qui habetur principalis in materia in l. si fundus. ff. loca. qui omnino est videndus & in l. ex conducto. in principio, & in l. hæc distinctio. & in l. si in lege §. colonus. & in l. si merces §. l. si quis domum. §. penult. & in l. si merces §. culpa. & ibi glos. ff. loca. in istis iuribus probatur clarè, quod si factò locatoris conductor non potuit vtriusq., vel etiam factò tertij, cui locator potuit resistere, vel ob inimicitias locatoris, tunc conductor tenetur ad omne interesse, circa quas leges vide Imol. consilio lxxxiiij. columna vltima. Roman. singulari cccxxx. & omnino Socin. 109 consilio. clvj. columna secunda, & ibi dicit t quod etiam habetur ratio lucri cessantis, & Alberic. in l. prima. in pri. in fine tertia columna. ff. de action. empti. & Salic. in l. si fundo. C. loca. columna secunda. & Anchar. consilio ccccxv. & Bald. consilio cccclxv. volumine secundo, vbi etiam de lucro cessante loquitur. Bal. in l. prima. columna vltima. C. de sentent. quæ pro eo quod interest, versiculo septimo opponitur. Imolin l. si filius §. fina. ff. soluto. matrimonio. Iaf. in §. actio-

num. columna xxij. institut. de actionib. Et quantum do t in genere interesse etiam lucri cessantis possit peti, vide Iason in l. tertia. §. finali. ff. de eo quod certo loco. & Socin. vbi supra, & Felinus in capitulo cum venerabilis. columna secunda de exceptio. & ibi ponit regulam & fall. & Deci. consilio cxj. columna prima. & consilio cxvj. columna finali, in quibus locis etiam habes de interesse extra rem. de quo etiam per Socin. consilio clxxxij. columna tertia, videas etiam Deci. in dicta l. prima. C. de sententia quæ pro eo quod 111 interest. Sed scias vnum t quod licet de iure habeatur in conductore ratio lucri cessantis tamen hic Mediolani in magistratu ordinario publicani non adiuntur sub prætextu quarundam literarum aliàs scriptarum per vnum ex ducibus Mediolani super hoc 112 ipsis quæstoribus t & vulgò tales literæ appellantur ordo de minore lucro, & hoc nisi in specie sit illis literis siue illi ordini derogatum, sed tamè illæ literæ non ita simpliciter loquuntur, & ideo pro intelligentia scias & hoc sit pro limitatione prædictæ cõclusionis, quod haberetur ratio etiam totius interesse, quando factò locatoris conductor fuit impeditus, si tamen illud factum fuit iniustum, secus si iustum, ita Bartol. notat. in l. si vno. §. item cum quidam. columna prima. ff. loc. dum allegat l. ædem. C. loca. & sic loquitur ille ordo, quia interuenit factum Principis ex causa iusta, quo factò conductor impediatur, quapropter Princeps scripsit literas de quibus supra ipsis quæstoribus, quod malè fecerant habendo in eo casu rationem talis interesse, & posteaquam hæc declarauit in eo magistratu aperti fuerunt oculi Dominorum quæstorum, & habita fuit ratio interesse in aliqua parte, vbi iure communi haberi debuit, non obstantibus dictis literis: tamen multi, vt tutius agant, faciunt derogare ordini de minori lucro. Et circa dictam distinctionem t an factum locatoris sit iustum vel non, & quæ dicit Barto. in dicto §. item cum quidam. columna prima & secunda. vide Anani. consilio lxxxviii. Anchar. consilio xv. Roman. clxxvij. Alexandr. in l. diem functo. ff. de officio assessor. Socin. consilio clvj. pro fundamento decisionis. in pri. Roman. consilio ccccxxxij. Veron. caute. cxxxij. qui vult vendere. columna prima. Firmia. omnino in tractatu de gabel. in secunda parte. quæstione xxij. & multis sequentibus, & vide omnino circa dictam distinctionem, Bartol. in dicto §. item cum quidam. Socin. consilio lxxxvij. vbi melius quam alibi, & hoc modo finis sit materia remissionum mercedum, quo ad magistratum extraordinarium, licet tamen proximè præcedens materia quotidie versetur quo ad redditus ordinarios. Non 114 omitto etiam, non esse leuem difficultatem t an in contractu emphyteutico habeat locum remissio mercedis sicut in contractu locationis, quando pensio præstatur habita consideratione ad fructus, qui percipiuntur, nam Bart. in l. j. in ij. opposit. C. de iur. emphyt. sentit expressè vt habeat locum hoc casu remissio mercedis, sequitur Iason ibi columna iij. qui dicit alios etiam ita tenere, excepto solo Sal. & ita etiam Alex. consilio cxij. volumine primo, idem Barbatia consilio xliij. columna penultima volumine secundo, & Aret. consilio lv. & ideo etiam in locatione ad non modicum tempus, habet locum remissio licet transferatur vile dominium, quia pensio correspondet fructibus. Aretin. vbi supra, & Iaf. in d. l. j. col. iij. & in aut. qui rem. colum. ij. in principi. C. de sac. san. eccle. & credo hanc opinionem veram esse & comunem, sed ta-

men Mediolani non feruarur, & adest ordo Principis ad cõsiliũ venerandi collegij nostri, vt nõ fiat remissio, si tamen illud consideretur, potius factum videtur ad tollendam difficultatem, quando propter bellum bona coli non poterunt: quæ est materia profundissima, vt per Ias. in d. l. j. charta antepenult. col. ij. vsque ad fi. quàm super casu nostro, quando pensio correspondet fructibus, & ideo procedit quãdo pensio est modica, & non correspondet fructibus, quia tunc non habebit locum remissio, licet bona propter bellum non poterint coli, & hoc disputando dixisse velim: tamen, vt dixi, feruarur aliter, & ratio pro hac opinione potest esse, quia in contractibus nostris emphyteuticariis licet emphyteuta non gaudeat re, tamen gaudet pretio, non sic in his de quibus loquuntur Doctores, quia communiter fiunt data re à domino emphyteuta, quia cum non possit vti videtur honestum vt non solu itnos verò facimus re reteta ab emphyteuta, vt pretio accepto à domino & ad hoc quod ex quo in effectu soluitur pro pretio & non pro re, nec fructibus, ideo non fit remissio, est casus valde not. & ibi Barto. & Doctores declarant in l. sicut em-
 115 ptio. cum l. sequenti & pri. sequentis. ff. loca. Et quid in domibus assignatis fisco vel ecclesiæ hac lege vt dentur alimenta domino, an destructa domo ad huc debeantur alimenta: vide Ias. in l. j. C. de iur. emphyt. columna iij. & seq. vbi apparet veram esse, & communem opinionem doctorum, vt nihilominus teneatur
 116 fisco vel ecclesiæ. Et quid in prædiis ciuitatis vel fisci siue Principis locatis, an fiat remissio, sicut in prædiis priuatorum, dic fieri debere. text. est in l. si vno. in pri. ff. loc. dum loquitur de prædio vectigali, & text. in l. forma. §. j. ff. de censib. quæ iura probant à fortiori. quia si in talibus prædiis in quibus conductor & emphyteuta pari passu ambulant. l. prima. ff. si ag. vec. vel emphyteu. pe. fit remissio, multò magis in condu-
 117 ctoribus simplicibus possessionum fisci, & quãdo cõductor fisci dicitur habere fundum vectigalem, & quãdo non, vide text. in dicta. l. j. est enim vectigalis ager quãdo accipitur ita, vt nunquam possit auferri à conductore donec soluat vectigal, sed non est vectigalis quãdo simpliciter ad tempus accipitur vti accipitur à quolibet priuato, vt ibi in text. & vtroque casu, vt dixi, fit remissio, si etiam ad longum tempus simpliciter à fisco conducitur fit remissio, vt etiam probatur in dicta. l. si vno. à fortiori eo modo quo dixi, quem textus etiam ita intelligit Alexandr. in consilio cxij. volumine primo, columna penultima ante versiculum quintum, & Salicetus quem omnino vide circa hoc vltimum, & alios casus in l. prima. C. de iure emphyteutico columna penultima, & ibi
 118 dicit quod si ager à fisco in emphyteusim accipetur, etiam non ferret remissio, & sic quo ad omnia procedit materia sterilitatis in fisco sicut in priuato, & quid in prædio censuali, idem est dicendum per textum in dicta. l. forma. §. primo. & hoc sentit clarè Bartol. in §. qui maximos. in l. cotem ferro. in prima quæstione. ff. de publicanis, & vide Roman. consilio ccccxvij. columna secunda, quãdo perit res, &
 119 quid in prædio tributario vide text. in l. j. C. de allu. & palu. & gloss. in l. prima. C. de iur. emphyteu. & ibi Doctores, & gloss. & Doctores in capitulo propter sterilitatem. extra loc. & ad prædicta vide Mart. Laud. in tracta. de princip. in titulo de fisco. versiculo l. j. vbi dicit esse speciale in fisco vt eius. emphyteuta possit remissionem petere, sed tene vt dixi.

De Remissione mercedis publicanorum.

S V M M A E.

- 1 Remissio propter sterilitatem fit conductori vectigalium, siue publicano, etiam si locatum sit vectigal, dummodo sit locatio.
- 2 Remissio fit conductori vectigalium, quando vera est locatio, licet in instrumento sit verbum venditionis, & subiecta materia magis attenditur.
- 3 Verba quando possunt conuenire duobus contractibus quis sit attendendus.
- 4 Verba contractus debent ampliari & restringi prout magis conueniunt iuri communi.
- 5 Locatio iudicanda est quando pretium à publicano soluendum est vel annuatim, vel in singulos menses siue etiam unicuique sit pretium distribuendum in singulos menses dummodo solutio diuisa per tempora, sit unifor-
 6 mis in tempore.
- 6 Remissio non fit quando venditio est spes percipiendi fructus vectigalis: secus si talis spes sit locata, & si plura pretia facta sint.
- 7 Remissio fit quando locata est spes percipiendi fructus vectigalis, maxime si non sit facta mentio venditionis, vel si verbum locationis & venditionis promissum sit appositum, vel etiam si quo ad effectum esset venditio.
- 8 Locatio non dicitur sed potius venditio, quando unicuique est pretium pro pluribus annis, etiam si expresse dictum sit vt sit locatio, secus quando unicuique pretium est pro vno anno tantum, quia tunc esset locatio tametsi in principio anni soluendum esset pretium.
- 9 Remissio fit quatenus non sit perceptum, quando venditi sunt fructus vel proventus ipsi: secus si ematur vectigal, quia videtur emi spes & alea.
- 10 Alea & commoditas videtur vendita, seu futurus euentus in dubio, quando venditur pedagium, & sic non fit remissio.
- 11 Venditio pedagio non videtur venditio ipsum corpus quod percipitur ex vectigali, quando emptor debet ipse percipere.
- 12 Vectigal quando possit vendi sine licentia Principis qui concessit.
- 13 Venditio iure exigendis quid teneatur prestare venditor.
- 14 Remissio non fit quando venduntur fructus talis fundi vel proventus vectigalis, puta ad decem annos pro centum, & percipiendi sunt ab emptore, vel dictum esset, quod venduntur fructus qui percipiuntur, vel percipi poterunt.
- 15 Remissio fit quando venditur fructus qui nascitur in tali prædio, & vno anno non percipiuntur, & à venditore percipiendi sunt, secus si dictum sit fructus si qui nascuntur.
- 16 Fructus vel proventus percipiendi sunt à venditore, quando pars tantum est vendita: secus quando omnes fructus sunt venditi, quia tunc ab emptore percipiendi sunt.
- 17 Remissio non fit, & alea censetur vendita, quando fructus vel proventus ita venduntur si qui nascuntur, siue ab emptore siue à venditore sint percipiendi.
- 18 Remissio non fit quando venditi sunt omnes fructus vel proventus talis fundi, & videtur actum vt sint percipiendi ab emptore.
- 19 Remissio non fit quando venditur pedagium, & fructus & proventus eius.
- 20 Periculum adificij molendini in aliqua parte destructi an spectet

Tit. de Remissione mercedis publicanorum.



OSTOYAM supra tractauimus de remissione mercedis conductorum reliquum est vt aliqua etiam de remissione mercedis publicanorum hoc loco videamus, an ipsis sicut & aliis propter sterilitatem fiat remissio: de quo vide Bart. in l. cotem ferro. §. qui maximos. ff. de publica. & in quæstione sua incip. publicanus, & hinciter procedendo, dic. Primam conclusionem esse quod fit remissio quando vsi sunt contrahentes verbo locationis & conductionis, & verè est locatio & conductio, ita vt aliquo modo non possit refricari in dubium per regulam generalem, quod in locatione & conductione propter sterilitatem fit remissio mercedis, & ita Bart. in specie in d. §. qui maximos. col. j. in prima quæstio. allegat text. in l. si vno. in princip. ff. loca. & in l. forma. §. j. ff. de cens. sic etiam Bart. in d. quæstio. publicanus, vbi conatur ostendere in casu de quo ibi agebatur contractum fuisse locationis ad hoc vt feret remissio, sic etiam facit Alexandr. in consilio xxvij. volumine primo col. vlti. & alibi sæpe, tam ipse quàm alij etiam infra proximè allegandi, & procedit hæc conclusio etiam si sit vectigal locatum, licet videatur tunc locata alea d. l. si vno. in pri. & dicam infra in iij. concl. in fi. Secunda est conclusio quod licet appareat prima facie venditio, & non locatio, quia in instrumento sit dictum, Vendidit, &c. Tamen si verè est locatio idem dicendum est, quia non attenduntur verba sed veritas. l. si vno. in pri. ff. loca. & l. si olei. C. loca. facit text. in l. fin. ff. de proba. ibi veritati locum superfore, & quæ de veritate amplectenda dicit Calcan. in consilio j. colum. j. & Deci. in capit. quoniam contra. colum. iij. in pri. de probat. & quod non attendantur verba, sed veritas & subiecta materia vide Nat. in clement. sæpe. de verbo. signifi. in tertia colum. aliquid etiam ponit Barba. consilio xxxij. in v. colum. vol. j. præpos. in cap. ius generale. in vlti. col. j. distin. Roman. consil. lxxxvij. consil. xxi. consil. xcv. & consilio centesimo, in viij. dubio. & consil. xliij. col. vlti. & consil. cxliij. Soc. in consilio cclxvj. col. tertia. circa fi. vide etiam Abb. in cap. nam concupiscentiam. de constitut. & in apostillis impressis ibi latè Dec. in ca. ij. de rescrip. colum. iij. Ias. in l. stipulatio ista. §. hi qui. col. v. ff. de verb. oblig. Alexandr. in l. etiam. in vltim. col. ff. soluto matrimonio. & in consil. cxxxix. in j. col. in v. attenditur igitur subiecta materia recedendo à verbis, sed e contra etiam recedimus aliquando à subiecta materia, vt verba habeant effectum l. iurifigentium. §. quod ferè. ff. de pact. & ibi Ias. nos. Et quod quando verba possunt conuenire duobus contractibus quid capiendum, vide Roma. consil. ccccix. col. ij. circi fin. & addo quod verba contractus debent restringi & ampliari prout magis conueniunt iuri communi. Ancha. consilio vj. col. penult. & in terminis in proposito nostro quod de verbo vendidit non fit habenda ratio, si verè sit locatio, habes Bar. in d. quæ. publicanus, & in dicto §. qui maximos. & Soci. consil. lxxxvij. col. ij. & in multis locis allegandis in proxima sequenti quæstione. Tertia est conclusio quod quãdo pretium à publicano soluendum est annuatim, licet dicatur vendidit tamen est locatio iudicanda, & sic fit

- an spectet ad usufructuarium an ad dominum, & sic etiam refertio, quando venditum est ius usufructus.
- 21 Remissio non fit quando venditur vectigal, & est vnica præstatio, quicquid teneant Comen. & Alex.
- 22 Remissio fit, & etiam damna & interesse præstantur, quando venditio fit, multò magis quando locatio, si culpa venditoris fructus percipi non potuerint.
- 23 Remissio fit & interesse præstatur, quando fructus non percipiuntur ex facto alterius cui locator poterat resistere, & si factum sit iustum tenetur locator ad præstandum eum indemnem non ad interesse.
- 24 Remissio an fiat, quando credebatur Principem in loco vectigalis locati debere commorari, sed ipse recessit, & minus ex vectigali, perceptum est, vel quando causa superioris minus perceptum est. & nu. 26.
- 25 Remissio an fiat, quando Princeps vel communitas promittit quod aliud sal non accipietur, quàm suum, & aliquid oppidum aliud cepit.
- 26 Remissio quando fiat, ob impedimentum superioris. & supra nu. 24.
- 27 Impedimentum quando venit factio tertij vel superioris iusto vel iniusto.
- 28 Conductor an sibi præiudicet, quãdo impedimentum fuit præstitum ex parte locatoris, & conductor tacite acquirerit.
- 29 Remissio quando pretium soluendum est distribuendum in singulos menses licet fieri debeat considerata sterilitate cuiuslibet mensis, tamen quia potest contingere obertas sequenti mense super se dedendum est.
- 30 Remissio propter sterilitatem fit conductoribus vectigalium, quando damnatum est, intolerabile alias non.
- 31 Remissio quando fiat, publicanis vbi tractetur.
- 32 Publicanus quando grauatur ad conducendum pro eadem pretio anno sequenti.
- 33 Locare an possit qui cõduxit vectigal pro se & suis sociis.
- 34 Cautio de vitando arbitrio boni viri potest peti per venditores fructuum, rediarum, & proventuum molendinarum, & possessionum.
- 35 Remissio licet ex regula peti possit per conductorem vectigalis, tamen fallit in multis casibus.
- 36 Remissio fieri debet in casibus non exceptis in quibus tamen de iure fieri debet quando publicanus pactus est velle locatorum teneri casu belli & pestis.
- 37 Conuentio hominis quando est secundum ius commune non tollit alias dispositiones, quæ pariter sunt ex iure communi, sed eas quæ sunt ex iure speciali vel extraordinario.
- 38 Remissio non fit nisi in duobus casibus belli, & pestis quãdo publicanus suscepit in se omnem casum fortuitum excepto casu belli & pestis, nisi tamen casus essent valde insoliti, quia tunc etiam fieret remissio.
- 39 Remissio quando aliqui casus sunt excepti in casibus ad quos argueretur ab exceptis tam ex eadem ratione quæ ex connexitate facti.
- 40 Similitudo & connexitas quomodo inter se differant.
- 41 Exceptio quando extendatur ad alium casum.
- 42 Conductor potest suscipere in se casum fortuitum.
- 43 Conductor qui vult teneri aliquo casu an etiam intelligatur velle teneri omni alio casu habente maiorem vel similem rationem.
- 44 Susceptio casuum fortuitorum ubi tractetur.
- 45 Publicani quare præferuntur indemnes etiam si damnatum non sit intolerabile, & quando.
- 46 Perceptioni vectigalium veritas à quibus habeatur.
- 47 Fructus percipiendi quomodo probentur.
- 48 Pactum in instrumento conductionis vectigalis appositum, ut fiat debita remissio casu belli & pestis, intelligitur secundum ius commune, sit damnatum intolerabile, secus si simpliciter dictum esset ut fiat remissio.

remissio iuxta ea quae dixi in j. concl. secus si esset emptio, quia videtur periculum esse emptoris. l. necessaria. ff. de pericu. & commod. rei vendic. Hanc tertiam conclusionem late tenet Bar. in d. quaestione, & in dicto §. qui maximos. & in l. prima. C. de iur. emphiteuti. & fundamentum est in glo. in di. l. j. C. de iur. emphiteuti. in verbo alienationis. quam ibi sequitur Salic. & haec est magis communis omnium Doctorum sententia, ut in dubio iudicetur locatio, quando pretium annuatim soluitur. & ita ostendit & attestatur Soci. in dicto consilio lxxxviii. incip. considerata. columna secunda, & in consilio clvj. colum. prima; & ideo etiam contractus emphiteuticus iudicabitur contra sonum verborum, vbi ita velint pacta, & subiecta materia Soci. consilio cclxj. columna secunda, & late supra in precedenti conclusione. hanc tertiam conclusionem etiam late tenet Corne. consilio xij. volumine quarto, columna prima, & Alexan. consilio tertio, volumine primo; columna prima, qui dicit etiam se consulendo securum esse opinionem Bart. licet in casu, de quo ibi agebatur, teneat remissionem non debere fieri ex pactis de quibus in ea & latissime melius quam alibi Alexander consilio cviiij. volumine tertio, vbi disputat late & defendit opinionem Bart. & dicit esse communem opinionem a qua in iudicando non est recedendum, & vide alias remissiones in tractat. Rip. de peste. in fol. x. versiculo, circa tertium numero 56. vide etiam Aretin. consilio liij. columna secunda, & consilio lv. consilia secunda, & plene Angel. consilio xv. & Bald. plene quarto volumine, consilio cccxcij. columna tertia, & consilio cclxj. columna secunda, & per Alexandrum quinti volumine, consilio xxxix. columna tertia, & Firmia. in tractat. de gabel. in secunda parte, in princ. & procedit haec conclusio non solum quando pretium in singulos annos distribuitur, sed etiam in singulos menses, vel in duos quosque menses, & sic de similibus; item etiam procedit quamvis vnicum pretium esset solvendum, distribuendum tamen in singulos annos, vel menses, ita Bartol. in dicta quaestione publicanus. & in dicto §. qui maximos, & Socin. & Corne. & Alexan. vbi supra. & hoc vbi solutio diuisa & distributa per tempora sit vniformis, in tempore, aliis non, ut in dicto tracta. charta. xij. versiculo, sed hic alia ad fin. numero 64. & Corne. in dicto consilio xij. volumine quarto in prima columna, & Doctores vbi supra. Secundo procedit haec conclusio quando fructus vectigalis sunt venditi pro annuo pretio, secus si esset vendita ipsa spes percipiendi ipsos fructus, quia licet esset locatio iudicanda ex pluribus pretiis, tamen omne periculum videtur spectare conductori, quia emptor spei, sola spe contentus esse debet. l. nec emptio. ff. de contrahenda emptio. & in l. si iactum. ff. de actio. empti. & ita in dicto tract. ponitur pro absoluto in x. charta, in versiculo circa secundum, numero 55. & in xj. versiculo sed pone. num. 61. sed Paul. de Castro in l. cotem ferro. §. qui maximos. clare vult contrarium, quia dum loquitur de locatione pro absoluto habet quod sit remissio ex natura locationis, dum vero loquitur de emptio, considerat quando dicitur venditi fructus, & quando ipsa spes, ut per eum, sic etiam Alexand. in dicto consilio tertio, in primo volumine, in prima columna. & Cor. & Soci. vbi supra, sic etiam Alexan. expressit in dicto consilio cviiij. columna tertia, & quarto vol. tertio, vbi omnino vide, & est doctrina expressa Bar. in d. quaest. publicanus, & in dicto §. qui maximos, & ita procon-

stanti teneo. non obstat ratio Bald. in l. licet. in tertia quaestione C. loca. dum dicit illum qui conducit vectigal venditi conducere casum & aduersam fortunam & consequenter sibi non debere fieri remissionem, sicque loquitur in locatione spei, & vult ut remissio fieri non debeat, quia respondeo ut respondet Alexand. in dicto consilio cviiij. in tertio volumine, quod loquitur secundum ea quae allegat nam allegat Bart. in dicto §. qui maximos. & in quaestione publicanus, qui facit differentiam an sapiat contractum locationis, an venditionis, & sic an sit constitutum vnicum pretium an plura, & haec est mera veritas, & ita etiam Aretin. consilio liij. columna prima, & secunda, & ultra praedicta allegat l. si vno. §. primo. ff. loca. quae probat. Et haec conclusio tertia t multo magis procedit vbi non dicitur vendit, sed simpliciter non nominando contractum Princeps concessit publicano vectigal, quia si est locatio etiam contra naturam verbi, multo magis est locatio, si aliquod verbum non repugnat, & ita omnes concordant, & ita sunt auctiones nostri temporis. Item etiam procedit haec tertia conclusio tamen si contrahentes ambobus verbis vbi sunt promissum fecerit locavit & vendidit secundum Imo. in dicto §. qui maximos. & Alexan. in cons. cviiij. in tertio volumine procedit haec tertia conclusio, ut sit locatio etiam si esset venditio quo ad effectum, licet licet sit venditio, tamen habet locum remissio & reguntur eisdem regulis sicut locatio, ita Bart. in d. quaest. & in §. qui maximos. & Soci. Corne. & Alexan. vbi supra. Quarta conclusio quod etiam si sit vnicum pretium pro pluribus annis vel pro vno anno, tamen est locatio, si ita expressit dictum est, ut sit locatio, ita Paul. de Castro, in d. §. qui maximos. & in l. j. §. adeo. ff. loc. & in dicto tracta. in dicta io. charta. in vers. circa secundum, numero 57. vbi dicitur Bald. tenere & male contrarium, in l. si ea lege. C. de vfu. credo ego contrarium, ut imo sit potius venditio, nam sicut iudicatur locatio ex pluribus pretiis, etiam si contrahentes vbi sunt verbo vendidit, sic etiam iudicabitur venditio quamvis ad sit verbum locavit sicut natura rei illud exposulat, ita latissime ostendunt, quae dixi in secunda conclusione, sic etiam vult Alex. in dicto consilio cviiij. volumi. iij. dum responder ad decisionem Bald. in dicta l. licet. in tertia quaestione. sic etiam vult Bartol. in d. quaestione vbi late ostendit non esse curandum de verbo locavit vel vendidit, sed de re ipsa, & natura rei, & res haec habet difficultatem minore quando pro pluribus annis vnu pretium constitutum est, quia tunc est venditio, licet verbo locavit contrahentes vbi fuerint, sed maius est dubium quando pro vno anno tantum vnicum pretium constitutum est, & tunc acqiescerem decisioni Paul. de Cast. ut esset iudicanda locatio, quia & verba & res ipsa conueniunt, maxime quando pretium in fine anni soluitur, sed idem iudicarem quando in principio, quia etiam in locationibus saepe pretia constituntur in principio anni solvenda, & ita Bart. in di. §. qui maximos in v. quaestione vbi vide. Quinta est conclusio quod vbi est emptio & non locatio, si venditi sunt fructus ipsi, vel proventus, sit remissio quatenus non sunt percepti, non ex natura locationis, sed ex natura venditionis; quia videtur facta venditio de corporibus qui nascetur, & ideo non contrahitur in his qui non percipiuntur. d. l. nec emptio. in prin. ff. de cotrah. emp. sed si intelligatur vendita spes quaedam, non fit aliqua remissio, quia censetur emptio alea & fortuna. d. l. si iactum retis, & l. nec emptio. in vltimo casu, ita Bar. in d. quaest. & in dicto §. qui maximos. & ideo determini

determinat ut si ematur vectigal, ita ut sit emptio quod ex quo videtur emi ipsa perceptio siue commoditas percipiendi ipsum ius, & consequenter videtur emi ipsa alea siue futurus euentus, ut in d. l. nec emptio. & in d. iactum retis, aliqua remissio non debet fieri, & ita communiter tenetur in dicto §. qui maximos. & bene probatur in l. si vfructus in fin. ff. de iur. dot. & in l. necessario. ff. de actio. empti. Sed difficultas est videre quando dicatur vendita alea, siue dicatur venditum ius aut comoditas, ut sic non fiat remissio. in hoc vide dicta Bar. in dicto §. qui maximos. & primo, in quaest. tertia, de pedagio, dum quaerit quando venditur pedagium quid videatur venditum & dubitat an videatur venditum illud quod ex eo percipitur, & sic ipsum corpus, an ius percipiendi, vel commoditas ipsa percipiendi, & concludit videtur venditum ipsam perceptionem siue ipsam commoditatem percipiendi, non ipsum ius, nam disputat an ius ipsius vectigalis exigendi possit in alium transferri, & loquitur in ciuitate habente a Principe pedagium vel vectigal, vel alia, & dicit vendi non posse, per l. fin. C. de vectigal. & com. vbi tantum locatio permittitur, & vtunque sit non potest sine consensu Principis. argument. l. in diem. in fin. ff. de aq. plu. arcen. Item ad tempus sine dubio non potest transferri. l. iij. ff. de seruit. vnde vult Bartol. vt ipsa commoditas videatur vendita, argumen. l. necessaria. §. fin. cum gloss. ff. de periculo & commodo rei venditae. quia nec aliter potest esse, & vbi etiam ipsum ius posset transferri, adhuc vult, ut in dubio ipsa commoditas videatur translata, & non ipsum ius. l. penultim. cum gloss. ff. de do. legata. & sequitur Socin. consilio septimo, in tertio volumine. Si igitur ipsa commoditas videtur vendita, sequitur ut videatur emptio alea, siue futurus euentus. d. l. nec emptio. & d. l. si iactum. nec vult Bartol. ut videatur venditum ipsum corpus quod percipitur ex vectigali, quando emptor ipse debet percipere, quia verum esset venditum fuisse illud quod nunquam in venditore fuisset, quod est absurdum, ut ibi per eum. Et sic habes vnum casum quando videatur vendita alea, & spes, ita ut non fiat aliqua ex parte remissio, & ad praedicta t an & quando vectigal possit vendi sine licentia principis qui concessit, vide Socin. consilio vij. in iij. volumi. Alium casum habes per Bartol. in d. disputatio. publicanus. columna antepenultima. quando etiam t ipsum ius exigendi esset venditum, ita Bartol. ibi in versiculo idem si dicemus, & fundamenta ponit Bartol. in j. colum. illius disputationis, in versiculo secundo probatur, dum dicit quando ius aliquod venditur, sufficere venditori praestare quod illud ius sit, nec curandum quid ex illo iure percipitur, ut in eo qui emit nomen debitoris; vel hereditatem, ut in iuribus ibi allegatis per Bartol. & per Bald. in l. si ea lege. columna ij. de vfu. Sufficit enim ut illud nomen sit in rerum natura, vel illa hereditas, licet ex eis nihil acquiratur, ut in iuribus allegatis per Bartol. & Bald. Tertium casum habes in quo videtur vendita alea ad hoc saltem ut remissio non fiat, quando venditor dicit. Vendo fructus iustius fundi vsque ad decem annos, pro centum, & fructus sunt percipiendi ab emptore, & similiter quando venduntur proventus talis vectigalis ad decem annos pro centum, & sunt percipiendi ab emptore. Nam hoc casu dicitur emptum ius vsusfructus & periculum esse emptoris, sicut dicimus de emptore proprietatis. l. necessario. §. final. ff. de periculo & commodo rei venditae. cum similibus, ita Bartol.

in dicta quaestione, columna penultima, & in columna j. & in d. §. qui maximo. §. colum. iij. in iij. quaestione & ibi dicit etiam hoc procedere, licet dictum esset fructus, vel proventus qui percipiuntur, vel percipi potuerunt, quia non ob hoc videtur ipsum corpus venditum, ut ibi per eum quem vide. Qui tamen t quando sunt percipiendi a venditore, & hoc apparet expresse, distinguit quod aut dicitur, Vendo fructus nascituros, vel fructus qui nascuntur in tali praedio, & fructibus vno anno non perceptis, non dicitur facta venditio de illis, & sic sit remissio pro illo anno, d. l. nec emptio. in princip. aut dicitur, Si qui fructus nascuntur illos tibi vendo, & tunc videtur vendita alea & spes, & nulla remissio fit, & quando non apparet a quo sunt percipiendi, an a venditore, vel ab emptore, quia simpliciter sunt venditi fructus, vel proventus, dicit quod aut pars est vendita, & iudicatur percipiendos esse ab ipso venditore, & sic habet locum dicta l. nec emptio. in pri. aut omnes fructus sunt venditi, & iudicatur ab ipso emptore percipi debere, & sic venditum esse ius vsusfructus, & consequenter periculum erit emptoris. Quartum casum habes ex his quae proxime dixi, quando venduntur fructus vel proventus hoc modo, Si qui fructus nascuntur sint tibi venditi, vel, Vendo tibi fructus si quos percipi contigerit, vel per similia verba, & loquitur Bartol. in casu clario quando apparet esse percipiendos a venditore, ut etiam videatur vendita alea. Paul. de Cast. not. ibidem in fin. in versiculo, tertius est casus, loquitur in hoc casu quando non apparet, credo procedere vtroque casu, quia fundamentum pronominis si qui, super quo se fundat Bartol. militat vtroque casu, per regulam l. illud. ff. ad legem Aquiliam. Quintus & vltimus casus est t quando sumus in dubio, quia non apparet a quo sunt percipiendi: nam quamuis absque illo pronomine sint venditi fructus, vel proventus, si tamen sint venditi omnes fructus, vel proventus talis fundi, vel pedagij, actum videtur ut sint percipiendi ab ipso emptore, & consequenter ius vsusfructus sit venditum, & remissio aliqua non fiat per supradicta, ita Bartol. ibi, & Paul. de Castro, & alij ibi communiter, & multo magis hoc procedit quando t dicitur, Vendo pedagium & fructus proventus eius, ut patet ex praedictis, & ita Bartol. in dicto §. qui maximos. in iij. quaestione ad finem, in versiculo, sed si admittentur. Vltimo Bartol. in dicta quaestio. & penulti. in d. §. qui maximos. tangit notabilem difficultatem, quia supra dictum est post eum, t quod vbi ius vsusfructus est venditum, periculum est emptoris ex natura venditionis, an si consistat in molendinis & edificijs, & aliqua ex parte sint diruta, onus hoc reficiendi spectat vsufructuario an domino: nam si vsufructuario, verum est in effectu quod est dictum omne periculum esse suum, si etiam spectat domino, vbi non fiat refectio, vsufructuarius poterit asiere ad interese, vide ibi eum, & Bertach. in tracta. de gabel. in ij. parte. columna xvj. versiculo. vltimo nota & Iason in l. quominus. in xxiiij. columna de flumi.

21 Non omitto etiam quod licet ex supradictis habeas pro absoluto, si vendatur vectigal, & sit vnica praestatio, & sic venditio, aliquam remissionem non fieri, & ita Bart. tenet, & communiter Doctores in d. §. qui maximos. Tamen Raph. Cuma. ibi tenet contrarium, & vult ut imo fiat remissio, & late eum sequitur & defendit Alexan. in consilio cviiij. col. pen. vol. iij. tamen not

22 recedas a communi. Non omitto etiam t quod si est

venditio, adhuc fit remissio, licet aliis non fieret, si culpa venditoris fructus percipi non potuerunt, ita Bartol. in d. §. qui maximos, & in d. quaestione & alibi saepe ponendo exemplum, quando princeps infert bellum alij, vel alius sibi sine iuste, siue iniuste, & non solum dicit Bartol. fieri remissionem, sed etiam teneri ad damna, & interesse, & ita sequuntur communiter Doctores. supra relati in articulo de damno fructuum separatorum a solo deperditorum ex bello locatoris, & ponit Corn. consilio xxxvij. columna penultima. & vlti. volumi. ij. & consilio xij. volumi. iij. & alibi saepe. & Alexand. in vj. volumi. consilio lxxxiiij. & multo magis procedit hoc quando est locatio, ut patet lippis & tonforibus. Et non solum quando ex hoc facto locatoris fructus non percipiuntur fit remissio etiam ad omne interesse, sed etiam quando ex alio facto locatoris id evenit, vel alterius cui locator poterat resistere. ita Bartol. in d. l. i. vno. §. item cum quidam. ff. loca. qui tamen distinguit an facto iusto, vel non id accidat, quia si facto iusto non tenetur ad omne interesse, sed ad praestandum eum indemnem, & circa hoc vide Petr. Anchar. consilio 23 cccclij. vbi ponit quid iuris sit, quando opinio erat principem debere in eo loco commorari, & tamen recessit, ita ut longè minus ex vestigali perceptum sit, & quando causa superioris minus perceptum est, vide Signorol. consilio clxxxvij. columna iij. & sequen. & consilio clxxxix. & consilio cclxj. columna ij. & Socin. consilio lxxxvij. columna ij. & consilio. ioo. in fin.

25 Et quid si princeps vel communitas promittat quod non capiatur sal. nisi ex suo, & aliquid oppidum se subtrahit, & capit ex alio sale, vide Anchar. consilio 26 ccccxv. Et de impedimento superioris vide Bald. v. 27 volumi. consilio cccclx. Et quando facto tertij vel superioris iusto vel iniusto damnum patitur publicanus vide Anan. consilio lxxvij. & vide Aretin. consilio lxxxiiij. colum. penulti. in fin. & Bald. consil. cccclxv. ij. volumi. colum. j. in fi. & sequen. colum. fin. vbi ponit

28 quid iuris sit vbi conductor, cui fuit praestitum impedimentum ex parte locatoris tacite acquieuit, an tunc sibi praedicit, & vide quae dixi supra titulo. praecedenti in articulo; quando conductor possit petere interesse, vbi locutus sum de decreto de minori lucro, quod semper domini. Quaestores ordinarij, habent in ore. Item vide etiam supra in materia remissionum mercedum quae dixi circa articulum, an sit

29 vna vel plures locationes, quia conclusi tot esse locationes quot menses vbi in menses singulos est distributum pretium, & sic remissio fieri debet singulo mense, considerata sterilitate in quolibet eorum. verum, quia alio mense potest contingere vbertas, iuxta l. si vno. in pri. ff. loca. cum similit. non sit determinata remissio, sed aliqua pars superferatur, iuxta nota. per Bald. & Salicer. in l. licet. in fin. C. loca. & dixi supra titulo. praecedenti circa articulum, quando vbertas superpleat, & quia dixi proximè remissionem fieri considerata sterilitate, Dic clarius, quod sicut in conductione bonorum immobilium consideratur damnum si sit intolerabile, aliter non fit remissio, iuxta §. vis maior. idem est in his conductionibus vestigalium. ita Pau. de Cast. in d. §. qui maximos. & Alexand. in d. consil. iij. in j. vol. & Socin. consil. lxxxvij. ad fin. in vlt. additio. Aretin. consil. l. ij. & Imol. consil. vij. & alibi saepe, & optimè de hoc est casus in d. l. si vno. in pri. in verbo, sterilitatem, iuncto versiculo. idem & in domino vestigalis. Sed tamen non habetur in magistratu hac consideratio, quando propter bellum fit remissio,

quod ideo est, quia aut bellum infertur a locatore, aut ei infertur, & sic etiam debet de iure haberi consideratio interesse, de quo tamen raro habetur ex quodam ordine prohibente lucrum cessans in hac materia, de quo supra mentionem feci, & qui ordo nihil obstat, ut ibi dixi, quod nota contra eos qui dicunt, Magistratus est solitus praeservare indemnes publicanos. Non enim hoc fit omni casu, verum ut plurimum contingit quod fit remissio propter bellum, vel illatum a locatore, vel ei ab alijs, & eo casu secuta est dicta consuetudo, etiam ex dispositione iuris, in alijs vero casibus in quibus nulla culpa potest impingi duci, cur non debet servari dispositio iuris, aliter esset mercatura absque periculo, & vniuersi homines illam facerent, & ita defendo magistratum, & si aliter sentiunt domini Quaestores pessimè sentiunt. Et vide etiam ad praedicta. quod quando fiat remissio publicanis, Firmian. in d. ij. parte. colum. iij. versic. quarto quæro. & in versiculo vigesimo tertio quæro. & Calderin. in titulo. de locatio. consilio quinto. & Socin. consilio xlviij. & Imol. consilio vij. vbi habes quid iuris sit quando sunt reseruari aliqui casus, & succedunt alij, in quo vltimo quando conductor suscipit in se casum fortuitum, vel casus fortuitos omnes, vel aliquos, vide quae latissime dixi supra titulo. praecedenti, in materia

32 remissionis mercedis. Et de eo quod publicanus grauatatur ad conducendum pro eodem pretio sequenti anno vestigal, vide Martin. in tracta. de principe. in titulo. de fisco. conclusionem lxx. Et quando quis conduxit pro se & socijs suis, an possit iterum locare, vide de Imol. consilio lxxxix. Et adde quod tales venditores fructuum, reddituum & proventuum molendinorum & possessionum possunt petere cautionem de vtendo arbitrio boni viri secundum Angelus in l. vlti. fruct. C. de usufruct. & circa hoc vide Bartol. in dicto §. qui maximos. in ij. quaestio. columna. ij. & in dicta

35 quaestione, publicanus. Item adde multas fallentias quas dedi supra titulo. procedenti, ad regulam quod conditor potest ordinariè petere remissionem, quae etiam accomodantur hic, ideo hic habentur pro repetitis. Sed quid si publicanus pacificus velle locatorem teneri de casu belli & pestis, ut semper fieri video, quia dicitur quod in casu belli & pestis fieri debita remissio, an praeter hos duos casus fieri etiam debeat, videtur non debere fieri, quia excepti sunt hi duo casus tantum, igitur in ceteris firma manet regula, ut non fiat remissio. l. quaesitum. §. denique Neratius, cum concordant. ibi in gloss. allegati, ff. de fundo instructo, & in instrumento legato. capitulum dominus. xxxij. quaestio. vij. & ibi gloss. & not. in l. in his. ff. de legib. Item de iure non solum pro his duobus casibus fieri debet remissio, verum etiam pro omnibus alijs fortuitis casibus. l. ex conducto. §. j. ff. loca. & dixi supra, in pri. huius materiae, titulo. praecedenti Si igitur cautum est, ut fiat remissio pro his duobus casibus ad hoc, ut aliquid operetur pactum, intelligitur excepti omnes alij casus per regulam l. si quando. in pri. ff. de leg. j. Item qui vnum dicit aliud videtur excludere. l. cum praetor. in pri. ff. de iudic. & in l. maritus. C. de procurator, & in c. nonne. extra, de praesumpt. Item ex conuentione hominis videtur recessum a dispositione legis. l. si. C. de pac. conuen. & l. j. §. si conueniatur. ff. de positi. contra videtur dicendum adhuc locatorem teneri ex alijs casibus fortuitis per regulam generalem quod conductor ex omni casu fortuito fit remissio. d. §. j. Non obstat primè fundamentum quod exceptio firmat regulam, & c. quia exceptio siue casu exceptus a

regu

regula extenditur ad casum similem, secundum Abb. in capitulum. cum dilecta. de confir. vtili, vel inutili. per illum text. etiam si exceptio esset cum dictione taxatiua, ut per Abb. ibi, Alexand. & Moder. in l. j. C. de bonor. posses. contra tab. & in l. si constante. in chart. ff. sol. matr. & in consilio cxxx. in causa. col. iij. vol. iij. & ideo licet in conductione caueatur expressè, vel etiam ex taciti verborum significatione cautum sit, quod conductor vult solvere integram mercedem, praeterquam in casu belli & pestis, & sic tantum hi duo casus sint excepti, tamen idem videtur dicendum in alijs casibus fortuitis similibus. Non obstat secundum quod ita dicendo verba reddantur superflua, quia respondeo ita potius esse dicendum, quam ut quis indebitè damnum patiat, secundum Bartol. & alios in l. fin. §. in computatione. C. de iure delib. Iason in l. ait praetor. la prima. in pri. in prima columna. ff. de iure iur. & ideo Felin. dicebat in capitulum. causam quae. in versic. ad illud brocardicum. in vj. col. extra, de rescri. Regulam quod actus ita debet intelligi ne sit clusorius, limitari, ut non procedat quando iuris ratio ita dicitur, sed quae est ratio cur conductor vbi patiat in tolerabile damnum, & sic locator non potuerit è latere suo praestare id ad quod tenebatur, iuxta l. ex conducto. in pri. ff. loca. & per Bartol. in l. si merces. §. vis maior. col. ij. & pri. sequen. ff. loca. non possit petere aliam quam remissionem. Tota enim haec materia fundata est super aequo & bono, ut dicunt Doct. in d. §. vis maior. & supra declaravi in pri. huius materiae remissionum. Si igitur diceremus in alijs casibus similibus non fieri remissionem, esset contra bonum & aequum. Non obstant alia fundamenta, scilicet regula l. cum praetor. ff. de iudic. & l. fin. C. de pact. conuen. quia in proposito Capol. in consilio lxx. col. penult. respondet, Conuentionem hominis quando esset secundum ius commune non tollere aliam dispositionem, siue alias dispositiones, quae similiter sunt ex iure communi. l. iij. §. si ex conuentione. ff. de re iudic. tollit quidem eas, quae sunt ex iure speciali, vel extraordinario. d. l. fin. C. de pac. conuentie, quia facilius tollitur priuilegium, quam ius commune. l. eius militis. §. militiam missus. ff. de testamen. milit. ut nota. Cyn. in l. ij. in vj. quaestione. C. de iure emphyt. Bartol. & Doctores in l. si cum dotem. ff. sol. matrimon. in pri. & Bald. & Doct. in d. l. fin. & in l. maritus. C. de procur. & ita ego teneo, quia (ut dixi supra) casus exceptus etiam per dictionem taxatiuam, non excludit alium casum similem, & ideo etiam dicimus, quod quando statutum vel pactum disponit illud idem quod ius commune, tunc etiam procedit in casibus exceptis a iure communi, ita Bald. in l. ij. C. de appellatio. & sequitur Aretin. in consilio cvj. columna penult. & hoc solum est decisio praesentis dubitationis. Adde aliud fundamentum pro conductore, quia illud pactum appositum est in eius fauorem. Igitur non debet contra eum retorqueri. l. quod fauore. C. de legi. & l. legata inutiliter. ff. de legat. j. fuerunt enim hi duo casus expressè vti magis frequentes, igitur non tollunt minus frequentes qui habent eundem iuris effectum. l. vnica. C. de rapu virgin. & tantò magis ita est dicendum, quia dum in litatione dicitur quod fiat debita remissio in casu belli & pestis, apparet eos voluisse iuri communi inherere, & in eo se fundare, & sic conclusio est, ut non intelligantur exclusi alij casus fortuiti, in

38 quibus eadem ratio remittendi militat. Sed tamen si pactum diceret quod conductor suscipit in se omnem casum fortuitum, excepto casu belli & pestis, aliud

esset, & tunc omnes alij casus qui tamen comprehenduntur sub regula, intelliguntur firmati sub ea regula, & remissio non fit, nisi in dictis duobus casibus, ita Alexand. consilio xxvij. colum. penult. & vlt. vol. j. & Fulgos. consilio cxciij. col. fin. Nam valet renuntiatio casuum fortuitorum, ut l. sed & si quis. §. quaesitum. & ibi not. ff. si quis caut. etiam si aliqui tantum sint expressè, postea adiecta clausula generali de omnibus alijs, ut ibi, sed tamen non continebuntur sub ea promissione, ut dixi, casus non comprehensum in regula, ut casus valde insoliti, iuxta text. in l. si titulus. §. si. ff. de con. trahen. empt. ita Alexand. in dicto consilio xxvij. col. penulti. & fin. Item quod cum casu excepto pariter etiam comprehenduntur casus illi ad quos ex eo casu excepto arguitur, tam ex eo dem iure & ratione quam ex connexitate facti, exemplum quando excipitur casus belli, & postea timore belli contingit damnum intolerabile. Nam de vno ad aliud arguitur, & ex eadem ratione, ut aliquando dixi supra, & ex connexitate facti, igitur hic casus etiam videtur exceptus, & ita intelligo Imol. in consilio vij. vbi omnino vide est.

40 quod tamen differentia inter similitudinem & connexitatem, quia similitudo refertur ad aequiparationem iuris, connexitas vero ad similitudinem facti, ita subtiliter colligitur ex dictis Abb. in capitulum. translatio. in primo notabili, de constitutio. & probatur in dicto capitulum. cum dilecta. de confirmat. vtili, vel inutili. Cum igitur vtraque similitudo concurrat & iuris & facti, fit extensio, etiam si aliàs regula contineat illam exceptionem in se. Et de materia exceptionis quando extendatur ad alium casum, vide omnino Decium in dicto capitulum. cum dilecta. vbi melius eam tractat,

42 quam quibus alius doctor. Vides igitur quod conductor potest in se suscipere casum, & est text. in l. si quis fundum. in pri. ff. locati. & dixi supra titulo praecedenti, in prima fallentia, ad regulam quod fit remissio mercedis in hoc contractu locationis. Item vides quando conductor vult teneri de omni casu excepto tali, & tali, quomodo intelligantur regula & fallentia. Sed si conductor dicat, Volo teneri tali casu, an etiam intelligatur ut velit teneri omni alio habente maiorem rationem, vel similem. vide Anchar. consilio centesimo quinquagesimo, qui dicit non teneri, & si vis latius videre de hac materia quando quis suscipit casus fortuitos, vide in d. §. quaesitum. & quae dixi supra, in dicta prima fallentia. Vltimò

45 in hac materia scias quod licet in locatione horum vestigalium consideretur intolerabile damnum, sicut in alijs locationibus, ut dictum est, tamen video obseruari, quod domini Quaestores quaerunt seruare indemnes publicanos, etiam si damnum leuius sit, & hoc iustificatur omnino in casu in quo fit damnum, propter bellum principis, vel quod ipse infert, vel quo lacessitur, iuxta ea quae dixi supra, in versiculo. non omitto. per notata à Bartol. in d. §. qui maximos. & in quaestio. publicanus. & alibi saepe, aliter non videro quomodo rectè id agant, nec eos excusat pactum, ut fiat debitum restaurum quod solet esse in omni auctione, quia illud verbum, Restaurum, quamuis videatur significare eum conservari debere indemnem, tamen vulgari sermone quando volumus loqui de remissione loquimur per hoc verbum, restaurum, & ideo est idem, ac si esset dictum, ut fiat debita remissio mercedis l. Labeo. versiculo, sed ex communi vsu, ff. de supel. lega. Iaf. in rubri. ff. de operis noui nuntiatione. & alibi saepe de communi vsu loquendi legitur. & ad sciendum quantum sit perceptum, veritas

tas haberi potest ex libris ipsorum publicanorum, quod quia visum fuit fisco periculosum, electi fuerunt contra scriptores à magistratu, id est, à procuratoribus principis, ad notandum & scribendum omnem perceptionem, verum etiam, quia hi aliquando non sunt fideles, veritas colligitur ex coniecturis, id est, ex eo quod factum est in annis antecedentibus, & ita per hanc verisimilitudinem deuenitur in cognitionem. Non tamen est hæc concludens probatio redditus presentis anni, vt not. Iacob. de Aret. in l. fundum. C. de rei vendic. & Bald. in l. j. col. fin. C. de fruct. & lit. expens. Tamen est aliqua coniectura quod etiam non negant præfati Doctores, & accipitur id quod potest haberi in rebus difficilis probationis. Bar. in l. in illa. in fi. ff. de verb. obli. & in l. si quis ex argentariis §. prætor ait. ff. de eden. & vtrouque Iaf. & Iaf. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. ff. de oper. no. nunt. & per Fel. in c. veniens. el. secundo. col. viij. de testib. vers. in gl. fin. & alibi sæpe, & vide omnino Bal. vbi supra, Quomodo probetur fructuum perceptio, & etiam quomodo probentur fructus percipiendi, esset tamen hæc probatio inhonesta, & rationi repugnaret, quando anni præcedentes fuissent quieti, & absque bello, & annus de quo quereretur, fuisset bello attritus, quia de similibus ad similia est arguendum. l. nou. possunt. ff. de legibus. cum vulga. Nota tamen circa pactum, vt fiat in casu belli & pestis debita remissio, quia videtur

per contrahentes dispositum, vt etiam fiat remissio quamuis damnum non sit intolerabile, non quando modicum est damnum, sed quando est exiguitas, iuxta text. in l. si vno. §. vbiunque. ff. locati. & ita Salic. in l. licet. in fi. C. loca. videntur enim recessisse à dispositione legis, videlicet §. vis maior. per hanc conuentionem ab ipsis hominibus factam. l. fin. C. de pact. conuent. vnde Bald. in l. nulla. circa fin. C. de iur. dot. dicit quod pacti dispositio non restringitur per legalem dispositionem, & vide optimè Ang. in consil. cccxj. quod incipit, prout pater, col. fin. vbi vult, vt quando super remissione mercedis cautum reperitur per pactum, dictum pactum non regatur secundum naturam contractus, iuxta dispositionem legis, est materia d. l. fin. C. de pact. conuen. an per conuentionem hominis, & c. In qua vide glos. in l. ij. & ibi Doctores maxime Iaf. col. lxxij. C. de iure emphyteut. & ponit Bald. in consil. cccxxix. vol. j. col. fin. vbi aliter. sed concludendo dic verbum debitum tollere omnem difficultatem: nam si dixisset simpliciter (remissionem) esset dubium, & dubium faceret quod verba deberent aliquid operari. l. si quando. ff. de legat. j. Sed cum dicat debitum, clarè se refert ad ius commune, nec Salic. contradicit in d. l. licet. in fi. quia loquitur vbi locator in se suscipit casum tempestatis, sed si dixisset casum tempestatis debitum, aliud fuisset, & vide quæ supra dixi, hoc eodem titulo, vers. sed quid si publicanus.

Latus Deo O P T. M. A. X. ac gloriosissima virgini Maria D. N. Iesu Christi matri.





INDEX RERVM AC VER-

BORVM MEMORABILIVM,

QVAE IN TRACTATIBVS ILLVSTIS. ET

CLARISSIMI VIRI D. AEGIDII BOSSII

CONTINENTVR.



ABIGEVS quis sit, in tit. de furtis numero 40. fol. 204. & in tiru. de abigeis, num. 1. fol. 278
 Abigeus non dicitur, qui credebatur se habere aliquod ius in proprietate animalium abactorum. in tit. de abigeis num. 1. Ibi. 383
 Abiurans haeresim cuitat poenam mortis, non solum si abiurauerit ante condemnationem, sed etiam si post. in tit. de haeret. num. 10. fol. 157
 Abolitio dari debet, quando contra reu erant vehementia indicia, & tortus noluit fiteri, non autem aboluendus est. in tit. de sententiis, nu. 68. fol. 383
 Abolitio generalis seu remissio delictorum ad qua trahatur, & an ad eos qui sunt in carceribus, in tit. de remediis ex sola clementia Principis contra sententiam, numero 31. fol. 401
 Abolitionis publicae, legalis & privatae materia ubi tractetur. in tit. de accusatione, num. 16. fol. 64
 Abortum dolo procuras punitur poena mortis, siue mater sit, siue alius. in tit. de homicidio, nu. 5. fol. 179
 Absens an possit de iure communi condemnari. in tit. de fauoribus defensionis, nu. 8. fol. 316 & in titulo, seq. de reis requirendis, nu. 1. & 2. fol. 317
 Absentis persona de iure communi an possit condemnari. & quid de eius bonis. in tit. de reis requirendis & absentibus damnandis, nu. 1. fol. 317. & in tit. de fauoribus defensionis, nu. 8. fol. 316
 Absentis, seu contumacis persona an possit condemnari vigore statutorum. in tit. de reis requirendis & absentibus damnandis, nu. 2. fol. 317 & in tit. praecedenti, nu. 8. fol. 316
 Absoluendo iustius peccatur quam condemnando. in tit. de delicto, nu. 23. fol. 4
 Absoluto principali non propterea mandans est absolueudus. in tit. de delicto nu. 52. fol. 6
 Absoluto reo rebus stantibus, quando idem accusator possit prosequi eandem accusationem. in tit. de pluribus violentiis, nu. 115. fol. 222
 Absolutoria lata in causa civili in qua fuit oppositum de falsitate, & pretium quod procederet criminaliter, & cognitum fuit, operatur vt principaliter in alio iudicio non possit agi criminaliter: secus si tantummodo exceptum fuisset ad fidem repellendi. in titulo, quomodo procedatur per exceptiones, nu. 19. fo. 71
 Absolutoria lata ad vnum finem non obstat in eo casu ad alium. in titulo quomodo procedatur per exceptiones, nu. 20. fol. 72
 Absoluto an censetur prohibita si prohibita sit condemnatio. in titulo de fauoribus defensionis, numero 14. fol. 316
 Absolutio facta rebus stantibus prout stant, an sit diffinitiva, vel interlocutoria sententia. in tit. de sententiis,

numer. 66. fol. 383
 Absolutio rebus stantibus, prout stant, fit semper quando non apparet clarè de innocentia rei, in titulo, de sententiis, nu. 72. fol. 383
 Absolutio diffinitiuè non fit, quando accusatus habet praesumptionem iuris contra se. in tit. de sententiis, num. 73. fol. 383
 Absolutio in foro poenitentiali facta pro blasphemia, operatur pacem, vt sibi remittatur. in titulo, de pace, num. 28. fol. 588
 Absolutus vel condemnatus per sententiam non debet amplius molestari, occasione eiusdem delicti. in titulo, de sententiis, num. 64. fol. 383
 Absolutus rebus stantibus, prout stant, quod quotidie fit Mediolani: nisi clarè constet de innocentia, potest molestari superuenientibus indicis. in tit. de sententiis num. 65. fol. 383
 Absolutus infinitiuè in causa criminali, criminaliter nota, quia non probatum sit delictum, non potest iterum de eo crimine accusari. in titulo de sententiis, num. 76. fol. 384
 Absolutus, quia non probatum fuerit crimen in causa ciuilitate nota, vel quia non commissum sit crimen, an habeat exceptionem rei iudicatae, & quid quando ciuilitate actum sit ad vindictam publicam. in tit. de sententiis, num. 77. fol. 384
 Absolutus ex officio citato eo, cui facta est iniuria ad contradicendum, non poterit iterum ab eodem accusari per inquisitionem. in tit. de sententiis, nu. 81. fo. 384
 Absolutus formata contra eum inquisitione poterit iterum inquiri. in tit. de sententiis, nu. 82. fol. 384
 Absolutus propter collusionem, vel praeuaricationem potest iterum accusari. in tit. si aduersus rem iudicatam restitutio postuletur, nu. 11. fol. 389
 Absolutus semel an iterum possit accusari ab eo, qui fuit ignorans. in tit. de officialibus corruptis pecunia, iniusteque iudicantibus, nu. 33. fol. 292
 Accommodans tacite fidem testatori de restituendo incapaci, an teneatur in foro conscientiae. in tit. de his quibus vt indignis, bona à fisco auferuntur, n. 13. f. 482
 Acta in causa civili, quando faciant fidem in criminali, in titulo, quomodo procedatur per actionem in delictis, nu. 48. fol. 78
 Acta & probationes in causa civili fidem non faciunt in criminali, nisi ita clarè probatum esset in civili vt nihil posset opponi. in tit. de conuictis, nu. 19. fol. 106
 Acta & sententia in iudicio civili, an faciant fidem in criminali. in tit. de pluribus violentiis, nu. 24. fol. 215
 Acta nocent illi, cui praedicitur sententia. in titulo, de sententiis, nu. 87. fol. 384
 Acta facta in iudicio, an fidem faciant in alio. in titulo, de pluribus violentiis, nu. 117. fol. 223
 Acta in vno iudicio non nocent in alio si etiam sententia non

Index rerum ac verb. tract.

